


Biblioteca Nacional	
Aut.:	1
Fecha:	1918
Clase:	11

1. a.



M E T H O D U S
STUDII MEDICI.

II. TOMIS COMPREHENSIVA. 76





R. 1172

HERMANNI BOERHAAVE, VIRI SUMMI, SUIQUE PRAECEPTORIS METHODUS STUDII MEDICI.

Emaculata, & Accessionibus locupletata

A B


ALBERTO AB HALLER,

Med. & Phil. D. Anat. Chir. Bot. in Georg. Aug. P. P. O. Consiliario Aul. & Archiatro Reg. & Elect. Praeside Regiae Societ. Scient. Gotting. Acad. Caesar. Natur. Curios. nec non Regg. Socc. & Acadd. Britann. Borufs. Svecic. & Upsal. Sodali, Reip. Bern. in Sup. Senatu CCviro.

EDITIO PRIMA VENETA:

Ab innumeris Amstelodamensis Anni MDCCLI. erroribus expurgata; in qua Additiones omnes Hallerianae, quae ad illius calcem legebantur, suis in locis positae ad majorem Studiosorum commoditatem adinventuntur.

TOMUS PRIMUS.



V E N E T I I S,
M D C C L I I I.

EX TYPOGRAPHIA REMONDINIANA,
SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

G E O R G I O I I.
D. G. M. B R I T A N N I A E,
F R A N C I A E,
E T
H I B E R N I A E
R E G I,
S. R. I. E L E C T O R I,
D U C I B R U N S V I C I E T L U N E B U R G I.
&c. &c. &c.



*N*ON excidet unquam animo illustris dies ultime
posteritati venerabilis , qua præsens Numen
Tuum Academie Tuae ostendisti , **REGUM**
JUSTISSIME . Sedet animo aterna Tuae benignitatis recor-
datio , qua motus & in me , adeo exiguam partem **GEOR-**
GLAE AUGUSTAE TUAE , aliquod pretium , & aliquas
in or-


in ornanda republica partes esse sacra voce testatus es. Recens est etiam beneficium, gloriosum mihi, & Reipublicæ literariæ, ut speramus, utile, quo novam Societatem, ad incrementum Scientiarum coeuntem, meæ inprimis fidei tradidisti. Supererit denique apud nepotes meos Tuæ Munificentia illustre signum, quos nondum natos Nobilium ordini adscriptos, Tuoque beneficio feliciores esse voluisti, ut adpareret, nullos esse honores ad quos bonæ literæ ducere non possent, quoribus sapiens Princeps imperaret. Accipe ergo, PATER PATRIÆ, hunc devoti & grati animi testem, librum non ad thronum natum, non eum, qui ARBITRI EUROPÆ oculos possit adlicere, sed talem, qualem præstare potui, futurum apud posteros monumentum, inter tot labores quos pro ORBIS FELICITATE & in bellis subiisti, & in pace urges, eorum memoriam divino animo Tuo insedisse, qui in promovendo vero enterentur. Deum O. M. supplex oro, ut Majestatem Tuam, Domumque Tuam Regiam in perpetuum sospitet.

REGIAE MAJESTATIS TUAE.

In Georgia Augusta
A. D. 23. Aprilis.

Devotissimus
Albertus ab Haller.

P R A E-



P R A E F A T I O .



Andem expedio me labore, qui Tibi forte, LECTOR ERUDITE, levis videtur, mihi gravissimus per multos annos incubuit: neque hæc ideopræfari me vides, ut laudem operam meam: nemo me melius ejus vitia novit. Patere unice, ut excusum me, atque a voluntate mea, & a difficultate rei ipsius, spem mitioris judicii expectem.

Ante novem annos cum eximio Bibliopola JACOPO a VVETSTEIN egi de edenda emaculata editione ejus codicis, quem cum titulo *Methodi studendi Medicinæ* variis annis varii, & ignoti fere librarii ediderant. Maculosus erat, indignus BOERHAAVIANO nomine, & dolebat, quisquis amaverat PRAECEPTOREM, quoties videbat nomen tanti Viri, difformi larva tectum, censuris ignarorum & malevolorum exponi.

Facile erat emaculare, paucis locis exceptis, sed videbatur quadraginta annorum interea elapsum spacium plurimos & præcipuos auctores iis addidisse, quos

quos commendabat BOERHAAVIUS. Inter vetustiores plurimi æque utiles libri utique pares laudes paremque commendationem merebantur. Induxi igitur in animum, ut opus subplerem, eo imprimis sine, ut meliorem scriptorum selectum darem, qui de aliqua artis medicæ parte bene meruissent. Ad eum ferre scopum prima pars, quæ physica scripta continet, elaborata est, ut paucos inter multos, eosque utiliores auctores laudet.

Neque multum ab eo scribendi instituto discessi, quando botanicos auctores recensui. Cum vero ordo me ad anatomicos, indeque ad practicos libros duceret, multa mihi in hac mea ratione displicuerunt. Cui vero non displiceat quod displicet auctori?

An dissimulandus ideo scriptor, quod eum non legerim, vel quod in mea, non amplissima librorum collectione, non inveniatur? An non informis, hiulus, & male judiciosus catalogus fieret, si meos unice, eosque non omnes libros, adlegarem, excluderem vero octuplo plures, quibus destituor?

Quam primum constitit, in propriis libris mihi non esse manendum, alia perinde difficultas successit. Etenim si libros, quos non legi, tacere non licet, nonne omnes recensendi sunt? quænam erit optio mea inter libros perinde mihi ignotos? Poteritne non fieri, ut bonos utilesque libros, mihi ignotos, omittam, in meo, quasi ex casu nato selectu, & admittam alios, quorum nomina multo minus repeti merentur?

Vides, quo devolvor, LECTOR, omnes nempe libros recenseri debere? Chartæ hoc pacto aliqua jactura fit, sed nihil præterea mali sequetur. Non excluduntur utilia scripta, & exiguum malum est, si
nu-

nudum, & illaudatum nomen alicujus minoris momenti scriptoris excusum fuerit.

Itaque increvit labor meus. Ecce nunc apparatus, quo ad totum opus, sed imprimis ad partem Anatomicam, ad Pathologicam, Chirurgicam, Practicam & Historicam usus sum. Valde vellem esset ejusmodi, qui Tibi LECTOR persuaderet, me non temere ad opus hoc exsequendum accessisse.

Legi ab anno retro 1725. libros omnis generis, sed tamen, ut medicos solos in commentarios referrem, & utiliora rerum momenta in meos usus decerperem, schedulisque committerem, de quibus in ipso opere dixi (a) Quam primum librum absolvi, ab ipso anno 1728. judicium meum de eo libro, cum enumeratione inventorum, eorumque, quæ peculiaria haberet, censu continuo in mea adversaria retuli. Ita intra 23. annos natæ sunt censuræ librorum fere 4000. & quod excedit, quorum vix ullus est, qui non aliqua ratione ad rem medicam pertineat. Hac tanquam phalange reliquum exercitum speravi confirmari posse.

Legi præterea diaria tantum non omnia, & in omnibus linguis scripta, & præcipua momenta judiciorum decerpfi. Ita non exiguus numerus, auxiliarii quasi militis, meis copiis accessit.

Bibliotheca mea, ut privati hominis, neque vastissima, eum tamen numerum 4000. voluminum dimidia parte excedit. Eorum librorum, etsi non omnes a capite ad calcem evolvi, aliquam tamen mihi cognitionem esse facile adparet.

Inde ILL. VIRI J. SAMUEL de BERGER & GEORGIUS GOTTLOB RICHTERUS, commodatis
* * *
tis

(a) Pag. 130. 131.

tis libris librorumque titulis, meam penum editionum & judiciorum insigniter auxerunt. Bibliotheca etiam Gottingensis, ad alium equidem finem in primis collecta, non tamen nihil ornamenti ad opus meum attulit.

Denique **LINDENIANUM** opus, aliaque ejus similia, ad subsidium adhibui, **KÆSTNERI**, **NICOLAI ANTONII**, **MONGITORIS** (hoc quidem unice ex **MANGETO**) **MELCHIORIS ADAMI**, & aliorum qui vitas eruditorum virorum scripserunt, etsi ego quidem non medicorum, sed librorum, historiam scribere adgressus sum. Catalogos etiam librorum uberiores & magis fidos, **PLATNERI**, **BURCKHARDI**, **RIVINI**, **MEIBOMII**, **SLUSII**, **THUANI**, aliosque consului, ut opus eo minus humile foret.

His præfidiis instructus, quid præstiterim, coram vides, **AMICE LECTOR**, quid præstari potuisset, ego plane video, & quantum ab hoc meum opus differat, æquus agnosco.

Oportuisset, totius operis facies eadem esse nunc physica, chemica, pharmaceutica & botanica pars multo reliquis pauperior est.

Præstiterat ubique eundem ordinem servasse: nunc in Anatome & Physica **PRÆCEPTOREM** secutus sum, in reliquis partibus meliori, ni fallor, consilio, ad evitandas infinitas repetitiones ordinem temporum unice observavi.

Repetitiones tamen & nunc satis numerosæ supersunt. Idem liber sæpissime, vix evitabili vitio, & in Pathologica classe & in Practica numeratus est.

Parum proluxa sunt judicia. Potueram fusiora scripsisse, fusiora enim in meis adversariis sunt, sed pe-

perci

perci otio tuo & meo, bonisque chartis. Plures utique censuræ librum redderent meliorem. Meæ enim, etsi multæ, in tanto librorum numero, qui mihi videtur ad 30000. adscendere, fere evanescent, ut insulæ per vastum oceanum rariter dispersæ.

Librorum, quos ipse vidi, non satis magnus numerus fuit, hinc facile fieri potuit, ut editiones ab aliis testibus receptæ vitiosæ sint. Potuit, quod tamen valde studui evitare, sed potuit tamen fieri, ut idem liber sub diversis titulis repetatur, quoties ego eum non vidi, sed ex catalogis & monumentis decerpfi. Quare, ut fidem certe meam liberarem, asterisco adposito eos libros notavi, qui penes me non sunt, & in quibus facilius errari potuit.

Non omnes libros recensui, quod magnum sed inevitabile vitium est, etiam minus evitabile in homine, qui nulla satis ampla publica bibliotheca medica instructus esset, neque haberet, quam consuleret, præter privatas, semper adeo minus copiosas, librorum collectiones.

In disputationibus, quas vocant, selectum sum secutus, neque omnes credidi esse recensendas, nimium & ignobilem exercitum, neque nullas, cum non desint eximie multumque utilitatis habituræ.

Denique haud exiguus est numerus mendosorum quæ typographi incuria irreperunt. Id & excusabile videtur in absente auctore, & libri ipsius utilitatem nequaquam minuit. Consignavi insignem numerum, & seorsim descripsi. Ita utcunque huic vitio mederi conatus sum.

Habes, quem Te volui, **LECTOR AMICE**, librorum adeo medicorum diversis linguis scriptorum catalogum, ad nostra usque tempora continuatum, in

P R Æ F A T I O.

practicis & anatomicis paulo ditio- rem , in botanicis & phy- sicis pauperiorem , pauperrimum in chemicis, quos parum legissem, neque curassem, ut de reliquis, judicia a prima ætate colligere. Itaque bonis, si quæ sunt, utere, & vitia mitis excusa, quorum a condi- tione humana multa vix abesse possunt, & in mea etiam plura ægre queunt evitari. Dedi Gottingæ die 22. Mart. 1751.



I N D E X
C A P I T U M.
P R O O E M I U M.

De Medicina in genere, de ejus definitione & partibus, & a quibus sit incipiendum in hujus scientiæ discendæ methodo.

PARS I. De PHYSICA GENERALI.

<i>Caput</i> I. De natura & proprietatibus corporum;	Pag. 3
<i>Caput</i> II. De extensione,	7
<i>Caput</i> III. De impenetrabilitate.	9
<i>Caput</i> IV. De soliditate & porositate;	13
<i>Caput</i> V. De diversitate corporum.	16
<i>Caput</i> VI. De dirigendo studio.	17

PARS II. GEOMETRIA sive de FIGURA ET MENSURA CORPORUM.

<i>Caput</i> I. De figura corporum.	18
<i>Caput</i> II. De figurarum mensura.	20
<i>Caput</i> III. De methodo discendi Geometriam;	22
<i>Caput</i> IV. De mensura Linearum curvarum.	24
<i>Caput</i> V. De Trigonometria.	

PARS III.

<i>Caput</i> I. De motu in genere;	31
<i>Caput</i> II. De mensura motus, sive Mechanica;	38

PARS IV. PHYSICA SPECIALIS.

<i>Caput</i> I. De physiciæ definitione & partibus.	51
<i>Caput</i> II. Auctores qui de Physica scripserunt;	52

PARS V. CHEMIA.

<i>Caput</i> I. De Chemia in genere.	162
<i>Caput</i> II. Experimentorum Chemicorum auctores;	167
<i>Caput</i> III. Specialium inquisitionum scriptores.	171
<i>Caput</i> IV. Pharmaceutica, Consilia pharmaceutica.	180

PARS

I N D E X C A P I T U M .

PARS VI. BOTANICA .

PARS VII. CONSILIA ANATOMICA .

<i>Sectio</i> I. De solidis partibus .	308
<i>Sectio</i> II. De ossibus corporis humani .	317
<i>Caput</i> I. De osteogenia .	<i>ibid.</i>
<i>Caput</i> II. De osteographia .	325
<i>Sectio</i> III. De Musculis Corporis Humanis .	352
<i>Caput</i> I. De Myologia .	<i>ibid.</i>
<i>Caput</i> II. De Myographia .	<i>ibid.</i>
<i>Caput</i> III. De Myotomia .	369
<i>Sectio</i> IV. De visceribus corporis humani .	372
<i>Caput</i> I. De Splanchnologia in universum .	<i>ibid.</i>
<i>Caput</i> II. De corde .	373
<i>Caput</i> III. De cerebro .	402
<i>Caput</i> IV. De faucibus .	418
<i>Caput</i> V. De pulmone .	420
<i>Caput</i> VI. De ventriculo & intestinis .	432
<i>Caput</i> VII. De splene .	442
<i>Caput</i> VIII. De pancreate .	445
<i>Caput</i> IX. De omento .	447
<i>Caput</i> X. De mesenterio .	449
<i>Caput</i> XI. De hepate .	450
<i>Caput</i> XII. De virorum organis genitalibus .	457
<i>Caput</i> XIII. De feminarum organis genitalibus .	463
<i>Caput</i> XIV. De renibus .	499
<i>Sectio</i> V. De Adenographia, feu glandularum descriptione .	507
<i>Sectio</i> VI. Angiologia, sive vasorum proprie sic dictorum descriptio .	516
<i>Caput</i> I. De vasis rubris .	<i>ibid.</i>
<i>Caput</i> II. De Vasis lymphaticis .	534
<i>Sectio</i> VII. <i>Caput</i> I. De oculo .	548
<i>Caput</i> II. De Aure .	563
<i>Caput</i> III. De Lingua .	574

PARS VIII. De usu partium, sive THEORIA MEDICA .

<i>Caput</i> I. Fontes theoriæ .	<i>ibid.</i>
<i>Caput</i> II. Auctores theoriæ .	680

I N D E X C A P I T U M :
T O M U S S E C U N D U S .

PARS IX. PATHOLOGIA :

Pag. 5

PARS X. SEMEJOTICA :

123

PARS XI. *Yriem seu de* DIÆTETICA :

143

PARS XII. THERAPEUTICÆ :

173

PARS XIII. CONSILIA ad CHIRURGIAM . *Caput* I.

179

Caput II. Prima classis Chirurgorum :

ibid.

Caput III. Secunda classis Chirurgorum, qui de singulis morbis scripserunt .

226

Caput III. Tertia classis Chirurgorum, Observatores .

242

Caput IV. Quarta classis Chirurgorum, Operatores .

ibid.

De Diætetica .

296

PARS XIV. De STUDIO PRACTICO, seu de CONSILIO FACIENDÆ MEDICINÆ .

297

Medici Systematici Græci .

298

Practici Systematici Romani :

320

Græco-Galli .

357

Medici qui de Morbis quibusdam singularibus scripserunt .

398

Medici qui observationes scripserunt .

409

PARS XV. HISTORIA MEDICINÆ :

461

Auctores qui de Studio Medico dirigendo scripserunt :

ibid.

IN

TO

I N D E X

A U C T O R U M

A

B O E R H A A V I O

laudatorum.

Prior numerus paginam, posterior Tomum designat.

A.

ACTUARIUS 319. t. 2.
 ÆGINETA (Paulus) 211. 314. t. 2.
 ÆTIUS AMIDENUS 317. t. 2.
 AGRICOLA (Rodolph.) 199. t. 1.
 ALDROVANDUS (Ulysses) 75. t. 1.
 ALEXANDER Trallianus 317. t. 2.
 ALPINUS (Prosper) 131. 358. t. 2.
 AMONTONS (des) 161. t. 1.
 ANAXAGORAS 51. t. 1.
 ARCHIMEDES 19. 22. 25. t. 1.
 ARETÆUS CAPPADOX 307. t. 2.
 ARGENTERIUS (Joh.) 174. t. 2.
 ARISTOTELES 5. 14. 52. t. 1.
 ASELIUS (Caspar) 449. t. 1.
 AUGENIUS 69. 161. t. 1.
 AURELIANUS (Cælius) 398. t. 2.

B.

BAGLIVIVS (Georg.) 134. t. 2.
 BALLONIUS (Guilielm.) 399. t. 2.
 BARBATI (Hieron.) 173. t. 1.
 BARKHUYSEN (Conradus) 165. t. 1.
 BARROWIUS (Isaacus) 23. 47. t. 1.
 BARTHOLINUS (Caspar) 485. t. 2.
 - - - (Thom.) 423. 541. t. 1.
 BAUHINUS (Joh.) 231. t. 1.
 - - - (Caspar) 199. t. 1.
 BAUSCHIUS (Joh. Laur.) 173. t. 1.
 BAZZICALUNE (Afcanius Maria) 685. t. 1.
 BELLINUS (Laur.) 161. 500. 685. t. 1. & 133-408. t. 2.
 BENNET (Christoph.) 407. t. 2.
 BERENGARIUS (Jacob) 226. t. 2.
 BERNOULLIUS (Joh.) 12. 680. 693. t. 1.
 BIDLOUS 371. t. 1.
 BILSIUS (Ludov.) 541. t. 1.
 BLEGNY (Nicol. de) 411. t. 2.
 BOHNIUS 176. t. 1.
 BONCLARUS (Uberius Dathirius) 460. t. 1.
 BONNETUS (Theophilus) 410. t. 2.
 BONTIUS (Jacob) 380. t. 2.

BORELLUS (Joh. Alph.) 47. 369. 680. 684. t. 1.
 BOULDUC 181. t. 1.
 BOYLEUS (Robertus) 47. 59. 64. 180. 687. t. 1.
 BRIGGS 558. t. 1.
 BRUNNERUS (Conrad.) 446. t. 1.
 BRUYERINUS (Joh.) 151. t. 2.

C.

CÆSALPINUS (Andr.) 83. 287. t. 1.
 CAPIVACCIUS (Hieron.) 345. t. 2.
 CARDANUS (Hieron.) 160. t. 1. & 150. t. 2.
 CARTESIUS (Renarus) 9. 14. 42. 681. t. 1.
 CASSERIUS (Julius) 420. t. 1.
 CASSINI 69. t. 1.
 CASTELLUS (Bened.) 48. 161. t. 1.
 - - - (Petrus) 485. t. 2.
 CELSUS (Aurel. Corn.) 180. 308. t. 2.
 CLAVIUS (Joh.) 24. t. 1.
 CLERC (le) 324. 331. 366. t. 1.
 COCKBURNE (Guilielm.) 685. t. 1.
 COLE (Guilielm.) 685. t. 1.
 COLUMBUS (Realdus) 333. 338. t. 1.
 COLUMNA (Fabius) 193. 212. 220. t. 1.
 CONRINGIUS (Hermannus) 484. t. 2.
 CORNARIUS 161. t. 2.
 COWPERUS (Guilielm.) 354. 368. 508. 676. t. 1.
 CRUCE (Joh. Andr. a) 193. t. 2.

D.

DALE (Samuel) 195. t. 1. & 173. t. 2.
 DALECHAMPIUS (Jacobus) 55. t. 1.
 DEDU (Nicolaus) 180. t. 1.
 DEMOCRITUS 9. 11. 17. t. 1.
 DIOGENES Laertius 17. t. 1.
 DIONYSIUS 244. 248. t. 2.
 DIOSCORIDES 193. t. 1.
 DODARTIUS 181. t. 1.
 DODONÆUS (Remb.) 250. t. 1.
 DRELINCOURTIUS (Carol.) 323. 442. 481. t. 1.
 DURETUS (Ludov.) 128. t. 1.
 DUVERNEY (Joseph.) 311. 323. 566. t. 1. & 228. t. 2.
 EPICU-

I N D E X A U C T O R U M.

E.

EPICURUS 9. 11. 17. t. 1.
 EUCLIDES 7. 19. 27. t. 1.
 EUSTACHIUS (Barthol.) 499. 563. t. 1.

F.

FABRICIUS ab AQUAPENDENTE (Hieron.) 436. t. 1. & 195. t. 2.
 FALLOPIUS (Gabriel) 369. t. 1. & 191. t. 2.
 FERNELIUS (Joh.) 6. t. 2.
 FEVRE (Nicol. le) 164. t. 1.
 FORESTUS (Petrus) 242. 409. t. 2.
 FOURNIERUS 23. t. 1.
 FRACASSATUS (Carolus) 574. 686. t. 1.

G.

GALENUS (Claudius) 214. t. 1. & 127. 158. 180. 299. t. 2.
 GALILÆUS GALILÆI 8. 44. 161. t. 1.
 GASSENDUS (Petr.) 17. & seq. t. 1.
 GEOFFROY (D.) 168. 181. t. 1.
 GEORGIUS (Matthias) 684. t. 1.
 GESNERUS (Conradus) 76. t. 1.
 GIRARDET (Petrus) 296. t. 2.
 GLISSONIUS (Francisc.) 432. 450. t. 1.
 GRAAF (Regnerus de) 445. 458. t. 1.
 GREW (Nehemias) 168. 180. t. 1.

H.

HAMEL (Joh. Bapt. du) 68. 181. t. 1.
 HARRIS (Guilielm.) 404. t. 2.
 HARVEIUS (Guilielm.) 83. 472. 688. t. 1.
 HAVERSIUS (Clopton) 320. 331. 346. t. 1.
 HELMONTIUS (Joh. Bapt.) 160. 173. t. 1. & 408. t. 2.
 HEMSTERHUY 541. t. 1.
 HERMANNUS 206. t. 1.
 HERO 48. t. 1.
 HEYDEN (Hermann. van der) 408. t. 2.
 HILDANUS (Fabricius) 226. 242. t. 2.
 HIPPOCRATES 19. 50. 200. 306. 681. t. 1. & 124. 180. 298. t. 2.
 HIRE (de la) 69. 161. t. 1.
 HOLLANDUS (Isaacus) 174. t. 1.
 HOLLERIUS (Jacobus) 129. 299. 357. t. 2.
 HOMBERDIUS 168. t. 1.
 HORNIUS (Joh.) 211. t. 2.
 HOVIUS 555. t. 1.
 HUGENIUS (Christianus) 7. 15. 43. 50. t. 1.

I.

JACOTIUS (Desiderius) 129. t. 1.
 INGRASSIAS (Joh. Philipp.) 339. t. 1.

K.

KEILIIUS (Joh.) 41. 680. t. 1.
 KERKRINGIUS (Theodor.) 322. t. 1.
 KIRCHERUS (Athanas.) 686. t. 1.
 KUNKELIUS 167. t. 1.

L.

LAMY (Bern.) 24. 685. t. 1.
 LANSBERGIUS 27. t. 1.
 LEAL LEALIS 461. t. 1.
 LEEUWENHOECKIUS (Anton.) 314. 522. t. 1.
 LEIBNIZIUS 11. t. 1.
 LEMERY 165. t. 1.
 LINDENUS (Joh.) 485. t. 1.
 LIPENIUS 485. t. 2.
 LISTERUS (Martinus) 404. t. 2.
 LOBELIUS (Matthias) 256. t. 1.
 LOCKIUS (Joh.) 682. t. 1.
 LOWERUS (Richard) 354. 367. t. 1.
 LOWTHORP. 66. t. 1.
 LUCRETIVS 17. t. 1.
 LUDOVICI (Dan.) 184. t. 1.
 LUYSIUS (Aloyfius) 408. t. 2.
 LYSERUS (Michael) 370. 671. t. 1.

M.

MAITRE JEAN 227. t. 2.
 MALPIGHIUS (Marcellus) 50. 319. 413. 424. t. 1.
 MANGETUS 323. t. 1.
 MARCGRAVIUS (Georg.) 195. t. 1. & 383. t. 2.
 MARCHETTIS (Dominic. de) 242. t. 2.
 MARIOTTE 49. 161. t. 1.
 MATTHÆUS 179. t. 1.
 MWTTIOLUS 197. t. 1.
 MAURICEAU 408. t. 2.
 MEAD (Richard) 160. t. 1.
 MELDERUS 23. t. 1.
 MERCATUS (Ludov.) 408. t. 2.
 MERCURIALIS (Hieron.) 168. t. 2.
 MERSENNUS (Marinus) 84. 686. t. 1.
 MORGAGNI 460. t. 1.
 MORISONUS 83. 193. 207. 235. t. 1.
 MORLEY (Christoph.) 165. t. 1.
 MORTON (Richard) 404. t. 2.

N.

NAZARUS 67. t. 1.
 NERIUS (Anton.) 168. t. 1.
 NEWTONUS (Isaac.) 15. 38. 69. 161. 686. t. 1.
 NUCKIUS (Anton.) 484. t. 1. & 247. t. 2.
 OLDEN-

INDEX AUCTORUM.

O.

OLDENBURGIUS 66. t. 1.
ORIBASIIUS 316. t. 1. & 318. t. 2.

P.

PALFYNIUS (Joh.) 331. 687. t. 1. & 242. t. 2.
PARÆUS (Ambros.) 205. t. 2.
PAULI (Joh. Henr.) 543. t. 1.
PAULUS ÆGINETA 211. 314. t. 2.
PECHLINUS (Nicol.) 410. t. 2.
PERRAULTIUS 161. 685. t. 1.
PEYERUS (Conrad.) 435. t. 1.
PISO (Carolus 409. t. 2.
----- (Guilielm.) 382. t. 2.
----- (Nicolaus) 353. t. 2.
PITCARNIUS (Archibaldus) 50. 682. 684. t. 1.
PLATERUS (Felix) 353. 410. t. 2.
PLEMPIUS (Vop. Fort.) 548. t. 1.
PLINIUS (Cajus) 54. 199. t. 1. & 320. t. 2.
PRESTET (Joh.) 23. t. 1.

Q.

QUERCETANUS (Joseph.) 184. t. 1.

R.

RAJUS (Joh.) 206. 238. t. 1.
RAVIUS 432. t. 1.
RHAZES 322. t. 2.
RHODIUS (Joh.) 485. t. 2.
RHOONHUYZEN (Henr. van) 242. t. 2.
RHYNE (ten) 398. t. 2.
RIDLEIUS (Henr.) 354. t. 1.
RIOLANUS (Joh.) 305. 326. 361. t. 1.
ROEMERUS 69. t. 1.
RUDBECKIUS (Olaus) 541. t. 1.
RUYSCHIIUS (Freder.) 315. 377. 443. t. 1. & 242. t. 2.

S.

SALA (Angelus) 183. t. 1.
SALMASIUS (Claud.) 55. 199. t. 1.
SANCTORIUS 159. t. 2.
SCHEINERUS (Christoph.) 686. t. 1.
SCHEHAMMERUS (Gunterus Christoph.) 571. t. 1. & 226. 485. t. 2.
SCHENKIUS (Joh.) 410. t. 2.
SCHNEIDERUS (Conr. Victor) 419. t. 1. & 408. t. 2.
SCHOOTEN (Francisc. van) 28. t. 1.

SCHROEDERUS (Joh.) 183. 248. t. 1.
SCHULTETUS 242. t. 2.
SEBIZIUS (Melchior) 151. 174. t. 2.
SENNERTUS (Dan.) 681. t. 1. & 37. 175. t. 2.
SEVERINUS (Marc. Aurel.) 204. 226. t. 2.
SOLINGEN (Corn. van) 246. t. 2.
SPIGELIUS (Adr.) 371. t. 1.
STARKEY (Georg.) 168. t. 1.
STENO (Nicot.) 358. t. 1.
STEVINIUS 47. t. 1.
SWALVE (Bernard) 174. t. 2.
SWAMMERDAMMIUS 315. 468. t. 1.
SYDENHAM (Thom.) 296. 406. t. 2.
SYLVIUS (Jacob.) 176. 362. t. 1.
----- (Francisc. de le Boe) 175. t. 2.

T.

TACHENIUS (Otto) 169. 173. 176. t. 1.
TAQUET (Andr.) 22. 28. 30. t. 1.
THEBESIUS (A. C.) 377. t. 1.
THEOPHRASTUS 201. 207. t. 1.
TOLETUS 248. t. 2.
TORRICELLIUS 48. 161. t. 1.
TOURNEFORTIUS 180. 204. 255. t. 1.
TULPIUS (Nicol.) 410. t. 2.

V.


VALLESIUS (Francisc.) 299. t. 2.
VALSALVA (Anton. Maria) 419. 568. t. 1.
VELTHUYSEN 443. t. 1.
VERHEYEN (Philipp.) 176. 643. t. 1.
VERULAMIUS (Baco) 56. 682. t. 1. & 163. t. 2.
VESALIUS (Andr.) 305. 336. 359. 673. t. 1.
VIDUS VIDIUS 206. t. 2.
VIEUSSENS (Raymund.) 173. 375. 405. t. 1.
VIGO (Joh. a) 206. t. 2.
VILLA NOVA (Arnold. de) 296. t. 2.
VIRSUNGIUS (Jacob.) 445. t. 1.
ULACQ (Adrian.) 28. t. 1.

W.

WALLÆUS 175. t. 2.
WALLISIUS (Joh.) 41. 43. 65. t. 1.
WALTHERUS (Joh. Georg.) 484. t. 2.
WHARTON (Thom.) 446. 507. t. 1.
WIEL (Stalpart van der) 242. t. 2.
WILLISIUS (Thomas) 175. 402. 436. t. 1.
WREEN (Christoph.) 43. 404. t. 1.

Z.

ZWELFERUS (Joh.) 173. 183. t. 1.



PROOEMIUM.



SCOPUS noster in præsentia est exponere, quænam sit cognita hodie conditio medicinæ, & simul tradere ejus statum perfectissimum, quatenus ex his conjunctis, quæ nobis præsto sunt, acquiri potest.

Itaque tria exponenda & tractanda propono:

1. Quænam ea sint, quæ per industriam hominum omnium seculorum hodie inventa habentur. Ea proponam absque ullo errore, ita ut de iis nihil dubitari possit, nec alia, nisi quæ vera & bona sunt, in usum recipiam; id vero seponam omne, quidquid obnoxium & inutile huic arti esse potest.

2. Tum in singulis medicinæ partibus indicabo eos auctores, qui in singulis partibus exornandis principes fuerunt: non eos, qui alios exscripserunt, eosque emaculando sæpe emanciparunt, sed eos, qui sua industria singulis partibus, & omnibus, necessaria ad medicinam invenerunt ornamenta.

3. Dabo consilium breve, quomodo hi auctores legendi sunt:

Et hisce tribus partibus absolvetur hicce propositus labor.

Jam vero, ut rem summi momenti in medicina feliciter auspicer, non multum morabor de medicinæ definitione ipsa, aliis rebus intentus.

Rem suscipio maximi momenti, qui enim honorem medico ambit debi-

PROOE-


P R O O E M I U M .

debitum, eamque scientiam sibi propriam facere cupit, qui adeo sapientia, quæ hujus honoris causa est, carere non potest, ad hanc scientiam acquirendam, scire debet, quo tempore, & quibus administrandis illa exorta sit. Neque poterit scientiam sibi acquirere, nisi sciat uti laboribus eorum, qui ante eum scripserunt. Tiro vero, quinam inter tam multos auctores eligendi sunt, scire nequit, ut errores & ambages evitet, brevique suum scopum attingat. Quam plurimi enim de re medica scripserunt, iique non pauciores mali, quam boni, ut manifestum sit, æque lectiones auctorum obesse, quam prodesse posse.

Qui enim animo omni doctrina vacuo se applicans medicinæ, pessima calamitate incideret in auctores, qui & minus necessaria, & inutilia proposuerunt, is id demum lucrabitur, ut cum tempore videat, se nihil didicisse, nisi ea dogmata, ex quibus nihil ad suum finem obtinendum haurire queat.

Hinc in medicina nihil utilius video, quam scire, quonam ordine incipiendum, unde incipiendum, quomodo pergendum, quibus auctoribus utendum sit, ad medicam scientiam acquirendam.

Qui vero eam vult discere scientiam, debet bonam sequi methodum, bonos legere auctores, nihil admittere, quod non faciat ad medicam scientiam, & nihil omittere, quod necessarium sit ut ea acquiratur.



DE
M E T H O D O
S T U D I I M E D I C I
P R O L E G O M E N A .

De Medicina in genere, de ejus definitione & partibus, & a quibus sit incipiendum in hujus scientiæ discendæ methodo, &c.



*M*EDICINA est scientia docens humani corporis vitam integram & sanitatem conservare & restituere.

Medica enim scientia docet octo diversas partes, sive implet octo scopos, quibus obtinendis insistit humana mens, ut scientiam possideat medicam. Debet ergo scientia medica intellectui explicare:

1. Quid sit corpus.
2. Quid sit corpus humanum.
3. Corporis humani vitam integram.
4. Vitam mutilam.
5. Sanitatem integram.
6. Sanitatis detrimentum.
7. Quænam sint auxilia conservandæ & reparandæ vitæ & sanitati propria, ab ingenio humano hæcenus inventa.
8. Quænam sit methodus utendi his auxiliis ad reficiendam vitam, & sanitatem conciliandam, ut ea omnia opportuno tempore, certa dosi, præscripto modo, &c. adhibeantur.

Hæc sequuntur ex definitione, debet enim medicina explicare, quid sit corpus, & quid corpus humanum sit; ergo debet primo corporis in genere cognitionem dare, & deinde de corpore humano in specie docere. Quando enim

DE

A

me-

medicus machinæ nostræ constitutionem explicandam suscepit, tenetur describere ea omnia, quæ in hac machina possunt reperiri. Sed plurima in eo corpore sunt cum omnibus aliis corporibus communia, nonnulla vero humano corpori propria. Sequitur ut ea, quæ corpori humano propria sunt, equidem explicanda sint; non ideo vero ea negligenda, quæ communia sunt omnibus. Corpus enim humanum ob illas quidem partes proprias leges sequitur, ob istas vero obnoxium est omnibus legibus corporum communibus.

Debet igitur medicina generalem corporum ideam explicare. Ea quidem extra medicinam est; ad medicinam enim ea tantum proprie faciunt, quæ pertinent ad corpus humanum: ea vero quæ communia sunt omnibus, ut grave esse, mobile esse, impenetrabile esse, extensum esse, &c. ea ad physicam pertinent. Verum nihilo minus hæc medico perspecta esse debent, siquidem totum corpus humanum integramque ejus naturam intelligere tenetur. Non ergo ab anatome debet incipere medicina, quod consilium plurimi dederunt. Eam enim rationem secuti nunquam perfecti medici fiunt, qui tanto hiatus relicto, suum studium incipiant, & specialia exponenda sibi sumant, generalibus corporum adfectionibus ignoratis. Medicus igitur corporis primo in genere, deinde corporis humani claram cognitionem possidere debet; id ipsa definitio indicat, neque verus medicus erit, qui totam medicinam non possidet; sed ille totam medicinam non possidet, qui definitionem non implet, nec ille definitionem implet, qui prius non considerat, quid corpus sit.

Cum autem humanum corpus plurima habeat communia cum aliis corporibus, illas communes qualitates corporis in genere nosse prius oportet; nam ab iis, quæ corpus humanum habet communia cum omnibus corporibus, æque morbi oboriri possunt, ac ab iis, quæ huic corpori propria sunt.

Pro exemplo, si humanum corpus ex alto demittitur, sine fulcro, cadet certe & contusionem aut fractionem patietur. An nunc ex idea humani corporis, simpliciter spectati, hujus rei causa patescit? minime; sed ex idea gravitatis hoc concipietur (ex mechanicis): atqui ea gravitas omnibus corporibus communis est; videmus adeo causam morbi posse ex illa communi proprietate oboriri. Rursus, quod corpus sanum stabile sit, pendet unice ab ejus gravitate, nam si una pars levior esset aliis, ut pressione adjacentium dimoveretur, inde totius læsio fieret; & in liquidis (a), si aliqua esset levior particula reliquis, illa ex corde cum reliquis non eodem robore expelleretur, & in pulmonibus resistans læderet respirationem. Quare patet necessitas, ut omnes partes corporis ad eandem soliditatem & gravitatem reducantur.

Hinc itaque, ut jam dictum est, medicus noscere debet (ut accuratus sit medicus) corpora quæcumque, & eorum attributa, quæ cum aliis corporibus nostro communia sunt.

ME-

(a) Hoc exemplum non nimis urgere oportet. Leviora enim utique in corpore dantur aliqua, graviora alia. Adeps levior osse est, sanguine urina levior est, perspiratio urina, aer fixus utroque, & isto levior materia caloris, electricitatis. An voluit PRÆCEPTOR, nullam partem in corpore esse, a qua gravitas integre absit? cum causa gravitatis & causa cohesionis partium eadem esse videatur, stabilitas vero a cohesionem partium pendeat.

METHODI STUDII MEDICI PARSI DE PHYSICA GENERALI.

CAPUT I.

De natura & proprietatibus corporum.



ILLA generalia, & omnibus corporibus communia, infinita fere sunt diversitate sua, sed revocari possunt ad tria digesta & ordinata capita.

Ex omnibus corporibus, & ex iis, quæ ipsis sunt communia, oritur idea corporis, hæcque tunc percepta vocatur *natura corporea*.

I. Explicandum, quænam sit res in intellectu hominis, qui intelligit corpus in genere, & hæc est idea, quæ vocatur *natura seu quies*.

II. Delineanda idea (& species & res cogitata) quæ est in intellectu, dum mens percipit quamcumque mutationem corporum, & vocatur hæc idea *motus*.

III. Docendæ & delineandæ generales leges, juxta quas corpus mutationes suas recipit & efficit.

Ergo breviter videndum est, 1. quænam hæc tria sint capita; 2. quo modo cognoscantur; 3. quomodo optime de his scripserint; 4. quomodo pacto hi scriptores a medico tirone legendi sint.

Inquirendum hic est, quomodo formetur conceptus generalis corporis.

Conceptus & idea generalis cujusque corporis formatur ab intellectu humano, quando considerat omnia, quæ de corpore aliquo peculiari cognoscit, atque deinde advertit inter illa omnia, quæ de eo corpore perspecta habentur, nonnulla esse communia, hoc est, quæ in omni corpore obtinent, alia vero esse singularia, hoc est, quæ in nonnullis quidem corporibus obtinent, & abesse non possunt, in aliis vero absunt, & abesse possunt, remanente tamen natura corporea.

Si tunc illa, quæ communia deprehendit, in iis corporibus, seorsim colligit (ea nempe quæ in omni corpore reperiuntur, & a nullo absunt, abfuerunt, aut abesse possunt) & ea in unum conceptum redigit, ut una inde exoritur quasi idea, tunc formavit conceptum generalem corporis.

Quæritur ergo, quomodo mens humana formet ideam generalem omnibus corporibus communem? Intellectus humanus varia intelligit de corpore, extensum

sum esse scilicet, impenetrabile esse, spatium occupare, grave esse, mobile esse, mutabile, figuratum, divisibile, coloratum, magnum, parvum, frigidum, calidum, &c. Quando nunc intellectus humanus perspicit hæc omnia simul præ se posita considerat, & videt nonnulla communia, quæ semper adsunt, ut extensum esse, mobile, impenetrabile esse, &c. tunc singularia etiam videt, quæ aliquando absunt, ut frigus, calor, figura, præparatur mens ad separanda ea, quæ corporis essentiam constituunt. Videt enim nonnulla, quæ aliquando adsunt, & aliquando absunt, alia vero quæ semper adsunt, & quando ista retinet, ut mensurabilitatem, extensionem, gravitatem, mobilitatem, impenetrabilitatem, ex iis perpetuis proprietatibus format ideam, quæ vocatur conceptus corporis. Quando nempe mens excludit singularia, & generalia communia sola colligit, & inde ideam format, tunc habet ideam claram de corpore. Quomodo vero ea idea acquiri possit, & quænam ex ea sequantur, in sequentibus exponendum est.

Examinare debet itaque philosophus & medicus 1. omnia, quæ de corpore cognoscuntur, & a mathematicis & a physicis proposita sunt. 2. Advertet nonnulla esse inter ea, quæ in omnibus quibuscumque corporibus obtinent, alia vero dari, quæ non in omnibus corporibus reperiuntur, sed tantum in quibusdam contingunt, ita ut nihilo minus vera corpora sint, in quibus hæc non inveniuntur: hæc vocantur singularia, & ea rejicere debet medicus, ut illa tantum retineat communia, quæ ubique inveniuntur, & nunquam ab ullo corpore absunt. Si enim generalem conceptum, & ideam corporum dare vult, debet tantum ea, quæ in genere in omni corpore, quodcumque etiam fuerit, inveniuntur, considerare & consideranda præbere.

Ubi jam pergit, tunc ea communia, quæ in omnibus obtinent corporibus, sola sibi sumit, & ex iis omnibus conjunctis simul sibi format hanc ideam generalem corporum conceptum dictam; ita in corporibus inveniet supra dictas quatuor notiones, quæ semper in intellectum ingrediuntur, quoties idea corporis repræsentatur. Idea ista, hoc modo nata, dicitur perceptio corporis, nam hæc quatuor rationes ita corporibus adhærent, ut si una tollatur, pereat idea corporis.

Nunc ad quatuor has notas singulatim pergimus.

1. *Extensio est omne illud, cujus partes sunt extra alias posita.* Nulla alia idea tradi, nec concipi potest; est ergo extensum omne illud, cujus pars cum aliis partibus unum totum constituens semper extra aliam existit. Si tollis de corpore extensionem omnem, nullum omnino conceptum de eo corpore formare poteris, nam pereunt statim omnia reliqua. Concipe lapidem, eumque figuræ quadratæ, occupat ergo tale spatium quadratum, præterea eum lapidem concipio mobilem. Pone nunc extensionem tolli, an non statim perit quadratum, an non etiam tunc pereunt omnia, quæ de eo lapide concipi possunt, perit enim simul mobilitas, quia, si nihil concipio extensum, non possum concipere motum, hoc est translationem de loco in locum, mutare enim locum non potest, quod nullum occupavit, neque locum replere nisi quod extensum est. Ergo in omni corporis idea requiritur conceptus accuratissimus extensionis.

2. *Impenetrabile vocatur, quod spatium quoddam replens excludit ex illo omne ingressu-*

gressurum illud spatium, dum ipsum præsens hoc spatium occupat. Impenetrabilitas æque necessario ideam corporis ingreditur, nam, quando corpus perfecte solidum concipio in spatio quadrato positum, & simul concipio aliud corpus in idem spatium ingredi, non duo amplius corpora, sed unum nunc concipio, & aliam ideam sibi formare intellectus negat.

3. *Figurabilitas est delineatio limitum.* Sed nullum corpus est absque limitibus, nam pro varia positione linearum terminos corporis constituentium varia semper erit figura, ita ut nullum corpus absque figurabilitate sit aut concipi possit, nisi infinitum corpus admiseris.

4. *Mobilitas* deprehenditur in omni quocumque corpore; nam si sumatur v. gr. sphaera, etiam si concipiatur de ea, extensam esse, impenetrabilem, figuratam, inde non sequitur ex ea scilicet idea, hanc sphaeram semper ita necessario manere in eodem spatio, poterit enim sphaera esse, & alibi perinde concipi; nam licet aliquo certo loco nunc posita sit, de ea tamen omnia concipio, quæ concipiebam, quando priori erat loco. Ergo corpus potest hic vel alibi, & in omni loco esse, & tamen corpus esse: nam idea, quam habeo de corpore, non figit conceptum in uno spatio, sed in omni spatio possum ideam habere corporis. Ergo in omni corpore adest mobilitas, hoc est quod in id corpus motus admitti possit.

Motus ipse non est tantum successiva existentia in hac vel illa spatii parte, hoc est, quando concipio corpus motum, non tantum concipio illud existere, & ibi, & ibi, & ibi, nam mobilitas est potentia existens (a). Hinc patet corpus non posse concipi absque hisce quatuor attributis, quorum uno demto, destituitur idea corporis.

Ergo quando definitur corpus, non sequendi sunt CARTESIANI, quid definiant corpus, quod extensum sit in longum, latum & profundum; ita enim idea corporis non exhauritur. CARTESIANI contra EPICUREOS & DEMOCRITEOS insurgentes, illud ex triplici dimensione tantum voluerunt definire, sed certe, si adtendant animum, invenient, hanc ideam etiam spatio convenire (b). Quare, si ea definitio reciperetur, possem in toto spatio universi pro lubitu mihi partem extensionis sumere, eaque semper responderet definitioni corporis, & sic omnia in universa rerum natura essent eadem, & in nulla re diversitas aliqua superesset.

Corpus est proprie res extensa, impenetrabilis, figurata & mobilis. Objici potest, hanc definitionem non esse factam juxta leges ARISTOTELIS, qui docet definitionem constituere genus & differentiam specificam, neque hoc vitium diffiteor. Verum nemo mortalium unquam scivit, quid corpus in se ipso sit, errant certe, qui hoc putant, sed proprietates quasdam corporum tantum novimus, aut ratiocinio assequimur. Quando nunc inter eas aliquas qualitates videmus, quæ omni corpori absolute conveniunt, & semper adsunt quamdiu corpus dicitur corpus, eas in definitione corporis in universum considerati admittimus. Si objicies, definitionem perfectam non esse, nihil habebō quod dicam, nisi me quidem ultra non posse progredi.

Nunc videndum est, quid sint hæc quatuor attributa, quæ in omni corpore sem-

(a) Motus nempe est efficacia aliqua activa, non simplex effectus causæ transferentis corpus de loco in locum.

(b) De certo in physicis, p. 11. &c.'s GRAVESANDE *Phys. Elem. Mathem.* II, 14. edit. 1742; L. EIBNITZ *Journ. des Sav.* 1691. n. 21.

DE NATURA & PROPRIETATIBUS CORP.

femper inveniuntur; hæcque brevi tempore conabimur ita explicare, uti per optimos mathematicos definita sunt.

Si ergo concipio hæc quatuor attributa in quocumque ente, omnia concipio, quæ de omni corpore in genere concipi possunt, adeoque, cum corpus sit primum medici objectum, necessario etiã ista inquirenda habemus. Nam, dum concipio extensionem, concipio etiã divisibilitatem, concipio etiã augmentum posse fieri in infinitum; & sic porro. Quando impenetrabilitatem concipio, concipio omnes leges percussionis, nam ex incurfu & resistentia, omnis percussio oritur, & sic etiã concipio mutabilitatem figuræ, & in eo corpore varios gradus motus posse oriri & excitari.

Ea ergo, quibus præsentibus omne concipitur de corpore quod ipsi proprium inest, & quo ablato nihil de corpore concipitur, ea voco *proprietates primarias corporis*, aut etiã *naturam corporis*.

Ex his nempe quatuor proprietatibus id, quod fundamentum est ceterorum, adeoque quod primum in conceptu, vocatur natura corporea, & natura corporis, partiales vero notæ, quæ in illo conceptu immediate continentur, vocantur proprietates corporeæ.

Nunc ex mobilitate sola, figurabilitate sola, & impenetrabilitate sola, non potest oriri idea corporis primaria, quæ in mentem venit, si unica ex his proprietatibus seorsim spectetur. Mobilitas enim v. g. præsupponit aliud, & sic de ceteris. An vero ab extensione sola hanc ideam obtinebo? certe non video, quomodo ex idea extensionis solius concipiam corpus, nam extensum est tantum, quod mensurari potest, & nihil aliud, nam mensurabilitas est tantum aptitudo ad locandum corpus, dat ergo tantum conceptum spatii. Celeberrimus HUGENIUS (a), in prioribus operibus CARTESII sententiam tuitus est, ipse tamen in egregio illo tractatu paulo ante mortem ejus edito, dicit, concipio nunc, contra quam olim feci, illam definitionem corporis non veram esse, quæ sola extensione absolvitur, eamque video unice describere spatium: nunc enim persuadeor, omnia non posse esse repleta, sed absolute requiri & dari vacuum, absque quo motum omnium corporum concipere non possumus." Quenam ergo idea corporis erit stabilienda? nempe est substantia extensa & impenetrabilis.

Concipiamus enim hæc duo, nempe extensionem, (extensio etiã est, cujus partes constituentes totum extra se mutuo positæ sunt), & impenetrabilitatem (hoc est resistentiam, contra illud, quod intrare tentat in spatium a corpore repletum) tunc omnem figuram, magnitudinem, mutabilitatem, &c. concipiemus, hinc utique per extensionem & impenetrabilitatem poterit concipi natura corporis; omnia enim reliqua ex hac idea sequentia vocantur proprietates corporum seu attributa.

Illæ vero proprietates, quæ separabiles sunt a corporis idea, dicuntur accidentia.

Qui corpus rite cognoscere debet, huic omnia ista perferenda sunt.

Pro exemplo, pono me habere sphaeram, illamque esse diametri duorum pedum & esse perfecte solidam. Ad naturam ejus concipiendam non requiritur ut ex auro aut argento sit. Id autem utique sequitur, cum solidam posuerim, ut nihil in idem spatium, quod hæc sphaera occupat, alterius corporis admittatur, quia materies impenetrabilis est, & hisce duabus notis perfecta hujus sphaeræ natura

(a) Conf. MUSCHENBROEK *Elem. Phys.* n. 16.

DE EXTENSIONE.

concipitur, & si in æternum de sphaera cogitaverim, semper eosdem conceptus iterabo. Hæc adeo ex duabus notionibus composita est natura corporis. Ex ea natura & definitione reliqua sequuntur. Pone sphaeram occupare spatium duorum pedum, concipitur facile sphaeram eam divisibilem esse in duo hemisphaeria, quorum singulum sit unius pedis diametro, hoc enim necessario sequitur ex prima idea, & dicitur *attributum*. Porro moveri poterit hæc sphaera, verum hoc non pendet ex natura sphaeræ, sed ex aliis causis ad sphaeram non pertinentibus, & ex ejus idea concepta non pendentibus, productum, hoc adeo *accidens* sphaeræ vocabitur.

Medicus, cujus est corpora cognoscere, debet naturam, proprietates, accidentia corporum intelligere.

Jam vero accedendum ad harum expositionem:

Erit ergo vera corporis in genere definitio, extensio, impenetrabilitas. Proprietates vero corporis individuae sunt figurabilitas, mobilitas.

Hæc satis clara esse arbitror. Incipiam nunc breviter agere de extensione, ut tantum sufficiat ad dirigendum studium medicum.

C A P U T II.

De Extensione.

Extensio est positio partium totum constituentium extra alias, atque mensuratur ab uno puncto per tres perpendiculares lineas in illud punctum concurrentes, & in eodem puncto se mutuo secantes.

Idea hæc paulo explananda erit ex mathematicis. Demonstrat EUCLIDES (a), si sumitur ad arbitrium punctum in plano aliquo, impossibile esse plus quam duas lineas perpendiculares ad se invicem per hoc punctum ducere. Sit punctum A in plano aliquo, per hoc ponam lineam ductam (Tab. I. fig. 1.) quamcumque, ut BC, ait EUCLIDES, ad eam lineam per punctum A in eodem plano tantum potest duci una perpendicularis linea, sit ea DE, eritque DE perpendicularis ad lineam BC, si ejus inclinatio non major fuerit versus AB, quam versus AC, ad neutram nempe partem lineæ BC magis, quam ad alteram inclinata est. Negat adeo EUCLIDES præter hanc DE aliam perpendicularem esse posse ad BC quæ per A transeat: nam DE ex definitione facit ab utraque parte duos angulos rectos, nulla autem alia linea faciet, ergo tantum una perpendicularis ad illam lineam duci potest. Si dicis, alia potest duci linea, quæ in A secet lineam BC, & utrimque æquales cum ipsa angulos faciat, sit ergo ea linea AF, ponamus ergo angulum FAB esse æquerectum & æque magnum ac angulus DAB, ita certe pars erit æqualis toti, quod impossibile est. Ergo si ex puncto A lineæ BC sit una perpendicularis erecta, impossibile est aliam ex eodem puncto, pariter ad eandem lineam perpendicularem erigere.

Hinc nunc conficio, omne planum unice mensurabile esse in longum & latum, nam quia ex uno puncto per idem planum, duæ tantum perpendiculares admittuntur, planum ipsum unice per duas lineas perpendiculares mensurari potest, uti v. g. planum CBDE (Tab. I. fig. 2.) mensuratur ex C, ducendo lineam versus B, & denuo

(a) EUCLIDES. Prop. XIII. I. XI.

denuo ex C versus D; hinc plani mensura duplex est, nempe in longum & latum.

Verum si ponatur, punctum hoc A. (fig. 1.) non amplius in superficie, sed in spatio solido, jam non tantum] duæ perpendiculares per hoc punctum A, sed tres quidem, at non plures etiam duci poterunt. Ponamus illud punctum in digito hominis hæere, jam potero ducere per illud punctum quamdam lineam juxta longitudinem digiti, & aliam lineam præcedenti perpendicularem a dorsali parte digiti ad volarem, & tertiam a dextro termino latitudinis digiti ad sinistrum quartam autem lineam ad priores perpendicularem ducere non possum, quod mathematici facile demonstrant. Uti ergo planum tantum versus duas partes poterat mensurari, ita corpus solidum per tres lineas mensuratur, nam versus tria loca diversa se extendit. Ergo omnis extensio corporea est tantum mensurabilitas, ut ait GALILÆUS, in triplicem dimensionem, scilicet in altitudinem, longitudinem & latitudinem: itaque omne, quod concipere possum, corporeum, tantum triplicem dimensionem habet.

Mathematici etiam ita definiunt corpus, quia omnis mensura plani est tantum in quadrato, si v. g. planum hujus urbis dicitur valere millionem pedum, per singulum pedem intelligo idem quadratum; sed tot pedes ac intelligo, tot intelligo quadrata: si mensuratur per cubum, jam corpus habeo.

Cubus vocatur corpus (Tab. I. fig. 3.), quod finitur sex superficiebus, quarum una superior, altera inferior & quatuor laterales, erunt quadratæ omnes. Quadratum vero est figura (Tab. I. fig. 2.) quatuor lateribus constans, cujus quatuor latera omnia inter se æqualia sunt, & cujus omnes anguli sunt recti & æquales.

Hinc cubi superficies & limites sunt sex quadrata, quorum singula sunt termini trium linearum perpendicularem in unum punctum concurrentium, & per cubum hunc mensuratur omne corpus.

Ex natura nunc extensionis sequitur divisibilitas corporis.

Etenim per priora extensio est positio partium totum constituentium extra se mutuo, ergo pars una ponitur extra aliam, ergo adsumitur in definitione, esse unamquamque partem ab altera separatam & divisam.

Patet etiam, hanc divisibilitatem fieri posse (a) in infinitum, quia semper concipitur aliquid divisibile, quotiescumque concipitur aliquid extensum; nam quamdiu lineam concipio, tamdiu concipio extensionem, & sic omnis linea constat ex lineis, non proprie ex punctis, sed ex aliis lineis, & plana constant ex planis, non ex lineis. Utcumque enim planum dividam, semper minus planum fiet, non linea. Si vero dixeris, ultimum planum fieri in lineam, tunc sequeretur, ut duæ lineæ spatium interciperent, quod impossibile est. Ex his igitur constat; cubum v. g. divisum, semper facere cubum minorem, & sic in infinitum, nec in nihilum redigi posse ultimum illud quidquid sit extensum; nam si dividendo corpus in nihilum posses dividere, tunc si iterum has partes, quas vis esse nihil, componeres, & in infinitum multiplicares, facerent hæc nihili partes corpus verum, quod repugnat. Si vero partes cubi divisas corporeas adhuc esse dederis, tunc certe extensæ erunt, & si extensio manet; non poterit fieri, quin una mensurabilitas superfit.

C A.

(*) MUSCHENBROEK. l. c. n. 21. & GRAVESANDE l. c. C. IV. Idem jam PLATONIS & Peripateticorum dogma fuit, CICERO, Quæst. Academ. L. I.

C A P U T III.

De Impenetrabilitate.

Impenetrabilitas est idea extensionis cum infinita resistantia conjuncta, contra omne aliud impenetrabile, quod nititur ingredi idem spatium, in quo hæret prius illud impenetrabile.

Quando illa triplex mensurabilitas ita conjungitur cum alia idea concepta, hoc est resistantia, ut illud mensurabile, in quodam determinato suæ figuræ spatio positum, omne quod in id spatium conatur ingredi, repellat, ut ab eo spatio non admittatur, tunc hujus mensurabilis concipimus impenetrabilitatem. Quando vero loquimur de impenetrabilitate corporis, supponimus corpus esse perfecte solidum; & ut sit perfectum & solidum corpus, debet illa vis resistendi esse infinita.

Si vero illa resistantia, non infinita est, tunc non est perfectum corpus, & solidum impenetrabile, sed tantum condensabile. Aurum enim v. gr. etiam si densissimum non est perfecte solidum, cum habeat poros, sed partes sunt in auro poris carentes, ergo illæ partes sunt impenetrabiles.

Hæc est veterum philosophorum, præsertim EPICURI & DEMOCRITII *ἄντιπικρία* (a), quæ nihil aliud est, quam *reverberatio*, a vocula illa *ἄντι* & *τυπῶν* *υερερο*, quia nempe illud, quod intrare tentat in locum ejus corporis, quod impenetrabile vocamus, reverberatur & repellitur.

Ergo omne illud, quod impenetrabile est, extensum est, sed omne extensum continuo impenetrabile erit.

Hocce dicimus in propositione, omne impenetrabile debet necessario esse extensum, nam quod est impenetrabile, id locum occupat, & ita replet, ut infinite resistendo repellat id, quod in illud spatium ab impenetrabili corpore repletum, intrare tentat.

Verum idea extensionis non involvit ideam impenetrabilitatis (b). Ita nemo est, qui non possit concipere, si inter binas manus meas corpus solidum ponitur, ut ex. gr. aurum, quamdiu hoc aurum ex eo loco non aufertur, nullum aliud corpus huc posse intrare, auro vero isto jam ablato, licet nihil intret in illud spatium intra manus, id tamen spatium posse tanquam persistens concipi, adeoque absque corpore replente, manere spatium, & esse extensum, quod triplicem habeat dimensionem, nec tamen sit impenetrabile, admittit enim aliquid, admittit aurum, & aliud ejusdem extensionis corpus; verum illud solidum, quod pono perfecte solidum, aurum nempe inter duas meas manus positum, id quidem impenetrabile erat, hoc est infinite resistebat omni corpori tentanti occupare suum spatium.

Ergo idea extensionis non involvit ideam impenetrabilitatis, ut possimus distinguere spatium a corpore ipso, etsi contra CARTESIUS cum schola sua senserit.

B

Omne

(a) DEMOCRITUS atomis solam *ἄντιπικρία* tribuit, gravitatem præterea & motum declinationis EPICURUS. PLUTARCH. placit. Philosoph. L. I. c. 3. CICERO de nat. Deorum. L. I.

(b) MUSCHENBROEK l. c. n. 29.

Omne impenetrabile mensurabile est, & proinde divisibile. Quid enim est *mensurabile*? tantummodo illud, in quo assignare possumus certum numerum partium æque magnarum, ac certa quadam mensura, sive gr. pollicem video quinquagesies poni posse intra hoc spatium, dico illud spatium mensurari posse per quinquaginta pollices, hoc est, quinquaginta partes ejus æque magnas esse ac quinquaginta pollices; *mensurare* ergo est assignare, certam mensuram toties alicui corpori mensurando (scilicet enti extenso) applicari posse. Ergo omne impenetrabile absolute est mensurabile, quia est extensum, & omne extensum valet sæpius recipere certam quandam mensuram.

Verum omne mensurabile habet partes quarum una potest mensurari extra alteram, ergo omne impenetrabile est extensum, mensurabile, & proinde divisibile.

Ergo omne impenetrabile poterit in infinita semper minora & impenetrabilia dividi.

Hoc clare concipere oportet, cum inter fundamenta admitti necesse sit.

Dico omne impenetrabile posse dividi in infinita minora, singula adhuc divisibilia, hoc est, nulla vel minutissima pars corporis amittit resistantiam, qua spatium suum contra omnia alia corpora tuetur. Pono enim corpus componi ex mille partibus, singulis seorsim penetrabilibus, nulla arte poterit inde confici corpus extensum & impenetrabile, nam partes se mutuo penetrant, vique admota cedunt, aliudque corpus in spatia sua recipiunt, non ergo partes extra partes erunt: id autem si de partibus omnibus dici potest, de corpore ipso sive de toto dici posse necesse est, *supperest, ut impenetrabilis totius etiam partes impenetrabiles sint.*

Ergo omne corpus eget aliqua causa, quæ facit, ut una pars impenetrabilis cohaereat alteri.

Elegantissima certe hæc propositio est, & perfecte docet insufficientiam omnium philosophematum, exceptis Epicuræis & Democritæis.

Omne enim quod impenetrabile est habet in uno sine suo partem impenetrabilem, deinde vicinam alteram, & sic porro, & singula hujus modi pars habet hic propriam sibi impenetrabilitatem, propriumque situm & ordinem inter partes quæ una corpus constituunt.

Hæc ergo idea extensionis & impenetrabilitatis involvit tantum positionem impenetrabilium partium juxta se invicem in unum commune totum congestarum.

Verum *cohesio* est aliud quid, est enim partium impenetrabilium juxta se mutuo positarum resistantia contra omnem harum partium solutionem & separationem: Idea ergo corporis non involvit ideam cohesionis, nam corpus impenetrabile est, quod habet partem impenetrabilem A, positam in aliqua sede a, tunc aliam partem impenetrabilem juxta priorem positam in b. Verum hæ partes possunt unice contiguæ esse, ut seorsim moveri possint, uti v.g. digiti in manu, cujus partes sunt. Ipsi quidem impenetrabiles sunt, seorsim tamen unus ab altero moveri possunt. Verum cohesio est id, quod facit, ut non possit una pars istius corporis impenetrabilis moveri, nisi etiam alia pars moveatur, estque unio partium, inque exemplo nostro digitus unus, seorsim sumtus, est totum, cujus partes coherent, nulla enim pars absque altera moveri potest. Ergo cohesio non includitur in conceptu & idea extensionis & impenetrabilitatis.

Nam,

Nam, quando in alicujus rei idea non concipio aliquid, quod ei rei adesse potest tunc inquiri in causam, & postea cur hoc aliquid nunc adsit. Ita cum inquiri in trianguli naturam, video ipsum habere tres lineas, illas tres lineas facere tres angulos, hos angulos tres esse æquales duobus rectis, & sic in infinitum varias proprietates trianguli detego, earum vero omnium causam dico esse triangulum, quia hæc omnia continentur in idea trianguli, & sequuntur ex ejus natura, cum absque iis triangulum esse nequeat, & quandiu triangulum est etiam ipsæ adsunt; meritoque dico, omnes has proprietates esse in triangulo, cum tota ratio earum in triangulo ponatur. Omnes vero conjunctæ, sunt *natura* trianguli.

Verum, quando video aliquid aliud, quod non ex natura trianguli ipsa sequitur, ut v. gr. triangulum moveri, tunc vero intelligo aliam causam esse, cur hæc idea cum triangulo nunc jungatur. Et quoties in re quacunque aliquid videmus, quod ex ipsa rei natura non sequitur, tunc dicimus, egere causa aliqua externa, cur adsit, quando nempe in conceptu hujus rei non percipio fundamentum, cur illa idea cum ipsa re nunc jungatur.

Magna inter philosophos quæstio est, an in idea impenetrabilitatis & extensionis hæreat idea cohesionis. Sane si repeto tantum, quæ dicta sunt, hoc facile percipimus, quid enim est cohesio? est talis contractus partium, qui separationi repugnat, impenetrabilitas vero unice excludit ex eodem spatio alia corpora, & extensio est tantum partium juxta se existentia. Ex ista vero idea non video, cur non separari possit pars a parte, neque ex simplici illa idea impenetrabilium juxta se mutuo existentium concipio hanc contra separationem resistantiam. Necessario ergo causa alia subest, ab impenetrabilitate & ab extensione diversa, cur nixus ille partium & pressio ad se invicem adsit, & cur una pars ita cohaereat alteri, ut per partem motum divelli a se mutuo partes non possint.

Hanc nunc causam hujus cohesionis, ignotissimam omni homini, vocamus monadem cum LEIBNIZIO, vim attractricem cum NEWTONO, vim gravem cum EPICURO & DEMOCRITO, causam duritiei cum aliis philosophis, prout magis placebit vocasse.

Ut de monade primum dicamus, *μονος* significat unum: sed nemo potest dicere unum, nam quando unum pedem dicis, jam concipis aliquid constans ex duobus semipedibus hinc quod vocas unum, id vere collectio unorum est. Sed illud quod facit, ut infinita una faciant unum, id voco *monadem*, aut vim attractricem cum NEWTONO. Non alia voce uti voluit magnus vir, non quod aliquid ridiculi subest, ut plurimi volvere, ridiculam facientes hanc opinionem, quasi pro qualitate aliqua hanc attractionem haberet. Injuste hæc obijciuntur, ignorabat MAGNUS NEWTONUS causam illam (a), cum interim deprehenderet, omnia corpora ha-

B 2 bere

(a) NEWTON opt. quer. 31. (Quod attractionem voco, id potest ab impulsione fieri aut a quacumque causa mihi ignota. Ea vox mihi unice sonat vim, per quam corpora mutuo ad se tendunt; quæcumque demum ejus causa sit) Ita & GRAVESANDE sumit. p. 17. n. 73. Qui adeo vocem attractionis refutat, is tenetur demonstrare aliquam esse impulsorem externam cognitam, quæ effectus eos producat, quos nos vocamus attractionem. MUSCHENBROEK. n. 358. Sed has impulsiones nemo demonstraverit.

bere in se causam, quæ facit, ut partes earum separationi repugnent, hanc ergo causam vocavit vim attractricem.

Hujus etiam causæ effectum vocamus duritiem, hinc sensim totum systema corporeum brevi intelligetur.

Durum corpus est cujus partes coherent ita, ut separationi resistent, & una pars non moveatur, quin omnes reliquæ partes una moveantur. Si tam magna est illa resistentia, ut, in sensus incurrat, vocatur durities respectu sensus; aliam non habemus ideam.

Nunc dico, causam duritiæ incognitam esse omnibus, & clarissimus CARTESIUS, qui in quiete (a) partium ejus causam posuit, certe rem non intellexit, neque concipio, unde hoc habuerit, cum ipse ex mechanicis facile sciverit, quiescentes partes esse in æquilibrio, & indeterminatas ad quemcunque motum, & sic minimo motu posse moveri, atque adeo corpus destrui, cujus partes in æquilibrio constituuntur, ex sola ergo quiete sequi per evidentissima philosophica principia, ut minimo motu una pars ab alia separari posset.

Durities adeo est cognitus effectus, non causa. Illustrissimus BERNOULLIUS natu major causam duritiæ adscribit pressioni ætheris (b); alii multa scribunt de atmosphæra premente, sed omnes petunt principia, & supponunt corpora esse dura antequam dura sint, nos vero quærimus de origine duritiæ, quæ debet esse aliquid, quod faciat, talem inter partes nixum, ut separationi resistent. Verum non sequitur hoc ex idea corporis, & extensionis & impenetrabilitatis.

Si hæc cohæsiō & hæc durities tantæ sint in parte aliqua, ut omnem cognitam vim motus superent, tunc ista pars vocabitur *atomus*, & elementum corporeum. Docuimus omne corpus esse extensum, impenetrabile, figurabile, mobile, visum est tunc, illa corpora impenetrabilia cohærere cum aliquo nixu omni separationi se opponente, quod ipsum durities vocatur. Si nunc illa cohæsiō, ille nixus, illa vis (ut volueris), tam magna sit in corpore illo, ut nullus motus in rerum natura sit, qui non superetur a resistentia harum partium, tunc pars ista dicetur *atomus*, ex a privativo & *μωτη* sectio, ergo *atomus* proprie est pars non ultra fecabilis.

Hæ sunt DEMOCRITI atomi (c) qui certe vir falso accusatur geometriam ignorasse, quod atomos posuerit, philosophus enim sui temporis clarissimus, & peritissimus Phœnicæ & Ægyptiæ scientiæ, satis intelligebat, nullam particulam esse in

(a) Quies nihil est, neque adeo vim habet. MUSCHENBROEK n. 360. sed ab attractione id fieri, & hanc esse in ratione inversa distantiarum & in directa facierum se contingentium. NEWTONUS opt. p. 364.

(b) De gravitate ætheris.

(c) DIOG. LAERT. L. IX. c. 1. n. 12. a VERULAMIO etiam recepti in Script. in natur. & univ. phil. Sed ante DEMOCRITUM LEUCIPPI fuerunt. CICERO de nat. Deorum L. I. Cum vero aliqua hic de vita DEMOCRITI addantur visum est, contra conjecturam doctissimi cujusdam viri pro veritate insignium sumtum testimonium adferre, quos DEMOCRITUS in res physicas effudit, DEMOCRITO omnia curæ fuisse videntur, cum reliqui fere nisi suæ perficiæ tenus nihil definiant. ARISTOTELES de gen. corrupt. L. I. c. 2. DIAGORAM servum Athenis decies mille drachim. emerat DEMOCRITUS. SUIDAS p. 550. edit. CUSTER. Cum hujusmodi summam in arguta ore servulo effuderit, quanti non itinera, mora in aliis regionibus, animalium dissectiones, lapidum illæ celebratæ decoctiones stetit potuerunt?

in rerum natura, quæ divisionis capax non esset. Id vero voluit, vim unientem corporis partes majorem esse in atomo, quam omnis vis, quæ posset imprimi, neque ullam esse tam validam vim in rerum natura, quæ hanc unionem in quadam corporis particula superare possit; tali nunc particulæ deprehensæ dabat nomen atomi.

Quæritur, an hujusmodi atomi in natura dentur. Id, ut examinetur, tenendum est nihil mutari in natura, & omnia manere, qualia fuerunt. Licet enim corpora quædam mutantur in forma, nunquam tamen mutantur in essentia sua. Oportet adeo ita cohærere illa, quæ rerum essentiam componunt, ut nulla vis tanta in natura sit, quæ hujusmodi particulæ applicata eam superet, aut eam atomum mutare queat (a). Si enim atomi mutari inciperent, & destrui, tota certe rerum natura destrueretur, & si id corpus, quod nunc aqua est, haberet partes mutabiles, quæ in partes ignis fieri possent, certe omnis rerum facies mutaretur, & omnia ab igne jam incipiente abundare destruerentur.

Sic contrario modo, si id quod nunc est ignis posset fieri aqua, impossibile esset, ut idem calor in natura per 6000. annos, & amplius, perdurare potuisset, uti quidem perduravit.

Ergo tota rerum natura clamat, principia unde reliqua constant, immutabilia esse. Si id aliter esset, non possent corporalia manere, qualia ante tot secula fuerunt. Ergo illud primum cohærens, quod principium dat rebus, est elementum & immutabile; non, quod mathematicè dividi non possit, hoc enim in infinitum fieri potest, sed, quod nulla vis existere queat, quæ ejus partes ab invicem separare valeat, & hoc ipsum facit stabilitatem naturæ.

Illa nunc causa, quæ facit, ut quod extensum est, ita cohæreat, ut suo cohæsiōnis nixu superet omnem vim in natura, tentantem suam cohæsiōnem immutare, id est ordo naturæ, & est eadem semper causa cohæsiōnis, hoc est, idem ille DEUS.

Jam ostendimus quidem elementa rerum, & respondimus questioni an dentur atomi, & quid sint; diximus.

C A P U T I V.

De soliditate & porositate.

SI atomus, & corpus ex atomis confectum, partes suas cohærentes ita habet unitas, ut nullum spatium vacuum intercipiatur inter eas partes unitas, tunc illa atomus, & illud corpus, vocabitur perfecte solidum.

Hæc est illa inter magnos viros agitata quæstio, quæ nempe idea sit solidi. Peripatetici & Cartesiani dicunt, extensum esse ideam solidi. Sed facile demonstrari potest, hoc non ita intelligi. Nam atomum definimus, quod constet ex aliis partibus cohærentibus, sed non separabilibus. Verum non ideo atomus perfecte solida est, nam si duas particulas materiæ creatas fuisse supponas & ita conjunctas ut in icona

A.

(a) Confer rationes MUSCHENBROEKII n. 24. nam NEWTONUS satis credebatur, posse utique aquam in aerem abire Optiks quæst. 30.

A, tantaque coherentes vi cohaesionis, ut unum corpus & una pars non separari posset ab altera, non esset tamen perfecte solida atomus, daretur enim spatium inter ejus partes. Verum si eae duae partes materiae ita fuissent unitae, ut nullum vacuum reliquissent inter suas partes, tum atomus illa esset perfecte solida, sive nullum spatium haberet intrinsecum, in quo alterum posset recipi & contineri corpus. Haec nunc idea est quam in primis fundamentis formare oportet.

Perfekte solidum adeo vocatur illud corpus quod ex atomis constat ita conjunctis, ut nihil vacui inter eas partes ponatur. Et perinde alterum etiam perfecte solidum corpus vocatur, quod ex aliis perfecte solidis corporibus constat, absque ulla intercapedine, seu spatio, relicto inter partes constituentes.

Ergo tres perfecte solidae massae habentur (a). 1. Atomus, quae constat ex partibus sibi mutuo unitis, sine ullo spatio vacuo interposito. 2. Corpus perfecte solidum, quod constat ex atomis seu partibus perfecte solidis, sed ita unitis ad se invicem, ut nullum spatium intermedium relinquatur. 3. Corpus ex corporibus constans (nam quod ex atomis jam constat, etiam dicitur corpus) sed ex corpusculis perfecte solidis ita sibi mutuo applicatis, ut nullum porum inter se constituent.

Hoc facile intelligitur, cum non sit nisi definitio.

Jam perfecte solidum mensuratur per mensuram spatii. Supponamus molem esse aliquam unius pedis cubici (in exemplo melius intelligetur), habeo ergo cubum perfecte unius pedis; hoc est sumo spatium quoddam, quod sit exacte unius pedis cubici, & pono hoc spatium a me jam repletum esse corpore, in quo nullum omnino vacuum sit, tunc vocabitur corpus illud perfecte solidum, & mensura ejus erit mensura spatii cubici; quia corpus exacte illud spatium cubicum replet, ergo tantum erit impenetrabilis massae, quanta est spatii magnitudo. Hoc bene retinendum erit, quia postea in mechanicis nobis inferviet.

Si atomus partes impenetrabiles ita junctas habet, ut intercipientur inter unitas partes spatiosa vacua, aut alia materia non unita repleta, tunc vocatur illa atomus corpus porosum.

Ut vero habeatur mensura corporis porosi, supponamus v. gr. aurum esse perfecte solidum, ergo occupabit pedem cubicum, jam auferatur aurum, hujus auri ex hypothese mensura est capacitas istius spatii cubici. Pone nunc idem spatium aqua impleri & aquam constare ter pluribus poris, quam aurum, ergo habet $\frac{2}{3}$ duas tertias partes suae substantiae porosas, & una tertia pars cubici pedis erit mensura substantiae corporeae istius aquae, nam reliqua sunt tantum vacua non corporea.

Hoc multum facit in viribus corporum inquirendis, nam vires inveniuntur ex quantitate materiae; sed quantitas materiae cognoscitur, cognita magnitudine pororum, quos oportet a solidis partibus subtrahere, nihil enim faciunt ad vires corporum, quia sunt tantum spatia vacua. Id vero, quod praeter poros spatia replet id dat quantitatem verae materiae, ergo haec est mensura corporeitatis.

Hinc videmus, si ARISTOTELIS & CARTESII sententia vera esset, quando extensionem fecerunt idem esse cum idea solidi, tunc sequeretur ubique esse eandem corpoream substantiam, & ipsa aurum cum aqua essent aequae gravia, neque a se

(a) MUSCHENBROEK n. 40. seq.

a se invicem quantitate materiae differrent. Sed hoc non esse verum demonstravit MAGNUS NEWTONUS mathematicis (a) evidentissimis demonstrationibus in experimentis de pendulis.

Invenere duo maximi viri ultimo elapsi saeculi ISAACUS NEWTONUS nempe & CHRISTIANUS HUGENIUS, ambo per diversa ratiocinia, materiem corpoream in quocunque spatio deprehensam habere ad materiem quae spatium aliud replet eam proportionem, quae est ponderis in utroque corpore, cujus massa comparatur (b). Massa vero corporea vocatur, totum id quod conspicitur. Elegantissima propositio, si ulla, haec est in physica, & utilissima ad corporum vires eruendas.

Quantitas etiam corporea in ea massa dicitur, copia illius impenetrabilis perfecte solidi, quod in ea massa est.

Invenit nunc NEWTONUS, & in tr. de pendulis (c) manifestis experimentis demonstravit, illud non cohaerens & inter poros interceptum, nihilo plus efficere, in respectu ad vires corporis, quam si vacuum esset. Invenit nempe, si pyxis una auro aut plumbo plena esset, & altera vacua, sed accurate clausa, si tunc ponderare pyxidem & plenam & vacuum, deinde sollicito respiceret ad utriusque actiones, esse eas actiones in ratione ponderum illorum corporum. Si vero materies haerens inter poros aliquid ad corporis vires conferret, tunc in experimentis certe appareret effectus majoris sed vacuae molis. Nunc nihil facit.

Hinc, si in auri poris haeret materies quaedam, ut materies subtilis CARTESII, seu alia quaecumque, eam, si aliquid addit ad corpus, oporteret aliquid in experimento demonstrare virium. Verum ut hoc faceret, deberet induere naturam solidi. Sed tunc non esset fluidum aliquod poris immixtum, sed ad corpus pertineret. Omnia enim corpora agentia agunt ut solida, non ut fluida; nam si v. gr. aquam in tubo habuerim, isque tubus non claudatur, tum tubus solus agit, aqua vero effluit, quia non coercetur. Verum, si comprimens illam aquam in tubo, ibi coarctam, tunc aqua induens naturam solidi agit una cum tubo, ut integrum corpus, & tubus tanto plus impetus edet, quo aqua intus contenta plus molis habuerit.

Materies autem in his poris contenta se non ita habet, ut aqua tubum replens, nam si agerent illa corpora, quae in his poris continentur, deberent aliter se habere actiones pendulorum, observante NEWTONO. Nunc pressio tantum agit, & ea in respectu ponderis corporum operatur, reliquum adeo omne, quod poris continetur, nihil agit.

Hinc, prout sunt corporum pondera, ita sunt vires, & si in uno corpore, duplo plus virium reperio, positis reliquis iisdem, in eo duplo plus materiae impenetrabilis erit, quam in altero, cujus vires duplo superat;

Magnus HUGENIUS idem observavit per experimenta pendulorum, sed Cartesianis principiis imbutus, non tam cito eam conclusionem vidit quam NEWTONUS inde deduxit. Postea vero, cum NEWTONI (d) scripta legeret, ingenue falsus est, experimentis captis se observasse, pondus esse unice a materia corporea.

Hoc

(a) Princip. Philosoph. nat. def. I. (b) L. c. (c) L. c. L. II. Sect. VI. Prop. XXXI.

(d) Contra CARTESIUM docet HUGENIUS de caus. grav. p. 107, & alibi.

Hoc posito, fundamentum aptum habemus mechanices, ex solo pondere observato, nempe veram materiam impenetrabilis in certo loco contentam constitutionem cognitionemque.

Pondus equidem est tantum qualitas ad nos relata, neque perfecte solidum corpus hactenus notum est, neque adeo accurate definire possumus copiam materiam, copiamque vacui spatii, quae corporibus sunt. Si unicum daretur corpus perfecte solidum, v. g. aurum, haberemus scalam pro omnibus reliquis corporibus. Tunc enim ponerem: aurum continet in pede cubico tantum materiam perfecte corpoream; deinde ponderarem aquae pedem cubicum, & statim scirem aquam tanto minus habere materiam corpoream, tanto plus vero vacui: sed id unice verum est in proportionem ad aurum relata, nec possum pronuntiare, quantum vacui, quantum vero materiam solidae aquae insit. Inde si aerem ponderaverim, qui tanto levior est, disco equidem, tanto plus vacui in eo esse respectu auri, solidioris nempe & ponderosioris corporis, & per eadem, tanto minus esse in eo materiam perfecte corpoream; & sic pergendo determinare poterò proportionem vacui & solidi in diversis corporibus, non autem proportionem eorum veram inter se.

C A P U T V.

De diversitate corporum.

ERGO ex ipsa corporea natura habetur idea diversitatis. Hactenus vidimus, omnem materiam divisibilem in infinitum constare ex infinitis, quasi, nihilis sed praeterea vim in rerum natura esse, quae faciat, ut respectu nostri haec nihilia fiant aliquid, nempe atomi. Porro in HUGENIO & NEWTONO vidimus, atomos aliquam gravitatem habere. Ergo pro principio physico ponimus materiam extensam esse, impenetrabilem, formatam, divisibilem in infinitum, & omnes partes divisas quandam habere gravitatem toti massae perfecte convenientem assumimus. Haec corporibus communia sunt, verum ex eadem idea corporea naturae sequitur triplex diversitas. Prima petitur a diversitate atomi; atomorum non eadem est magnitudo, etsi omnes divisibiles sint, neque enim haec aequalitas necessaria est ad constituendum corpus; deinde non requiritur, ut omnis atomus sit aequaliter solida ac altera, nam una potest esse perfecte solida, & altera unita ex indivisibilibus, ut tamen inter partes ejus componentes vacuum intercipiatur. Denique atomorum figura diversa esse potest.

Altera diversitas haec est. Una atomus composita alteri, corpusque unum compositum alteri corpori majori minorive cohaesione inter se uniri potest, & si corpus ex atomis confectum fuerit, potest iterum fieri, ut partes ultimae majori & minori vi sibi mutuo adhæreant, & hoc facit distinctionem in rerum natura inter corpora.

Tertia diversitas oritur ex diverso modo uniendo unam atomum alteri, & unum corpus alteri, v. g. duae atomi possunt Δ hac ratione se tangere, & sic plus spatii inter se relinquere, quam si propius ad se invicem accederent: Videmus itaque clare, triplicem ingentem diversitatem resultantem ex rerum elementis ipsis deprehensis concipi posse, quod certe ex non alio systemate physico sequitur.

CA-

C A P U T VI.

De dirigendo studio.

UT recta sit methodus, primo jacienda sunt fundamenta, dicenda praecipua cujusque partis studii capita, excitanda est clara singularium idea; deinde dicendum, qui sint auctores unde petantur ea, quae nunc maxime recensuimus.

Qui recto ordine rerum naturalium principiis indagandis incumbere vult sequentes legere debet auctores, 1. EPICURUM & DEMOCRITUM, eorumque dogmata, hoc est, antiquissimam Phœnicum & Aegyptiorum philosophiam, quam invenimus optime descriptam, apud magnum illum nobilem Romanum poetam TITUM LUCRETIIUM CARUM in tractatu de principiis rerum, qui certe omnium praclarissimus scripsit, jam ante tempora CICERONIS. Hic etiam LUCRETIUS primarius est, apud quem EPICURI & DEMOCRITI principia elegantissime deducta habemus.

2. Legantur haec apud DIOGENEM LAERTIUM Graecum in *vita EPICURI* (a), & in primo libro de vita philosophorum antiquorum. LAERTIUS quidem omnium philosophorum dogmata descripsit, nullius tamen placita adeo sermone exponit, quam EPICURI, & quamvis videatur plus amare EPICURUM, quam DEMOCRITUM, tamen certum est, EPICURUM omnia sua a DEMOCRITO habuisse.

3. Verum si haec omnia perfectissime cognoscere vultis, tunc legere oportet PETRUM GASSENDUM in *commentariis in librum DIOGENIS LAERTII de vita EPICURI* (b), qui certe vir DEMOCRITI philosophiam summopere propugnavit. Solus etiam sufficit ad haec cognoscenda, nam habet quidquid DIOGENES LAERTIUS & quicquid EPICURUS tradidit, deinde quidquid boni & veri mathematici eo tempore addiderant priorum placitis.

Qui vero in scientia mathematica majores fecerunt profectus, legant ISAACUM NEWTONUM (c), palmam praeripientem omnibus, uti & CHRISTIANI HUGENII tractatum *de la Lumiere, & de la Pesanteur* (d), qui prius Cartesianus fuerat, sed paulo ante obitum, NEWTONI, EPICURI ac DEMOCRITI doctrinam sequutus est.

Eadem etiam jacta fundamenta videntur apud KEILLIUM in *introductione ad veram philosophiam* (e).

(a) L. X. tot.

(b) Edita an. 1647, & ultimo Lugduni 1675. fol.

(c) Aut si minus firmus in sublimiori Mathesi fuerit, breviter & dilucide ea omnia reperiet in MUSSCHENBROEKII *Element. physices* Leidæ an. 1741. in 8. aut Gallice an. 1739. 4. edit. Nam in principiis NEWTONI vix quidquam de generalibus corporum quantitatibus habetur. Quae vero de EPICURO supersunt ad curiosiorem eruditionem pertinent, nimis hinc, nimis nuda experimentis, nimis mista erroribus.(d) In *operibus posthumis*, quae Leidæ in 4. an. 1703. & 1728. prodierunt.

(e) Plura habet Editio alia Londinens. an. 1719. 8. alia Leidensis est an. 1739.

C

M E.

M E T H O D I
S T U D I I M E D I C I
P A R S I I.
G E O M E T R I A,
S I V E D E
F I G U R A E T M E N S U R A C O R P O R U M.

C A P U T I.

De Figura Corporum.



Ostquam Medicus naturam generalem communemque omnibus corporibus cognovit, corpora esse finita facile intelligit. Hoc quidem ex philosophia Peripatetica & Cartesiana fluere non potest: nam apud eos viros idea corporis est extensio, sed extensio est infinita. Verum in nostra philosophia, aurum ponderosum est, sed flexile, ergo habet poros, ergo erit finitum, & lignum, quod levius est auro, adhuc plus pororum habet, ergo magis finitum est, nam ubi pori sunt, ibi vacuum est, & ibi corpus desinit adesse. Sed ex SPINOZIANA & CARTESIANA sententia sequitur, naturam corporum ubique esse eandem, nam extensio est ubique; hinc etiam optime iis objicit GASSENDUS; in locis citatis „ si dicis finem esse aliquem extensionis, pone te esse in eo loco universi, ubi dicis hujus finem esse, non potes, inquit, non fateri, ad exteriora hujus finis extensionem rursus adesse; nam si hic finem ponas ubi ultimum corpus terminatur, juxta hocce corpus erit iterum extensio. Verum extensio CARTESIO dat ideam corporeitatis, ergo nullus est finis corporum secundum CARTESIUM.

Sed ex nostra philosophia sequitur, ubi finem pono, ibi vacuum est, adeoque ex nostra philosophia corpus est finitum.

Ubi ergo finitur corpus, ibi limites habet, sive esse desinit, & illud extremum, ubi corpus desinit esse corpus, id vocatur corporis *superficies*. Hæc jam superficies varias formas induere potest, quæ forma vocatur *figura*; hinc videmus, quid figura mathematicis sit, nempe extrema forma corporis, *limes* vero corporis est corporis extremum figuratum, & *superficies* est limes corporis; ergo omnis superficies, hoc est figura, quæ simplex dicitur, nihil habebit corporei: nam figura nullam densitatem habet, sed tantum longitudinem & latitudinem; hinc dicunt Geometræ omnem figuram juxta longitudinem & latitudinem tantum

tum mensurari posse; ergo duplici mensurabilitate prædita habetur omnis figura simplex.

Figuræ nunc sunt, quarum ope mensuratur corpus: hoc demonstrabitur in sequentibus; nemo enim posset mensurare cameram nisi figuram faceret, sed figura est limes seu superficies: hinc quid faciunt Geometræ? sumunt illam lineam longitudinis unius parietis, & alteram lineam alterius parietis, quæ dat latitudinem, & multiplicant has mensuras per se mutuo, tunc dicunt, en area hujus cameræ. Ut tota vero cameræ capacitas habeatur, sumunt ad unum parietem illam latitudinis lineam, secundum alterum parietem mensuram longitudinis capiunt, & secundum parietem perpendicularem tertiam lineam dimetiuntur, has lineas multiplicant iterum per se mutuo, & tunc dicunt, en hæc est tota camera. Ergo Mathematici philosophi nunquam mensurant substantiam corpoream, sed superficiem, & superficies determinat massas corporeas. Verum superficies mensurari nequit, sed lineæ superficiei mensuratæ dant quantitatem massæ: & sic per figuræ mensurationem habemus corpus. Sed corporum vires, a figura & mole pendentes (ex mechanicis), nobis sunt mensurandæ; nam idem corpus sub varia figura, varie agit. Ergo accurato philosopho corporum figuræ sunt cognoscendæ.

Id ergo, quod EUCLIDES & ARCHIMEDES invenerunt de figuris corporum, & qualis usus inde ad scientiam physico-medicam accedat, exponemus paucis, atque breve trigonometriæ fundamentum simul dabimus.

A superficiei cognitione pendet ars mensurandi corporeum spatium, a mensura corporei spatii pendet mensura virium; adeoque Medicus, ubi vires corporeas indagare vult, superficierum cognitione carere non poterit. Notissimum est ex geometricis, quod ille, qui novit superficies ambientes corpora, & spatia corporea, idem invenire possit, quanta sit area, & quantum sit spatium comprehensum intra has superficies, sive in harum figura; ergo ille etiam cognoscet, quantum sit spatium corporeum comprehensum intra has superficies.

Verum, qui vult vires indagare corporum, duo debet cognoscere, 1. celeritatem corporis moti, tum 2. ejus magnitudinem. Sed magnitudo corporis dependet a superficie ejus cognita, ergo qui vires corporum indagare vult, ille superficies mensurare, tuncque celeritatem cognoscere debet. Hinc patet, artem mensurandi superficies necessariam esse Medico, qui vires corporum cognoscere debet. Hinc commendat HIPPOCRATES suo filio (a), ut addiscat arithmetiam & geometriam; sed geometria est tantum contemplatio superficierum, nihil enim aliud faciunt Geometræ.

(a) In epistola spuria ad Theffalum filium.

CAPUT II.

De Figurarum mensura.

OMnes superficies cognoscuntur cognitio prius linearum mensuris, hoc est, cognitio lineis rectis earumque mensura, quod idem est. Hic demonstrabimus, quomodo Medicus geometriæ cognitionem facile acquirere possit. Figuræ enim cognosci nequeunt, nisi perspecta sit linea recta, per quam mensurantur omnia. Ergo Medico & Physico illud quod Geometriæ in lineis rectis considerant, cognoscendum est.

In his lineis, & in superficiebus, & figuris, atque in ipsis corporibus, & corporeis spatii versatur geometria, & considerat 1. magnitudinem rerum, 2. incrementum, 3. decrementum, 4. proportionem ejusdem corporis ad alia, hoc est 5. lineæ transmutationem in aliam diversæ naturæ, sed ejusdem magnitudinis. Explicabo nunc, quomodo geometria concipiat lineam rectam. Omne quod EUCLIDES in quindecim libris suis, quod ARCHIMEDES in demonstrationibus linearum rectarum & curvarum, quod Geometriæ in demonstrationibus suis de lineis invenerunt, eo redit ut considerarent 1. magnitudinem, quæ est *extensio intra datos terminos, sive inter duo puncta, sive inter duos limites*; ergo inter punctum hic positum, & inter punctum ibi positum, ponitur extensio, & sic linea est id, quod inter duo puncta ita interjacet, & vocatur magnitudo. *Figura autem vocatur, quando extensio hujusmodi continetur intra limites ex lineis formatos. Area vocatur, ejus figura magnitudo.* Si contempler magnitudinem areæ, debeo cognoscere quantitatem spatii intra suos limites contenti, sic enim magnitudo cubiculi emergit, si cognosco aream baseos per altitudinem. Aream vero metior lineis inter lineas ductis, corpus denique lineis ductis inter superficies.

2. Alterum objectum geometriæ est incrementum, nec enim possum concipere extensionem intra hos limites, quin concipiam extra hos limites aliam a priori extensionem, hoc est *incrementum*, nam Geometria non creat aliam extensionem, sed tantum creatam cogitat; nam quando cogito extensionem extra limites, cogito sit atim ab utroque puncto terminante continuari posse lineas, quæ extensionem mensurant, novamque inter has lineas dari extensionem, ergo illam certam magnitudinem, quæ intra hæc duo puncta erat, posse augeri. Sed eadem ratione etiam corpora augentur. Ita v. gr. non possum cogitare cubiculum intra suos parietes comprehensum, quin ad singulam ejus superficiem limitatam cogitem aliquid addi posse; simile constat, si hujusmodi cubiculum limitetur sex superficiebus, quæ quadrata sunt, non potero hoc cogitare quadratum, quin extra illud simile concipiam quadratum, & extra hoc quadratum aliud prioribus simile, & si ita pergo, dicor augere primitivum quadratum.

Incrementum ergo est cogitatio extensionis alicujus extra similem datam extensionem.

3. Ubi incrementum est, sic oppositum sive contrarium ejus est decrementum. Sed ubi incrementum & decrementum est, sic est divisio & multiplicatio linearum, nam dividere lineam, est extensionem aliquam intra datos limites toties diminuere

quoties id fieri potest. Ita intra hos limites mensuretur linea tot pedum, tunc Geometra hanc mensuratam lineam vocat hanc magnitudinem datam; nunc, si petit Geometra, ut dividatur illa data linea in tres partes æquales, vult unice, ut cogitem tot lineas, quarum singula, quæ est una tertia pars hujus totius, sit æqualis reliquis duabus quæ æquales sint inter se, & constituent simul totam lineam.

Ergo *dividere lineam*, nihil aliud est, quam *concipere minorem quantitatem de priori toties remove, quoties id fieri potest in illa data magnitudine.*

Nunc apparet, quid sit multiplicare. Sit v. gr. ibi linea 100. pedum, vult Geometra eam multiplicare, considerat illam lineam datam, tum similem lineam, & post hanc iterum similem, hocque sexies repetit, id ipsum quod nunc describo, dicitur multiplicare lineam, & hoc vocatur incrementum apud Geometras.

Id nunc facile applicari potest superficiebus & corporibus; ergo dividere, & multiplicare, est unice invenire quantitatem, quæ illam, quam multiplicandam accepimus, toties in se continet, quoties præscriptum est. Dividere vero, est quantitatem invenire, quæ in dividenda quantitate toties continetur, quoties id petitur.

4. Tractatus de proportionem est primarius totius matheseos, nam certe tota mathesis sive geometria, sive algebra, sive arithmetica, nihil est, nisi inventio proportionum. Exemplum de lineis sumam, nam idem est, sive lineas consideravero, sive corpora, ergo data est mihi linea, ejusque limites; inter eos limites datur extensio seu magnitudo, quæ est linea ipsa. Sed datur etiam alia linea, cujus etiam novi limites, ergo & magnitudinem. Si nunc Geometra scire velit, quænam proportio sit unius lineæ ad aliam, tunc considerare debet, quot partes sint in hac linea, & inveniet partes v. g. 100, & in altera invenit partes similes 200, proportio nunc erit inter has lineas, ut 100 ad 200, hoc est ut 1 ad 2. *Proportio ergo est, inventio mensuræ communis duobus extensis, & invenitur, quando vera utriusque extensi magnitudine cognita, comparatio fit unius magnitudinis ad aliam, quantum differat; & hoc vocatur proportio a Geometris, sive ratio, uti loquuntur.* Dicere enim linea AB habet se ad lineam CD in aliqua quacunque ratione, est dicere, lineas minores, ex quibus utraque tamquam partibus constat, tot in AB, & tot etiam, sed alio numero, in CD reperiri; hinc nunc dicitur lineæ ratio ad alteram duplex, triplex, quadruplex, quando partes æquales in AB duæ, in CD quatuor, in EF sex, in GH octo repertæ fuerunt.

Veteribus ergo dicitur proportio, quod neotericis ratio, quando lineæ cum lineis, superficies cum superficiebus, corpora cum corporibus, velocitates cum velocitatibus, & in universum duæ quæcunque res ejusdem generis, quarum magnitudo cognita est, inter se comparantur, & invenitur, quomodo magnitudo & mensura unius extensi se habeat ad alterius congeneris magnitudinem & mensuram.

Proportio nunc strictius sumpta est, ut dicit EUCLIDES, *rationum similitudo, aut æqualitas.* Ita proportio dicitur, quando uti ultimæ partes primi se habent ad ultimas partes secundi, ita ultimæ partes tertii ad ultimas partes quarti, &c.

Proportio igitur requirit, ut cognoscatur quantitas utriusque comparandæ. Cognitio quantitatis poscit, ut cognoscatur mensura utriusque communis: & deinde,

de, ut hæc mensura ad utramque applicetur, atque noetur, quomodo eadem mensura se ad unam & ad alteram habeat.

5. Transmutatio est nobilissima matheseos pars, quæ dicitur quadratura in figura, & evolutio in lineis. Sit hæc AB (Tab. I. fig. 4.) linea recta cognita, cujus limites dati sunt. Rogat nunc Geometra, ut lineam curvam inveniam, cujus eadem sit magnitudo, quæ rectæ lineæ AB; is certe Geometra petit transmutationem lineæ in aliam. Si tunc scirem lineam circularem aliquam, quæ limites æquales haberet cum AB, jam invenissem transmutationem lineæ rectæ in curvam, & lineæ curvæ in rectam. Verum nemo mortalium hoc novit facere in curvis lineis. Iterum inter lineas curvas, si data mihi esset linea curva circularis C (Tab. I. fig. 5.) atque iuberer invenire aliam ellipticam lineam D (fig. 6.) quæ æqualis foret datæ C, hæc inventio vocaretur transmutatio linearum: Ea transmutatio, quantum novimus, ex rectis lineis in curvas, & ex curvis in rectas inveniri vix potest; rectarum vero inter se & curvarum inter se transmutatio utique inveniri potest in multis, & invenierunt Geometræ, ut EUCLIDES ipse demonstrat. Dabo exemplum. Habeo v. gr. quadratum, rogo ut fiat triangulum æqualis magnitudinis. Id præstat EUCLIDES. Scribit quadratum ABCO, (Tab. I. fig. 7.) In harum linearum alterutrum sumit DE æqualem CD, conjungit puncta A & E, ducta linea AE, eritque triangulum CEA æquale quadrato ABCD; scribe enim notam F ubi AE secat lineam BD, erit in triangulo ACE figura AFCD, & eadem etiam continetur in quadrato ABCD. Deinde triangula AFB & FDB sunt inter se similia & æqualia, habent enim latus DE per constructionem = CD = AB., & angulos rectos ABF, FDE, & angulos AFB ac DFE æquales, cum sint anguli oppositi ad vertices. Hac ratione deinde etiam aliter poterit quadratum mutari in infinita triangula, ut in 6 libris EUCLIDIS patet.

Quando nunc figura curva transmutari potest in rectilineam, tunc vocatur hæc transmutatio quadratura curvæ, quæ nihil est, quam mutatio superficierum lineis curvis comprehensarum in superficies lineis rectis terminatas. Ita deinde seorsim vocatur quadratura circuli, ellipsoes, &c. aliaque infinita, ut ellipsoes quadratura inventa ab ARCHIMEDE, & lunularum ab HIPPOCRATE. Mathematici recentiores hæc applicarunt & superficiebus & denique corporibus; &c. qui nunc ultimus est geometriæ limes. Hæc sunt quinque objecta, quæ contemplantur Geometræ, & nihil aliud habent, neque adeo Medicus ad studium suum perficiendum plura scire tenetur.

C A P U T III.

De methodo discendi Geometriam.

UT quisque geometriam brevissime & facillime addiscat, 1. debet arithmeti-
cam cognoscere, quam omnium optime inter auctores docuit ANDREAS
TAQUET in *Arithmetica sua*, liber est in 8 (a). Idem etiam præstitit, sed majori
ope.

(a) *Theoria & praxis Arithmet.* Amst. 1704. 8. Laudem etiam meruit WOLFII *Elem. Math.* T. V. p. 50.

opere, JOHANNES PRESTET in libro *Elémens de Mathématique*, 2. voll. in 4. Paris (a). Reliqui fere omnes dant operationes, sive demonstrationes, sed in his ultimis invenitur, quomodo inventæ sint operationes, & quibus ratiociniis innitatur arithmetica. Omnium autem prima inter partes geometriæ addiscenda est, quia mensuram sive magnitudinem supputare non possumus absque numeris, nam mensurare est numerare. Oportet adeo Medicum eo usque progredi, donec fractiones multiplicare, dividere, & regulam auream cognoscat.

Postquam Arithmetica tiro didicit, potest adgredi Geometriam & sex priores EUCLIDIS (b) libros, & considerare figuras, quas a FOURNIERO (c) optime editas descripsit MELDERUS, proprie enim sunt a FOURNIERO, quamvis MELDERUS suas vocet. Si malit omnes XV. libros EUCLIDIS addiscere, debet eligere illos, qui a BARROWIUS (d) editi sunt, optima editio est Londini, & præstat

(a) *Elementa Math.* Paris. 1694. 4. Habet analytica vulgatiore.

Cæterum nostris temporibus longe plures ad Arithmetica spectantes Auctores habemus, neque sufficere ullo modo crediderim vulgarem illam numerorum considerationem, neque ab ullo Medico abesse posse speciosam illam analytin, quam barbaro nomine *Algebram* vocant, adeo fere excluditur optimis quibusque Scriptoribus, & caret disciplinarum usu quicumque & vulgarem Algebram & altiores illos differentialium & integralium calculos non perceperit animo. Scriptores ad utramque partem calculi universalis paucissimos adponam. Tironi sufficet BERNARDI LAMÉ *Traité de la grandeur*. Parisiis 1731. 12. ut qui peculiari industria effecerit, ut facillimus sit discipulis, & fere præmansum temperatumque cibum propinet. Deinde notum facio omnibus CHR. WOLFII in universali matheseos systemate, quod sæpius & Halæ & Genevæ edidit, & cui de Algebra tractatus insertus est, quem non audio, ut alia fuerunt celeberrimi viri scripta, hæc tamen fuisse impugnatum.

Ad altiora & IDEM ducit WOLFIIUS, & NEWTONIUS in *Arithmetica univers.* quæ primum Cantabrigiæ an. 1707, deinde Londini an. 1722 in 8. denique procurante s. GRAVESANDIO Leidæ in 4. prodiit. Sed ad summa progressuro necessarium est ut Sectionum conicarum proprietates perdiscat, quas in Marchionis de L' HOPITAL posthumo opere discere potest, Parisiis 1720. in 4. edito, etsi justo minus memor fuerit Conorum, ex quorum sectione, non ex mechanica productione per regulas, nec in algebraicarum formularum consideratione hæc tres vel quatuor (si circulum addideris) celeberrimæ curvæ lineæ natæ sunt. Vel etiam legi poterunt MILNESII *Sectiones conica*, Oxon. 1712. 8. editæ, quæ LA HIRIANARUM sunt Epitome, aut LA HIRII majus opus Paris. 1685. in fol. excusum, minuste 1679. 12. Sequitur ejusdem L' HOPITAL infinite parvorum analysi edita Parisiis 1696. & 1716. 4. ex JOHANNIS quidem BERNOULLII Læctionibus natum, sed Gallico ingenio ornatum, mireque in tanta rerum difficultate facile discipulis opus, quod utilius præterea reddidit VARIOGONII commentarius, qui sub nomine *Eclaircissement sur l'Analyse des infiniment-petits* prodiit an. 1711. Parisiis in 4. Ad integrale vero calculum, cujus non extant nisi pauca nantes in gurgite vasto insulæ, STONII in versione Angl. operis L' HOPITALIANI parte secunda. MANFREDUS in opere *de constructione æquationum differentialium primi gradus*. Bononiæ. 1707. 4. JACOBUS STIRLING in illustratione Libri NEWTONIANI *de Curvis tertii ordinis*, Oxon. 1717. 8. & in *methodo differentialium*. Lond. 1730. 4. COLSON. in *method of fluxions and infinite series*. Londini 1728. 4. & NEWTONI atque LEIBNIZII ipsarum opera legi debent. Ad omnem vero Algebram opera pulcherrima JOHANNIS BERNOULLII plurimam undique lucem adfundunt, quæ nuper conjunctim Lausannæ prodierunt. Plura addere vetat instituti ratio, meumque ab his studiis dudum alienum vitæ genus, quod officia necessaria se qui jubet.

(b) Geometriæ princeps ubique EUCLIDES est, maxime in L. I. II. III. IV. V. VI. XI. XII. XIII. XIV. XV. nam reliqui fere arithmetici sunt.

(c) EUCLIDIS *Elementorum* L. priores VI. opera CHRIST. MELDER. Leidæ 1673. 12.

(d) EUCLIDIS *Opera nova methodo de novo illustrata & succincte demonstrata*, Londini 1666. & denovo 1675. 4. GREGORII etiam splendida editio in Theatro Scheldoniaco an. 1703. in folio prodiit; sed tironi sufficet, quam nuper Lipsiæ an. 1743. in 8. edidit CL. BAERMANIUS, quæ eandem figuras habet GREGORII.

stat Francofurtensi. BARROWIUS, philosophus, musicus, theologus fuit & aliquos errores in EUCLIDE emendavit. Qui autem simul hæc discere vult, una cum usu proportionum, legat XV. libros EUCLIDIS editos a CHRISTOPHORO CLAVIO (a) sed debet haberi, si potest, editio Romana, duobus voluminibus in 8. Hic enim non solum proportionum docentur, sed omnia quæ in Philosophia, Mechanica, Geometria, Practica, &c. desiderari possunt.

Verum fatendum est, hos omnes Auctores non observasse ordinem, quem EUCLIDES ipse non bene observavit; ergo, si quis hæc omnia ordine vult addiscere, legat librum illum incomparabilem BERNARDI LAMY *Elémens de Géométrie, ou Traité de la mesure des Corps* (b), ibi enim optime omnia Euclidea & Archimedea ad finem usque continentur. His præstitis totam Geometriam habebit Medicus.

CAPUT IV.

De mensura Linearum curvarum.

Geometria vulgo contemplatio dicitur, sed sensu improprio; nam proprie est mensuratio figuræ, ad quam requirebantur eæ quinque considerationes quas dixi, ut magnitudo, &c. itaque hæc Geometriæ pars, quam jam explicaturus sum, est magis proprie Geometria, tractat nempe de figurarum, linearum & corporum mensuratione.

Figura est superficies circumscripta. Figura plana dicitur ea, ad quam linea recta applicata cum omni puncto congruit ubique, quando nempe nulla puncta superficiem infra lineam rectam se subducunt, nulla supra eam emergunt. Superficies vero plana ordinata est, cujus latera se eodem modo, ut hæc superficies, habent; & ad hanc revocari potest superficies gibba, quæ est figura spheram ambiens: in hujusmodi enim figura, si lineam rectam applicaveris, aliqua partes plani se subducunt, aliæ eminent. Ergo figuræ & superficies curvæ revocantur ad figuras & superficies planas, nam figuræ curvæ mensurantur tantum, quando revocantur ad planum, idque fit methodo qua jam antiquissimi usi sunt Mathematici. Unicum exemplum dabo. Concipiatur circulus, cujus centrum sit C (Tab. II. fig. 1.), hunc ita mensurantur Geometriæ. Circuli

(a) Reformator Calendarii Gregoriani. Editio EUCLIDIS citata est Romana 1574. 8. & Francofurtian. 1654. Auctoris alia Opera his annis edita sunt, *Geometria practica*. Rom. 1604. 4. *Algebra*. Rom. 1608. 4. *Spherica*. Romæ 1586. 4. Opera vero omnia Germanicæ editionis Moguntia fol. 1612.

(b) Parisiis etiam an. 1685. 1688. 1710. 1731. & 1734. edita. Facilitatem laudamus; rigorem demonstrandi hinc inde requirimus. Solent caterum recentiores vitio vertere EUCLIDI, quod ordinem parum observaverit, & quod per deductionem ad absurdum fere demonstraverit, quæ methodus ad sensum extorquet, animum non illustrat. Hinc ad Geometriæ elementa enixius commendo ANDRÆ TACQUET *elementa Geometriæ planæ & solidæ* quæ WHISTONUS edidit Cantabrigiæ an. 1703. & 1722. 8. excuderunt vero Amstelodami 1725. 8. Is enim & perspicuitate simul & brevitate efficaci eminentes demonstrationes habet. Sed nec PARDIESII breve compendium displiceat Tironi, sapissime recusum, & cum Auctoris reliquis Opusculis Lugduni 1725. 12. in quod prælegere dignatus sit J. BERNOULLIUS, etsi neque id ubique vitis & laxitate in demonstrando purum sit.

culi area est figura plana, sed terminus est figuræ curvæ: inscribunt ergo Mathematici quadratum ABDE, & vident hoc quadratum circulo minus esse. Deinde circumscribunt quadratum, & vident majus esse circulo, pergunt ergo & dicunt, si invenierim magnitudinem quadrati circumscripti, & magnitudinem quadrati inscripti, & differentiam sumsero, hoc est inscriptum quadratum demserim de circumscripto, & remanentis sumsero dimidium, jam reliquum plus accedit ad circumsculm. Ergo inscribunt circulo octogonum & simile octogonum circumscribunt, inveniant magnitudinem octogoni inscripti, & magnitudinem octogoni circumscripti, & vident quantum differant, & subducunt octogonum inscriptum de octogono circumscripto, hæc differentia utique plus accedit ad circumsculm. Ergo inscribo & circumscribo figuram sexdecim laterum regularem, subduco iterum inscriptam a circumscripta, & sumo iterum dimidium differentiæ restitantis, & jam propius accedo ad circumsculm. Ita inscribendo & conscribendo in infinitum pergi potest, ut in circulo perpetuo plurium laterum figuræ rectilineæ inscribantur, & plurium laterum figuræ rectilineæ circumscribantur, donec omnes tres figuræ nempe circulus & figura inscripta & circumscripta fiant eadem, quod nunc facile est, nam omne inscriptum semper aliquid minuit, ut ultimo nihil remaneat ad subtrahendum, & figura inscripta, & circumscripta, & circulus, nulla alicujus momenti quantitate differant.

Itaque nunc, cum sic multoties perrexerim, illa ultima differentia nulla est, ut dixit ARCHIMEDES, hoc est, possum toties inscribere & circumscribere, ut cum accesserim ad finem, differentia sit fere nulla, adeoque quod deficit a perfecta æqualitate plani multilateri & circuli, id pro nullo haberi potest.

Nempe omnis figura curva concipiatur tanquam facta ex lineis infinitis & infinite parvis rectis, quæ omnes sibi mutuo junctæ sunt, & si ita concepta fuerit, poterit ut linea recta mensurari. Curvas ergo lineas figuras curvilineas que corpora oportet per rectas lineas rectasque superficies & solida metiri, & quæ non possunt ad rectas revocari, eæ neque mensurari possunt.

De lineis dixi, nunc de corporibus mensurandis exemplum addam.

Mensurandum est solidum cylindricum gibbum. Ergo Geometriæ, ut id mensurent, reducunt ad solidum rectilineum. Sit illi circulo superiori A (Tab. II. fig. 2.) inscriptum quadratum, huic inferiori B perinde inscribatur quadratum, jungantur hæc plana lineis ex angulis in angulos deductis, nascetur solidum cylindro inscriptum. Deinde his iisdem circulis circumscribo duo quadrata, hæc conjungo lineis & planis qualia dixi, sic nascetur prisma, sed extra cylindrum circumscriptum; verum superficies corporis inscripti minor est superficie circumscripti corporis, & dimidium differentiæ magis accedit ad cylindrum. Ergo ergo ita inscribere & circumscribere in infinitum, donec latera prismatis convenient ultimo cum superficie hujus cylindri, & latitudo ac altitudo cylindri nulla assignabili quantitate differant a latitudine & altitudine prismatis, hoc est, cylindrus est factus in prisma. Idem valet de omnibus quæ cogitari possunt v. gr. de sphaera. Quando v. gr. Geometriæ sphericam superficiem, ut fecit ARCHIMEDES (a)

D re-

(a) ARCHIMEDES de Circuli dimensione. Libellus is a WALLISIO editus est Gr. & Lat.

revocare volunt ad figuram mensurabilem, inscribentes & circumscribentes ei quadrata, agunt, ut de circulo diximus, & pergunt sic in infinitum, adeo ut tandem fiat figura rectilinea, qua cum figura sphaerae una sit eademque, aut certe nulla adsignabili quantitate differat. Ergo ars mensurandi ponitur in figurae planae mensuratione, & reductione planae curvae ad rectam, & gibbae ad planam rectam.

Explicandum est, quomodo spatium corporum rectis aut curvis planis circumscriptorum adsignetur.

CAPUT V.

De Trigonometria.

Mensura est magnitudo quadam cognita, ad quam applicatur alia cognoscenda, eo sine ut sciamus, quoties ignota ea quantitas cognitam contineat, aut ab eadem contineatur. Omnis mensura debet simplex esse & certa, alias non est mensura; ergo ad mensurandum corpus necessario adhibenda est superficies simplicissima, & ad mensurandam superficiem, est applicanda simplex rectilinea figura. Simplex autem rectilinea figura est triangulum; verum triangulum per quadratum mensuratur, sed quadratum mensuratur per lineam rectam, ergo requiritur ad mensuranda quaecunque corpora lineae rectae mensura; hinc Geometrae primo mensuranda est linea recta, tum quadratum, & per quadratum denique omnes superficies.

Verum quadratum adhuc est nimis compositum, hinc sumunt Geometrae triangulum; nam habet triangulum uno latere minus, quam quadratum; ergo omnes Geometrae mensurant per triangulum; & illa pars Matheseos, quae docet mensurare triangulum, vocatur Trigonometria, quae Geometrae cognoscenda est. Primum ergo, quod Medico & Mathematico discendum est (postquam vidit opera EUCLIDIS & LAMY) est mensurare triangulum, nam per eam figuram mensurantur omnia.

Porro, qui potest triangulum mensurare, ille omnia mensurare potest. Proponamus pro exemplo circulum. Hujus mensura invenitur, quando scimus longitudinem peripheriae, & potest, ea cognita, definiti circuli magnitudinem esse eandem quae trianguli, cujus altitudo BA (Tab. II. fig. 4.) est semidiameter hujus circuli, & cujus longitudo est ejusdem circuli circumferentia. Id ARCHIMEDES demonstravit. Quare omnes figurae curvae, quae per rectas figuras mensurantur, eae omnes per triangulum mensurantur, hanc ergo Trigonometriae scientiam nosse oportet, ut cognoscantur corporum vires, molem enim corporum cognoscere non possum, nisi cognoverim corporum massas, quae mensurantur per triangulum ope Trigonometriae.

In

Oxonii an. 1670. 8. Caeterum ad perfectiorem Geometriae cognitionem pertinent APOLLONII PERGAEI Conicarum L. VII. Oxonii ab HALLEIO an. 1710. in fol. edit. aut ab ALPH. BORELLO 1661. fol. Priores enim editiones, ut Bononiensis an. 1566. folio cum lemmatis PAPPY edita a COMMANDINO, Libros tantum quatuor habent. Porro GREGORII a S. VINCENTIO doctissimum inventis & altioris analyticos seminibus opus Antwerpiae an. 1647. in folio editum. Compendium APOLLONIANARUM Sectionum Florentiae an. 1722. a GUIDONE GRANDI datum. Ad linearum rationes altiores & locos Geometricos PAPPY Alexandrini collectiones Bononiae 1660. fol. editae. Ad Curvas varii supra recensiti not. (a) pag. 23. & ISAACI BARROW Lectiones Geometricae. Londini. 1670. 4.

In triangulo jam occurrunt tria latera, tres anguli, & area; ergo tota Trigonometria seu trianguli mensuratio est id, quod explicat, quomodo ex tribus datis inveniatur omne, quod occurrit in triangulo, & in hoc consistit tota haec pars Geometriae. Sit ergo triangulum; in toto hoc triangulo possunt considerari septem diversa, nempe tres lineae, quae triangulum faciunt; tum spatium per has tres lineas coercitum, quod vocatur area, & tres anguli, qui huic triangulo insunt, haec sunt septem. Tribus autem ex his septem datis, reliqua quatuor semperveniuntur. Si data fuerint tria latera, dico me inventurum tres angulos & aream; dentur ergo tria latera (Tab. II. fig. 5.) AB, AC, BC. Id docuit EUCLIDES (a), datis tribus lineis tres angulos invenire, & perpendicularem ad basim; verum si perpendicularis haec linea v.g. AD, cognita est, jam basis BC multiplicata per illam perpendicularem AD dabit aream duplicem areae trianguli, nempe parallelogrammum EBCF, cujus dimidium semper dat aream trianguli, ex Proposit. 41. Lib. I. EUCLIDIS. Deinde possum trianguli hujus tres angulos invenire per doctrinam ex tabula sinuum, tangentium, & secantium haustam; itaque, si tria latera data sint, trianguli aream per secundum Librum EUCLIDIS, & per tabulam etiam tangentium & secantium angulos ipsos invenire possum. Si duo latera & unus angulus dentur, reliqua etiamveniuntur. Si tres anguli tantum dentur, idem est, ac si duo anguli darentur, quia tres anguli cujuscunque trianguli tantum faciunt duos rectos, & duobus angulis datis tertius semper datur, quod sit eorum ad duos angulos rectos complementum. Si vero duo anguli dentur & unum latus, tunc potero reliqua quatuor deducere, eaque ratione mensurantur triangula, ope Trigonometriae.

Geometrae hanc artem, quae est nobilissima in tota Mathesi, invenerunt exinde, quod EUCLIDES Lib. X. demonstravit maximum angulum maximo lateri semper esse oppositum; hinc sequitur in omni triangulo aequilatero omnes angulos etiam aequales esse, & sic porro. Viderunt adeo inter magnitudinem lateris & capacitatem anguli semper esse proportionem aliquam.

Nam ex angulorum proportionem elegans oritur cognitio rationis inter latera per tractatum de sinibus, tangentibus, & secantibus. Si quis principiis Euclideanis imbutus sit, tum rem istam poterit intelligere, praesertim, si sequentes tum evolverit Auctores.

LANSBERGII de Geometria triangulorum Libri quatuor (b). Opus in 4. editum est apud Blaeu, Amstelodami 1631. quae optima est editio.

D 2

Aut

(a) EUCLID. I. Prop. 22. WOLF. Elem. Geometr. n. 205, 206, 207.

(b) Primus Canonem Sinuum novum, sed dudum nunc obsoletum, ob mensuras & divisiones mutatas edidit JOHANNES REGIOMONTANUS Nurembergae 1537. fol. deinde PHILIPPUS LANSBERGIUS an. 1663. Middelburgi excudi fecit Geometriam Triangulorum, quae & planam & sphaericam comprehendit Trigonometria. Sed ingens rebus istis mutatio accessit postquam JOHANNES NEPERUS Edimburgi an. 1619. 4. Logarithmorum Canonem edidit, quo admirabiliter deinde formulis ab HENRICO BRIGGIO, additis novis Logarithmis, ADRIANUS VLACQ, centum millium numerorum edidit Logarithmos, Canonemque tangentium & secantium addidit, quod opus Goudae an. 1633. in folio, & alias editum est. Saepae etiam & Tabulae sinuum & tangentium solae, & earum compendium ad numeros 10000, typis impressae sunt. Eo opere aut majore aut minore frequentissimus omnium nunc usus est.

N. J. NEPERI, qui hic citatus est, Liber prodii prius Edimb. anno 1617. sub titulo Rabbologia seu numerationis per virgulas, Edimburg 1617.

Aut si velit eundem tractatum amplius & clarius deductum, legat ANDREÆ TACQUET *Geometriam practicam*. Est liber in fol. Antwerp. 1669 (a).

Aut etiam *Tabulas sinuum, tangentium & secantium* editas per ADRIANUM VLACQ, & renovatas per FRANCISCUM VAN SCHOOTEN (olim Lugduni Batavorum Matheseos Professore) Dordraci editas an. 1664.

Hi Auctores totam hanc rem dilucide docent, verum non possunt intelligi, nisi prius intellecto EUCLIDE, & propositione modo exposita. Horum Auctorum optimus est TACQUETUS.

Si quis dicta hæcenus accurate noverit, Geometriam propriam absolvit, nempe cum Trigonometria elementis EUCLIDIS conjunctis.

Ex præmissis principiis mensura cognoscitur omnium spatiorum planorum rectilineorum & curvilineorum, quæ ad rectilinea referri possunt; tum quoque spatium gibbum cavorum quorumcunque, quæ ad plana reduci possunt, adeoque corporum his superficiebus contentorum habetur mensura.

Hæc credo optime hac ratione addisci. EUCLIDES accurate docet mensuram figurarum rectilinearum. ARCHIMEDES vero agit de curvis, quæ ad plana reduci possunt, & sic porro, adeoque si quis accurate addiscat utriusque inventa, solidum fundamentum adjecit pro suis studiis, quæ omnia sequentibus nituntur. 1. Mensuræ linæ rectæ; 2. Mensuræ quadrati; 3. Mensuræ trianguli; 4. Mensuræ cubi.

1. Mensura linæ rectæ habetur, quando longitudo aliqua cognita applicatur successive illi linæ, & retinetur in memoria, quoties cognita mensura ingredi hanc lineam possit. Ita Geometræ mensuraturi aliquam longitudinem, duos palos in plano disponunt, deinde longitudinem quamdam cognitam ab uno palo usque ad alterum toties applicant, quoties applicari potest, ita vident illam longitudinem mensurandam continere mensuram cognitam toties, & hæc est mensura linæ rectæ.

2. Mensura quadrati est communis mensura spatii per duplicem extensionem mensurabilis. Obtinetur autem hoc modo. Sit spatium (Tab. II. fig. 6.) ABCD, quod dimetiri oportet. Sit tunc *abcd* spatium quoddam cognitum, non linea, sed spatium, idque quadratum, adeoque quando dicitur spatium cognitum centum pollicum, tum intelligimus semper pollicum centum in quadrato, hoc est, in eo spatio disponi posse centum quadrata, quorum singulorum longitudo & latitudo sit unius pollicis. Sit porro spatii mensurandi ABCD linea una AC, altera CD. Ad hæc latera applico quadrati mei cogniti latus nempe *ac*, & invenio ter in CD contineri, bis in AC. Ajo ergo si linea *ac* fuerit pedis unius, spatium ABCD sex pedes continere; multiplico nempe numerum partium æqualium mensuræ meæ, quæ sunt in linea AB, nempe tres per numerum similium partium in linea DB, nempe duas, invenio numerum sex, qui designat totidem quadrata, quorum latus est mensura mea cognita, sex nempe quadrata, quorum singulorum longitudo & latitudo est unius pedis. Ita in universum, quan-

(a) Opera nempe omnia Antwerpæ 1669. f. & 1708. fol. excusa. Nuperum opus *de la Coupe des pierres*, quod D. FREZIER Argentorati an. 1738. 1739. edidit, & quo Geometria practica traditur, post PRÆCEPTORIS prælectiones prodit.

quando dicimus aream aliquam continere decem pedes, tunc intelligitur continere decem spatia, quorum singulum est pedis unius quadratum, hoc est decem quadrata applicari ei possunt, quorum singulorum longitudo & latitudo est unius pedis. Et sic omnes mensuræ spatii fiunt.

3. Mensura trianguli fit hac ratione. Sit triangulum (Tab. III. fig. 1.), si nunc detur numerus partium in linea AB, & numerus partium in perpendiculari CD, & hi numeri multiplicentur per se invicem, habebitur area trianguli. Sint v. gr. partes cognitæ quatuor in linea AB, & sint partes ejusdem generis tres in linea CD, multiplicentur per se invicem, habebuntur 12 partes hujusmodi. Deinde sumatur dimidium hujus numeri 12, habebitur area trianguli. Id facile demonstratur, nam priori multiplicatione inventa est figura, quæ duodecim spatia continet hujus datæ mensuræ, sed dimidium hujus rectanguli est triangulum, ut docet EUCLIDES *Libro primo*. Sic in universum area trianguli semper fit multiplicando numerum partium baseos in numerum partium perpendicularis a vertice ductæ, & sumendo dimidium spatii.

4. Mensura cubi demonstranda est, quomodo nempe mensurentur ipsa corpora, hoc est spatia illa realia, & divisibilia per tres dimensiones. Hæc corpora omnia mensurantur per cubos. *Cubus est figura terminata sex quadratis superficiebus*, omnium simplicissima, quæ in mathematica excogitari potest. Sit linea AB (Tab. III. fig. 2.), supra eam sit descriptum quadratum, quod in icone non potest pingi, nisi ex obliquo visum, & tunc quinque quadrata erecta ad istius primi quadrati latera constituentur, quæ quadrata sibi mutuo applicentur, tunc corpus ita natum vocabitur cubus, nam habet sex superficies, unam quæ basis est ABCD, alteram ipsi parallelam superius, nempe EIGH, tertiam elevatam ex latere AB nempe AEHB, quartam ex latere AC, nempe AEIC, quintam ex latere CD, nempe CIGD, ultimam ex latere BD, nempe BHGD.

Iam omnis alicujus corporis mensuratio, quam intelligit Geometra, fit per hujusmodi cubum. Quando enim Geometræ dicunt dolium continere decem pedes, tunc intelligunt pedes cubicos, pes autem cubicus constat sex superficiebus, quarum singularum quadrata habent pedis unius longitudinem & latitudinem, quod perfectum est quadratum. Mensuratio dicitur applicatio cubi ad hoc spatium, & corpus mensuravimus, quando didicimus, quoties cubus cognitus possit applicari isti corpori & spatio. Si v. gr. cubiculum mensurare volueris, sume mensuram longitudinis hujus cubiculi, sit v. gr. viginti pedum, tum latitudinis mensuram pone esse etiam viginti pedum; multiplica hæc per se invicem, fiet quadratum 400 pedum, æquale superficiæ toti imæ cubiculi. Tunc sumo altitudinem cubiculi: fac etiam viginti pedum esse, duc in se invicem 400 & 20, prodibunt 8000 pedes, æquales spatio hujus cubiculi; hoc est, si haberem cubum, cujus unumquodque latus esset unius pedis quadrati, & si hujusmodi cubos haberem 8000, replerent perfecte spatium totius cubiculi: neque aliud mensura est, quam experiri quoties cubus notus possit applicari corpori mensurando.


Qui nunc accuratius vult discere, quomodo varia corpora variæ figuræ &

variæ magnitudinis mensurentur, videat illam partem Geometriæ, quæ Stereometria dicitur, a στερεόν *solidum* & μετρήν *metiri*, alio etiam nomine dicitur σωματομετρία, nam σωμα significat *corpus*, hinc Somatometria est mensuratio corporum, uti στερομετρία solidorum mensuratio.

Hæc pars Geometriæ optime descripta habetur ab ANDREA TACQUET (a) qui scripsit tres Libros in folio. Antwerpia editos, quorum ultimus agit de Stereometria, ubi egregie, stiloque brevissimo conscripsit illam Geometriæ partem.

Absolutum ergo est hoc Caput, & illa pars Physices, quæ agit de natura corporum, iisque, quæ ex ea immediate sequuntur, Sequitur, ut de mutatione corporum, quæ semper a motu pendet, agamus;

(a) Vide supra, pag. 28. Not. (a).



METHO

M E T H O D I
S T U D I I M E D I C I
P A R S I I I.
M E C H A N I C A.
C A P U T I.

De Motu in genere.



UI novit generalia corporis in se spectati attributa, ordine ducitur, ut mutationes corpori possibiles intelligat. Quamdiu corpus aliquod simpliciter cogitamus, prima illa idea manet in æternum, neque, si in æternum de eo corpore cogitarem, ullam mutationem conciperemus, sed maneret idea illa istius corporis, nisi alia idea simul occurrat. Duo adeo occurrunt in rebus consideranda, 1. rerum essentia, hæc nunquam mutantur in rebus, sed in æternum eadem manent; 2. ea, quæ sequuntur ex ea essentia, sed quæ non obtinent ex rei essentia sola considerata, verum quatenus concipitur illa res cum alia quadam re conjuncta. Hoc nunc Metaphysices fundamentum est. Ita si cogitarem spheram quiescentem, quamdiu nihil simul cum ea idea conceperis, in æternum concipies spheram quiescentem: verum si illa sphaera moveri dicitur, jam oportet concipere aliam rem a sphaera diversam, & ejus naturam tenere simul cum natura sphaeræ, est enim aliquid in ea sphaera, quod antea non aderat, hoc est, mutatio facta est in ea, & hæc mutatio est a motu, qui in ea sphaera est, & prius non inerat. Ergo omnis mutatio ponit, præter rem ipsam, de qua cogitavi, concipere me simul aliud quoddam, quod non erat in re sola.

Sed præterea notandum est, si duas res simul conceperim, tunc id compositum, quod ex utraque re conjungitur, & ipsum immutabile esse. Concipio v. g. spheram cum motu, dico omnes proprietates, quæ sequuntur ex sphaera cum motu, inseparabiles esse a sphaera cum motu; nam si eam spheram concipio cum motu, & nihil aliud simul concipio, alio momento temporis post iterum concipiam eam cum motu, & alio momento post iterum; ergo in æternum eam spheram concipiam cum motu, quamdiu nihil aliud simul concipio. Verum, si concipio spheram cum hoc motu incurrere in aliam spheram, jam concipiam illam spheram cum motu & præterea spheram conjunctam, quam a principio non concipiebam in idea; ab hac autem nova idea poterit oriri idea prioris sphaeræ cum minori motu, & cum motu aliter determinato, hoc est, facta erit mutatio. Hinc cernimus, quot mutationes in rebus sint, & quomodo semper orientur ab alio quodam, quod concipitur simul cum ea re, cujus conceptus primo nostro animo oblatu est.

Unum

Unum corpus vocamus id, cujus partes ita inter se coherent, ut motus uni parti corporis impressus, totam molem moveat, non vero ad tactam partem a non ad tactis separet. Nunquam possumus dicere, quid sit mutatio in rebus introducta, nisi hoc adnotemus. Omnium primo enim nobis est dicendum, quid sit unum corpus. Omissio hujus definitionis in causa fuit, cur Mathematici & Physici plurimi longe erraverint, eosque hæc in primis omissio in confusionem deduxit. Nam unum corpus constat ex partibus ita coherentibus, ut si una moveatur, non separetur a reliquis, sed moveantur omnes. Quid ergo vocabimus unum corpus, an atomum; verum ea constat ex aliis partibus. Quid ergo dicemus unum corpus? Ego revolvendo totam hanc materiam voco unum corpus hanc cretæ glebam, cur? quia, si motus aliquis, v. g. hic digitus, impingit in unam partem cretæ, tota moles movetur simul, & illa pars, quæ motum recipit, a reliqua non discedit. Neque enim unum corpus dicere oportet, quod una superficie continentur, ut plurimi dixerunt, hoc enim est nihil dicere, nam sunt corpora, quo una superficie continentur, & tamen non sunt unum corpus, ut aqua quidem continentur una superficie, verum constat infinitis numero corporibus, quorum unum, si movetur, statim ab aliis recedit. Aqua vero tunc demum vocatur unum corpus, quando in vase quodam coercetur ita, ut una pars mota ab aliis recedere nequeat. Ergo unum corpus tunc dico, quando motus in unam ejus partem impingens, non potest eam separare ab aliis, quas non adtingit, sed omnes simul movet. Corpora vero multa vocabimus ea, quæ constant ex partibus mutuo ita sibi junctis, ut si motus impingat in unam partem, separet eam ab aliis, & reliquas non moveat, ut in magno v. g. saxo, si malleus tanta vi agat, ut unam partem separet a reliqua mole, tunc hæc duæ partes vocantur duo corpora, & in aqua exemplum etiam habetur.

In uno corpore simul concepto ut uno, nulla potest concipi, & quod idem est, nulla potest accidere mutatio, nisi locus totius, & figura, & unitas mutantur; etenim hoc est fundamentum omnium mutationum in physicis. Explicanda etiam sunt hæc tria, nam præter ea nulla contingit mutatio. Frustrum cretæ v. g. sit iterum unum corpus ex definitione, si concipio illud mutari, hoc est, si eam creatam concipio cum alio quodam, quod ex ejus natura non fluit, hæc poterunt contingere, quæ dicam.

1. Manet figura, manet unitas partium, sed loco mutatur illud corpus, hoc est, tota moles, sive totum unum, existit modo in una parte spatii, modo in altera, & sic porro

2. Manet unitas partium, manet in eodem spatio, hoc est, manet ut ante in loco suo, sed partes aliquæ ab aliis non recedentes, mutabunt tantum suum situm, ut si v. g. corpus quoddam esset ex cera, tunc ego non mutato loco corporis possem digitum imprimere, & facere, ut quædam partes plus peterent centrum quam ante, adeoque motus transponeret quasdam partes; verum totum unum retineret totum suum locum, sed mutaretur figura.

3. Potest fieri, ut hoc unum fiat in plura corpora, manentibus tamen omnibus in eodem loco, hoc est, frangetur, seu reduceretur in fragmenta, idque fiet, quando pars, quæ motum recipit, a reliquis separatur.

Hæc est omnis mutatio physica, quæ in rerum natura dari potest. Omne ergo

cor-

corpus semel conceptum, tantum tres diversas admittit mutationes, quæ semper a motu dato pendent; 1. mutat locum suum remanente ejus integritate, id est, cohesione partium, & figura; 2. mutatur ejus superficies, hoc est, figura, remanente tantum unitate, & non mutato loco totius; 3. una pars secedat ab aliis, id est, si motus impingit unam partem, non transferetur tota moles, sed pars mota recedet a reliquis, & hoc vocatur divisio.

Prima Motus proprietas.

Physicam ergo cogniturus discat proprietates motus. In motu vero consideratur 1^o. translatio totius corporis per motum uni parti impressum. In hoc casu cohesio in partibus requiritur tanta, ut per impetum, primo ad tactum illi parti impressum, tolli non possit cohesio partium a reliquis, hoc est, ut motus illud corpus non dissolvat, seu illam partem ad tactam ab aliis non separet. Pro exemplo, habeo cretæ fragmentum, pono hoc ibi supra mensam, occupat certum locum; ut nunc hunc locum relinquat, debent ejus partes ita cohærere, ut, si digitus impingat in hanc partem orientalem cretæ, eam non separet a reliquis occidentalibus, hoc enim posito non totum fragmentum, sed pars impulsæ sola moveretur. Si vero cohesio tanta est, qualem motus impressus superare nequit, tuncque digitus impingit in hanc cretam, motus ille huic parti impressus, facit ut creta ista hoc spatium relinquens uno post momento in spatio vicino existat, hic jam est motus totius corporis, & hæc est prima proprietas motus.

Secunda Motus proprietas.

Requiritur etiam, ut tota motus copia uno momento communicetur toti corpori, hoc est, ut tota moles corporis simul moveatur, sive mutet integre locum, requiritur omnino, ut motus impressus uni parti, continuo omnibus partibus communicetur, alias hæc pars sola moveretur, & sit separatio partium, id est dissolutio corporis, non vero motus totius, quod est contra hypothesein. Sit illa creta, iterum ibi posita, ponamus digitum huic cretæ motum applicare; ergo eo momento, quo motum applico huic parti cretæ, necesse est, ut eo momento ipso in omnibus aliis cretæ partibus excitetur idem ille motus, aliter illa pars mota meridiem versus perget hoc momento, nec reliquæ sequentur, hinc discedet a reliquis, neque fiet motus totius, quod est contra hypothesein; nam agimus hic de corpore uno, quod locum suum omnino mutat, servata unitate partium & figuræ.

Tertia Motus proprietas.

Requiritur etiam, ut illa motus copia per totam molem æquabiliter & proportionaliter distribuatur. Utilissima in tota natura sunt, quæ nunc consideramus. Pono nempe corpus divisum v. gr. in centum partes, ex quibus constat, & pono motum unius gradus applicari uni parti, dico necesse esse, si totum corpus moveri debet, ut simul ipso eo momento temporis, quo applicatur ille motus uni parti, distribuatur idem eodem momento ita per totum corpus, ut singulæ partes eodem momento centesimam partem hujus motus accipiant, alias secederent a se mutuo partes, neque tota massa moveretur; nam illa pars mota primo momento moveretur, dum aliæ adhuc quiescerent, ergo partes illæ non manerent junctæ, sed discederent a se invicem. Si enim duo corpora se mutuo contigerint, eorum vero unum eo momento moveatur, dum alterum quietum manet, separabuntur

E

a se

a se invicem, & unio perit, quæ certissima est impenetrabilis naturæ vis. Motus ergo qui uni parti communicatur, debet necessario communicari eodem momento omnibus partibus, uno momento temporis, inquam, & in eadem proportione hoc est, æquabiliter; adeoque unaquæque pars in hoc corpore centesimam partem motus totius, & reliquæ 99 partes etiam singulæ habebunt eodem momento $\frac{1}{100}$ partem. Hæc naturæ in cognita lex est, sed necessaria.

Quarta Motus proprietas.

Sed corpus perget moveri per illum motum jam inhærentem. Hoc corpus cretæ prius quiescebat, quando illud (nempe digitus) in quiescentem cretam impegit, ea ergo ab illo motum accepit. Nunc adeo concipio in idea corporis una motum. Verum, si nihil aliud nunc concipio in hoc corpore, quam quod præcedenti momento adfuit, quando illud concipiebam cum motu, hoc certe secundo momento idem corpus iterum cum motu concipiam, nam eadem causa faciet eundem effectum, & nihil interim accedit corpori, quod motum ab eo abstraheret.

Quinta Motus proprietas.

Ergo movebitur corpus in infinitum, si consideretur tanquam solum; hoc jam supra explicui.

Sexta Motus proprietas.

Corpus semper movebitur per lineam rectam, quæ producitur per primum inchoatum motum. Si moveatur corpus a puncto A ad punctum B, & per lineam rectam moveatur; si nunc pergat moveri, semper per eandem lineam rectam movebitur, si nihil aliud accedet. Hæc lex nihil difficultatis in intellectu parit, nam causa, quæ hoc momento per lineam rectam corpus hoc movet, quum altero momento sit eadem, movebit iterum per lineam rectam, & cum eadem sit causa, etiam eadem velocitate hoc momento movebit corpus, quo præcedente tempore movebat, nihilque potuit causæ adlegari cur aliter contingeret; ergo semel motum corpus per lineam aliquam, semper æqualibus temporibus æquales partes ejusdem lineæ rectæ absolvet, quamdiu ille idem motus manet.

Septima Motus proprietas.

Nec mutabitur in eo corpore aliquid, præter solam variam existentiam in variis locis. Hæc est ultima lex motus, quam sic explico. Corpus, de quo agitur, accepit motum, ut spatium jam occupatum relinqueret, & aliud, quod ab eo corpore non replebatur, occuparet; ergo nihil patitur, nisi quod per motum inhærentem nunc in loco A existat, mox in B, & sic porro, & cum res semel concepta maneat eadem in idea mea, quamdiu aliud quid non additur, ergo, si conceperim motum neque quidquam resistens una conceperim, tunc concipio in æternum hoc corpus moveri, & nihil aliud.

Si causa motus manet eadem, æqualibus temporibus æqualia semper spatia absolvet, & semper per lineam rectam a primo initio motus inchoatam movebitur, quia nihil novi huic corpori accedit, sed omnia hoc momento sunt eadem, quam primo momento conceptus. Hæc sunt proprietates omnes, quæ in uno corpore moto contingunt, quando ab omni alio seorsim concipitur. Absoluti igitur primum genus mutationum; sequitur jam secundum, hoc est figuræ a motu mutatio.

Vidimus mutationes eas, quas motus producit in corpore, quod vocamus unum,

non

non posse plus, quam triplicem mutationem corpori illi, quod vocamus unum; inferre, nempe 1. movere totum corpus ex loco suo, servata figura & unitate; 2. servato loco & servata unitate mutare figuram; 3. servato loco, & servata figura dimovere partes a se invicem, hoc est, dissolvere. Quænam leges sint, quæ obtinent in uno scilicet corpore considerato, ut moto, nunc exposui, quando nempe simpliciter totum locum mutat; hinc ad reliqua pergens considerabo nunc ea, quæ separant partes a se mutuo.

Si motus detur uni parti corporis unius, & si per eum motum pars mota recedat a reliqua mole non adacta, tunc illa reliqua moles quæta manet, & tardius mota retrogreditur.

Est sane maxime amœnum & necessarium in physicis a priore posse definire, quid ex motu dato fieri oporteat, hinc contemplatio hujus propositionis utilissima est, agitur enim nunc de principiis physicis & mechanicis omnium mutationum, quæ in natura fieri possunt. Dico ergo si corpori uni (quid sit corpus unum jam explicatum est) applicatus sit motus ad aliquam partem, nec aliæ partes motum acceperint una, & ille motus separaverit illam partem a reliquis non adactis, dico mutationem inde natam referri posse ad tres casus, qui accurate definiuntur a Mechanicis. Ponamus enim iterum glebam cretæ esse unum corpus (uti jam diximus), si pars ejus tertia receperit motum diversum a reliquis duabus partibus, hoc motu secedet pars tertia, & tunc triplex casus obtinere potest. Hæc pars mota secedet ab hoc motu dato, tum fieri potest, ut reliqua moles ibi in loco maneat; vel, ut hac parte mota, etiam reliquæ partes versus eandem plagam moveantur, sed tardius quam pars, quæ diversum motum accepit, atque adeo ea pars semper præcedat, quæ prima motum accepit, vel denique illa parte mota, & hac ad orientem pulsa, reliquæ partes retrocedunt versus occidentem. Hic triplex motus est, quo corpora dissolvuntur.

In parte non adacta causa sistens & retropellens major absoluta quiete requiritur. Profundæ speculationis theoremata est, quod hic proponimus; dico in hac propositione, si in separatione una pars recedit ab altera, ergo illa pars, quæ motum non accepit, & vel remanet, vel movetur retrorsum, habet causam aliquam, a qua sistatur vel retropellatur, eaque causa major esse debet, quam absoluta quies. Consideretur v. g. corpus cretæ in mensa repositum, & per propositionem præcedentem ponatur, motum separare hanc cretam in duas partes, jam eo momento, quo motus impingit in hanc partem A, reliquam molem eo momento quiescere oportet, respectu hujus massæ motæ & separatæ, aliter actum est de separatione, nam si eadem parte A mota etiam altera pars B moveatur, tunc partes simul de loco in locum transeuntes, manent sibi motu appositæ, & nihil fit, nisi localis motus totius corporis, quod est contra hypothesein, agimus enim de corpore dividendo. Nam si aliud nihil concipiam, quam cohesionem & quantitatem partium in hoc corpore, & tunc simul motum datum uni parti, nulla potest fieri separatio corporearum partium, utcunque violentissimus sit motus datus; nam si cohæreant partes istius corporis & una pars motum accipiat, & nihil præterea adfit in eo corpore, nullæ separabuntur partes, sed totum debet deseri corpus. Ponamus v. g. corpus absolute in partibus cohærens, ut cera, & nullum aerem resistere, dum eam ceram maximo impetu projicio, non separabitur illa pars mota ab altera; sed ut fiat motus se-

E 2

para-

paratorius, debet hic esse obex resistens, in quem incurrat quædam corporis pars A; & obex retrourens hanc partem B retropellens, dum illa pars A movetur, & tunc fiet separatio. Ut ergo separatio fiat & divisio, eo momento, quo communicatus motus, hæc pars A ab altera B secedere debet; cohæsiō itaque utcumque parva major est, quam absoluta quies, nam quies partium inter se mutuo nullum nixum in cohæsiōnem ponit (a); imo vero quies cohæsiōi contraria est, nam partes cohærentes habent nixum in se mutuo, adeoque cohæsiō negat quietem. Si nunc cohæsiōnis causa major est quiete, & causa separans, sive motus major est quam illa cohæsiō, sequitur illum motum etiam majorem quiete esse, & causam, quæ facit, ut una pars corporis retro versus moveatur seu retropellatur, quum dato motu altera antrorsum pellitur, esse majorem quiete. Si esset absoluta quies, non moveretur illa pars retrorsum. Separatio adeo ponit semper causam naturalem aliquam, quæ major est, quam cohæsiō, & quam absoluta quies, quæ facit, ut illa pars B quiescat, dum altera A movetur & quæ facit ut illa B retrorsum pellatur, cum hæc A antrorsum pellitur.

In corpore gravi facile est exemplum dare. Pone hujusmodi corpus hic versus centrum terræ descendere, cum vi gravitatis deorsum tradatur & pellatur, si nihil nunc esset in via, nulla foret divisio & separatio corporis & corpus descenderet ad centrum usque terræ. Si vero obex esset in via, & corpus una parte sua in eum obicem incurreret, dum interim gravitate reliquæ partes pelluntur, una tunc pars deorsum pelleretur, altera pars sisteretur, & tardius mota retropelleretur. Hinc duo requiruntur in separatione, 1. una causa, quæ unam partem moveat corporis 2. altera, quæ retineat aliam partem; & si duæ causæ diversæ non adessent, fieret tantum transpositio totius corporis; vidimus enim paulo superius, quando una pars corporis unius aliquem recepit motum, eodem momento totum corpus recipere motum omnem, sed divisum per omnes partes æqualiter; eo vero posito motus tantum esset translocatio corporis de loco in locum. Ergo semper in separatione corporum alius debet esse motus sistens & retardans, isque debet major esse, inquam, absoluta quiete, aliter corpus non vocaretur unum, nam si non esset major absoluta quiete, id esset, quia nulla foret cohæsiō, hinc non vocaretur corpus unum, nam partes quiescerent tantum juxta se mutuo, in unum vero non abirent.

Hæc binæ causæ, quo majori vi seu nisu sibi mutuo opponuntur, eo violentior fit separatio partium, hoc est, destructio totius. Hoc facile intelligitur, & evincit experientia per plures mechanicas operationes, omnes enim separationes debent semper per unam vim motum sistentem, & quasi obicem aut causam retropellentem, & per alium motum valide versus aliam plagam agentem fieri. Quo nunc plures causas in diversas partes agentes possumus applicare, eo citius fiet destructio; v. g. si cretam hanc vellem omnino in pulverem reducere, ponerem in mortario, &c. & sic variis agitationibus & variis retropressionibus, & resistentiis a parte mortarii, omnino solveretur hæc creta in pulverem.

Absolvi nunc omnes motus separatorios; motus etiam qui separat partes a se mutuo, semper est localis motus respectu partis separatæ: hinc ea, quæ de motu locali dicta sunt, tantum repetere oportet, & addere ea, quæ diximus de causa resistente

(a) Vide supra, pag. 12. Not. (a).

sistentē & retropellente, & his binis datis habebimus causas seu causam divisionis corporum. Tertium genus mutationum est, quando retento spatio & integritate sua corpus mutatur in figura sua; hic vero de perfecte duris corporibus ago, ut conceptus sit clarior.

Si unius corporis figura mutata, moles corporea manet una, tunc erunt quædam partes separatæ a loco veteri, & tamen adhuc cohærentes toti. Suppono esse frustum ceræ libræ unius, illi frustulo ceræ digito imprimo foveam, si antea cera perfecte sphericum corpus esset, nunc non erit perfecta sphaera, ergo pendere, mole, loco non mutatis, mutatur tamen figura; hinc ejus sphaeræ superficie mutata, libra tamen ceræ manet, hoc est tota moles adhuc adest, omnes partes adhuc cohærent, & si simul transferantur, manet corpus unum. Ergo pars veteris cohæsiōnis supererit, licet post separationem nova cohæsiō introducta fuerit.

Pone corpus AB (Tab. 3. fig. 3.), pendere libram unam, pone eam habere figuram, quam videmus, parallelogrammi, nempe prismatis; pone ejus corporis figuram mutari, ut tamen eadem moles superfit. Dico nunc, potest hoc fieri duplici modo, 1. si illa pars CB nunc alibi ponitur in loco DE, & tamen sic cohæret parti AB, ut sola pars CB transposita hunc motum FE peregerit, totumque AD CB sit idem adhuc corpus constans ex duabus partibus AD & CB; sed pars CB mutata est in DE, ergo corporis figura mutata est; hinc quædam partes locum mutarunt, quædam adhuc cohærent, ut in puncto D; & sic corpus in figura mutatur, ut tamen maneat unum, & omnem suam molem conservet.

Alter modus est, quando una pars corporis separatur, ut tamen priori iterum se applicet & alio nunc modo cohæreat. Sit idem corpus AB, (Tab. III. fig. 3.) cujus partes tenaces sint, & subito flectatur, jam quidem in flexione aliquæ partes separabuntur, sed iterum appositæ prioribus cohærebunt, nam ex hac flexura mutatus est locus partis BC, in locum DG, & corpus AB mutatus in hanc figuram CG, quia pars ejus corporis CB perfecit hunc motum BIG, ergo in hoc casu fit, ut cohæsiōne partium mutata fiat statim alia cohæsiō, nam cohæsiō, quæ prius fiebat per CD, ea nunc fit per DH.

Tertius casus non datur, quod sciam. Ergo in omni separatione in qua tamen corpus manet unum, ibi alteruter horum casuum fieri debet, nempe vel partes aliquæ separantur cohærentibus adhuc aliis, unde adhuc tota moles manet, vel aliquæ partes mutant cohæsiōnem.

Quando prior causa obtinet, corpus vocatur *flexile*. Exponitur hic idea vera corporum flexilium seu mollium dictorum, quorum nempe partes ita cohærent, ut in aliam cohæsiōnem mutari possint, & tamen cohærere, nam semper alia cohæsiō partium fit, dum aliquod corpus flectitur.

Quando nunc in hac ipsa flexione, pars corporis ex situ mota, manet in novo situ suo, tunc corpus *molle* vocatur.

Quando vero figura per flexibilitatem mutata, desinente causa flectente, se restituit in veterem situm & figuram, tunc corpus *elasticum* vocatur.

Hæc sunt omnia quæ concipi possunt de corporibus figuram mutantibus, mole retenta, adeoque in hisce paucis fundamentalibus positionibus omnia habemus, quæ a mutatione & motu fiunt. Sic cylindrus ex cera, pone te eam flexisse, eamque man-

manfisse in situ flexo, hæc cylindrus corpus molle dicitur. Pone vero virgam chalybeam, illamque te utroque extremo flectere, flectetur certe, est enim corpus flexile, sed, quando desistis premere, continuo virga restituetur propria vi in lineam rectam, & hæc vis vocatur elater, seu *vis elastica*.

Omnis motus qui in rerum natura est, fit 1. a gravitate, 2. ab alio corpore impingente, 3. a vi attractrice. Corpus quodcumque conceptum solum absque ulla alia re concipitur quiescens in æternum, & nihil unquam aliud de eo concipitur. Si vero corpus idem concipiatur cum nixu descendendi versus centrum terræ, vocatur illud grave. Si creta hæc, quæ quiescens concipitur, destructa aut subtracta mensa caderet in terram & descenderet versus centrum terræ, tunc certe inciperet in ea creta motus a principio ipsi inhærente, & iste motus vocatur *gravitas*, seu *vis centripeta*, ut vocavit magnus NEWTONUS, idem enim est.

Verum tollatur gravitas, & concipiatur hoc corpus unum A quiescens, & simul aliud B in hocce A impingens, jam hæc corpora movebuntur, & illud unum A, quod in hoc spatio quiescebat, feretur in aliud spatium *a*, & hoc voco *motum localem*. Vel concipe hoc corpus A absolute quiescere, & esse ferrum, me vero magnetem habere, quem huic corpori A appropinquem, jam incipiet A moveri, & motu quidem pendente a vi, quam vocamus attractricem; neque novi quo modo aliter vocare possemus. Hæc eadem causa est, seu vis, qua corporum partes inter se mutuo cohærent; v. gr. habeo corpus quodcumque, quod constat ex infinitis partibus, sed adeo cohærentibus inter se, ut eodem motu potius tota massa, quam una sola moveatur, considero nunc hoc corpus, nihil invenio, quam partes, quæ constituunt cujus materiem, & cohæSIONem inter illas partes. Idea cohæSIONis, uti supra apparuit, distincta est ab idea materiæ, ergo vis aliqua datur, quæ facit, ut materies cohæreat. Quænam ea vis sit nescio equidem, adesse tamen video, distinctam a materie, & voco *attractricem*. Ergo motus est 1. vel gravitatis, qui in omnibus corporibus naturalibus reperitur, estque nixus tendendi versus centrum telluris (alia forsitan corpora versus alias plagas trahuntur, & versus solem omnes planetæ trahuntur, & stellæ fixæ forte habent alia sua universa, atque suos satellites ad se trahunt); 2. vel est motus localis, hoc est, motus qui datur alicui corpori ab altero corpore, & quo ex uno spatio in aliud fertur. Vel 3. motus in natura excitatur, quia corpus appropinquans alteri habet in se aliquas vires, ut illud moveat, eæ vires dicuntur electricæ, & vires attractrices. Fateor me nihil dicere, & tantum phænomena, quæ observando didicimus, enunciare, non vero causam. Sed nemo hactenus perscrutari causam potuit.

C A P U T I I.

De mensura Motus, sive Mechanica.

N. I.

Mechanica est supputatio quantitatis motus, qui datur (vel demitur) per causas hactenus propositas, uni corpori ab alio corpore. Hæc est optima, quæ potest dari, hujus artis definitio. Mechanica, dico, est supputatio, &c. nihil est enim aliud

aliud quam calculus, & designatio quantitatis illius motus, qui per gravitatem & motum localem, & vires attractrices, conciliatur uni corpori ab alio. Nam motus localis est tantum transmutatio totius, & unius partis quiescente altera, & partium inter se; hinc, si corpus mutatur, semper aliquem motum amittens absentem recipit. Ars nunc, quæ docet, quomodo hoc fiat, & quid inde fiat, dicitur apud Mathematicos Mechanica. Hanc etiam artem necessariam esse Medico nemo non videt.

Facultas præfens corpori & illi inhærens ad motum dandum & auferendum alteri, dicitur ejus corporis vis. Magna est quæstio inter Philosophos de viribus corporum, mihi vero vis in aliquo corpore, est tantum facultas, seu potentia, illi corpori inhærens, qua valet motum dare & motum auferre alteri corpori, & nihil quidquam præterea.

Vis omnis est vel resistens vel impetum faciens. Vim resistantem vocat Magnus NEWTONUS *vim inertie* (a), alteram vero vim vocat impetum, vis enim est id, quod motum dare potest, & minuere, & aliter dirigere. Ut NEWTONIANAM elegantem hanc sententiam intelligamus, sic res concipienda est. Sit v. gr. massa marmoris decem pedum cubicorum, eaque sit ex filo pendula, quiescet perpendiculariter ad horizontem. Detur nunc per alteram massam unius pedis, cadentem in eam, quam pendulam diximus, impetus, in hoc contactu habetur massa decem pedum quiescens, & massa unius pedis mota, in priorem impacta, hæc vero duæ massæ in puncto contactus sunt quasi una, & ea tota massa ex duabus conjuncta, tanto minori celeritate movetur, quanto nunc conjuncta major erit ea quæ primum sola movebatur. Ergo liquet, ex resistantia decem partium pedum cubicorum minui motum massæ unius pedis, distribuitur enim per decem illos pedes motus ille ex massa unius pedis communicatus, adeoque massa unius pedis tantum amittit, ac communicat, quantum accepit massa decem pedum. Hæc oportet notissima nobis esse, nam si vellemus corpus decem pedum movere, oporteret vim habere, quæ posset decem partes virtutis amittere, & tamen aliquid servare; si enim non amittit de sua quantitate motus, non movebit corpus resistens, quia omnis mutatio est tantum variatio quantitatis motus; ergo in ea causa, quæ aliam mutat, est vis & resistens & impetum faciens, & resistens vis semper æque mutat impellentem, ac impellens vis mutat resistantem, atque adeo æque mutat ac mutatur.

Actio & reactio, hoc est, actio & passio, seu impetus, & inertia, æqualiter agunt. Quando corpus aliquod ovum frangit, non est tantum impetus hujus corporis, qui hanc mutationem facit, quam frangi dicimus, sed est præterea resistantia ejus ovi, quæ una agit. Nam si ovum non habuisset resistantiam, & libere in aere hæsisset, tuque manu pressisses, cessisset tibi prementi, ergo neque fractum fuisset. Si vero debet recipere motum, debet resistere. Sed illud tollere de vi movente vocamus reactionem, etiam in ovo, quæ potius vis est, & quædam vis inertie. Ergo, quod supra affirmavi, tantum mutatur omnis causa agens, quantum mutat.

Im-

(a) *Principia Philosophia naturalis*. L. I. def. III. LEIBNIZIUS eundem contra *CARTESIUM* proposuit *Journ. des Savans* 1691. & ab eo motu omnes omnino vires Corporum derivavit *EULERUS*, *Mémoires de l'Académie de Berlin*. T. I. & in *Opusculis*. p. 255. Motum ad decubitum vocat, ejusque efficaciam perspexit *F. BACO de VERULAMIO de Augmento Scientiarum*, L. III. C. IV. *De vi insita creatura seu de ipsa natura* LEIBNIZIUS egit in *A. E.* 1698. pag. 427. non absque suspitione lecti & parum citati *F. GLISSONII*.

Impetus est tantum communicatio motus; & *impetum facere*, est motum communicare.

Recipere motum est resistere, sive in sua substantia quantitatem motus accipere, quam corpus impetum faciens habebat, nunc vero resistenti corpori communicat.

Superius dixi, quantum unum corpus mutat, tantum illud mutari ab eo, a quo mutatur, omnis adeo illa mutatio motus, est tantum datio & mutatio motus, motus autem in corpore quiescente prius non aderat, neque tamen de nihilo nasci potest; hinc tantum perit corpori moventi, hoc est corpori quod mutat, quantum dederat idem moto corpori, ac proinde actio & reactio sive mutationes activæ & passivæ, seu mutationes respectivæ, sunt semper eadem iisdem in corporibus.

Mechanica est illa scientia, quæ docet, quantum possit communicari & demum in motu, ut motus inter duo corpora & augeatur & tollatur, & mutetur: nam *Mechanica* est tantum supputatio quantitatis motus, qui accrescit aut demitur alicui corpori. *Mechanicus* enim nunquam novum motum facit, ut vulgo creditur; sed motum pridem creatum applicat corpori movendo, & tunc corpus movens tantum exacte amittit motus sui, quantum motum corpus accipit. Nisi ita se haberet lex naturæ, ut motus ab uno communicaretur alteri corpori, destrueretur motus in natura, & nisi demeretur uni, quantum alteri accessit, cresceret motus in immensum, sed neutrum fit.

Ut ergo relatio corporis impetum facientis, & relatio resistentis, inveniri queant ex ordine, requiruntur sex tantum demonstranda.

1. Actio corporis perfecte duri, moti in perfecte durum quiescens, est primum, quod scire oportet. Pono duo corpora perfecte dura, antea vero explicui, quid sit perfecte durum corpus. Horum corporum unum pono perfecte resistere, hoc est quiescere, & alterum motu quodam impingere in illud quiescens corpus, nunc scire oportet ex mole & velocitate data istius corporis impingentis, & ex mole data corporis quiescentis, quid fiat post impactum.

2. Debeo scire actionem corporis perfecte duri & moti A in aliud corpus perfecte durum & motum B in adverso directe contra id motum corpus A impulsum; id est, debeo scire quid fiat, quando duo corpora perfecte dura moventur motu opposito, in unum idemque punctum, in eadem linea motus existens.

3. Debeo cognoscere actionem corporis perfecte duri moti A in alterum corpus perfecte durum motum B præcedens in eadem linea. In hoc casu unum corpus durum præcedit in eadem linea, alterum sequitur & adsequitur id, quod præcedebat; velocius ergo movetur corpus adsequens quam corpus præcedens; hinc debet sciri quid fiat in contactu & post contactum horum duorum corporum.

4. Debeo cognoscere actionem corporis perfecte duri, moti in aliud perfecte durum quiescens, & oblique impingentis; cognoscere, inquam, debeo, quid fiat post impactum inter duo corpora, quorum unum quiescit, & alterum, quod impingit in corpus quiescens, oblique in illud incidit. Dicuntur autem duo corpora *directe impingere in se mutuo*, quando linea, quæ punctum contactus amborum corporum conjungit, etiam transit directe per centrum utriusque corporis, dum se mutuo contingunt. Omne corpus habet centrum gravitatis, hoc est, punctum aliquod intra se, unde, si suspenderetur, hæreret in æquilibrio, cujus puncti adeo conditio

tio est, ut ab ejus omni parte eadem quantitas massæ sit. Quando nunc linea quæ per centrum utriusque corporis transit, etiam transit per punctum, in quo se mutuo contingunt, tunc dicuntur ea corpora directe impingere. Oblique vero impingere dicuntur corpora, quando non per centrum gravitatis horum corporum, sed aliam quamcunque plagam eorum transit illa linea, quæ puncta contactuum conjungit.

Nunc facile inveniemus mutationem illam vicissitudinariam, si linea recta simul per centra gravitatis utriusque corporis transeat. Si vero ea linea, quæ puncta contactus conjungit, non per centra gravitatis utriusque transit, tunc non procedit motus ille per lineam rectam, sed ad latus incidit unum in alterum; ergo intelligendum est, si corpora in se mutuo oblique ruant motu, quid tunc ab eo motu expectandum sit mutationis.

5. Debeo cognoscere actionem corporis perfecte duri moti, in aliud corpus perfecte durum motum oblique in eadem plagam. Inter hæc duo corpora est aliquod iter commune versus eandem plagam, sed hac cum distinctione, quod unum præcedat, & alterum velocius motum, illud oblique adsequatur, & quod linea, quæ transit per centrum gravitatis, non transit per punctum contactus, sed ad latera est.

6. Debeo intelligere actionem corporis perfecte duri moti, in aliud perfecte durum motum oblique in oppositum. Directe in eadem linea moventur corpora, quando linea, quæ per centra gravitatis transit, etiam parallela est ei lineæ rectæ, in qua corpora moventur, & quando puncta contactuum conjungit. Verum si unum corpus huc versus, alterum alia directione fertur, & tamen incurrunt in quodam puncto in se mutuo, tunc non occurrunt per lineam rectam, sed oblique; hinc, qui novit mathematico calculo supputare mutationes motuum, quæ ab his sex casibus pendent, ille potest omnes leges motuum in corporibus perfecte duris explicare; neque enim plures casus contingunt in perfecte duris corporibus.

Si quis hæc sex proposita brevissime & clarissime intelligere vult, evolvat sequentes Auctores.

1. JOHANNEM WALLISIUM in *Tactatu de percussione*, in 4. Oxonii 1669. Ibi agit de percussione, & de mechanicis; & hanc rem ad finem usque optime deduxit.

2. Vel in *Philosophicis Transactionibus Londinens.* n. 39. (a) hæc etiam inveniuntur, sed sunt tantum conclusiones, non vero demonstrationes a priori.

Qui non facile assequi potest eos libros, reperiet eadem apud JOHANNEM KEILIIUM in *Introductione ad veram physicam ex fundamentis deducta*, quamvis omnino laus omnis WALLISIO debetur, qui nihil omittit, sed ut summus Mathematicus a primis ad ultima usque profequutus est.

Habemus nunc auxilia ad addiscendam primam partem Mechanices; videamus nunc quomodo res se habeat inter elastica corpora.

F

N.

(a) Ibi & WALLISII in formulas algebraicas concentratæ observationes habentur, & WRENNII atque ROOKII seorsim vel alia ratione facta experimenta. Cæterum WALLISIUS plenissimam mechanicam scripsit: titulus est *de mechanica & de motu*, quæ an. 1670. & 1671. Oxonii prodit, & inter ejus opera omnia 3. in fol. vol. edita, etiam habetur. In qua nobili certe collectione, magna pars totius ambitus Mathematicos habetur, Arithmetica, Analyseos, Arithmetica infinitorum, Cycloidis, Conicarum Sectionum earumque reconditorum, Trigonometria spherica, harmonica, præter miscellanea aliqua Physici & Mathematici argumenti.

N. II.

Deinde vero hæc sex eadem leges & proprietates demonstrandæ & inveniendæ sunt in corporibus perfecte elasticis. Prima pars Mechanices considerabat leges motus, quæ in corporibus perfecte duris obtinent. Secunda nunc pars considerat leges motuum in corporibus perfecte elasticis, ibique rursus occurrunt illa sex eadem proprietates. Addenda quidem sunt semper ea, quæ de motu & occurfu corporum durorum dicta sunt. Sed præterea actio cognosci debet corporis perfecte elastici moti, &c. & sane tunc habebuntur omnia demonstrata, quæ omnia sunt eadem. Hic error summus fuit in magnis etiam viris, & ipso CARTESIO (a), qui minus feliciter exposuit leges motus inter corpora elastica, ita ut ab ipsis suis sequacibus hac in re tandem desertus fuerit.

Videbat quidem motum in perfecte duris, sed videbat tamen aliquid inde sequi, quod inde produci non videretur; hinc conclusit motum se invicem non destruere, sed tantum unum corpus motum aliter dirigere alterum motum corpus. Causa erroris hæc fuit, elastica corpora suum motum semper restituunt, eam vero proprietatem ignorabat, quia omnia corpora ut perfecte dura considerabat; hinc tantus error ab ipso admissus est. Ut intelligatur, quantus error hic fuerit, considerandum est, si corpora perfecte dura concurrerint in hoc puncto, & æqualis fuerint magnitudinis & velocitatis, ea certe perfecte quietura in hoc ipso puncto. CARTESIUS autem in regulis suis motus definivit, resilire ex eo motu hæc duo corpora. Sed cur hoc dixit? quia vidit, quædam corpora post impactum recedere cum eadem quantitate motus, quo accesserant, tantum commutatis inter corpora collisa portionibus motus. Cum hoc vidisset, neque nosset elastica corpora, legem fecit „motum motui non opponi, sed directionem directioni”. Id vero non est verum. Nam sint duo corpora æqualis magnitudinis, & velocitatis, ambo perfecte dura, occurrant sibi mutuo in uno puncto, tunc certe corpus A, secundum directionem suam, premet certa quantitate motus corpus B, & hoc corpus B reprimet A cum eadem quantitate motus per eam directionem, per quam advenerat. Hæc vero quantitates motus eadem sunt, cum & corporum massas, & velocitates æquales sumserimus; ergo resistent sibi in puncto concursus duæ potentia æquales: an non ergo debent quiescere? Idem sensisset CARTESIUS, si corpora elastica novisset, quorum natura a corporibus duris diversissima est. Elastica enim corpora comprimunt se, & per vim suam elasticam se restituunt, & repellunt se a se mutuo, hæc vero resilitio causa non est in motu, quo occurrebatur, sed in eo, quo se restituunt; ergo hæc regulæ sunt omnino diversæ in corporibus elasticis, a regulis datis in duris; hinc leges corporum durorum ex CARTESIO nemo potest deducere.

Has

(a) Motum in concursu nullum perire, sed quantum unum corpus amisit transire in alterum, pro tertia lege posuit, *PRINCIPIOR.* L. II. n. 40. & corpora dura resilire, nihil debilitata celeritate, si adversa concurrerint. Non nunc immisceo his me litibus, maximos enim viros, & LEIBNIZIUM ipsum novi hanc sententiam sequi, ut nullus motus in rerum natura, aut pereat, aut oriatur.

Has etiam leges (nempe inter elastica corpora) denuo invenerunt & docuerunt maximi viri, &, quod maxime mirabile est, tres diversi viri tribus diversis modis eodem tempore idem concluderunt. Hi tres viri fuerunt (ex eorum numero, quibus Societas Regia Londinensis eam demandavit provinciam anno 1662. nempe inquirere leges mutationum in collis corporibus) CHRISTIANUS HUGENIUS (a), CHRISTOPHORUS WREN (b) Eques auratus, & Professor nobilissimus JOHANNES WALLISIUS. Hi, cum omnes sedulo animum ad hoc negotium attendissent, invenerunt hæc leges per pendula, hoc est, sumserunt corpora æqualis gravitatis, & magnitudinis, & ab æqualibus filis suspenderunt, horum corporum ascensum & descensum in circulo secundum gradus accurate notarunt, sic longitudinem ascensus & descensus advertere potuerunt, & omnem horum corporum in se mutuo motum dimetiti sunt. Deinde adnotaverunt exacte per experimenta, quænam mutationes ex incurfu corporum mutuo contingerent; tandemque singuli inventa sua, chartis sigillo oclusis tradiderunt, quas Societas Regia diu non aperuit, & tandem apertis chartis in Societate congregata inventum est, omnium observata & conclusiones easdem esse. De hisce conclusionibus legantur *Transactiones Philosophicæ* ad eundem numerum 43; verum ibi tantum sunt conclusiones non demonstrationes, demonstrationes autem sui inventi dedit WALLISIUS in eodem *Tractatu* jam laudato p. 686. nec melius addisci potest ea scientia, quam apud Clarissimum illum Virum (c).

Hæc eadem etiam possunt inveniri apud HUGENIUM in *Tractatu de motu corporum a percussione*, qui *Tractatus* habetur in *Operibus ejus posthumis* editis apud *Boutenstein* Lugd. Bat. 1703. WALLISIUS sua experimenta per pendula sumserat. HUGENIUS, ut suum inventum magis admirabile redderet, scapha usus est, in qua homo erat constitutus, & altera vacua, in qua nemo inesset, sua experimenta cepit, licet credam ipsum suam tractationem etiam debere pendulis. Qui vero scire desiderat, quomodo CL. CHRISTOPHORUS WREN suas demonstrationes invenerit, quamvis ipse non ita ediderit, ille legat KEILIIUM in *Introductione ad veram physicam*.

Ex iis Auctoribus hæc omnia facillime dignoscuntur, & his præmissis, nunc secunda pars Mechanices habetur cognita.

Mechanica enim est supputatio motus, qui datur vel demitur uni corpori ab alio seu moto seu quiescente, in hac supputatione invenienda habemus primam quæstionem in perfecte duris corporibus; in secunda parte egimus de corporibus elasticis; tertia nunc pars Mechanices sequitur.

F 2

N. III.

(a) De motu corporum a percussione inter posthuma & in *Philosoph. Transact.* n. 46.
 (b) L. c. brevissimis schematicis secundum formam additionis & subtractionis dispositis.
 (c) Ut & MARIOTTE in *Traite du choc des Corps*, an. 1673. 12. edito, & addito operibus physicis in Belgio recufis. De integro vero vim percussiois & ejus leges demonstrare nova methodo adgressus est CL. EULERUS, l. c.

Hæc edoctus quæ hæctenus de Mechanicis dicta sunt, gravium corporum leges in perfecte duris & in perfecte elasticis corporibus addiscat.

Si quis velit brevissime & clarissime hæc cognoscere, videat GALILÆUM (a), de motu locali ex gravitate orto; est sane profundissimæ subtilitatis, Pisis & Lugd. Bat. in 4. & alibi etiam editus. Ibi fundamenta dat de motu locali, & primus certe juvit omnes Mathematicos, ut omnes leges motuum, a gravitate orientium, invenire possint.

Legat etiam ALPHONSUM BORELLUM, discipulum GALILÆI, certe & ejus discipuli TORRICELLI, apud eum enim habentur reclusa omnia GALILÆI arcana. Libro titulus est de vi percussiois (b). GALILÆUS, cum scriberet de percussione admirabilem illum Tractatum, sumisit balancem, & ab utraque parte imposuit v. gr. uncias decem; quando una uncia urgebatur pondus impositum uni lanci, tunc alteram elevabat; verum quando illa uncia in lancem de alto cadebat, altius videbat elevari lancem oppositam: si duplo nunc altius caderet illa uncia, duplo plus elevabat oppositam lancem. His experimentis conatus est incrementum motus, a gravitate orti, invenire. Sed in eo aliquid mirabile invenit, de quo adhuc moriens amicis suis conquerebatur, quod non potuerat rationem intelligere, quare nempe uncia cadens elevaret uncias decem oppositæ lancis altius, quam si quiete, & ex proximo, lanci imponeretur. Hanc difficultatem sustulit BORELLUS (c), demonstrat enim pondus cadens plus agere, quia grave, dum quiescit, nullum habet motum, sed dum descendit, habet motum quemdam realem, & hinc plus virtutis habet. Hoc ipsum in Tractatu BORELLI supra laudato de vi percussiois invenitur explicatum, quo certe Libro nullus Medicus carere potest. Legatur supra eadem re etiam JOHANNES WALLISIUS in sua *Mechanica* pag. 33. ubi explicata sunt inventa GALILÆI. Disci hæc etiam possunt apud KEILIIUM l. c.

N. IV.

Post hæc discendum est, quid valeat figura corporis (seu instrumenti) motum communicantis in aliud, cui motus communicatur. Consideremus ibi, quidnam faciat corporis figura, dum suum motum communicat alteri. De hac re plurima scripta sunt, sed possum uno momento in uno & altero casu explicare. Sit corpus cubi-

cum

(a) In *discorsi & dimostrazioni matematiche*, ubi de motu locali & mechanica per Dialogos agit, & in *discorsi della scienza meccanica* brevibus & posthumis. Accelerationem corporum cadentium curvam, per quam corpus projectum aërem trajicit, & alia primus perspicax vidit. Extant etiam opera omnia (excepto systemat. mundi) Bononiæ an. 1656. 4. 2. vol. & nuper bona editio Florentiæ 3. v. in 4. prodiit an. 1718.

(b) Bononiæ an. 1666. 4. prodiit, in eo felicior quod viri Auctoris limam sit expertus. In Belgio aliquoties recusus est.

(c) L. c. C. 29. Cæterum ad descensum gravium & motum ex projectione HALLEY *Philosoph. Transact.* n. 179. Litem vero illam celeberrimam, quæ de mensura motus inter CARTESIANOS & LEIBNIZIANOS agitata est, ita explicat EULERUS, ut in Logomachiam transeat, cum tamen vero sit propior sententiæ NEWTONI, neque percussio in instanti fiat. l. c.

cum A, movëatur juxta lineam AB (Tab. III. fig. 4.), & impingat in obicem resistentem CBD. Ponamus hoc corpus habere vim aliquam determinatam, hoc est motum quemdam determinatum. Si nunc nota est moles hujus corporis, v. gr. libræ unius, & nota sit ejus velocitas, vis ejus cognita habebitur. Inde innotescet, quid fiat in contactu corporis A & obstaculi CBD. Nempe hoc corpus A, hicce loci in A ponebatur ante acceptum motum, post eum motum receptum hæret nunc in B; ergo impinget totum corpus hoc suo latere integro, in partem obicis æque magnam, ac est latus corporis A; ergo omnibus partibus sui lateris adtinget eum obicem, & tota ejus vis per omnia illa puncta distributa communicabitur obici.

Verum ponamus illud corpus jam transmutari in hanc figuram conicam A (Tab. III. fig. 5.), eandemque lineam AB esse lineam directionis, & ponamus illud corpus ex figura cubi nunc in conum (a) mutatum, in mole & rigiditate manere idem; massa ejus habebit eandem copiam virium, pondus enim non mutatur figura mutata, & velocitatem ponimus eandem esse; ergo est eadem quantitas materiæ, & idem motus conici A, qui cubi fuit. Ergo impingat is conus in obicem CD, hæret nunc hic loci in B; ergo tantum impinget uno puncto in obicem, hoc est, tota quantitas motus ipsius in unum punctum obicis incidet, quia unum punctum corporis tantum adtingit obicem; ergo ea vis, quæ in priori casu distribuebatur in infinita puncta, ea nunc per unum punctum distribuitur, quia tota quantitas motus seu virtutis hujus corporis, tantum unum punctum resistens invenit, tantumque per unum punctum adtingit obicem. Hinc tanto plus jam moveri sequitur illud punctum obicis, hoc est, instrumentum erit hocce tanto aptius ad divisionem obicis, quanto hoc corpus (fig. 5.) paucioribus punctis suum motum communicat cum obice, quam corpus cubicum (fig. 4.). Hinc fundamentum hoc mechanicum totum intelligitur. Quando nempe eadem est rigiditas, moles & velocitas corporis, sed figura mutatur, ita ut per unicum punctum omnem suum motum corpori communicet corpus impulsum, quod prius multis in punctis motum suum communicabat, poterit certe obicem suum, sive corpus in quod impingit, omnium maxime mutare; ea vero figura corporis, quæ motum suum per plura puncta communicat, erit minus apta mutando obici, quia ejus vis distribuitur per plura puncta obicis resistentis; hinc tanto minorem in singulis partibus vim exercet.

Hæc demonstratio necessaria est in actionibus solidorum & fluidorum, quia fluida sæpe constant ex ejusmodi partibus variæ figuræ. Retinendum ergo est in memoria, figuram mutare vim collisionis, non quod majorem motum faciat, ut vulgus putat, aut hujusmodi telum conicum (fig. 5. Tab. III.) aptius sit ad motum excitandum. Nam si idem ferreum telum mutaretur in laminam ferream, haberet adhuc totam suam massam, sed tunc pluribus punctis ejus corporis communicaret suum motum in quod impingeret. Si vero iterum eadem lamina in acum mutaretur, tunc in unum punctum tantum posset incidere tota sua mole & velocitate, quod punctum, in quod incidit, tunc tantum accipit motus ut a reliquis ejusdem corporis punctis non possit non recedere.

Qui

(a) Hæc etiam ex altiori analysi repetit EULERUS l. c. p. 48. 49. ubi formulas dat pro vi percussiois conici & pyramidis.

Qui nunc vult in hæc omnia ex principiis inquirere, quamvis non ex hoc fundamento, inveniet quod sibi satisfaciat in *Tractatu de Mechanica* p. 572. apud WALLISIUM, ubi agit de cuneis & telis. De hisce quoque videre poterit apud CARTESIUM in *Tractatu de la Mécanique*, recte hæc omnia docentem. Videre quoque potest de hisce apud omnes fere Auctores, ubi agunt de cuneo.

Absolvi nunc quartam partem Mechanices; verum quinta nunc agit de fluidis corporibus, quibus absolutis pervenimus ad Physicam (a).

N. V.

De Hydrostatica.

Peractis hisce studiis & absolutis restat adhuc discenda illa Matheseos pars; quæ considerans generales omnium fluidorum proprietates, *Hydrostatica* vocatur.

Fluidum vocatur ea corporum congeries, cujus partes invisibiles & insensibiles, aut nullo, aut facillime mutando nexu inter se cohærent.

Fluidorum partes sunt iterum *una corpora*, nam illa pars fluidi insensibilis, quæ vix cohæret alteri, est unum corpus; ergo, quæ de uno corpore antea dicta sunt ratione solidorum, vera etiam sunt in iis corporibus, quæ fluida constituunt, adeoque ea generalia præmissa hic iterum locum habent.

Verum in fluidorum partibus, quatenus componunt fluidum, considero partium molem, variam figuram, & cohæsiōnem inter se, & ab hisce tribus diversis pendet omnis varietas fluidorum. Unum enim fluidum habet partes majores altero, & unum fluidum habet partes alio modo figuratas quam alterum, & denique unum fluidum habet partes majori vel minori nexu cohærentes quam alterum; ergo hæc tres varietates efficiunt varietatem fluidorum, & hinc omnia ea adeo varia fluidorum genera; hinc nempe fluidum tenue, cujus partes minimæ & vix cohærentes sunt; & fluidum viscosum, cujus partes majori nexu cohærent, & sic porro.

Hoc posito videmus, Mathematicos posuisse in fluidis nihil aliud, quam proprietates, quæ communes sunt omnibus corporibus, non aquæ propriæ aut oleo, sed communes in omnibus. Hydrostatici considerare voluerunt, quænam essent hæc communia in omnibus fluidis, posuerunt adeo fluida constare 1. partibus quibusdam, 2. tam lubricis, supra se mutuo, ut fluere possent, & 3. eas partes graves esse, & ex his tribus deduxerunt, quomodo massa corporea ex iis partibus constans re vera se haberet; hæc nunc est Hydrostatica.

Hæc etiam pars Matheseos quam necessaria sit, non tantum Physico, sed etiam Medico, nemo non videt; nam omnes fere mutationes physicæ fluidorum ope contin-

(a) Porro ad partem Mechanices vulgarem, sive quæ æquilibrium Potentiarum in machinis producit & æstimat, VARIGNONIUS plenissime scripsit, inprimis in compositis motibus uberrime in *Nouvelle Mécanique ou Statique*, posthumo opere, Parisiis 1725. in 4. edito, sed eam Mechanices partem quæ motus originem, progressus, augmenta considerat, HERMANNUS in *Phoronomia*, difficilior tamen, nuper vero inprimis EULERUS in *L. suis Mechanicis sive de motu* qui 2. vol. in 4. Petropoli an. 1736. editi sunt, uberrime & profundissime ex nova infinitorum analysi consideravit. De utraque bene etiam & quod plerisque sufficiat, C. WOLFIIUS in *Elementis Matheseos*. Tironi vel KEILII *introducōtio* suffecerit, vel LAMY de *Mechanica* Tractatus. Parisiis 1691. 12. De permultis Auctoribus, qui de machinis scripserunt, legatur WOLFIIUS *Elem. Mach. L. I. c. 6.*

tingunt; sive enim incrementum animalium videamus, sive plantarum, sive mineralium & eorum nutrimentum, hæc omnia fiunt ope fluidi, omnia mutantur per aquam, per aerem, & per fales solutos (quæ omnia sunt corpora fluida).

Ut discamus Hydrostaticam, legendi sunt hi Auctores 1. Antiquissimus ARCHIMEDES in *Tractatu* (a) suo de his, quæ fluidis insident.

2. Illum Tractatum ARCHIMEDIS emendavit, & antea obscurum, elucidatum nunc & optimum edidit ISAACUS BARROW, celebris Geometra Anglus, Londini 1675.

3. Scripsit de hac parte pariter quam optime STEVINIUS, Professor olim Matheseos extraordinarius in Academia Lugduno-batava, & præsertim in eo tractatu, quem hoc titulo edidit, *van de Waterwigen*. Reperitur in ejus Operibus, quæ constant tribus voluminibus in folio, titulo de Hyponeumatibus mathematicis (b).

4. De his scripsit optime, qui solus Medico tyroni sufficere potest, JOHANNES WALLISIUS pag. 708 suæ *Mechanices*, editæ an. 1670. Titulo de *hydrostaticis* (c).

5. Consideravit etiam hanc partem egregie in multis, quamvis eam non tractavit ex professo; JOH. ALPHONSUS BORELLUS, in nunquam satis laudato Tractatu de *vi percussōnis* (d), qui Liber *Bonomiæ* editus est, & difficile acquiritur, editus est quoque *Lugduni Batavorum apud van der Aa*, eaque editio facilis empta est.

6. In hanc partem experimenta contulit ROBERTUS BOYLEUS, in Tractatu illo non satis laudando, de *Experimentis hydrostaticis paradoxis* (d).

Qui reliquos emere nequit, modo habeat WALLISIUM, BORELLUM & BOYLEUM, sed maxime WALLISIUM, ex his egregiis viris, intra paucos certe dies, remissam satis intelligere poterit.

N. VI.

De Hydraulica.

Pertractata hacce parte, superest, ut indaget Medicus motuum leges, secundum quas fluida in Hydrostatica nota, per vasa elastica & non elastica, figuræ cujuscunque, mota & contenta, agant & patiantur. Hæc pars, quæ eas leges explicat, voca-

(a) BARDII in eum commentaria Romæ 1614. 4. edita sunt, opera vero omnia RIVALTIÆ FLURANCLA curis, Parisiis folio, eademque demum meliori modo a BARROWIO recusa Oxonii 1579. 4. Editio FR. MAUROLICI Panormi 1685. fol. excusa, diu apud TOMASIUM latuit, quam BORELLUS curavit, absolvit CYLLENIUS.

(b) Opera omnia Leidæ 1608. & 1634. fol. de unicorn. p. 334. (c) Vide supra, pag. 41. Not. (a).

(d) Maxime in addito libro altero de *motibus naturalibus a gravitate pendentibus*, qui majori ex parte hydrostaticus est, & Regii Julii prodit. an. 1670. 4.

(e) *Paradoxa hydrostatica*. Londini 1668. 8. Roterodami 1670, &c. Sed inprimis altiora habet in *Phoronomia* HERMANNUS, DAN. BERNOULLIUS, JOH. FIL. in *Hydrodynamica* Argentorati 1739. in 4. edita, PASCALIIUS etiam in *Libello de l'Equilibres Liqueurs* an. 1663. Parisiis 12. & denuo 1698. 12. edito, aliqua huc pertinentia habet, sed pleraque tamen ad aerem spectant. Deinde COTESIUS in *lectionibus hydrostaticis & pneumaticis*, Londini an. 1738. & 1742. Parisiis in 8. iterum editus aliqua, sed perinde plura de aere habet. De iisdem egit Cl. DESAGULIERS in *the motion of water and fluids*. 8. D. CLARE Librum *motions of the fluids natural and artificial* Londini 1747. 8. editum non vidi.

catur *Hydraulica*, a vocibus græcis ὕδωρ aqua & αὐλὴ fistula, hinc ὑδραυλική est illa pars Matheseos, quæ explicat & demonstrat motuum leges, quæ observantur a corporibus fluidis per fistulas motis, seu vasa sint, seu canales, sive etiam canales sint elastici, ut arteria, sive non elastici, ut canales ex plumbo, demum utcumque variæ figuræ fuerint, unde iterum motus variari certe quam maxime potest. Hinc Medicus iterum nosse debet, quæ leges hisce corporibus a natura datæ fuerint, dum per vasa & canales moventur, & in iis continentur, quid inquam, fluida vasis suis faciant, & quid patiantur ab illis. Si ulla pars Matheseos Medico scitu est necessaria, Hydraulica est, nam quidquid Medicus explicat de corpore humano, id omne ab Hydraulicis pendet, sive enim digestionem, sive circulationem, sive secretionem, sive quamcunque excretionem explicet, id omne tamen est tantum hydraulice explicare, hoc est, explicare motum fluidi moti per canales motos. Medico tamen hæc scientia non est addiscenda, antequam sciat Hydrostaticam, id est, solam fluidorum naturam, ut & Mechanicam, quæ docet, quid faciat corpus incurrens v. gr. in parietem & obicem resistentem, quid in eum agat, & quid ab eo patiat; tunc demum Hydraulicam potest addiscere; nam canalis latera sunt obices, & fluidum motum est massa corporum mota in obicem. Hydraulicam ergo ut addiscat, debet

1. scire Hydrostaticam, quæ etiam continet Mechanicam, tum 2. inclinationem fluidi in vasa: quæ duo, dum scit, jam potest cognoscere & determinare, tale fluidum incurrens in latera hujusmodi vasis, faciet & patietur tales actiones & reactiones. Hoc explicare nunc est Hydraulicam docere.

Huc pertinet 1. Auctor antiquissimus HERO (a) de *Spiritualibus*, nam ita transtulerunt Interpretes græcum titulum ἀπὲρ πνευματικόν, est Liber antiquus græcus, in quo mathematica contemplatione natura fontium explicatur; hinc, quæ de aquæ ductuum legibus desiderantur, & ad motum liquidorum per canales spectant, ibi continentur.

2. Legi in hac parte potest magnus TORRICELLIUS (b), GALILÆI discipulus & successor, qui dum de tubo suo Torricelliano, hodie barometro dicto, scribit, plura de Hydraulicis habet, ita ut exinde maximam laudem meruerit.

3. BENEDICTUS CASTELLI (c), Scriptor Italicus, TORRICELLI discipulus, scripsit Tractatum in 4. italico idiomate, sed continet egregia. Scripsit etiam objectiones quasdam ad BORELLUM, sed Opusculum hocce, seu Tractatus de motu aquarum rarissime invenitur. Explicat ibi ingenio mathematico, & miranda certe accurratione, quid patiantur ripæ fluentium, quid pontes, quid cataractæ ab aquis motis, & hac occasione incomparabili studio explicat & demonstrat, quid aqua decurrens ex altitudine & in altum faciat & patiat, &c. & multa alia in Hydraulicis apprimè cognoscendis perutilia, ita ut iste Liber pretiosissimus sit & utilissimus.

4. Verum hanc eandem partem Matheseos excoluit egregie per experimenta clarissimus

(a) HERO editus a COMMANDINO. Urbini 1565. & 1592. 4. Parisiis 1587. Amstelodami 1680. 4. &c. Sed is fere practica habet, neque magni momenti pro Medico esse potest. Quæ vero a COLUMNNA destinabatur editio SEVERIN. I. I. p. 111. c. 6. *Chir. effc.* ea in lucem non prodiit, neque auctius suum exemplar, quod laudat T. BARTHOLINUS, lucem vidit hæcenus.

(b) De motu gravium & naturaliter projectorum. Florentiæ 1644. 4.

(c) Misura dell' acque correnti. Bologna 1660. 4. Romæ 1678.

simus Abbas MARIOTTE, in Tractatu in 8. dicto *Expériences hydrostatiques* (a), optimo certe, in quo multa explicantur egregia, sed quæ non capi facile possunt à mathesi imperitis; ceterum est Liber omni laude dignus.

5. BORELLUS etiam in suo Tractatu de *vi percussionis* aliqua eo pertinentia habet (b).

N. VII.

Ultimo denique, ex Mathematicis Medico prodest illa scientia, quæ considerat solidi cogniti per fluidum cognitum moti actionem & retardationem. Hæc est illa nobilissima sed secretissima Mechanicæ pars, quæ ingenio humano ultima patet. Olim putabatur, veteres absolvisse omne id, quod Mathematici in rebus physicis possint considerare: verum postea considerantur datæ molis, datæ figuræ, & detur illud restaret id, ut explicaretur, si detur solidum datæ molis, datæ figuræ, & detur illud moveri, non in abstracto, ut reliqui Mathematici considerant, sed in pleno fluido, quid tunc futurum sit? Si nempe noverim pondus, figuram, velocitatem hujus corporis, & nota sit resistentia, quid fiet in illud solidum per illud fluidum?

Hæc pars proxime inter omnes necessaria est, & quam solus fere excoluit Illustrissimus ISAACUS NEWTONUS in *tertia parte Principiorum* suorum, ubi considerat, quid patiat corpus, si moveatur cum noto velocitatis gradu in fluido, & tunc demonstrat, id corpus certam invenire resistentiam, ut, si augeatur ejus velocitas in duplum, quadruplo plus resistentiæ patiat, & si in triplum augeatur ejus velocitas, non duplo plus resistentiæ sit occursum, & sic porro in ratione quadrata semper augeatur resistentia, quam patitur corpus in fluido quodam motum, & certe hinc deduxit ingeniosissime, quomodo fluida in solida, quæ per fluidum moventur, & solida iterum in ea fluida agant, quoad omnes proprietates requisitas. Unum fuisset optabile, ut hicce Liber non à tribus seu quatuor hominibus in tota Europa,

G

(a) Tr. du mouvement des Eaux. Parisiis 1686. 12. denuo 1700. 12. cura PH. DE LA HIRE, & in Operum omnium collectione. Pertinet maxime ad fontium tubos, aquarum copiam, quantum officia reddunt, &c.

(b) Nempe in L. de motibus a gravitate pendentibus. Huc porro referuntur omnino GALILÆI *Discorsi intorno alle cose che stanno su l' Acqua*, &c. cum defensione contra LUDOVICI de COLUMNBIS & VINCENTII de GRATIA objectiones.

GUILIELMINI *mensura aquarum fluentium*. Bonon. P. I. II. 1690. 1691. ejusque epistola dua *Hydrostatica*. Bonon. 1692. 4. altera contra L. PAPINUM, altera de *velocitate fluidorum in siphonibus recurvis*. EJUSDEM L. *della Natura de' fiumi*, ib. 1697. 4. & in GAUDENTII ROBERTI *miscellaneis Italicis*, ibid. an. 1692. 4. & in Operum collectione, Genevæ an. 1719. 4. 2. vol. editus Liber, atque nuper copiosius a filio. JOH. POLENI in L. de *Castellis habentibus latera convergentia*, Patav. 1718. 4. & in editione auctiori FRONTINI de *Castellis*. Patav. 1722. IDEM de *motu aquæ mistæ*. Patav. 1697. 4. JURINUS de *aquis fluentibus*. *Phil. Transact.* p. 355. 373. 452. 453. DES AGULIERS *on the motion of Water and fluids*. CLARE *motion of the fluids natural and artificial, air and water*. Lond. 1737. De *frictione aquæ in canalibus* egit DES AGULIERS. *Philosophic. Transactions*. n. 393. pro Practica autem parte princeps est BELIDOR in *Architectura Hydraulica* quæ Parisiis 1737. 4. prodiit. Huc etiam CARLO FONTANA *delle acque correnti*. Rom. 1696. fol. TOMASO NARDUCCI *della quantità del moto, o sia la forza dell' acque correnti*. Lucca 1723. 4. tum BERNARDINI ZENDRINI *consider. sopra la scienza delle acque correnti*. Ferrariæ 1717. & ad Practicam *leggi, fenomeni, regolazioni, ed usi delle acque correnti*. Venet. 1741. Collectio integra omnium CASTELLI, BORELLI, GUILIELMINI, aliorumque, hydraulices Scripturarum, edita est Florentiæ 1723. 4. maj. sub titulo *Raccolta d' Autori, che trattano del moto delle acque*.

pa, qui se huic unico negotio dederunt, sed ab omnibus posset intelligi, nunc secretissimus Liber est (a).

Pariter hanc partem excoluit Nobilissimus CHRISTIANUS HUGENIUS, qui in Tractatu de refractione & de lumine super hanc partem egregia habet.

Abolvimus primam partem studii medici, in qua si ita se exercuerit Medicus, ut eo ordine addiscat illa, quæ proposuimus, aptus fiet, qui omnes Physicorum, Mechanicorum, Medicorum scriptorum Libros intelligat, & sua exinde deducat in suos usus corollaria.

Quantum nunc hocce propositum studium in Medicina valeat, discimus exinde. Quidquid theoria medica ratiocinans (non autem experimenta in unum deducens), boni habet, id omne deberi solis his viris BORELLO, MALPIGHIO, BELLINO, PITCARNIO, aut aliquibus ex hisce, qui in eos commentati sunt; omne vero quod summi hi viri invenerunt, id tantum hisce Mathematicos partibus exculti, antequam ad Medicinam se accingerent, detegere poterunt: ergo Medici animus prius hisce principiis imbutus esse debet, antequam se studio medico accingat.

Convenit nunc nostrum consilium cum consilio istius viri, qui omni tempore summum & principis nomen in Medicina meruit, HIPPOCRATIS puta, qui in ea epistola, quam ad suum filium THESSALUM scribit, in qua consilia dat addiscendæ Medicinæ, monet serio, ut ante omnia Arithmetica & Geometriam probe addiscat, hæ autem duæ scientiæ faciunt summam eorum, quæ hactenus dixi, cum Mechanica hisce binis solis innitatur, adeoque, consilio principis Medicinæ confirmatum habetur consilium nostrum. Hisce vero continetur primum προληπτικὰ studiorum Medicorum.

(a) Magna ex parte huic difficultati cautum est, edito Opere NEWTONIANO cum Commentariis P. P. JAQUIER & LÉ SEUR & D. CALANDRINI, quod prodit Genevæ tribus in 4. voluminibus an. 1740. & seq. pro iis vero, qui Mathematica ignorant, PEMBERTONIUS, PRÆCEPTORIS nostri Discipulus, scripsit a view of Newtonian Philosophy. Londini 1728. 4. etiam Italice recusum. Cæterum ipsum NEWTONI Opus Londini an. 1687. 4. & auctius Londini 1727. prodierat. Eadem vero ipso NEWTONO uberius, ordinatius, & plenius EULERUS in ea tractavit quam supra citavi Mechanica, seu motus scientia, qui omnibus suffecerit solus, qui analysin fuerint edocti.

M E T H O D I
S T U D I I M E D I C I
P A R S I V.
P H Y S I C A S P E C I A L I S.
C A P U T I.

De Physicæ definitione & partibus.



Physica est cognitio rerum corporearum in mundo aspectabili existentium. Hæc est illa pars, quam omnes veteres Philosophi vocaverunt φυσικὴ, non quod jus habuerint eam ita separandi, nam Metaphysica & Pneumatica etiam agit de naturalibus, verum jam dudum hic modus loquendi invaluit. Dico esse cognitionem rerum corporearum in aspectabili mundo, quia nolumus cum ANAXAGORA disputare de aliis mundis, an dentur nec ne, acturi unice de iis, quæ in mundo nobis cognito existunt, illa enim pertinent ad Philosophum non ad Medicum.

Acquiritur hæc cognitio 1. per observationes sensuum, 2. per ratiocinia ex observatis incognita deducuntur. Habentur ergo in tota Physica duæ partes; una, quæ per sensus observat omnia, quæ observari possunt; altera, quæ observata per sensus indagando, per ratiocinium ex iis deducit ea, quæ per sensus non patebant.

Pars Physicæ rite observata colligens Historia naturalis dicitur. Ea est collectio rite digesta omnium eorum, quæ in rebus corporeis sunt; intelligo in animalibus, vegetabilibus, mineralibus, astris, meteoris, &c. omne illud, quod observat & describit Physica, id pertinet ad Historiam naturalem, quæ prima pars Physicæ est.

Historia naturalis tantum describit (dabo enim limites Historiæ naturalis) omnes actiones, quæ exercentur inter corpora, quatenus sensuum externorum ope accurate observari & notari possunt in omni circumstantia; nulla enim conditio omittenda est.

Alteram Physicæ partem, quam discere debet Medicus, est, quæ ex observatis prius notis, per illa, quæ jam vidimus in præcedentibus, deducit ea, quæ sensibus externis detegi non possunt, & tamen in ipsis rebus naturalibus obtinent. Omnes moment, sensus nostros tantum aptos esse ad detegenda quædam phænomena: & præterea in ipsis rebus corporeis forte infinites plura esse, quæ sensibus assequi non valemus; hinc quaeritur, quænam sit secunda Physicæ pars. Hæc videtur in duobus occupari, nempe habet primam partem pro suis datis, & deinde pro fundamento ratiocinii ea, quæ ex Mathematica petuntur, ad observata primæ partis Physicæ, hæc enim conducunt ad scientiam eorum quæ in physicis corporibus habentur, & tamen sensibus nudis non apparent. Istud clare patet, 1. observando phænomena singula

vit, & cum omnibus eruditis ubique collocutus est. Scripsit itaque & collegit Libros de generatione Animalium, de natura Animalium, de Meteoris, & similia multa, quæ ad Historiam naturalem legi merentur; nam ingentem observationum copiam suppeditant.

Deinde inter antiquos legi meretur PLINIUS (a) major, qui unicus Auctor est ex tota antiquitate, ex quo scire possumus, quid tota antiquitas haberit in observationibus. Non ergo spernendus est, quamvis fabulas multas contineat, nam habet quidquid veteres in rebus naturalibus sciverunt de Animalibus, Vegetabilibus, eorumque natura, de Meteoris, Astronomia, Botanica, Medicina, Chemia, &c. & quidquid fere potest cogitari, non quod ipse observavit hæc omnia, sed ut ultro fatetur, omnia observata ex omnibus Auctoribus magna cum sedulitate collegit, nulla addendo ratiocinia.

Hi duo Auctores, ARISTOTELES & PLINIUS, cum magna cautione legendi sunt, habent enim multas fabulas & nugas, sed tamen plurima bona apud eos eperiuntur. Unicum indicium dabo, quam vera mista malis habeant. PLINIUS nempe

vant, valde adfne pugillaribus, quos hodie syllabis *ana* solent designare, cum summa fabularum non solum patientia, sed etiam adfectione. Commoda est editio Gr. Lat. JOH. SCHEFFERI. Ea prodiit Argentorati 1647. 8. & 1662. 8. melius 1685. 8. & 1713. 8. qua editione sum usus, mendosa tamen, etsi LÆDERLINUS correctionem promiserit. Nitidior vero & copiosior GRONOVIANA, quæ Leidæ 1731. 4. prodiit. Ad Historiam medicam insignia passim loca habet.

A. GELLIUM Grammaticum, minime tamen hunc inutilem futurum olim Venet. 1477. folio, deinde nuper a GRONOVIO editum Leidæ 1706. 4. ejusque simiam MACROBIUM, & eruditissimi PHOTII Bibliothecam, NONNIUMQUE & TZETZEM, compilatores utrumque, & alios superfedeo lubens. STRABO tamen passim etiam naturalium rerum monumenta aliqua habet, & PLUTARCUS in Libro de Philosophorum placitis ita versatus est, ut sint, qui ab ipso GALENUM exscriptum esse aiant. COLLENUTIUS in PLINII defensione. Sic convivium VII Sapientium & Physica quaestiones multa eo pertinentia habent, uti plurimum ad Medicinæ historiam facit ejus de Ifide & Ofiride Libellus. Editio plenissima est Parisiis 1620. fol.

(a) CAII PLINII SECUNDI *Natura historiarum* L. XXXVII. Bibliotheca est viri, ut ex vita notum est, studiosissimi, qui nullum fere literarum genus intactum reliquerit. Collegit omnia Græca Latinaque & in satis concinnum ordinem distribuit, plantis etiam magis, quam a viro consulari expectares, & delectatus est, & impendit temporis chartarumque. Quinquaginta, inquit, volumina ARISTOTELIS in hoc meum contraxi. L. VIII. c. 16. Totum Opus, Geographicis exceptis, ad rem Medicam Physicamque facit, & XV. integri Libri in solam materiem Medicam pertinent. Fabulas habere certum est, non tamen nunquam pertæsus fuit GRÆCULORUM audaciæ & vanitatis. Sed infinitas tamen ex omni veterum Auctorum numero naufragorum tabulas servavit, diligentissimus imprimis in inquirendis rerum antiquitatibus & inventoribus, ad minutias usque, & in eo genere studii accuratissimus, ut etiam suum passim de planis judicium interponat, vifaque apud CASTOREM sibi stirpes excitat. Utilitas vero utique major erit legentis, qui THEOPHRASTI & DIOSCORIDIS lectionem cum Plinianam junxerit, ita enim hujus viri errores sponte innotescunt. Editio prima est Veronenfis 1468, (FARRICIUS *Bibl. Lat.* L. II. p. 405. nam alibi Venetam Spiræ an. 1461. pro prima haberi video), qualem etiam pulchram Iatis Venetam an. 1497. in folio majori impressam possideo, prætermittam a FABRICIO. Cæterum Dalechampii editio Lugduni an. 1587. (FABRIC. l. c.) & cujus exemplar ab AUBRYO Francofurti an. 1608. impressum, ex codice quidem antiquissimo Chiffetiano, tum ex CUJACIANO, & alio varias lectiones habet, locorum etiam parallelorum aliquid & Notarum, adpersarum a GALECHAMPIO. Hæc editio ab HARDUINO mire contemnitur, commoda tamen Medico & bono prædita Indice. Nunc autem omnibus præfertur, quam modo nominatus Jesuita secundo edidit Parisiis an. 1723. 2 vol. in fol. ex undecim codicibus, Notisque PELLICERII, & apparatus nummario, qui huic homini plurimus fuit, ornatior. Attulit in Notis loca parallela DIO-

nempe plurimas plantas (a), optime jam notas, melius & exæctius describit, quam ullus Botanicus ante eum fecerat, quod certe designat veritatem physicam in ejus Libris contineri. Quod vero plurimas fabulas admixtas habeat, id illius temporis ingenio adscribendum est, quod, ut novimus fabulis delectabatur.

Qui commentari in eos Auctores voluerunt, eos commendare non audeo, nam inter eos, qui ut Physici id fecerunt, non novi certe, qui hoc officio digne defungi valuerint, Arabes enim illi & Scholastici, qui in ARISTOTELEM commentati sunt, certe non digni sunt, qui legantur. Sufficit ergo, ut ARISTOTELEM ipsum audiamus, & illos Commentatores non admittamus. Ipse SALAMASIUS (b) nullatenus potuit unquam aliquid boni hic scribere, cum Physicus non esset. Præstat ergo legere ALISTOTELIS & PLINII Opera sola absque commentariis. PLINII vero optima editio est illa, quam nobis communicavit JACOBUS DALECHAMP, Medicinæ Professor.

Hi unici sunt ex Auctoribus antiquis, qui legi merentur, & qui ex tota antiquitate, usque ad seculum decimum sextum, historię naturalis studium supplere possunt. Magno vero saltu (c) facto transimus ad decimum septimum seculum, quod omnibus

SCORIDIS, THEOPHRASTI, GEOPONICORUM. Hactenus utilis: novarum vero observationum aut ita erutarum herbarum, ut cum recentiorum nominibus conferantur, vix quidquam habet, etsi multum gloriatur.

(a) Contra hanc laudem audiendus est NICOLAUS LEONICENUS, & JOHANNES BODÆUS a STAPEL, ille PLINII erroribus an. 1509. in 4. editis. Certum enim est, PLINIUM, cum non ipse legeret, sed Anagnoston audiret, utique etiam in Balneis sibi prælegendem, & in pugillaria capita rerum conjiceret, sæpissime male audisse, & in plantis omnino aliena nomina ad finem fere sonorum, mire commiscuisse, quod Marrubii & Porri, Cisti & Hederæ, Cyclaminis & Aristolochiæ, Fragariæ & Pentaphylli, Struthii & Passerum, aliisque exemplis nimis confirmatur. PANDOLFUS equidem COLLENUTIUS in *Pliniana defensione* Ferrariæ etiam edita, pro sua eruditione, quæ non ipsi nulla fuit, & HARDUINUS pro PLINIO dixerunt, sed facile pellucet veritas.

Inter ARISTOTELIS cæterum Commentatores innumeros, non omnino rejici meretur in tanta eruditione sua JULIUS CÆSAR SCALIGER qui in L. de Plantis commentatus est Lutet. apud Vascolan 1556. 4. AVERRHOIS commentarii, etsi eum virum animam dixerint Aristotelis, metaphisici potius argumenti sunt. Prodiierunt Venetiis an. 1552. 1561. 1603. plurimis voluminibus, & alibi.

(b) CL. SALMASIUS neque Medicus fuit, neque Botanicus, hinc in referendis ad nostras stirpes veterum plantis non potuit nobis auxilio esse, inter quas ne vulgatiores quidem notas habuit, uti exemplo demonstrat LE CLERC *Hist. de la Medecine*. p. 630. Sed infinitæ viri lectionis, id imprimis in *Homonymia Hyles iatrica* præstitit, ut locos Auctorum veterum ad aliquam rei naturalis particulam pertinentes, congereret omnes, atque adeo laboris maximi nobis fecerit compendium, quem in consensu aut dissensu Scriptorum æstimando oporteret impendere, vide laude dignum specimem apud LE CLERC, p. 628. *seq.* Notissimum cæterum est ejus *exercitationes Plinianas* prodiisse primum Parisiis an. 1627. fol. deinde curante LANTINO Trajecti an. 1689. fol. Præfatio libri, in L. de homonymia Hyles iatrica & de Plinio judicium seorsum prodiit Div. one 1665. 4.

(c) Plerique equidem hoc (spatio comprehensi Scriptores ad barbaros pertinent, & nihil ipsi addiderunt, præter novas fabellas. CICERONEM omitto, & L. ANNÆIUM SENECAM, non ideo nulla rei naturalis documenta habentes, & T. PETRONIUM ARBITRUM, damnosum lectori, IUCIANUM etiam, refertum adlusionibus ad historiam Medicam & Philosophicam, ARISTIDEM superstitiosissimum ÆSCULAPII clientem, PHILOSTRATIUM cujus, uti notum est, optima OLBARI editio Lipsiæ 1709. fol. prodiit. Liceat tamen VITRUVIUM POLLIONEM laudare, maturi judicii virum, qui in L. X. *Architectura*, neque nulla, neque ea vulgo cognita ad rem

bus antecedentibus ævis longe antecellit, maximamque partem gloriæ suæ debet Anglo illi BACONI VERULAMIO, de quo pauca dicam.

Hærebat totus orbis litterarius immerfus (a) nugis Peripateticis & superstitionibus non dico ARISTOTELIS, sed Commentatorum ejus, partim Scholasticorum, qui totam Physicam reddiderunt logicam, ratiocinantes nempe de rebus, quas per sensus nunquam perceperant. Decimo sexto vero seculo extiterunt Chemici, qui vilipensis nugis experimenta induxerunt; hincque occasionem dederunt magno illi BACONI (b), Cancellario & Sigilli Britannicæ Custodi, qui eo seculo floruit sub regno ELISABETHÆ, ut meruerit hanc laudem, ab eo uno viro plus profectum esse in promovenda (c) scientia corporum naturalium, quam ab omnibus

» præ-

naturalem facientia tradidit. In editione quam *FOLENTUS* Patavii an. 1739. 4. edidit aliquot extant *MORGAGNI* ad morborum nomina observationes. *SOLINI* etiam oportet meminisse, cujus *Polyhistor* a *SALMASIO* infinitis Notis ditatus prodiit. *ALEXANDER Aphrodisæus* & Medicus fuit & *problemata iatrophysica* scripsit, & in varia Aristotelica commentatus est. *APULEIUS* in floridis maxime, & in *L. de magia* & in *dialogo de mundo*, tum passim aliqua habet nostri argumenti. Ejus Opera Venetiis 1521. 8. Basileæ 1597. 8. & alibi edita sunt. *OPPIANUS de Piscatura & Venatione* Gr. Parisiis an. 1555. & Latine fere eadem forma apud Morellum editus, tum inaniore quidem illi rei accipitrariæ & canum hilloriæ Scriptores, quos *RIGALTIVS* simul edidit G. & Lat. 1612. 4. legi possunt omnino.

(a) Duodecim & ultra seculis vix quisquam extitit, qui experimenta non institueret, sed colligere, omnino sit dignatus. *ALBERTO MAGNO* excepto qui 21 vol. in fol. reliquit, alii que hujus ordinis Scriptoribus paucissimis. Nam de Chemicis alibi dicitur. Omnem humanam disciplinam subjugavit scholastica methodus, quæ a rebus creatis, & a *DEI* operibus contemplandis ad abstractiones, humanæ mentis creaturas, hominum avocavit animos. Vide, quam eleganter contra Scholarum generales contemplationes, earumque ab omni vita humana abhorrentia dixit Abbas *PLUCHE* *Consequences de l'Histoire du Ciel*. *F. ROGERII BACONIS* nobilia cogitata de *Telescopiis*, *Speculis ustriis* multi laudant. Mihi non præsto est. Conf. *PLOT*. *Oxfordshire* p. 220.

(b) *GUILIELMI RAWLEY*, qui *BACONI* florenti a sacris fuit, vitam hujus magni viri scripsit, nuperque aliam *MALLETUS*. An. nempe 1560. natus, ex illustri stirpe, sed inter fratres natu minimus, legum se studio dedit, acceptus *ELISABETHÆ* Reginæ, sed absque ullius momenti officio. *A. JACOBO* demum rerum potito, omni genere honorum oneratus, demum Cancellarius M. Britannicæ creatus est. Cum vero *REX*, & Regi gratiosissimus *BUCKINGHAMIVS* varia contra procerum voluntatem regni que utilitatem fecissent, consentiente *FRANCISCO*, in eum omnis ira Senatus devoluta est, ut deturbatus gradu, etiam post restitutionem famæ, quæ aliquot post annis secuta est, in squalore & paupertate vitam finierit an. 1626. 9. apr.

(c) Nihil hic de Politicis aut Moralibus Operibus dicere visum est, & ad ea unice sermonem dirigere placuit, quæ promovendæ rei naturali dicavit. Valuit nempe hic vir ingenio, quod interiora rerum perspicere, novasque rerum facies, & affectiones nemini cogitatas contemplaretur. Inanitatem generalium conceptuum & sterilitatem Scholæ, facillime pervidit & modos aperuit, quibus posset rerum cognitio acquiri, emendari, augeri. Magnam autem instaurationem scientiarum molitus est, Libris IX. *de augmento scientiarum*, qui Anglice an. 1605. in 8. sed auctiores Latine an. 1623. Londini prodierunt, in qua editione imprimis octo posteriores Libri multum incrementi ceperunt. Primam ibi instaurationis hujus partem perfecit. Eo Opere L. II. novam scientiarum divisionem constituit, historiam naturæ & artium inter desiderata reposuit. I. III. affectiones corporum sensibus conspicuas motuumque in novas classes proposuit, nemini cogitatas, inter quas motus ad decubitum sive vis inertie *NEWTONI* reperitur. *Dubitationes* etiam quæ apud *NEWTONIAM* quæstiones sunt (part I. Opticorum L. III.) primus introduxit, novorum Inventorum futura semina. L. IV. in historia hominis virum philosophum per brutorum spirantium sectiones valde requirit, & comparatam brutorum anatomem, & historiam anatomicam corporis non ex uno, sed ex multis cadaveribus repetitam, primo a *MORGAGNO* per exempla confirmatam. Vide quam acris præviderit futura inventa aut additamenta artis, quæ posteriores Anatomici per ea

» præcedentibus & subsequentibus Physicis. Eius Opera in folio anno 1665 Francofurti

H

furti

ipsa auxilia detexerunt, & perfecerunt. L. V. consilia dat, qua ratione possimus ad singularem aliquis rei corporeæ cognitionem pervenire, omnia singulatim examinando attributa. Argumenti loco dedit de gravi & levi disputationem, ubi videas motus accelerati & proportionis massæ ad gravitatem, considerationem a *FRANCISCO* interjectam, quam recentiorum experimenta perfecerunt. Quæ sequuntur Logica, Ethica, Politica, Theologica sunt, novi omnia saporis & a vulgo remoti. Altera pars hujus magnæ instaurationis est, quam *novi organi* nomine jam Cancellarius edidit duobus Libris an. 1620. fol. ubi propius ad præcepta accessit, quibus ad rerum naturam cognoscendam pervenitur. L. I. removel ab animo errorum principia, idola seu præjudicatas opinioniones, sectas, amphibologiam, vitia indolis peculiaris hominis philosophantis (*humani*), denique vitiosam tractationem Philosophiæ. Magna ibi cum voluptate legas querelas, quod experientia omnia & mechanicam deseruerint Philosophi, quod paucissima particularia edocti, continuo ad universalialia transiverint; quod omnes omnia, non singuli singula tractaverint; quod nihil novi inveniendum sibi proposuerint; quod inter otiosas quæstiones consenserint, & quæ reliquæ ad purgandas Scholarum sordes, si quæ alia, aptissima sunt. Libro vero II. interpretationem naturæ orditur, sive methodum, qua per singularum cognitionem & per processum naturæ, qua ad induendas formas utitur ad formarum ipsarum cognitionem perveniatur. In eo Libro agit de tabulis comparatiæ & negationis, in quibus enumeratur, in quibusdam corporibus aliquod attributum sensibus perspicuum addit, in quibus deficit. Ea occasione Thermometrum etiam nomine *viri graduum*, seu *calendarii* proponit, compositum ex vitro longi colli, calefacto, immisso in vitrum frigente aqua plenum, ubi manifesto observatur, quomodo calor aerem dilatat, frigus contrahat. Hic ipse est de calore Tractatus, quem laudat *FRÆCEPTOR*, & quo *FRANCISCUS* in præsentiam augmenta, gradus, effectus caloris & eorum contraria inquirat nova methodo. Sequuntur *instauratarum* genera 27. quæ compendium non patiuntur, totidem enim sunt regulæ artis inveniendi, secundum quas experimenta de rebus naturalibus ita institui possunt ut intimam earum naturam aperiant. Princeps unice memoro experimentum, quo, tanquam ex bivio ad veritatem dubiam ducimur. Physicum valde exemplum addit *FRANCISCUS*. Horologium, inquit idem, & ad pedem & in summitate turris observetur, notetur an in summa parte turris lentius procedat, quo decidatur, an gravitas mutetur in variis a centro terræ distantis, an adeo gravitas ad essentiale attributum corporis in textura fundatum pertineat, an ab adunatione congenerum seu attractione proveniat. Tabulæ denique pro horreo (*magazin*) cognitionis humanæ per omnium corporum genera ordinata admirabilis ingenii *FRANCISCI* & res per ipsas fere essentias penetrantis maximum documentum est. Quæstiones, quas Angli passim imitantur, de rebus naturalibus, hic primum apparent. *BACONIS historia naturalis* Gallice prodiit, *Histoire naturelle en VI. Livres & nouvelles atlantis*, Paris. 1631. fol.

Ad generalia etiam *nova Atlantis* spectat, quæ una cum *sylva* prodiit, collegium nempe sapientum in re naturali augenda laborantium describit *FRANCISCUS*, eorumque molimina, ipsius Societatis Regiæ sciagraphia. Ad peculiare partes Philosophiæ naturalis alia scripta *BACONIS* pertinent, primoque *sylva sylvarum*, seu *historia naturalis in X Centuriis* distributa Anglice pariter scripta, a *RAWLEYO* an. 1658. in folio edita. Inordinata sunt experimenta mille. Minus hic valuit *VERULAMIUS*. Multa non satis fida ex auditu recepta sunt, alia propria, sed vitio machinarum in capiendis dimensionibus & experimentis instituendis vitiose instituta, de sono plurima, ad ducenta. Id tamen utique non dissimulandum a mero eventu *FRANCISCUM* animum revocare ad hujus eventus causas, & ad veritates, quæ ex eo eventu declarari possunt, multum adeo a simplici historia & compilatione distare.

Majoris momenti sunt elaboratæ duæ partes Historiarum & Inquisitionum, quarum sex destinaverat, has vero duas perfecit. Prima *de vento* an. 1622. 8. edita est, de quibus vulgaria alia, sed multa etiam peculiararia habet, ortumque ventorum a solis via, a majori vaporum onere, a frigore, a motu naturali aeris definit. Multa ibi de velorum natura. Subjecta, de motu inquisitio, lectu dignissima.

Altera historia elaborata, *vita & mors* est, quæ Londini an. 1623. prodiit. Causam equidem mortis falsam adlegat, non satis cautus a præjudicata opinione, spiritum, nempe vitalem exhalantem. Multum tamen historiarum confert ad longævitates plantarum, animalium, hominum. Sapientia denique consilia dat, quibus longævitas obtineri queat, nitro, opio, purgationibus subinde repetitis, validis, omnium mediocritate, rejectis nugacibus opinionibus, quæ eo tempore vulgo dominabantur.

Post-

furti (a) ad Mœnum edita sunt, quæ optima est editio, nam ibi omnia collecta habentur, exceptis epistolis nonnullis Anglicis ad politica spectantibus. Ejus Opera in duas partes dividuntur. Prima pars continet moralia, ethica, politica. Altera pars philosophica, & in ea VERULAMIUS sine ulla præsuppositione ullius Sectæ, aut prius lati iudicii, simpliciter narrat ea, quæ in rebus corporeis contingunt; & quæ ad unum caput reduci possunt, ea in unum etiam egregie reduxit methodo accuratissima, ut inde concluderet, omnia entis A phænomena conveniunt & reperiuntur in ente B, est ergo ens A effectus entis B. Si quis exemplum voluerit, legat Tractatum de ventis, & si velit distinctum Tractatum, videat illum de calore & igne; fatebitur se nullum Auctorem legisse unquam cum majori jucunditate & satisfactione, ita ut magnus ille vir, non tantum reliquis Britannis, sed & Europæ maximis viris antecellat (b). Quidquid CAR-

Posthuma sunt, & ab ISAACO GRUTERO ex Chartis Mss. edita apud Elzevir. 1653. 12. *Scripta ergo in naturali & universali Philosophia huc pertinent, dignissima lectu, & plenissima limatis de omni priori Philosophia iudiciis. Atomus ibi recipit & vacuum interspersum, impenetrabilitatem corporum essentialibus proprietatibus addit. Experimenta etiam ponderum specificorum habet, aurumque bene definit, in aliis peccat. Quietem absolutam dari negat. De luce novum specimen elaboratæ historiæ addit, sed quæ pro temporis sit modulo.*

Alius titulus historiæ naturalis perficitur in *posthumis* quæ RAWLETUS edidit cum BACONIS vita, *densi nempe & rari historia*. Scala ibi acervationis tangibilium sive tabula ponderum specificorum plurimorum omnium prima habetur, & passim experimenta alia. In globo plumbeo contuso malleo aquam instar roris exprimi, ante Florentinos vidit. Thermometrum præ aquo commendat ex vini spiritu. Expansionem hujus spiritus in vaporem æstimat ad 480^o lum. Prioris voluminis Edita sunt Londini 1658. 8.

Hæc breviter & ex meis editionibus, omnes enim Anglicas conquirere non potui. Brevia, inquam, si cum mole rerum compares, sat longa, si cum nostro Libro. Volui tamen hujus viri scripta, quæ iterum incipiunt obsolescere, vel ideo lectioni hominum commendare, quod exitium eorum fructum esse perceperim. Addi potest ex optimorum iudicium sententia primum BACONEM emendate Anglica lingua usum esse.

(a) Londini 1638. folio, RAWLEYI ope, Francofurti 1665. fol. Lipsiæ & Hafniæ 1694. fol. & nuper Londini an. 1740. fol. & Amstelodami an. 1730. 7. vol. 12. quarum ultima politica habet.

(b) Contemporaneum BACONI PEIRESCIUM non visum est illaudatum dimittere, qui ita meruit infinito in rem naturalem amore. Nam etsi inter colligendum mortuus sit, immensamque copiam adfectarum observationum ineditam reliquerit, merita tamen viri ex elegantissima vita æstimare licet, quam GASSENDUS scripsit, & quæ Hagæ an. 1651. 12. auctiorque an. 1655. prodit. Quæ de coralliorum piscatura, de lapidum incremento, de oculis animalium habet: plantarum novarum indagatio & in hortis consitio: Homines maximo sumptu per omnem Europam emissi ad conquirenda naturæ artisque opera, laudem viri omittere non sinunt. Ipse etiam propria manu secuit, morbi causam in Catellis reperit apertis, namque vermes cucurbitinos, & remedium in Theriaca invenit. Papilionis succum esse, quæ credebatur sanguinis pluvia, observavit. Obiit an. 1637. De CÆSIO inter Academias.

Duos autem BACONI in literarum instauratione rivales fuisse non oportet dissimulare. Ita lum alium, alterum Gallum. Ille GALILEUS fuit GALILEI, Florentinus, Ducis sui Astronomus, & Pisanus Professor, qui fere cum BACONE vixit. Non eundem animo complexus est ambitum rerum, sed ea quæ adgressus est multo magis exhaustit. Ad rerum naturalium contemplationem Matheseos cognitionem attulit, quæ caruit VERULAMIUS; instrumenta nova ad Astronomiam illustrandam in auxilium vocavit; aeris gravitatem determinavit ad pondus definitum, aqueum, multaque etiam vitia veteris methodi veterisque Physicæ perspicax detexit, v. gr. non eas in rebus esse qualitates, quas sensus nostri animæ representant. Astronomica quidem imprimis corporumque labentium motus attigit, & ipse tamen, & Discipulus EVANGELISTA TORICELLUS, Barometri notissimus inventor, Physicam experimentalem non consiliis solum, sed exquisitis & per multa felicibus experimentis sunt adgressi.

(a) Ne-

CARTESIUS (a) habet, si quid boni habet, hoc unice isti debet, neque melior Auctor haberi potest, licet ejus nomen ab imperitis adeo supprimatur.

Magnum hunc virum excepit (b) fato quodam ROBERTUS BOYLEUS (c) pariter Britannus, illud totius Angliæ decus, & in locum BACONIS VERULAMI

(a) Novæ Sectæ Auctor RENATUS CARTESIUS, paulo junior fuit prioribus, qui an. 1650. obiit. Mathematica ejus merita hic omittemus. Ad Philosophiam universam imprimis dissertationem suam *de methodo* adtulit, cujus princeps axioma fuit, deponere omnes præjudicatas opiniones & de integro cognitionem veritatis ordiri, mathematico ordine, quo nihil reciperetur, nisi quod esset evictum. Quam longe vero ab hac theoria ipse in praxi recesserit, nimis est notum. Cum enim experimenta, sumtus causa, omitteret, cumque falsissimas regulas admitteret, bonam esse hypothesein dum responderet phænomenis & donec melior adferretur, Milesias quasdam fabulas, pro physicis principiis scripsit. Atque nihil fuit propius, quam ut everteret universam & naturalem Philosophiam, & imprimis artem medicam. Illam inductis fictitiis, & ad omnia perinde aptis, elementi primi particulis, confirmata mundi plenitudine, figuris corporum nullo experimento erutis, sed pro opportunitate effictis, his denique omnibus mathematica non nihil & mechanica veste ita ornatis, ut semi doctis pro oraculis essent, doctis etiam vel ideo placerent, quod a sterilissimis & barbaris abstractionibus ad physicas tamen & mathematicas veritates animum reduceret. Non aliud vero præcipitis animi pignus edidit evidentius, quam illum *de formato factu* Tractatum, quo per mechanicas necessitates structum corpus humanum ita finxit, ut ubique experimentis irret contrarius. Sed & reliqua Physica CARTESII nostris temporibus ita evanuit ex animis, ut nihil, nisi fallor, supersit, quod retineri potuerit. Nam & vortices, & elementa, & theoria lucis, & refractionum causa *Media raris* opposita veræ, & meteora, & hominis fabrica & pinealis glandula, & ipsæ morus leges non refutatione unius viri, sed communi consensu veritatis cupidorum abrogatæ sunt, nisi quæ aliqui, indulgentes gloriolæ gentili, de hypotheseibus istis, Galli, quasi forensi quadam astutia usi, nuper defenderunt. Si vero veritati obfuit CARTESIUS, nihil hoc, quod maximum esset, damnum, ad id fuit, cujus Discipuli ipsius in omni Philosophia, sed in Medecina maxime rei sunt. Ejus ex Schola ætheris occulta potestas ad omnia æque facilis, salium figuræ, acida fermenta, acida morborum causæ, figurati secretionum pori, & quod non monstruosum genus in artem innocuam irruit.

(b) Ut tamen nonnulli interponantur meriti PRÆCEPTORIS laudes, PETRUM certe GASSENDUM non oportuerat omittere, atomorum & vacui contra CARTESIUM vindicem, Scholarum etiam acerbum adversarium, doctum virum & Astronomum, cui tamen mathematicum robor minus esset, & qui plurima ex aliis pro vasta eruditione sua congereret, de suo pauca, egregius & dictione & multiplici lectione Scriptor. Plurima hujus scripta sunt, quæ conjuncta prodierunt Lugduni an. 1658. 6. vol. in fol. *Synagma vero Philosophia Epicureæ* Hagæ 1659. 4. & alibi.

BLASIUM PASCAL jam excitavi, qui experimenta barometrica & hydrostatica ulterius promovit, ad inveniendas montium altitudines, admirandi ingenii virum. ROBERVALIUM, FERMATUM iisdem studiis & Algebra celebres nominasse forte in hac brevitate suffecerit. Ex GERMANIS forte, si KEPLERUM malis Astronomiæ relinquere, OTHONEM tamen GERIKIUM nominasse nimis parum est, inter experimenta enim physica vitam trivit & duobus felicissimis inventis a natura, nunquam non redamante, remuneratus est, vacui nempe spatii effectrice machina, & electricitatis in sphaera sulphurea observatis phænomenis. Nam etsi ista ad BOYLEI tempora recidant, cum in *Experimentis Magdeburgicis* 1671. editis referantur, aerem tamen extra omnem controversiam primus ex spatio educere docuit.

(c) ROBERTUM BOYLEUM omni amore & veneratione dignissimum reddidit, tum perpetuus in experimentis faciendis ardor, tum candor quasi characteristicus in Chemicis, hactenus adeo agyrticis, tum sincera in DEUM pietas, qua non minus quam ingenio eminuit. Per totam vitam quæ ipsi non brevis contigit, integri pene semiseculi spatio aluit chemicos Ministros, aluit Mechanicos, inter quos DYONYSIUS PAPINUS excelluit, & infinitam vim inquisitionum experimentalium partim incepit, partim perfecit hactenus. Ecce Opera quæ toties repetita a PRÆCEPTORE laudes gratesque bonorum merentur. Sola vero Physica recensio. Eo minus vero tædunt laboris, quod nullibi, ne apud SHAWIUM quidem, accuratum BOYLEANORUM Operum catalogum repererim.

Expe-

LAMII successit. Ejus præcepta adeo assequutus est, ut ea, quæ inchoaverat VERUR-

Experimenta nova physico-mechanica de gravitate & elatere aeris. Anglice Oxonii 1660. 8. 1668. 4. (cum addita defensione). Latine Oxonii 1661. 8. 1682. 4. Primum Opus BOYLEI est, quo immortalis nomen meruit, non pondere solum aeris evictio & definito, sed elatere, de quo vix nisi conjecturæ aliquæ existabant; machina etiam Gerikii hic habetur perfectior; aeris & expansibilitas & compressibilitas determinata; digressio utilissima de respirations, &c.

R. BOYLEI *Experimenta nova*, &c. prodierunt etiam Anglice, Oxonii 1662. 4. EJUSDEM etiam est dissertatio *quantepere experimenta chymica philosophia corpusculari servantur*, Londini 1661. 4.

Sceptical Chymist. Chymista Scepticus. Oxonii 1661. 3. Lond. 1662. 8. Oxonii 1679. recusus, cui editioni accesserunt sex aliæ partes *de producibilitate principiorum*. Dialogus est quo per experimenta demonstratur, neque vetera elementa ARISTOTELIS, neque tria illa Chemicorum aut factis distincta esse, aut in omnibus corporibus demonstrari posse, aut naturam & diversitatem principiorum vere educorum exhaurire, analyfin per ignem destruere plurima, & infidelem esse corporum clavem, cum ea educat, quæ in corporibus minime adfuerint. Vera principia esse materiam & motum. Nulla dari elementa, sed ex mixtura & variis potentiis, & componi & destrui formas docuit; in aquam tamen pronior est quæ sit maxime universale elementum.

Tentamina physiologica, cum fluiditatis & firmitatis historia. Londini an. 1661. 4. 1663. & 1669. edita. Quinque sunt Tractatus, successus infidus experimentorum, quæ ex occultis causis modo succedunt, modo eludunt operantis industriam. De experimentis quæ non succedunt. De Nitro ejusque perfecta regeneratione ex principiis in quæ resolvitur, rarissimo in corporibus naturalibus exemplo: fluiditatis & soliditatis rationem mechanicam & levem differentiam evincit, quæ non magnis causis possent mutari, ut levissimo caloris gradu.

Defensio doctrinae de gravitate & elatere aeris contra Linum. Londini 1663. 8. Stolidas calumnias scholastici hominis contra vacuum, aeris elaterem, rarefactionem, facile protrivit BOYLEUS.

Experiments touching colours, sive Experimentalis Colorum historia inchoata. Oxon. 1663. 4. Lond. 1664. 12. Mere experimentalis Libellus, pertinens ad productionem colorum, quæ per varias operationes chemicas & physicas obtinetur. Inter illas ruborem ab acido, viriditatem ab alcalinis in cœruleis succis vegetabilibus produci, primus forte demonstravit, unde magna pars explorationis principiorum corporum quorumcumque hodie derivatur. Sed colores etiam conjunctos lucem producere, adamantem initio unicum, deinde multos, noctu fulgere vidit, unde DU FAYI experimenta postea nata sunt.

Certain Physiological Essays of the usefulness of natural philosophy. P. I. Oxon. 1663. P. II. ibidem 1671. 4. & seorsim varie recusa, & vitiose in Latinum Sermonem translata. Hoc inter Opera BOYLEI vastissimum, demonstrat utilitatem Philosophiæ naturalis ad omnem vitam humanam, artesque omnes. Quæ ad Medicinam pertinent, fusius enarrantur. Multa tamen ibi ex ipso colore sermonis apparet ab aliis recepta fuisse, multa de quibus & Auctor dubitat. Chémica eo tempore præclara interspergantur. Inde ad reliquas artes humanas pergit.

New experiments touching cold, sive Historia experimentalis de frigore: examen antiperistascos, &c. Londini an. 1665. 8. & auctius 1683. 4. Est inter majora Opera BOYLEI, collectio nempe experimentorum. Eorum alia sunt ex itinerariorum Scriptoribus, maxime Belgicis, ex Spizbergicis expeditionibus. Alia philosophica, & industria instituta. Expandi aquam a frigore constituit, non vero ab aere id fieri; spiritus vero inflammabiles subsidere; aquam diffringere omnia vi expensiva; frigoris & caloris nullam esse oppositionem, gradibus tantum æstimari; nitrum causam non esse frigoris, nec ventum qui potius calefaciat. Addita dignissima experimenta MERRETI de variorum liquorum congelatione.

Of origine of forms and qualities, sive de formarum & qualitatum origine. Oxonii 1666. 4. 1667. 8. & Latine mihi 1669. 8. minori, & auctius 1671. Experimenta pleraque chémica sunt. Scopus est demonstrare, qualitates & formas corporum non ita essentielles esse, quin possint multis neque valde profunde subeuntibus actionibus commutari, sales in alias classes salium transire, &c.

Hydrostatical paradoxes, sive paradoxa hydrostatica. Londini 1666. 8. & 1676. Contra Aristotelicos demonstrat partes fluidorum inferiores a superioribus comprimi, etiam superiora strata leviora, inferiora graviora fuerint. In tubis bicurvis æque altis æquilibrium non mutari, a mutata diametro crurum, aut directione, dum maneat eadem altitudo. Et orificium vasti pre-

mi ab eo semper aqua pondere, quod sit ex ejus orificii lumine & altitudine aquæ, utcumque hoc vas superne amplius sit. Porro fluida etiam lateraliter premere, aquam in tubis ascendere, non a vacui metu, sed a pressione aeris, &c. Tota fere tractatio PASCALIO opponitur.

Continuation of new physico-mechanical experiments, touching the spring and weight of the air, the first part. Oxon. 1669. 4. Quinquaginta nova experimenta sunt. Elaterem aeris eadem potentia esse qua totum atmosphæræ, pondus confirmat, & contra vacui fugam scribit. Barometra portatilia describit. De aquæ ascensu per corpora spongiosa, descensu corporum in vacuo, sonorumque mutatione, luce in vacuo visa, de vitri calefacti electricitate, &c. experimenta profert.

Tractatus de cosmicis rerum qualitatibus. Anglice, Oxonii 1670. 8. & Lat. 1671. 8. Plurimi Tractatuli. Omnium corporum attributa ex materie cum suis undecim attributis produci, abique qualitatibus Scholarum; dari forte latentes aliquas in rerum natura leges, unde novi morbi, novæ naturæ productiones oriuntur. Nullam in rerum natura absolutam quietem dari. De maris historia, &c.

Of the admirable rarefaction of air. Londr. 1671. 4. *De mira aeris rarefactione & condensatione per frigus.* Londini 1671. 8. Aerem rareferi posse ad 1376^{plum} prioris molis, densari ad quadragesimam, aerem in atmosphæra semper compressum esse, &c.

Essays about the origine and virtues of gems. Tentamina circa gemmarum originem. Lond. 1672. 8. Gemmas fieri ex liquido per spiritum petrificantem coacto, tincturam ex ipsis educi posse, in re medica forte non inutilem futuram.

Experimenta nova de relatione inter flammam & aerem cum diff. hydrostatica. Lond. 1672. 8. Flammam vix ulla arte absque aere aut excitari posse aut alii, sed nec Animalia abique aere vivere posse. Defendit aquam in aqua gravitare.

De mira subtilitate & efficacia effluviarum & eorum determinata natura. Lond. 1673. 8. Plures iterum Libelli sunt. Cuius etiam firmissimo corpori sua esse effluvia, & atmosphæram inde compactam ostendit. Subtilitatem summam, in quam materia dividi possit demonstrat exemplo odorum vix corpora minuentium, colorum, In Igne plerasque calces metallorum pondere augeri.

Observationes circa falsedinem maris, & scepticus dialogus de natura frigeris. Angl. Londini 1674. 8. Lat. eodem anno. Frigus positivum nullum esse, nisi quietem velis partium. Aliqua ad producendum frigus per commissos liquores. Maris falsedinem videri in incremento esse. Hydroscopia, & aeris humidus effectus in hominum corpora.

Suspiciones circa occultas aeris qualitates. Oxon. 1674. 8. Lond. 1676. 12. Varii Tractatuli. Primus: Suspicionem in aere præter pondus, elaterem, fluiditatem, alias latere qualitates, ad alendam flammam, vitamve Animalium. Dari corpora, quæ alias materies cum prærogativa attrahant, ut Animalia quæ alicui pesti magis patent quam alteri. De regeneratione metallorum ex minera & aere. Vacuum defendit contra HOBBSIUM. Non circulo facta aerem irumpere in vacuum, sed a sublato æquilibrio. Aerem omnis mutationis in corporibus causam esse.

Excellentia & principia hypotheseos mechanica. Lond. 1674. 8. Vitia Scholarum & abstractionum. Principia omnium esse materiam, cum suis attributis, & motum: omnem ergo Physicam ad Mechanicam pertinere.

Physico Theological considerations about the possibility of resurrection. Lond. 1675. 8.

De origine qualitatum particularium. Lond. 1676. 8. & 1692. Denuo demonstrat, qualitates rerum mutari posse. Eo pertinent experimenta ad productionem frigoris, caloris, saporis, odoris, naturæ electricæ.

Relatio historica de degradatione auri. Lond. 1678. 4. Experimenta continet auri, ab Extero quodam in metallum fragile mutati. Inde conclusit BOYLEUS multiplicationem auri non impossibilem esse, cum destructionis extet exemplum, & obtinuit ut abrogarentur leges in Alchemistas latæ, an. 1689. recusa est & an. 1739. 4.

Continuation of experiments touching the spring of air. Experimenta nova physico-mechanica. Lond. 1681. 8. & 1688. 8. Antlia a PAPINO magis perfecta usus, qua liceret aerem ad vigesimam sui partem comprimere & in vacuo coquere: tum in Papiniana machina varia experimenta fecit: inclusis Animalibus, peribant in vacuo, sed celerius in aere factitio, quem corpora varia effervescente aut putrescente generant. Nulla putredo, nec ulla fere fermentatio in vacuo spatio; hæc vero omnia etiam majora in aere compresso reperit. Hic Liber Latine prodit, cum omnes reliquos BOYLEUS Anglico sermone edidisset.

Meren-

Merentur etiam recenſeri inter RO. BOYLEI opera huc pertinentia ejus *new experiments to make the parts of fire and flame stable and ponderable*, Lond. 1673. 8. Etiam intra vasa vitrea clauſa, & incendio demum ſpiritu vini, abſque fuligine, calcinata corpora pondere augeri oſtendit, neque in ea mutatione expelli principium aliquod, quod metalla tenacia reddat, aut humido radicali analogum ſit.

In *Physico-theological considerations*, &c. oſtendit, corpus humanum equidem fluxum eſſe & mutabile, ſufficere tamen ad revelationis auctoritatem confirmandam, ſi aliqua earum particularum conſerventur, quæ aliquando corpus noſtrum conſtituerunt: & poſte particulas corporis ſub variis formarum larvis naturam propriam conſervare.

Short memorial of ſome observations upon an artificial ſubſtance that ſhines, &c. In HOOKII collectionibus. Lond. 1678. editis.

De noctiluca ærea, ſive experimenta in ſubſtantia factitia ſponte lucida productione, &c. Londini. 1680. 8. *New experiments and observations made upon the icey*. Noctiluca L. an. 1581. 8. Tres ſunt Tractatuli, primo continentur aliqua ſed imperfecta de phosphoris, eo tempore novis Kraftii & Balduini, altero experimenta cum Kraftiano phosphoro, quibus natura ejus acida, ſolubilitas in oleis, aliaque experimenta habentur. Ultimo Elementa chemica mutabilia eſſe contendit. Argumento camphoræ ex oleo aniſi, ſive terræ, ut credit BOYLEVS, ex oleo natæ.

Tentamen porologicum ad poroſitatem tum Animalium, tum ſolidorum detegendam. Lond. 1684. 8. Pars I. agit de poris Animalium, inque eos facta ſulceptione vaporum, aeris, mercurii. Tum de poris viſcerum, oſſium. Altera de penetratione marmorum per pigmenta metallorum, per ſulfur, per ſpiritum fumantem nitri, & denique per ſpiritum nitri, per aurum.

R. BOYLEI *experiments and observations on ſeveral ſubjects*, &c. hac pagina citatis, adjuncta eſt a ſmall collection of ſtrange reports. Fabuloſæ pleræque narratiunculæ. Venenum in domo infecta conſpicuis maculis parietes infeciſſe, biſmuthi ſolutionem cum plenilunio intumuiſſe & ſubſediſſe, &c.

General heads on natural hiſtory magna pars BOYLEI labor poſthumus eſt, aliqua aliena. Illa ad omnes regiones ex æquo pertinent, hæc ad aliquas ſolas, Turciam, Guineam, Africam & Americam, cum vi fabularum, de quibus peregrinator jubetur inquirere.

Ad BOYLEANOS Libros ibidem recenſitos pertinet adhuc EJ. *Essay of mens great ignorance of the uſe of natural things*. Exempla proferunt utilitatum, quas in vita humana varia corpora præſtant, & quas nemo ex cognitis generalibus principiis ſperaret. Exempla mechanica ſunt & chemica.

IDEM *de figuris fluidorum ſuperficialibus* egit in *Phil. Trans.* n. 131. 132.

Apparatus ad hiſtoriam naturalem ſanguinis humani ac præcipuo ſpiritus ejus. Pars I. Angl. deinde Latine 1684. 8. Primus omiſſis theoriis Galenicis humores humanos ſubjecit experimentis. Pondera ſpecifica ſanguinis & ſeri definiit. Sed ea nunc emendata ſunt. Effectus reagentium in ſanguinem, eductos per ignem, meſuravit, deſcripſit. Maximum vero laborem poſuit in ſanguinis ſpiritu alcalino, varie miſto & composito, quem plurimum in Medicina valere perſuadebatur.

Hiſtoria naturalis aquarum mineralium. Lond. 1685. 8. Quæſtiones pro inſtitutis in naturam aquarum mineralium per titulos digeſtæ. Acidulas abſque viſibili acido eſſe. Non ſufficere vulgaria experimenta ad definienda principia aquarum, neque aquis in eſſe. Gallas recentiffimas adhibendas eſſe. Vires aquarum cito perire. De Sale marino ex acidulis. De pondere ſpecifico.

De remediis ſpecificorum concordia cum Philoſophia corpufculari. Lond. 1686. 12. (SH. 1685.) Duo Opufcula. Dari ſpecifica, Cantharidum exemplo. Modum agendi per ſuſpicionem proponit, quas experimenta illuſtrant. In altera parte laudat medicamenta ſimplicia, ſaccharum ſaturni, paronychiam foliis rutaceis, alia, prior ſemper in eas vires laudandas.

De effectu languidi motus. Lond. 1685. 8. 1697. Vis motus parvorum corporum & inviſibilium demonſtratur, exemplo metalli rotando calefacti, lucis, ſoni. Vis eximia fluidorum in ſolida nitentium. Vis motus oculis impercepti, tremuſſi. Impregnati aeris a vaporibus ſubterraneis roxa. De idioſyncraſiſ ſympathicis; de aere ſalubri & inſalubri; & de vi exhalationum.

De ipſa natura. Lond. 1686. 8. 1687. 12. Magis Metaphyſicum Opufculum. Non dari Naturam, ſed leges a DEO creatas, ſecundum quas Mundus gubernetur.

A diſ-

luminibus, anno 1714. (a) in 4. At quænam ejus BOYLEI Opera commenda-
bo? Certe omnia, nam ignis, aquæ, animalium, vegetabilium, foſſilium, ſe-
creta, debemus huic uni viro, adeo ut ex ejus Operibus totam Phyſicam de-
ducere poſſimus. Si quis enim voluerit v. gr. de corpore humano legere, legat
ejus apparatus ad hiſtoriam ſanguinis, & ſic porro, ſemper, & de omni ſub-
jecto docentem inveniet optima. Opera ejus ſparſim edita ſunt, prout tempus
ferebat, & ſparſim quoque impreſſa, ut Oxonii & aliis locis, & in Actis Phi-
loſophorum diſſeminata leguntur. Verum hoc tempore omnia collecta in edi-
tione Genevenſi habentur. Ita tamen translata ſunt nonnulla, ut non bono
ſenſu habeantur, nec intelligi poſſint, niſi ab eo, qui rerum probe peritus
fuerit. Hinc ejus Opera ſparſa plus laudanda, quam quæ in unum volumen
ſunt congeſta.

Hi nunc ſunt bini maximi viri, quos legere & tractare debet, quicumque in co-
gnoscendis rebus naturalibus ingenium excolere & perficere voluerit. Cum vero
neuter ubique ſyſtematice ſcripſerit, hinc ex iis ea, quæ ad unum caput pertinent, colli-

A diſquiſition about final cauſes of natural things. Lond. 1686. 4. Varia ad demonſtrandum
ex fabrica rerum Creatorem. Dari fines præviſos partium, neque eas poſt experimenta ad certas
functiones adhiberi, cum ignotæ nihilo ſegnius fungantur officio, contra LUCRETIVM. Sub-
jecta ſunt 14. percurioſæ de viſu vitiato obſervationes.

Hydroſtatick applied to the materia medica. Lond. 1690. 8. Scopus princeps demonſtrare, quomo-
do per experimenta Hydroſtatica explorari queant medicamenta ſimplicia, an genuina ſint. Me-
chanismus experimentorum fuſiſſime deſcribitur. Longa tabula ponderum ſpecificorum ab Au-
ctore obſervatorum proponitur, quæ ſit trutina explorandorum corporum. Multa de men-
ſuris corporum.

Experiments and observations on ſeveral ſubjects relating to natural philoſophy. Lond. 1691. 8.
Magnetis hiſtoriam habet; & obſervationes medicas aliquot, quibus curationes per medi-
camenta chemica factæ continentur. Experimenta chemica varia. Mirabilia quædam arca-
na phyſica ab aliis communicata.

The general hiſtory of the air, deſign'd and begun. Lond. 1692. 4. Aeris hiſtoria in capita diſtri-
buita, ſecundum quæ BOYLEI experimenta tum propria tum collecta ordinantur: ſpecimen
certe hiſtoriæ phyſicæ peculiaris, quale animo conceperat BACO. Acidum ſeu nitrum æreum
confirmat. De aere factitio. De meteoris, calore atmophæaræ. Multum inanium titulorum
replendum reliquit poſteris.

General heads on natural hiſtory. Lond. 1692. 12. Sunt brevia capita quæſtionum, pro pere-
grinatoribus indiſtriis.

Medicinal experiments or a collection of ſafe remedies. Lond. 3. vol. 1692. 1693. 1694. 12. Col-
lectio formularum ad varia mala corporis humani efficacium, cujus exigua pars 50. nempe for-
mularum an. 1687. edita fuerat. Multa hic nimium laudata quod ægri, illuſtrem Medicum
venerati, vel Medici, quibus medicamenta exploranda dederat, benignius ad BOYLEVM re-
ferrent. Medicinæ enim minime ignarus fuit, & SYDENHAMVM in clinica Praxi ſecutus.
(Sydenh. in meth. cur. febr. dedicatione).

(a) Opera omnia Genevæ an. 1677. 1714. & aliis annis. 4. prodierunt, valde imperſecte, cum
& recentiora in ea editione neceſſario deſint, & inter vetuſtiora aliqua, ut Liber de formarum &
qualitatum origine omiſſa ſint, & præterea vitioſa ſit editio, de qua publice conqueritur BOYLE-
VS *Philoſoph. Trans.* n. 130. Novam ergo in ordinem naturalem redactam dedit D. BOYLTON an.
1699. cumque ea nimis videretur contracta, aliam P. SHAW an. 1725. 2. vol. 4. ſed in compen-
dium contractam Angliſe ſermone edidit. Nuper vero an. 1744. ſplendida editio in V. vol. fol.
prodiit, multo auctior & ditata epiſtolis poſthumis ſelectis, & vita Auctoris fuſiſſima.

(a) Cum

colligenda (a), & in indicem quemdam reducenda sunt, hocque faciendū ad omnia statim quæsitā inveniuntur responsiones.

Nunc in compendio recitabo omnes reliquos Auctores in omni Physicæ parte optimos, qui præter VERULAMIUM & BOYLEUM scripserunt, prout temporis series me ducet. Eo ipso tempore, quo BOYLEUS inceperat edere quosdam Libellos de Physicis, & tota Anglia excitata erat exemplo magni VERULAMII, instituta est (b) Londini Societas (c) quæ dicitur Regia, rebus naturalibus indagandis unice dicata. Eodem etiam tempore in Gallia (d), in Italia (e), & simul in Germania (f), idem opus inchoatum & institutum est, ut nempe doctorum virorum institueretur societas, qui summi viri sub legibus communibus negotia sua ita dirigerent, ut summo candore non tantum invenire plura conarentur, sed & inventa sibi invicem communicarent. In hunc finem Societates institutæ sunt, non ad ratiocinandum, sed ad colligenda experimenta. Tunc omnium primo Galli in Libello illo dicto *Journal* (g) *des Savans*, quod Ephemerides seu Diaria Eruditorum sonat, inceperunt Parisiis an. 1665. edere virorum doctorum inventa,

(a) Cum BOYLEANIS experimentis id factum esse monui. Sed & BACONIS Opera idem D. SHAW in compendium methodicum contraxit, 3. in 4. vol. Londini 1738. editis.

(b) Non prima, ut vulgo solet scribi, præter enim plurimas Academias Italicas, quæ ad Literas humaniores propius pertinent, Lyncea certe Academia semiseculo prius an. 1603. (JANO PLANCO teste in *Linceorum notitiis* p. 12.) in Italia instituta est a Principe CÆSIO, & frequentata a magnis in re naturali viris GALILEO, FABIO COLUANA, JOHANNES FABRO, FRANCISCO STELLUTO, J. B. PORTA, aliisque; & CÆSIUS quidem mineralium corporum cognitioni se dedit, ut tamen præclaras ad disponendas plantas cogitationes in tabulis suis Phytologicis adtulit. Neque apes neglexit, microscopium denique primus ad rerum naturam detegendam adhibuit, ex cujus schedis in iis ipsis apibus specimen FRANCISCUS STELLUTUS edidit. Semina etiam in foliis silicium vidit CÆSIUS, indeque *tergiferas* dixit, quod nomen aptissimum est.

(c) *Transactioinum Philosophicarum* initium factum est 6. Martii 1665. Societas vero multo antiquior Oxonii circa an. 1645. nata, Auctore THEODORO HAAKE, Germano, & ex hominibus potestatem CROMWELII exotis aut metuendis coaluit. Inde an. 1648. divisa, partim Londini, partim Oxonii superfuit. CAROLO II. reduce, revocata Londinum, privilegiis aucta est an. 1663. & ab eo tempore floruit. SPRAT *hist. of the royal Soc.* P. II. p. 57. seq. BOYLEUS in vita sua, &c.

(d) A MERSENNI tempore aliqui Parisiis fuerunt eruditorum conventus. Du HAMEL *Hist. Acad. Reg. L. I. p. 7.* Sed nihil publice firmatum. Academia vero COLBERTO procurante ad Angliæ imitationem constituta est an. 1666. & cum non penitus responderet spei regis, renovata novisque legibus circumscripta, dotata pensionibus, numerusque membrorum restrictus est an. 1699. De eruditorum conventibus, qui a MERSENNI tempore fuisse diximus, aliqua reperio in *Russicis sermonibus Academicis* 1725.

(e) Vult *Academiam Cimentinam*, quæ FERDINANDO II. & LEOPOLDO Duci, illo Hetruscis, hoc fratre Ducis, Florentiæ orta est an. 1657. sed brevis ævi fuit.

Academia Cimentina, de cujus ortu hic dictum est, nata est ex conventibus CLAUDII UBERII & MARCELLI MALPIGHII in ædibus J. A. BORELLI (*CORTE Mediol.* pag. 152.)

(f) *Natura Curiosorum Academicam* vult, quæ privatis etiam curis BAUSCHII Swinfurtensis, primi Præsidis, orta an. 1652. Cæsareo titulo deinde ornata est, & an. 1670. primum volumen Auctorum edidit. Lemma nunquam *otiosorum* a GARMANNO habet, vide ejus *epist.* p. 233.

(g) Cujus primum volumen prodit quinto Januarii an. 1665. unico hinc Auctore SALLO. Is mox offendit, & an. 1666. successit in officium GALLOIS; an. 1675 la ROQUE; & an. 1687. fecutus est COUSIN in Senatu Parisino Præsides. Idem Diarium 1687. Cancellarii curæ subiectum est, qui Auctores selegit, (Præs. ejus anni); anno vero 1702. Collegium pro scribendo eo Diario institutum, quod apud BIGNONIUM conveniret (Præs. ejus anni) cujus Sodales fuerunt D. DUPIN, ANDRY,

venta; & continuarunt hoc Opus usque in hunc diem, edendo singulis mensibus parvum Libellum, in quo omnia non solum singularia, sed & privata experimenta & observationes continebantur. In hoc Diario habentur omnia, quæ eo tempore ex Libris innotuerant; hinc adeo magnum Opus emerfit, ut plus quam centum constet voluminibus. In eo Opere, nullo fere omisso experimento, habetur quidquid publice ac privatim in Europa (a) factum est experimentorum. Admissa tamen sunt & theologica & moralia multa; unde moles vastior facta est. Si vero alicujus docti viri industria eligeretur omne, quod ad Physicam, Chemiam & Medicinam proprium pertinet, optimum posset colligi Opus; nunc ita vastum est, ut lectionem commendare pene durum videatur. Id tamen boni habet, quod in singulis illis Libellis index rerum habeatur, adeoque si quis velit per indicem colligere, quæ ad sua studia spectant, poterit indicem facere, qui aliquid laboris requiret, sed incredibile quantum juvabit eos, qui Libros scribere, publice legere, & alios docere debent, eo enim facto habemus omnia, quæ ultimis hisce temporibus observata sunt.

Inceperunt eodem tempore Britanni publice Libellis communicare orbi literatores, quæ in suis Colloquiis recitassent ad leges VERULAMII institutis (b), ita egregium emerfit Opus, Societati enim Duces & Præsidentes erant optimi Mathematici, quales (c) NEWTONUS, WALLISIUS, deinde summi Anatomici Britanici (d), qui omnes, mutua æmulatione ad experimenta incitati, plurima egregia

I in-

ANDRY, FONTENELLE & VERTOT. Anno 1707. cœpit mensuris intervallis prodire. Hodie a pluribus Auctoribus continuatur; sed a prioribus Diariis hoc diversissimum opus est. Neque enim ab Academia aliqua, sed a privato homine uno alterove scriptum, neque proprios labores continet, sed recensiones, ut vocant, scriptorum omnium generis. Insertæ sunt utique, passim, maxime in antiquioribus voluminibus rariorum phænomenorum observationes, sed hæc laus dudum vera esse desit. Parisiis autem in 4. deinde Amstelodami in 12. prodit mensuatim.

(a) Nempe ex *Transactioinibus Philosophicis*, ex Diario erudito Italico, an. 1668. incepto, ex Ephemeridibus Naturæ Curiosorum passim, quæ sibi curiosus viderentur scripta, traastulerant in Opus suum Auctores. Sed in primis inventa Academicorum Parisinorum hic pene omnia primum apparuerunt, quæ nunc collecta habentur in T. X. *des Memoires de l'Academie des Sciences*, depuis 1666 jusqu'à 1699.

Præter ea CATALANI, MEKYY, aliorumque minime malæ observationes passim interspersæ leguntur.

(b) De his institutis videatur ingeniosus Liber THOMÆ SPRAT, quo *Historia Regiæ Societatis Scientiarum Britannicæ* an. 1667. edita continetur. Complectuntur omne fere scientiarum genus, non Physica sola, sed Antiquitates pariter & Philologica elegantiora. Membra omni tempore permulta fuerunt, & in Britannia & in Continente Terra Europæ, neque facile denegatus cupienti aditus. Nunc, cum fere nimia turba fieret, novis legibus & scrutinio satis difficili, receptio circumscripta est. Nulla in Membris ad edendas observationes obligatio, nulli in ea sumptus, aut pro experimentis aut annuarum pensionum ex publico erogantur, libera sunt omnia, & voluntariæ contributioni quæ a duobus Secretariis recepta per trimestria circiter tempora eduntur.

(c) BROUNKERUS primus Præsides fuit, nobilissimus Mathematicus, & CHRISTOPHORUS WRENIUS, & NEWTONUS, & SLOANIUS ex gente Physica, nunc Generos. FOLKES. Sed & EDMUNDUS HALLEYUS, RICHARDUS HOOKE, F. HAWKS BEE, DESAGULIERS, GRAY, GRAHAM, RAJUS, WILLOUGBY, &c. in variis Physicis partibus eminerunt.

(d) EDUARDUS TAYSON, cujus multa extant ad anatomen comparatam facientia, EDMUNDUS RING, GUILIELMUS COWPER, qui & animalium sectiones & partium corporis humani exquisitiores descriptiones inseruit. JACOBUS DOUGLASS, CHESELDEN, RANBY, & alii. In Botanicis LEONHARDUS FLUKNET, JACOBUS PETIVER, JOHANNES RAJUS, HAN. SLOANE,

inventata communicarunt, non ratiocinando, sed narrando simpliciter. Hoc Opus editum fuit titulo *Transactionum Philosophicarum*, & incepit edi an. 1665, atque ad nostra (a) tempora continuatur, plurimis voluminibus in 4., sed Lingua Anglica. Primæ partes hujus Operis a Secretario Regiæ Societatis OLDENBURGIO in Linguam Latinam translata, impressæ sunt in Germania Lipsiæ an. 1675. (b) tribus voluminibus in 4. sed continent tantum paucos annos, & reliqui Societatis Secretarii Acta in Linguam Latinam non transtulerunt. Quidquid tamen bonum est (c), Galli in suis Diariis excerpserunt. Vasta quidem sunt illa volumina *Transactionum Philosophicarum*, sed etiam plurima parvi (d) momenti ibi continentur. Clarissimus denique Medicus LOWTHORP (e) compendium fecit omnium Actorum, & sic vastissimum Opus ad compendium reduxit stylo tam claro & puro, ut specimen dederit, quomodo optime scribatur. Tribus tantum voluminibus Lingua Anglica conscriptis totum Opus compegit, sed non sperandum est, ut unquam in Latinum possint converti (f), nisi Auctor ipse illud susceperit negotium, nam certe est Opus hujusmodi, ut, qui hoc aggredi vellet, ille deberet 1. accurate scire omnes scientias, & 2. accurate idioma Linguae Britannicæ intelligere. Hoc nunc Opus secunda basis est veræ Philosophiæ, & in illis Operibus inveniuntur plus fere quam centum egregiorum virorum inventa.

Postea anno 1667 (g) Florentiæ in Etruria editus est Liber in folio titulo Itali-

CO
SLOANE, S. BROWNE, præter alios non ita notos, perinde tamen industrios viros. In Chemicis post BOYLEUM, BROWNIUS, GODFREY, HANKEWITZ, FROBENIUS, alii.

(a) Numeri sunt, nunc quidem dum scribo 483. volumen vero decurrit XLIV.

(b) Amstelodami 6. voluminibus quibus res gestæ continentur ab initio ad an. 1670. ex Numeris 68. In editione Lipsiensi vero etiam uno anno pauciores sunt. Sed de ea versione SOCIETAS REGIA queritur, quam STERPINO tribuunt, alii SANDIO. Deinde hæc paucissima volumina nullius sunt momenti, si cum mole Operis conferas.

(c) Pauca certe transtulerunt, brevibus verbis, & fere rerum titulos, nunquam legitimas descriptiones, ut vix alicui usui sint, quæ decerpserunt.

(d) In compendiis solent omitti Librorum recensiones, tum quæ minus generalis usus visa sunt contractionis Auctoribus, æstiva, quæstiones pro navigantibus, &c. Judicium tamen passim desideras, cum v. gr. PETIVERII egregia botanica, & unicam illam BROWNIANORUM laborum memoriam, totam omiserit D. LOWTHORP. Ita BLAIRII curiosissima Anatome Elephantis in compendiis desideratur. Cæterum cum durior hæc sit PRÆCEPTORIS iententia, ad quam commentor, non potest dissimulari, pleraque Actis Britannicis inserta, omni laude dignissima esse, neque facile fabulosa aliqua, aut parum accurata ibi recipi: ut tamen non distitear inter adeo numerosos Auctores, non omnes aut NEWTONOS fuisse, aut DOUGLASSIOS.

(e) Tribus in 4. voluminibus D. LOWTHORP comprehendit præcipua momenta rerum ab an. 1665. ad 1700. Hinc D. JONES, inde D. MOTTE' duobus voluminibus Actorum ab an. 1700. ad 1720. novum compendium ediderunt; sed & tertium secutum est ab an. 1720. ad 1732. REIDIO & GRAYO procurantibus. Et nuper an. 1745. D. BADDAM in decem volumina in 8. totam ad nostra tempora seriem contraxit. Maxime tamen monitos velim, si qui possunt aut emtionis onus suscipere, aut in Bibliothecis publicis ipsas legendas obtinere Transactiones, ne utantur compendiis, quæ non solum manca sunt & pulcherrima plurima omittunt, sed icones, anatomicas maxime, mire contrahunt & corrumpunt.

(f) D. de BREMOND translationem Gallicam erat meditatus, & tres annos splendide, neque sine accessione ediderat, sed inceptum cum ipso commortuum est. Societas vero quatuor fere viro- rum ad eum laborem sufficeret, quorum quilibet sibi nota argumenta unice susciperet vertenda.

(g) Cemenrinæ Academiæ sumtus ad experimenta suppeditavit M. Dux Hetruciæ tantos, ut nesciam, an facile alibi adeo magni facti sint, aureos enim globos contundendos dedit, omne de-

co hocce, *saggi di naturali Esperienze fatte dalla Accademia del Cimento*. Hoc Opus est narratio experimentorum naturalium captorum in Academia Cemenrina. Adeoque binis annis postquam Societas Britannica incepit edere sua inventa, inceperunt itidem in Italia hocce dicto Libro, quo Acta Academiæ Cemenrinæ continentur. Eam Magnus Dux Hetruscus summis impensis ornavit, magnos viros huic continentur. Eam Magnus Dux Hetruscus summis impensis ornavit, magnos viros huic uni negotio dicatos advocavit, & ita eos sua præsentia excitavit, ut ipse præfens omnibus experimentis adesset. In eo Libro egregia sane experimenta habentur recitata de igne, de aere, &c. verum Italico sermone. Quod autem in hoc Libro optimum est, id omne denuo in Diariis Gallorum, modo laudatis, habetur, ipse autem Liber rarissimus est.

Deinde anno 1668. iterum in Italia (a) editum est Opus titulo *Giornale de Letterati* per ABBATEM NAZARUM conscriptum. Egregius ibi Philosophus tradit nobis in illo Tractatu, quæ apud alios non habentur, nempe optima experimenta in Italia a maximis viris capta.

Deinde anno 1670 instituta est Societas Germanica (b) *Natura Curiosorum*, adscitis extota fere Europa omnium scientiarum viris eruditis sub certis legibus, titulo *Academie Leopoldinæ*, & *Academie Natura Curiosorum*. Ea incepit etiam edere sua inventa & communicata anno 1670, ex tota Europa, ab omnibus suis Professoribus publicis & privatis ad Medicinam & Physicam pertinentibus collecta, ut Socii omnes singulis mensibus Lipsiam (c) scriberent, ubi tunc edita sunt illa collecta titulo *Miscellaneorum Curiosorum*; inceperunt ergo an. 1670. & ad nostra tempora usque continuantur. In his Ephemeridibus continentur quam plurima egregia quæ nullibi alibi profant: verum etiam plura fabulosa (d) & vana, quod evitari

I 2 non

num genus gemmarum destruendum suppeditavit per vim speculi caustici. *GIORNALE de LETTERATI D' ITALIA*. T. VIII.

(a) Romæ quod in 4. prodiit. Primum Opera Abbatis FRANCISCI NAZARI, & D. CIAMPINI ab anno 1668 ad 1675. deinde a CIAMPINO solo ad annum 1678. apud Tinassum. Abbas vero NAZARI solus ab an. 1675 alio Bibliopola Matcardo usus Diarium eodem nomine edidit. Id quidem Gallici Diarii translatio est, sed Italicis aucta articulis & dissertationibus. Probe vero utrumque distinguere oportet ab alio *GIORNALE de LETTERATI D' ITALIA* quod an. 1708. prodiit, de quo inferius dicetur.

(b) Nempe eo anno primum volumen prodiit, a secundo Præfide JOHANNE MICHAELE FEHR collectum. Plurimi vero Libri inter 1660 & 1670. editi sunt, qui Societatis & Sociorum nomina præ se ferunt, quorum primus est P. J. SACHSII *ampelographia*, quæ 1661. impressa est.

(c) Sub initio Wratislaviæ prodierunt, procurante ADJUNCTO Præsidis SACHSIO, postea (cum quartus Præsides esset L. SCHROEK) per plurimos annos Norimbergæ editæ sunt Decuriæ voluminum tres ab an. 1670. ad 1705. Centuriæ decem a 1712. ad 1722. Volumina septem a 1727. ad 1744. Primus scopus Auctorum earum Ephemeridum fuerat, singularium rerum historias elaborare. Inde sensim ad *Miscellaneorum* historiam delapsi sunt.

(d) *Natura Curiosorum Societas* id ipsum, quod Anglica, vitium habet, quod voluntarium sit Collegium, cujus Sodales neque legibus, neque emolumentis ad inveniendum verum incitantur. Deinde plerique Præsides, ut tractici fuerunt celebres, alii etiam historiæ naturalis non imperiti, Medici tamen fuerunt omnes, neque ea aut eminentia eruditionis aut publica auctoritate, quæ ad selectum observationum ineundum auctoritatem conciliaret. Cum ergo promiscue Medici Germani conferrent obiter facta experimenta, curationes sibi honorificas, monstra & alia; quæ raritate blandiuntur, factum est, ut pleraque vulgaria, multa omnino fabulosa commentariis illata sint, conquerentibus nonnunquam Præsibus, sed malo imparibus. Inter Auctores vero BERNIZIUS monstris suis iconibus plantarum, HANNEMANNUS vanis undique conquisitis rumo-

non potuit, cum Acta Societatis a tot viris & in tam diversis locis viventibus conscripta & collecta fuerint. Optabile foret igitur, si aliquis perita manu bona collecta seligeret, nam ipso Opere Medicus carere vix potest.

Post Miscellanea Curiosa, edita est *Historia Academiae Parisiensis* conscripta per JOHANNEM BAPTISTAM DU HAMEL in 4. (a). Incipit ab an. 1666, definit ad annum 1698. Pulchrior hoc Libro vix alius invenietur. Editus est Lingua Latina: sed debet haberi ultima editio (b); nam prima editio caret plurimis inventis subsequen- tium annorum, quamvis alioquin sit bona. Hic Liber continet omnia inventa egregiorum virorum Academiae Parisiensis, quae dicitur l' *Academie Royales des Sciences*, & a toto Litteratorum orbe in maximo habetur pretio; habentur in hoc Opere omnia ad Physicam necessaria fere experimenta, stylo egregio conscripta, adeo ut nemo hoc Libro carere possit, & omnino debeat possideri ab iis omnibus, qui Chemicis ac Medicis arcanis incumbere student (c).

Acta nunc sequuntur *Eruditorum Lipsiensia*, quae anno 1682 (d) inchoata fuerunt, & Lipsiae quotannis volumen in 4. editus, aliquando in plures tomos distribuitur; in quo Opere certe Collectores plurimis similium Scriptorum palmam praeripuerunt, singulis enim mensibus compendium ediderunt praecipuarum rerum, quae

rumoribus, & aliqui alii hujus gregis, famae Collegii nocuerunt. Addi potest, in ipsis jam primis speciminibus Socios non nova invenire, non res singulares propriis experimentis torquere suscepisse, sed colligere immensum rerum alibi scriptarum acervum, adeoque scribere quae dicta fuerant, non ea quae dici oportuisset. Denique iconum fidei & speciei nunquam, nisi forte sub initio, satis prospectum est, ut DILLENIUS aliique, qui melioris notae Libellos inferendos miserant, a communicando absterrentur. Cum his tamen vitiis compensanda sunt commoda. Tot in tam vasta Germania Medici, intra tres seculi quartas partes labores contulerunt, ut multa egregia non continere ne quidem possint. Eminent autem WEPFERRI, BREYNI, MAURITII, HOFMANNI, LORENZINI, SCHELHAMMERI, STURMII, PEYERI, HARDERI, P. S. HARTMANNI, R. J. CAMERARI, ZAMBECCARI, HEISTERI, DILLENII, LOCHNERI, J. ADAMI KULMI & nonnullorum aliorum inserta monumenta. Toti etiam Libri passim illati sunt in Commentarios, GREWII, RIDLEII, alii.

(a) Cum haec scriberet PRÆCEPTOR, de laboribus Academicorum ante annum 1699. paucissima extabant Commentaria: nempe anni 1692. 1693. deinde aliqua in *Journal des Savans*, quae mensuatim prodierunt, & Opera denique aliqua singularia, ea pompa edita, ut privatorum opes superarent. Quare du HAMELII Opus mihi commendavit, quod unicus fere esset thesaurus, in quo disceremus, quid totis triginta tribus annis Regia Academia boni invenisset. Nunc haec omnia abundius habentur in XI. voluminibus in 4. *des Memoires depuis 1666. jusqu' a 1699.* quorum HAMELIUS compendia sola absque iconibus habet. Parisiis prodierunt anno 1724. & seq. ad an. 1733.

(b) Nempe an. 1701. non anni 1698. Illa, rarior, editio duobus Libris auctior, habet res in Academia ab an. 1696. ad 1700. gestas.

(c) Vide Not. (a) hujus pag. 66.

(d) Haec ad normam *Journal des Savans*, & aliorum Diariorum Clerici scripta sunt. Scopus nempe est, Librorum novorum contenta tradere, & breve judicium. Id, cum *Actorum Eruditorum Auctores* nunc per 68. annos egerint, efficit, ut fere historiam literariam integram novissimam in iis Actis reperias. In principiis brevissima erant recensione, nunc fiores & uberiores sunt. Multa etiam inserta leges observata BOHNIO, WALTHERO, aliis, aut communicata ab Exteris, LEIBNIZIANA imprimis & BERNOULLIANA fere innumera. Per quinquaginta annos nomen tenuerunt, & tum *Supplementorum* etiam nomine prodierunt: nunc titulus est *novorum Actorum*. Directores fuerunt pater, filius & nepos MENKENII. Opuscula integra Actis inserta excerpserunt Veneti, & ab. an. 1740 ad 1746 seorsim ediderunt.

(a) Page

quae continentur in universis eo tempore Libris; neque unice excriserunt alios, sed Opere suo comprehenderunt plurima experimenta observationesque haecenus ineditas, quas communicarunt Collectoribus varii ex tota Europa eruditi viri, cum quibus commercium litterarum alerent, adeo ut omne fere, quod in Astronomia, Medica & Physica, in tota Europa notatu dignissimum quotidie observatur, in hoc Opere contineatur. Haec Acta continuantur in hunc usque diem, omni enim mense Libellum paucarum paginarum edunt, & quotannis conficitur inde Liber in 4. cujus nomen est *Acta Eruditorum*.

Prodiit postea Liber, quem admirati sunt omnes, qui rebus pretium imponere valent, scilicet *Historie de l'Academie Royale des Sciences*, & (a) *Memoires de l'Academie Royale des Sciences*, Liber incomparabilis, quo nullum unquam Opus plus profuit scientiis institutum. Omnes enim norunt, qui litterarium vel primum salutarum limen, LUDOVICUM XIV, Galliae Regem, undequaque collegisse eximios quosque viros ad componendam suam istam Academiam. Tales fuerunt, (& quidam adhuc sunt) HUGENIUS, ROEMERUS, CASSINI, de la HIRE, & hujusmodi fuit ISAACUS NEWTONUS. In hac Societate lex sancita est, ut ad finem singuli anni ederetur Libellus in 4. in quo nihil, nisi a Societate bene examinatum & observatum, contineretur, & sic ab iis comprobatum, in lucem ederetur. Incepit Opus an. 1699, & editur Parisiis in 4. sed in Batavia haberi potest in 8. recusum (b). In his voluminibus habetur quidquid ad Astronomiam, Astro-

(a) Pace restituta, Rex cura Abbatis BIGNONII, novas leges an. 1699. dedit Academiae. Excluserunt literas, quas humaniores vocant, cui aliam Academiam destinavit. Solam ergo Physicam cum connexis Mathematicis & Medicis studiis inter eruditos Academicos distribuit, ut unica pars Matheseos aut Physices cuique propria assignaretur, in qua ornanda vitam tereret. Imo tres omnino unicuique arti viros proprios dedit, eos omnes pensione annua instruxit & associavit alios eodem numero. Eos vero qui annonam publicam acciperent, adstrinxit, ut in quo vis confessit duo ad minimum elaborata monumenta praegerent. Experimenta omnia iussit in conventu totius Academiae confirmari. Nihil edi voluit ab Academico, nisi censura Academiae sanctum esset. Privilegia varia concessit Academiae, & ipsi iudicium de novis machinis inventisque ubique commisit. Sumptus ad experimenta passim publice praebuit. Icones magnificas, ex. gr. TOURNEFORTII de suo sculpi curavit. Praeterea magnis praemiis ad inventa utiliora animos excitavit. Ita annuus reditus 12000 L. tributus est REAUMURIO, ob inventam ferri in chalybem mutationem. REGNAULT *Origine de la Physique*, III. p. 213. Denique ad commercium Litterarium adlectos viros promisit adscribere, qui per totam Europam inventa sua communicarent, idque officium eos sibi gloriosum habere experientia confirmavit. Ita multo propius, quam ab Anglis, ad BACONIS institutum accessum est. Inquisitio veri unicum officium, unicus labor est virorum solertissimorum, quibus unica, non nimis patens, pars veri excolenda tributa est, quos honor, lex denique ad labores compellit. Quare non mirum est, si omnium aliarum Academicarum opera longe superavit. Adde denique commoda, opportunitates, quae ab Urbe Regia, praestantissimis Artificibus, maximis Bibliothecis, Mæcenatibus, æmulatione denique plenissima accepit. Ita vero haecenus edita sunt monumenta a viro elegantissimi ingenii FONTENELLIO, ut prima parte tomi cujusque contineretur brevis recensio observationum singularium, aut monumentorum in monumentis secundae partis praecipuorum: tum elogia Sodalium demortuorum. In altera dissertationes ipsae praelectae prius continentur. FONTENELLIO emerito successit D. MAIRAN: deinde D. GRANJEAN de FOUCHI.

(b) Sic compendium sit sumptuum, cum Belgica editio minimo pretio possit emi, sed vitiosa est, contractis in minus spatium imaginibus, turbatis calculorum numeris. Caeterum viri clarissimi qui Academiam hanc exornarunt numerum fere superant, quem Liber meus contineat. In Mathemati-

Astrologiam, Physicam, omnes partes Medicinæ, Matheseos, & Mechanicæ, spectat, adeo ut, quæ ad perfectum Medicinæ studium (a) requiruntur, hic inveniantur, ita ut fatear, ex nullo Opere me unquam plus rebus meis adjumentum intulisse, quam per istos Commentarios. Qui hunc Librum possidet, additum prioribus, habet Bibliothecam physicam egregiam, nec aliis indigebit Auctoribus. (b)

Ha-

maticis ex Astronomia CASSINII pater & filius, & nepos; VARIGNONIUS, candidissima anima, mechanicæ & analysios peritia celebris; FONTENELLIUS, PH. de la HIRE, minus laudatus LEIBNIZIO, MARCHIO de L'HOPITAL, SAURIN, qui ob furta patriam & religionem mutare coactus, laudem per Mathesim & vitæ sustentationem reperit; D. CLAIRAUT & alii. Ex Physicis elegantissimus D. de REAUMUR, de MAIRAN D. de MAUPERDUIS, PITOT, NOLLET, de BUFFON. Ex Anatomicis DUVERNEUS, MERYUS, WINSLOWIUS, LITTRIUS (sed iste minoris fidei), la PEYRONIE, ROUHAULT, HUINAULT. Ex Botanicis DODARTIUS, TOURNEFORTIUS, JUSSEIUS fratres, VAILLANTIUS, du HAMEL. Ex Chemicis HOMBERGIUS, BOULDUIC, GEOFFROY.

Inter Exteros antiquæ Academiæ ROEMERUS, HUGENIUS, LEIBNIZIUS, BERNOULLII fratres; in nupera BOERHAVIUS, RUYSCHIUS, MORGAGNIUS eminuerunt.

(a) Quæ Medica in his Commentariis continentur nuper cura Domini MIHLES extracta sunt, & aliquot voluminibus in 8. recusa; sed placuisse rerum gnaris non audio. Idem Transactionibus molitur idem, ex quibus ab an. 1705 tria in 8. volumina excerpta prodierunt physici imprimis argumenti, nomine *Miscellaneorum Curiosorum*.

Medica & physica *Commentariorum Acad. R. scient. Paris.* nunc maxime Germanica lingua edit STEINWEHRIUS, Bressaviæ 8. (Nor. b) *Mémoires de l'Académie Royale de Scienc. de Berlin* prodierunt ad annos 1745. 1746. 1747. 1748., & seorsim *histoire de l'Académie Royale des Sciences & des Belles-lettres*, ibid. 1750. 4.

In *histoire & mémoires de l'Académie Royale des Inscriptions & des Belles lettres* pauciora, aliqua tamen, ad rem nostram faciunt, de papyro, de gymnasiis Romanorum, plantis, quæ in nummis Ægyptiorum sculptæ sunt, &c.

Voluminibus X. Actorum Academiæ Petropolitanae, quæ ab anno 1726. prodierunt, novorum actorum Volumen nuper accessit. Petrop. 1750. 4. quo multa physica D. LOMONOSOW, RICHMAN & KRAFTII, anatomica egregia CAUVII, etiam botanica aliqua continentur.

(b) Plurimæ aliæ Societates Literariæ extiterunt, Diaria plurima, quorum AUCTOR hic non meminit. Inter Societates ad Historiæ naturalis incrementum constitutas, huc pertinet *Academia Philæxotica naturæ & artis*, quæ aliqua Acta Brixia an. 1686. edidit. *Physicocriticam* etiam breviter recensere, quæ an. 1691. Senis coaluit, cujusque plusculi sermones, & disputationes in *Galeria di Minerva* continentur. Fundator fuit PYRRHUS MARIA GABRIELLI.

DEINDE an. 1700. FRIDERICUS I. Borussiae Rex *Societatem Scientiarum Berolinensem* condidit, anno vero 1711 iussit inaugurari, auctore LEIBNIZIO, cujus *Miscellanea* septem voluminibus prodierunt ab an. 1710. ad 1743. Parisina Academia fere pro Archetypo fuit Berolinensi, nisi quod Literas humaniores non exclusit, neque perinde legibus adstricta fuerit. Multa ibi Physica, Mathematica, Chémica, Anatomica, LEIBNIZIO, NAUDÆO, LUDOLFO, BUDÆO, ELLERO, NEUMANNO, POTTIO, FRISCHIO, auctoribus, ut nihil de Philologicis addam. Anno demum 1744 d. 23. Januarii FRIDERICUS II. Societatem, quæ non nihil languerat, novis legibus accuratius circumscriptis, ad eadem tamen fere principia: & ab eo tempore incipiunt prodire, *Mémoires de l'Académie Royale des Sciences de Berlin* quæ EULERI, LIEBERKUHNI, MARGRAAFII aliorumque clarorum virorum Operibus illustratur.

Societas Regia Montpelienfis in Gallia an. 1705 fundata 10. Dec. 1706. primum convenit, & pluscula pro intima sua unione Monumenta Parisinorum Actis inseruit. Quotannis etiam brevissima eorum recensio editur quæ ab ea Academia elaborata sunt, nomine præfixo *Extraits des Registres de la Société Royale des Sciences de Montpellier*. Mererentur utique ista Monumenta publicam lucem, in quibus D. de SAUVAGES, de la PLANTADE, MARCOTUS, NISS OLIUS, LAMORIER, RIDEUX, & alii inclaruerunt.

Sed & BURDIGALE Academia convenit, quæ singulis annis post 1715. pretia ad selecta proble-

blemata proponit. Nihil, quod sciam, ipsa edidit, sed volumina dissertationum, quæ palmam meruerunt, prodierunt, pluscula in r. quorum 6. volumina ad manus sunt, physici fere argumenti, tum medici, optimorum in Gallia ingeniorum partus, sed qui magis ad theoriam & hypoteses spectant. Eximium tamen Opusculum de motu plantarum D. de la BAISSE vel solum hanc collectionem commendat.

Sed etiam Ruppellenfis Academia an. 1732. condita, cepit edere scripta argumenti physici, & Lugdunensis an. 1739. inaugurata, egregias dissertationes nostri scopi prælegit ut D. DE LORME de calore corporis humani, GAVINET de viperis, &c.

PORRO PETRUS I. inter plurima, quæ ad dispellendas tenebras Imperii instituta orsus est; etiam Academiæ Petropolitanae condidit, ad quam constituendam an. 1725. ex omni Europa viri clari convenerunt. Magnificæ ædes, Theauri physici, anatomici Ruyschiani, Bibliotheca, splendide annuæ pensiones, virorum selectus, rerum novitas, illustraverunt novam Scientiarum sedem. Acta hujus Academiæ ab an. 1726. prodierunt X. voluminibus, tota fere ad rem nostram, maxime vero mathematica, nisi quod historiam retinuerit in Academia PETRUS, nostram Berolinenses. In Mathematicis & Physicis HERMANNUS, NICOLAUS & DANIEL BERNOULLII, BULFINGERUS, GOLDBACHIUS, DE LISLE uterque, KRAFTIUS, HEINBERNOULLIUS, in Anatomicis DUVERNOY, WEITBRECHT, SCHREIBERUS; in Botanicis BUXBAUMUS, AMMANNUS, GMELINUS; IDEM in Chemicis, Mineralibus, egregia a nemine facile negligenda monumenta inseruerunt. Petropoli edita, Venetiis recuduntur.

BONONIENSIS Instituti origo debetur LUDOVICO FERDINANDO MARIGLI. qui de suo novam an. 1712. conditam dotavit Academiæ: quæ cum Academia jam antea ab an. 1690. ab EUSTACHIO MANFREDO cœpta, in unum coaluit. Volumen Actorum primum an. 1731. prodit egregium, maxime in Physicis Opus, ZANOTTO, ALGAROTTO, BECCARIO, MANFREDO, BAZZANO Auctoribus. Sed & Anatomica MORGAGNI, GALEACII, LEPROTII, NANNII, STANCARI, ALBERTINI, SCHEUCHZERORUM, MICHEIOTTI egregia mista sunt. Nuper an. 1746. secundum volumen accessit.

Voluminis secundi Actorum Academiæ Bononiensis, quod 1746. prodierunt dictum est, tres partes sunt. In I. historia superior Academiæ habetur, & opusculorum compendia, nunc varia propria opuscula, de corticis Peruviani in febre vi, tendinis Achillis vulneribus, fistula lacrymali, phænomenis animalium in vacuo spatio extinctorum, abstinentia a cibo & potu. In II. & III. parte ipsa opuscula adjecta sunt, egregiaque varia habentur, ut GUSMANNI GALEACII, VINCENTII MENGHINI experimenta de chalybis ad sanguinem itinere, MONTII novæ plantæ, JANI PLANGI molæ anatome, J. VERRATTI experimenta de vesicantibus, BALBI de motu cicatriculæ, &c.

Annales Academiæ Juliae ab anno 1720. ad 1728. in 8. Helmstadii editi auctore KOCHIO, deinde Collega olim nostro TREUERO, præter compendia rerum in ea Academia gestarum, aliqua non mala habent & propria, SCHMIDTII vasa lactea humana, varia HEISTERI, &c.

GEDANENSIS SOCIETAS primum 2. Jan. 1743. convenit, & edidit in urbe patria anno 1747. *Versuche und abhandlungen der naturforschenden gesellschaft in Danzig*. 4. qua collectione multa egregia ad electricitatem, ad vim venti & flatus, avium historiam & coraliorum, & dissilientes phialas continentur.

UPSALIAE jam an. 1710. nata voluntaria Societas eruditorum virorum ad an. 1720. ediderat *Acta Literaria Sueciae*, ut unum singulo trimestri volumen in 4. prodiret. Ex anno vero 1725. cum ARVIDI HORNII Regia Societatis Literariæ & Scientiarum titulo, publicum constitutum est Collegium, quod porro ea Acta direxit, majoribus tamen intervallis. In iis nova Sueciæ Literaria habentur & multa præterea egregia Opuscula & observationes, quibus non absque dâmo careas, CELSIORUM, RUDBECKII filii, HORNII, LINDERI, STOBÆI, MARTINI, SAMUELIS KLINGENSTIERNÆ, ELVII, BROMELII, POLHEMII, SPORINGII, BRANDII, LINNÆI, HIORTERI. Ab aliquot autem annis mutato titulo, *Actorum Societatis Regia Scientiarum Upsalienfis* titulo prodit idem Diarium, recensendis Libris novis literariis nunc minus destinatum, & ex Opusculis unice constans, quæ fere omnia ad naturalem Historiam pertinent.

Edimburgi etiam eruditi Medici in Collegium convenerunt, liberum, neque publica auctoritate subfulum aut excitatum. Quinque volumina Speciminum, (*Essais*), hujus Societatis prodierunt, quorum ultimum duplex est, ab an. 1733. ad 1742. Medicis periculis & Chirurgis & Anatomicis, ut ad aquas etiam minerales, & meteorologiam ejus regionis pertineant.

MON-

MONROUS ibi eminet, sed finis hujus Societatis factus est, quæ in ampliore omnis naturalis historiae fere ambitum complexumque recepta evanuit. Inventorum medicorum & novorum Librorum catalogus singulis voluminibus subjicitur. Gallice hos quinque tomos vertit DEMOURS, & Belgice etiam prodierunt Amstelod. 1740. 4.

Academia Bituricensis ab anno 1736. edidit *Recueil de Lettres, de Memoires & autres Pièces, &c.* Confusus vero paulo prodeunt. Aquas aliquas minerales, stirpesque nonnullas describi video.

Chirurgi Parisini in Academiam coacti sunt LUDOVICO XV. auctore an. 1731. exeunte. Ab eo tempore unicum volumen prodit an. 1743, Chirurgicis quidem imprimis natum inventis. Sed Anatomica tamen interspersa habet, & tale est, quale a primariis in arte sua viris expectari potest. Multa ibi ad perfectionem operationum calculi, aliorumque etiam felleæ vesiculæ, atretarum, deglutitionem absurdorum, hernias, cæsaream sectionem, &c.

Neapolitana Academia a CAROLO Rege constituta, in Physicis, præter eruptionis Vesuvii an. 1737. factæ, historiam, nihil, quod sciam edidit.

Denique Stokholmiensis Academia Regia Scientiarum, Regiis etiam ornata privilegiis, condita est an. 1739. & ab eo tempore per singula trimestria Monumenta laborum edit, Suecica lingua. Volumen VIII. nunc maxime finitum est, quo 26. trimestria continentur. Plenissima sunt Physicis experimentis, Chemicis, Botanicis, Medicis, ad œconomiam, ad metallurgiam, ad doctrinam fluidorum labentium pertinentibus, laude omni dignissimis. In Chemicis BRANDIUS: in Physicis & Mechanicis POLHEMIUS, TRIEWALD, ELVIUS, KLINGENSTIERN: in insectis DE GEER, LINNÆUS, idem in Botanicis & D. D. LECHE, KALM: in Anatomicis D. SPOERING: in Chirurgicis D. RIBE: in practicis Illustri Archiater ROSEN eminuerunt. Optabile certe foret, nisi technicorum vocabulorum difficultas obstiterit, ut in linguam aliquam vulgo notiores transferretur.

ULYSSIPONENSIS Academia; Gallicæ plurimæ, Sueffione, Lugduni, Massiliæ & alibi fundata, vel solas humaniores Literas tractarunt, vel certe monumenta sua non publicarunt.

Danica Societatis Scripta duobus voluminibus Hafniæ an. 1746. 4. prodierunt. Ea aliqua etiam Medica DETHARDINGII & BUCHWALDI continentur.

Supereft, ut aliqua Diaria subjungam quæ a privatis hominibus profecta, rem tamen Medicam insigniter illustrarunt, & ex Opusculis atque incertis observationibus ita componuntur, ut censuræ Librorum aut nullæ sint, aut partem Operis exiguam efficiant.

THOMÆ BARTHOLINI AËta Hafniensis primum locum tenent, quæ vir eruditissimus, cui amplissimum commercium literarium totam per Europam erat, anno 1671. edere cepit, & cum quinto volumine an. 1679. finiit. Continent observationes Anatomicas, Botanicas, Medicas, Chemicas, Danorum aliquas etiam Physicas. Magna in hoc Diario nomina ubique splendent. NICOLAUS STENONIS fil. OLAVUS BORRICHIVS, BARTHOLINI pater & filius, ut sit inter ea, quæ unius viri cura prodierunt, facile primum.

N. DENYS, strenuus defensor transfusionis, cum nescio quo fato, *Journal des Savans* intermissionem passum effet, duplici Diario locum supplevit ab an. 1672. ad an. 1674. Alteri titulus fuit *Memoires sur les Arts & les Sciences*, cujus duodecim numeri prodierunt. Alteri *Conferences*, cujus 14 sunt Libelli NICER. Ad historiam litæque transfusionis, ad monstrorum catalogum, ad Anatomicas passim & aliorum & proprias observationes pertinet. Prodit Parisiis in 4. & pro parte insertum est Ephemeridibus, sive *Journal des Savans*, denuoque editum Parisiis 1682. 4.

NICOLAUS de BLEGNY, Chirurgus & Medicus, inquietus homo, & in quo aliquid fuit minus constantis judicii, parum laudatus DIONYSIO (*Cours de Chirurgie par la FAIE* p. 330.) anno 1674. incepit edere mensuris intervallis *Nouvelles decouvertes sur toutes les parties de la Medecine*. Eas Latine a BONNETO versas Genevæ edidit in 4. Chouetus, nomine *Zodiaci Medico Gallici*. Quinque anni sunt, quorum ultimus est 1683, non malus Liber, ob primas imprimis partes, quibus multæ præstantiorum Medicorum & Chirurgorum in Gallia, ipsiusque DUVERNEY, NOUESII, aliorum observationes Anatomicæ imprimis & Chirurgicæ argumenti, continentur. Sed nimis multum miscetur inaniam ratiocinationum, & rhetoricationum, maxime ad finem Operis. In Germania etiam prodit Hamburgi 1681. seq.

STEPHANI BLANCARDI *Jaar-Register* an. 1680. inceptum quantum novi, desit cum an. 1682. Amstelodami in 8 editum. Multum usus Zodiaco Gallico, aliisque ut solebat, scriptis, non tamen nullas suas addidit observationes morborum, & curationum, vel aliorum quidem alibi tamen vix exstantium. Alia falsa aut manca miscentur. Centuriæ observationum sunt VII.

S. BLAN-

S. BLANCARDI *jaar register* Germanice etiam versum a TOBIA PEUCERO prodit, Lipsi. 1690. 8. & prius Hamburgi 1680. 8. 3. vol. Hic cæterum Liber multas observationes RUYSCHEII, MURNIKII, GRIMMII, chirurgorum van DUUREN, van DYCK continet.

Giornale de Letterati, Parmæ in 4. editum est, ab an. 1686. ad an. 1690. deinde Mutinæ ab an. 1692. ad an. 1697. Auctore BENEDICTO BACCHINI & GAUDENTIO ROBERTI. Et ipsum, insertis doctorum virorum dissertationibus, applausum meruit.

Abbatis de la ROQUE *Journaux de Médecine*, Parisiis an. 1683. mensibus Aprilis, Majo, Junio, Julio, Augusto, Septembre, in 8. prodierunt, idemque Diarium iterum receptum est an. 1686. Non tamen, quantum novi, diuturnum fuit, cum partim ex viris eruditis Gallia, partim ex omnibus Diariis, quæ tunc per Europam prodibant, collectas haberet observationes Medicas, Chirurgicas, quarum multæ valde singulares sunt; sed mihi non est ad manus.

BRUNETI *Progrès de la Médecine* non adeo recensiones, quam propria continet Opuscula. Inventorum Anatomicorum Parisinorum enumerationem, partus ventralis historiam, &c. sed imprimis scripta eristica, quæ contra MERQUM eo tempore magno numero edita sunt. Prodiert Parisiis in 12. an. 1698. 1699.

Nova Litteraria Maris Baltici & Septentrionis ab anno 1698. ad 1708. Lubecæ undecim voluminibus in 4. prodierunt. Præter plenissimam recensitionem eorum, quæ in omni litterarum ambitu eo tempore sunt gesta, & infinitorum fere Opusculorum enumerationem, plurimæ egregiæ Physici & Medici argumenti observationes hic reperiuntur, quæ non alibi exstant.

Sammlung vom Natur-kunst und Literatur geschichten, von einigen Breslauischen Medicis. Versuch 1-38. cum quatuor Supplementis. Vastum Diarium novemdecim voluminibus in 4. ab an. 1717. ad 1726. prodit Vratislaviæ. Auctores primi fuerunt KUNDMANN, BRUNSCHWITZ, & KANOLD, deinde KANOLDUS solus, denique ANDREAS-ELIAS BUCHNERUS ultimum volumen absolvit. Per menses singulos digestum Opus omnem rem Medicam & Physicam amplectitur. Meteorologia tractatur totius Europæ, & Agricultura, tum *Curiositarum*, ut vulgo vocant, studium & praxis tum per epidemias, tum per peculiare rariorum observationes. Interspersa sunt nova inventa, observationes anatomicæ, dissertatiuncula vari argumenti, denique Librorum recensiones. Passim a KULMO, WIGANDO, &c. bonæ dissertationes insertæ. Sed sæpissime mali fontes exhausti, & ex publicis *Novellis*, ut vocant, exiguo selectu, rumores recepti. STAHLII vero fidum adsecum fuisse KANOLDUM, satis constat.

AËta Medicorum Berolinensium viginti & uno voluminibus prodierunt ab an. 1717. ad 1731. quibus duæ Decades absolvuntur, tertia inchoatur. Auctor est L. D. GOHLIUS Stahlianus accerrimus, ut nihil ibi moderati expectes, quando de mechanicis Medicis sermo est. Argumentum fere totum practicum est, epidemias Berolinenses, sectiones cadaverum morbosorum, chemica experimenta complectitur, aliquas etiam controversias, & observationes Chirurgicas, & vitas Archiaterum Brandeburgicorum, atque quorundam Chemicorum: mores vero & eruditionem ubique desiderabis.

W. V. RANOU W. M. D. an. 1719. incepit Amstelodami edere in 8. *Kabinet der Natuurlyken Historien, W. etenschappen, Konsten en Handoovarken*, cujus decem partes vidi, quarum ultima an. 1721. prodit. Continet fufas recensiones Operum ad Historiam naturalem facientium, PLINII, ALDRONANDI, GESNERI, FERRANTIS, IMPERATI; deinde dissertationes de auri hiltoria, cum artibus eo pertinentibus, & alias de aquis, fluviisque Palæstinæ, historia Saccari, Cacao. &c.

ANDRÆ ELIÆ BUCHNERI *Miscellanea Physico-Medico-Mathematica* sunt quasi continuatio KANOLDINI Diarii. Germanica etiam Lingua prodierunt Erfordiæ ab an. 1727. ad 1730. quatuor voluminibus in 4. Eo anno Auctor director factus Ephemeridum ad novas curas transit. Meteorologica fere & practica complectitur.

D. URBAN-GOTTFRIED BUCHERI *Sachsen-lands Natur-historie* edita Pirnæ 1722. 8. & continuata Dresdæ 1733. 8. brevis cum suo Auctore ævi fuit, minime tamen inutilis, flos camphoræ, fons Radebergensis & alia ibi describuntur.

OPUSCOLLI SCIENTIFICHI e FILOLOGICHI Venetiis ab anno 1728. edi inceperunt, collectore Abbate CALOGHIERA, & in quadraginta septem voluminibus hætenus prodierunt. Mera sunt Opuscula, pleraque equidem Philologici argumenti: multa tamen ad rem nostram, tum vitæ celebrium virorum MICHELLI, PACCHIONI, &c. tum insertæ dissertationes COGROSSI, VALISNERII, ROUHAULT, RICHLAE & aliorum. Quotannis duo volumina perguant prodire.

COMMERCII LITERARIUM ad rei Medica & Scientia naturalis incrementum institutum.

K

No.

Norimbergæ an. 1731. prodire cepit, & cum decimo quinto volumine an. 1745. desit, Director fuit Vir Illustris C. J. TREWIIUS, quem aliqui Medici ejusdem urbis adjuverunt. Elegantissimo Diario, quod singulis hebdomadibus edebatur, singulis vero annis in volumen coalescebat, tota fere historia Medicinæ ejus temporis continetur. Recensiones uberes & fideles, etiam iconibus ornata. Auctorum omnium, qui digni viderentur etiam pretiosissimorum, vitas Medicorum & Philosophorum insignium, eventus literarios, & nova inventa ibi reperias. In primis vero observationes plurimæ, Anatomica, Botanica, Practicæ interspersæ sunt, quæ nullibi existant, & efficiunt, ut eo libro Medicus elegantior carere nequeat.

Amstelodami apud Tirion ab an. 1734. ad 1741. quinque voluminibus in 8. prodit, sed brevis ævi Diarium, cui titulus fuit *Uitgeleezee natuurkundige Verhandelingen*. Pleraque equidem ex scriptis optimorum Physicorum collecta sunt, non tamen nulla propria habentur, Physici & Medici argumenti, de causa cohesionis partium, de aurora boreali, de viribus corporum morum innatante, &c.

Medicorum Silesiacorum Saturæ, quæ varias observationes, casus, experimenta, tentamina ex omni Medicina ambitu exhibent. Specimina hujus Diarii octo Vratislaviæ ab an. 1736. ad 1742. prodierunt, BURGHARTO in primis Auctore. Medici argumenti, neque inelegantes sectiones morbidorum & monstruorum cadaverum plurimas, & Chirurgica varia continent.

Selecta Medica Francofurtensia, Anatomem in primis practicam, Chirurgiam, Materiam Medicam, Medicinam universam illustrantia. Tres Tomi prodierunt, & quibus Libelli octodecim continentur. Francofurti ad Viadram ab an. 1736. ad 1745. Quartus inchoatus est, Auctore præcipuo ANDREA OTTOMARO GOELIKE, nunc QUEITSCH. Multa satis Anatomica habet, ad thoracicum ductum, ad vasa bilis, sectiones cadaverum, morborum observationes, controversas etiam cum Mechanicis, solito hujus Sectæ more acerbis.

Selectorum Med. Francofurtensium nunc IV. Tomi 24. libellos continentes prodierunt, quibus opus absolutum est.

MICHAEL CHRISTOPHORUS FLANOU Gedani 1737. 4. & aliis annis hebdomatim edidit *erlauterte merkvvurdigkeiten der natur*, in quibus de variis rebus physicis stylo populari egit.

Diarii *Hamburgisches Magazin* nunc Tomi V. absoluti sunt.

Post memoratum jam librum adde: *Oeconomische nachrichten*, Lipsiæ 1749. 8. edi ceperunt nobili editore. Ad agriculturam in primis pertinent, repetenda, ubi de botanicis agitur.

Memorie sopra la Fisica e l' historia naturale di diversi Valenti uomini, quæ Luccæ an. 1743. 1744. in 8. prodierunt, egregia habent Italicorum in primis Opuscula, Medica quidem TABARRANI, MAZZUOLI, JANI PLANCI, TACCONI, &c. Mathematica deinde & Physica bene multa BOSCOVICII & aliorum.

SAMUEL SCHAAFSCHMID Medicus Berolinensis ab anno 1738. incepit edere *Medicinishe und Chirurgische Nachrichten* quæ singulis primum hebdomadis, deinde collecta in volumen prodeunt. Plurima ibi in primis Chirurgica utilia & egregia vel ex propria Auctoris praxi, vel ex communicatione Chirurgorum castrensium nata. Sextum volumen finem fecit.

CL. ZINKIUS ab an. 1744. cepit edere *Leipziger Sammlungen von Wirtschafft-Policey-Cammer und Finanz-Sachen*, quarum 8. tomi editi sunt. Ad nostram rem pertinent aliqua, agriculturam tangentia, ad nitrarias lithantraces, &c.

Hoc ipso anno duo Diaria inceperunt edi, Schneebergæ unum, cum titulo, *Neuue versuchenzuzlicher Geschichte*, Auctore ignoto, sed ut videtur Theologo. Scopus est phænomena varia colligere, & enarrare, regiones Saxonix metallicas describere. Alterum, quod Annabergæ editur, ab eodem tempore, Medici JOH. CHRISTIANI THEMEL est Opus, & magis ad rem Medicam, neque tamen non ad Physicam pertinet.

Hamburgisches Magazin T. I. II. nuper, ante annum fere in 8. incepit Hamburgi edi. Elegans Diarium, quo præstantiores ex Transactionibus Anglicis & Gallorum Monumentis observationes continentur, neque nullæ propriæ dissertationes.

Pleniorem Catalogum dare nolui, ne quidquam reciperem, quod in re ipsa non vidissem ipse.

Denique nemo a me innumerabilium Diariorum enumerationem expectet, quæ Librorum censuras aut unice modus. *Nouvelles de la République des Lettres*, ob plures interspersas historias Medicas nominari merentur, quæ an. 1684. a P. BAYLE scribi ceperunt, succedente in laborem an. 1699.

JACO-

Habet adeo Tiro Medicus & Physicus aliquod schema (a), cujus fructus in toto suo studio, gratus percipit, cum inde sciat, quid boni scriptum sit, & discat eligere Auctores, qui Lectorem non in errores & tricas industrias Scholasticas abducunt, sed scitu necessaria proponunt. Omnes enim Auctores indiscriminatim legere est unice discere cognitionem multorum hominum; eaque ratione æque falsa ac vera discere poterit Tiro, neque judicare valebit, num vera discat, num falsa, multoque post labores demum videbit, plurima eorum, quæ magno labore in memoriam congestit, opiniones falsas esse, iterum rejiciendas. Physici enim systematici plerique ex suo captu scripserunt, iique paulo post ab aliis everfi fuerunt. Tiro vero, qui reciperet quæcumque scripta legeret, cogeret cum Auctoribus suis sententias mutare. Sed ii Auctores, quos adlegavi, durabunt & prostabunt in æternum, quamdiu scilicet orbis Litteratorum supererit. Præter eos vero, quos recensui, alii Auctores existant, qui in singulis partibus Physices philosophati sunt, v. gr. ULYSSES ALDROVANDUS (b), magnus Scriptor Italicus, cujus Opera multis volumini-

K 2

mini-

JACOBO BERNARD. Sed & W. E. TENZELII *Monatliche underredungen guter Freunde*, quæ singulis mensibus ab an. 1689. ad 1698. Lipsiæ prodierunt, & undecim ipsa in 8. volumina efficiunt, libros non alibi facile recensitos, & inter eos Physica non pauca habent.

Porro *Galleria di Minerva*, quæ apud ALBRIZZIUM ab anno 1696. ad annum 1717. in folio septem voluminibus edita est, non magis recensiones quam inserta Opuscula habet Medicorum MONTANARI, VALISNERII, LANZONI, REDI, HECTORIS della VALLE (sive DAVINII), GIMMÆ, SCARELLÆ, ALOYSII a FABRA, LANCISII, & aliorum.

Deinde anno 1700. incepit prodire & innumeris fere voluminibus mensuatim editur *Mémoires pour servir a l' Histoire des Sciences & des Beaux-Arts*, quod Jesuitarum Opus est, & vulgo, a loco primæ editionis, Trivultinum Diarium dicitur. In id Diarium Medicæ & Physicæ dissertationes magno numero receptæ sunt, & eristica plurima, inter quæ controversia de sede cataractæ, non alibi uberius tractatur.

Giornale de Letterati d' Italia excitavi superius, quod multas etiam elaborationes & maxime Philosophorum & Medicorum vitas habet, præter plenissimam enumerationem novorum scriptorum, quæ in omni Italia prodierunt. Primus Auctor fuit APOSTOLUS ZENUS, & prodire cepit an. 1708. Inde quadragesimo volumine quod an. 1740. excusum est, finis egregio Diario in positus est, cujus judicium & censuræ alios hujus generis Auctores æquitate, judicio, eruditione superant.

Inter nuperrima Daria non oportet prætermittere *Bibliothèque Raisonnée*, quæ apud VVetste nium, pariter, ut pater & avus de re Litteraria apprime meritum, prodit, & cujus nunc 40. tomus absolutus est, initio facta ab an. 1728. Insertæ ibi sunt Dissertationes Practici & Physici argumenti, præter uberiores, quam vulgo solent, optimorum Librorum censuras. Aliquæ etiam hujus generis in *Bibliotheca Italica* Gallico sermone scripta habentur, quæ Genevæ prodit ab an. 1728. Plurimæ etiam DIVERNOI, GARZINII que dissertationes extant in *Journal Helvétique*, quod Neocomi editur. Sed & *Gallicus Mercurius* bene multa passim sparsa habet, etiam Chirurgica & Medica, neque similia desunt in *Gentlemans Magazine*, & plurimis aliis Diariis quorum princeps scopus historicus est. Sed res ipsa infinita est, neque nostri argumenti.

(a) Vide supra pag. 69. Not. (a).

(b) ULYSSES ALDROVANDUS nobilissima familia Bononiensi ortus, GESNERO non ignotus, ejusque elogium vere meritis, jam an. 1562. „neminem diligentiorum, neminem copiosiorum in totius naturæ rerum variarum possessione vivere”. Epist. ad J. B. n. 13. per quinquaginta fere annos collegit Thesauros rerum naturalium, & inter primos fuit, qui hujusmodi rariora collegit, quæ hodie vocant *Cabinet*, maximis itineribus & enormi dispendio proprio. Idem non sine enormi stipendio per triginta annos Pictorem nutrit, unde passim queritur de exhaustis in Opus suum facultatibus, & in dedicatione secundi Tomi *Ornithologia* PERRETTO MONTEALTO Cardinali gratias agit, quod sumptus ad edendum hoc volumen præbuerit, & naufragium studiorum patienti facultatem fecerit redeundi ad sua studia. In dedicatione vero ad T.

III.

Animalium fanè incomparabilis fuit, ita ut videatur natura constituisse prodigium in eo homine. Scripsit de omnibus animalibus, de piscibus, de plantis &c. non descripsit (a) ex aliis, sed ipse, quæ expertus est, ea nobis tradit: verum quod maxime mirum est, dum tanta opera solus molitur, fecit unus tot & tanta experimenta (b), quot omnes alii coævi ne junctis quidem viribus fecerunt. Tandem expositurus virtutem radicis doronici (c), ut sopiret lites Italicas, in semet ipso cœpit experimentum lethale, nam funestus exitus ejus vim deleteriam in ea radice, de qua disputabatur,

KENT. n. 9. &c.), FELIX PLATERUS (Ep. Wolf. p. 97. b.), HEROLDUS (Venetiis ib. p. 6.), GEORGIUS FABRICIUS (p. 132.), alii alia.

Adde his præfidiis proprios labores. Plantas quidem in Alpibus plurimis itineribus quæsit. In Monte Fracto fuit ut ex descriptione apparet. Alio itinere, comite JOANNE BAUHINGO summas Rhætorum Alpes conscendit, ad acidulas Mauritanas, quas cum fructu bibit (Epist. p. 23.), ad Thermas usque Tellinas anno 1561. (Ep. Wolf. p. 1. b. 85. &c.), aliis annis alias. Debilis & quinquagenarius in lacu Tigurino natavit, ut plantas quæreret (Ep. ad BAUH. n. 17. p. 118. & alibi). Lausannæ etiam, Lutetiæ, in Insurbria, Gallica Provincia, ex qua redux iter fecit RAUVOLFIO Socio (Ep. Wolf. p. 606.), & in Italia operam ad conquiendas stirpes impendit. Propter pisces marinos Venetias profectus (Hist. Vita Simler p. 9. & Pref. ad Hist. Aquatiliam), etiam Augustæ fuit (p. 65. Epist. Wolf.), ob Rhenanos vero pisces Argentorati (Hist. Vita p. 10.). His auxiliis & collata hinc fida naturæ observatione, inde copiosissima lectione Auctorum effecit, ut quadraginta & novem annis, quibus vixit, enormem vim Librorum in omni fere artium ambitu scripserit, nullum tamen, cujus editi pœniteret.

(a) Veterum Scriptorum loca undique concise in Historiam Animalium ita stipavit, ut nihil fere deesset, ex omni genere Physices & Philologiae, quod desiderares. Proprias tamen ubique descriptiones, icones etiam non exiguae pulchritudinis addidit, etsi ne tales quidem viro gnarissimo satisfacerent (Epist. Wolf. p. 20. 3.) Eas icones pro ditioribus amicis vivis ornari coloribus curabat, mire nitidis (Epist. p. 186.), quale exemplar in mea Bibliotheca est.

(b) Non alia re Medicinæ magis profuit quam hujusmodi experimentis, quibus rerum vires in se ipso expertus est. In omni enim planta solebat sapore, odore, vires explorare, deinde virium periculum facere deglutendo (Epist. Wolf. 553. Hist. Vir. p. 146.), sensum aucta dosi (Epist. Wolf. p. 75. b.), ne sibi noceret, non parcendo venenatis plantis, cum frustra monerent amici (l. cit.). Ita adquisivit sensum miram peritiam de viribus plantarum judicandi, ut vel solo odore distingueret purgantes plantas (eod. loco). Ita vires exploravit purgatorias Eupatorii Cannabini (Ep. cir. p. 6. 121.), Ellebori, Gratiolæ (p. 22. 71. b. & ad J. Raub. 33.), tum efficaciam Antithoræ (Epist. ad J. Raub. n. 30. & Wolf. p. 66.), foliorum Tabaci (Epist. Wolf. p. 79. b.), Lycopersici (cujus integrum pomum innocens expertus est p. 107.), Polygalæ, cujus vim commode purgantem detexit (l. c. p. 121.), Thoræ VValdensium (de Aconit. p. 18. b.), Paradis, &c. Sic eclegma de Spina cervina (Epist. Wolf. p. 166.), Oxymel elleboratum, & Thermarum Badensium usum internum ipse primus expertus est, qui nostris iterum temporibus celebrari cœpit (p. 18. 57. b. 80.) In mineralium tamen viribus investigandis merito cautior erat, Sulfure excepto (Epist. Wolf. p. 716.). In Canibus etiam Nucem vomicam (ib. p. 14. b. 33. Epist. ad J. Raub. n. 31. p. 147.), Paridem, Balsaminem impatientem (p. 109.) exploravit. Experimenta in se ipso facta ad ægrorum curatio nem transferebat, de quibus inferius dicendi locus erit. Adde nunc inaccessio labore ex omni hominum genere profecisse GESNERUM, & ne Rusticorum quidem experimenta sprevisse (Hist. Vir. p. 14. b.)

(c) Illepidi fabula a COSTÆO, primum, quantum vidi, profecta, passim in Medicis Historiis reperitur, tum apud FLOYERUM nuper in Prefat. Pharmacobasani. Sed falsissimam esse facile evincunt Epistola GESNERIANÆ. An. 1564. in Martio sumsit eas Doronici duas drachmas, a quibus ventriculum sibi paululum debilitatum sensit (Epist. p. 18. b. 746. 78. Horr. p. 257.) Anno vero 1565. die 13. mensis Decembris ex peste, carbunculo in pectore enato, obiit (Hist. Vir. p. 19. b.). Cl. SCHULZIUS paulo deteriori modo rem narravit: periisse nempe eo die, quo mane scripserit se Anthoram sumsisse Mar. Med. p. 316. sed absque ullo boni Auctoris testimonio, aut veritatis specie.

tur, demonstravit. GESNERI Opera (a), ubique possunt acquiri, emanant avidè, habebitur certe ex iis unde lucrum fiat in studiis, nam quo plus increfcit studium inter mortales, eo plus increfcit viri istius fama. Fabulas omnes eruditissime expun-

(a) Opera GESNERI ordine recensimus, quæ quidem ad rem naturalem; aut Medicam pertinent. De Lacte & operibus lactariis Libellus. Tiguri prodiit 1541. in 8. Juvenile Opus inprimis philologicum, & ex veteribus collectum, plantæ aliquæ per occasionem descriptæ. Naturalis Historia compendium. Basil. 1548. 8. * De Thermis & Fontibus medicatis Helvetia. Venet. 1553. fol. *

Historia Animalium, vastissimum Opus, cujus tres tomos edidit CONRADUS. Eadem omnibus methodus, ordo generum alphabeticus, cum nondum satis cognitæ essent analogiæ. Nomina Animalium 1. antiqua, & hodierna, & a se ipso excogitata. 2. Descriptio, locus natalis. 3. Vita, œconomia animalis, & nonnunquam aliqua anatomica, ut in Otide, piscibus nonnullis. 4. Mores. 5. Utilitas in re familiari. 6. Diæteticus usus. 7. Medicus. 8. Mythologia univèrsa. Ælianum, Nicandrum totum, iatrica loca Athenæi, Galeni, Alberti Magni, plurimos alios Auctores totos intulit Operi, & suo loco disposuit, ut sit pro Bibliotheca animalium. Hujus Operis pars prima de Quadrupedibus viviparis prodiit Tiguri 1551. fol. ampla, ob copiam rerum ex Geoponicis. Botanica passim intermissa sunt. Exoticas Animalium species, ut ea ætate expectari poterat, paucas habet, neque fere satis bene expressas. Exemplo Pantheræ, Rhinocerotis, & aliorum. Aliquas etiam icones, quas ab amicis habuit, malas esse fatetur, ut leporini Vulturis a FABRITIO missam, sed in universum non valde placuisse ipsi suas icones, plurima argumenta demonstrant, tum quod sumptus contraheret Frolocherus, tum quod difficillime prototypos compararet. Eleganter enim cæterum & delineatæ & sculptæ sunt. Denique Opera sua de Animalibus congesta magis, quam digesta esse agnoscit. Epist. Wolf. p. 16. b.

De Quadrupedibus L. II. De Oviparis. Tiguri 1554. Appendix ad hos duos libros, eod. anno ibid. quæ in editione anni 1560. suis locis inserta est. Continet icones novas CAII, BELLONII. Aliquæ etiam ad vivum expressæ sunt.

L. III. de Avium natura. Tig. 1555. f. L. IV. de Aquatilibus. Tiguri 1558. f. Hic tomus reliquis plenior est. RONDELETTII enim & BELLONII icones insertas habet omnes, aliquas sed paucas SALVIANI, tam proprias GESNERI, ut qui solus fere Helveticos Pisces lacustres & fluviatiles cognitos habuerit. Hunc tomum Imperatori FERDINANDO I. dicavit, a quo gentilitium insigne accepit quatuor inter animalia Regum, quod Andrææ patruo, viro honorato ejusque filii, ipse improlis inservire voluit (Ep. p. 19. b. 21. b.). Ea ex familia duo Professores Tigurini unice superiunt, JOHANNES JACOBUS, nummorum cognitione clarus, & JOHANNES vetustissimus & fidus meus hospes, amicus, matheos, botanices & rerum naturalium amore clarus. Icones vero animalium Gesneri solæ seorsim an. 1560. editæ sunt, auctæ & emendatæ.

Porro edidit Historiam prodigii quo Calum ardere visum est. Tiguri an. 1561.

Fossilium historiam minus perfecit GESNERUS, cum præsertim, ut ipse addit, Helvetia fere absque metallis sit. Huc tamen pertinent, Descriptio Montis Fracti: Morochti lapidis descriptio: Deinde collectio Librorum de omnium rerum fossilium genere, gemmis, lapidibus, metallis & hujusmodi, quæ Tiguri an. 1565. prodiit in 8. inter Opera GESNERI novissimum. In eo pleraque equidem aliena sunt: non tamen exiguus est ipsius GESNERI de Rerum fossilium, lapidum & gemmarum figuris & similitudinibus Liber, quo varia genera fossilium secundum figuras disponuntur, sive linearum circumscriptione simpliciori, sive exquisitiori sint aliqua ad animalium aut vegetabilium genus similitudine. Coralliorum ergo, & lapidum, quibus testaceorum figura inest, primus historiam delibavit. Imperfectiorem vero laborem esse, a typographo præcipitatum ipse facit (Epist. Wolf. p. 15. b.). Non tamen omittendum est duplex, ni fallor, GESNERI inventum. Primum, quantum novi, sal acidularum coquendo paravit, & de fonte quidem Rhætico (Mauritiano) salem amarum paravit, quem pro nitro veterum habuit: alium vero ex fonte Scultensi magis salum, acriorem (Epist. Wolfi p. 84. b. 91.), nempe fixum. Idem vitriolum acidulis vires præbere sagax pervidit (Epist. p. 77. b.). Deinde succinum bitumini cognatum esse docuit, & in ejus glebis aliquod vitriolici effloruisse vidit (Epist. p. 45. b. 68. b.), quæ sententia recentiorum experimentis nunc evicta est.

punxit, & vera ac utilia reposuit. Prostant ejus Opera multis voluminibus in folio

Ad

Verum si aliis artibus pares paucos invenit, nullum vel secundum in plantarum cognitione, quoad vixit, habuit. Ita enim a prima juventute, ab avunculo JOANNE FRICCIO institutus (*Pref. ad Catalog. Quadrup.*) amabat plantas, ut in iis quodammodo se insanire fateretur (*Epist. Wolfii. p. 117. 118. a.*). Multis ergo annis ad integram stirpium historiam se preparavit, ut anno 1551. rararum stirpium super centum icones (*Ep. p. 116. b.*), anno vero 1555. mille figuras stirpium paraverit, quingentas autem plantas nemini dictas moriens collectas reliquerit (*Hist. vit. p. 15.*); Opus autem ex ducentis sexaginta Libris collectum paraverit editioni (*Epist. ad J. BAUH. n. 26.*), ut pari ordine plantarum historiam elaboraret, qua animalium illa edita est (*C. WOLFII pollicit. p. 756.*). Sed & ipse omni fere anno montem aliquem adiit (*Pref. ad hist. Mont. Fraef.*) & ab an. 1560. hortum coluit (*Epist. Wolfii p. 115.*), aut omnino duos (*Pref. ad Libr. De horr. Germ.*). Cumque nullas aliorum icones valde probaret (*l. c. p. 13.*), mira & exquisita cura proprias depingendas curavit, ad exemplaria viva a se ipso undique collata (*Epist. p. 27. b.*), ut ipse subinde manum adhiberet operi. Vidi & stupui fibriles tenerosque calami tractus, colorum fidem, characteres exquisitos, quorum etiam specimen sunt in Matthioli compendio CAMERARIANO. In re herbaria longe plura præstitit, quam ante ipsum quisquam, characteres nempe primus pervidit, quibus & species multæ plantarum in unum genus conjungerentur (*Epist. Wolf. p. 39. b.*), & multa genera in unam classem. Eos characteres in flore & semine imprimis posuit (*Ep. Wolf. p. 1136. &c.*), in quibus accuratissime pingendis valde curiosum se esse, & profiteretur (*Epist. p. 64. b. 113.*) & res ipsa demonstrat. Ergo Molluceam lamiis ad finem ex flore vidit, etsi feminis figura differebat, cui parti plurimum in cognationibus stirpium tribuebat (*p. 656.*), idque addere solebat iconibus (*p. 107.*). Staphisagrium & aconitum adfines esse invenit (*ib. p. 113.*), ut alibi scorzoneram & tragopogonem (*p. 3. b.*). Dulcamaram vero ad solana reduxit (*p. 84. b.*). Calceolum in sodalitam orchidum revocavit (*p. 96. b.*). Sed petali etiam & calycis distinctionem pervidisse apparet, cum calicem Hellebori (constans nempe involucrum) ab imperitis pro flore haberi ajat (*Ep. ad Kenman. n. 24.*). Denique innocentissimum illud laborum Botanicorum præmium primus, certe inter recentiores, proposuit, ut nomen celebrium in re herbaria virorum plantis imponeret, prout quisque vires alicujus stirpis in liquidum constituisset experimentis suis (*p. 73.*). Ita Volratam volebat constituere, & Aretiam seligendam proponebat ARETIO (*Ep. p. 120. b.*). Ita JOH. BAUHINO afferebat cognominis plantæ honorem (*Epist. ad J. BAUH. n. 32.*), & ACHILLI PYRMINIO Gafferiam vel Achilleam (*l. c. p. 42.*) & Adolphiam vel Occoniam (*Ep. a VVolfend. p. 73.*) pro qua amico suo OCCONI Pirolam proponit (*p. 63.*), & Bursam pastoris, si succum ejus, liquorem, viresve explorasset (*p. 73. b.*), CORTUSIUM vero & CALCEOLARIUM sibi stirpes jam selegisse ad JOH. BAUH. scribit (*Epist. modo cit.*).

Opera ad rem herbariam pertinentia sunt.

Historia Plantarum & vires ex Dioscoride, P. Ægineta, Theophrasto, Plinio & recentioribus Græcis. Tiguri. 1541. 8. Parisiis eod. anno. 12. cum annos natus esset 25. Alphabetica est & laboris plena compilatio descriptionum plantarum, quæ apud veteres reperiuntur, magis tamen ad vires respicit. Lausannæ scriptus est Libellus.

Catalogus Plantarum, Latine, Græce, Germanice & Gallice. Tiguri 1542. 4. Plus hic est cognitionis herbariæ, intercurrunt enim aliquæ rariores. RUELLIO plurimum utitur & TRAGO.

Prefatio in Libros de natura Stirpium Hieronymi Tragi a D. KYBERO Latine editos an. 1552. 4. Brevis est Catalogus Botanicorum, quorum numerum rareris, ubi videris recentissimum eorum Tragum esse. Judicia fida neque ubivis obvia.

De Stirpium collectione Tabula, per duodecim menses. Argentorati 1553. 8. & multo auctius per CASP. WOLFIIUM an. 1587. 8. Initium faciunt Tabulæ stirpium per differentias suas. Videas ibi aliquot Classes plantarum flore radiato, polypetalo pleno, papposo, monopetalo calathiformi, tetrapetalo, pentapetalo, paniculato, verticillato, definitiones calycis, gemmæ, seminum in siliqua, in vasculo, nudorum, quæ γυναικωσπιρμα, methodi uno verbo, primitias. In altera parte plantæ alphabetico ordine, existant cum mensibus quibus florent. Raræ aliquæ ibi habentur, & GESNERO primum dictæ. Denique alius Catalogus sequitur, in quo secundum menses recensentur.

De variis & admirandis herbis qua lunaria nomenclantur, & obiter de iis rebus que in tenebris lucent,

Ad sciëntias etiam promovendas multum contulit ANDREAS CÆSALPINUS

L

cent. & descriptio Montis Pilati juxta Lucernam. Tiguri 1555. 4. Auriculæ, Lunariæ filiquosæ, Osmundæ majoris, Rorellæ icones, Thoræ prior descriptio, Montis Fracti plantulæ, fere omnes primum a GESNERO descriptæ, hic existant præter aliquas, quas in adjecto carmine primus nominavit RHÉLLICANUS.

De Stirpium aliquot nominibus vetustis ac novis. Basileæ 1557. 8.

Ad Valerii Cordi Opera additiones. Argentorati 1561. fol. & 1563. De Cordo suo loco. Candidissimus GESNERUS ignoti sibi hominis Opera mire ornavit, communicata ab HIERONYMO HEROLDO Lipsiensi. Præposuit judicia sua de DIOSCORIDIS editoribus, deinde Lib. IV. prioribus historiæ plantarum Libris addidit, icones vero tum Tragianas, tum suas, & synonymias. Sed uti in universum queritur de vitis suæ editionis GESNERUS (*Ep. p. 2. 10. 134.*), icones sæpe transpositæ sunt, quæ corrigi possunt ex monitis editioni an. 1563. additis. Addidit L. IV. Cordi, icones & historias doctissimas Tulipæ, novæ tunc plantæ, chamæcerasi montani, tres alias, ARETII & FABRICII itinera botanica in monte Stok-Horn, Niesen, Galand, bene grandem denique Librum suum de hortis Germaniæ. In eo primo refert hortos botanicos universæ Europæ quales eo seculo dabantur. Deinde Catalogum stirpium, quæ vel in Helvetia sponte provenirent, vel a GESNERO aut aliis amicis in horto alerentur. Hæc prima florarum est, quam in additamentis ex itinere alpino anni 1560. factis pulcherrimis plantis ditavit.

Medicam equidem Praxin GESNERUS non valde quæsit, cum & Philosophiam doceret ex officio & obrueretur suis laboribus (*Epist. Wolf. p. 87.*); cum tamen eruditione excelleret, ab ægrisetiam in desperatis morbis adhibitus, masculam & felicem medicinam magna cum laude exercuit. Maniæ, Apoplexiæ, Hydropis, Epilepsiæ, senilis Asthmatis felix debellator (*Ep. p. 2. b. 5. 10. hist. vit. p. 15.*) Inerat viro innata ingenii rectitudo, qua super ætatis suæ præjudicia solus fere se extrulit. Ita gemmas & aurum nullius momenti medicamenta esse, ex earum indigestibili virtute pervidit (*Ep. 4.*), & contra CRATONEM defendit, ut rubi Ydæi syrupum facile præferret omnibus gemmis (*Epist. Wolf. p. 50. b.*) Idem antiquorum efficacem medicinam erecto animo revocare in usum adgressus est. Arteriotomen, ex hominum memoria omisam operationem, in FELICE WURTZIO feliciter adhibuit (*Ep. cit. p. 96. & FEL. WURTZ wund-arznei. p. 703.*) Popliteam etiam venam secturus erat varicosæ femine, nisi repugnasset indocilis (*Epist. p. 85. b.*) Deinde inter medicamenta ea amabat, quorum certior virtus esset. Helleborum ergo, dudum obsoletum, non ad purgandam solum alvum, sed ad incidendos crassos humores, in asthma, arthritide, apoplexia, mensibus suppressis, adhibuit; maxime vero oxymel helleboratum ex albo helleboro paratum duplex, mite satis purgans (*Epist. p. 9. 126. 20. b. &c.*) Deinde aquam ex helleboro cum aceto destillatam (*p. 11. 25.*); helleborum denique album ipsum cum melle & aceto coctum, vel vinosam infusionem (*p. 12. 13. b.*), & utrumque nigrum & album (*p. 68. b. 83.*) involuulo & omphalocelo feliciter adhibuit (*p. 86.*) Opium quod eo ævo pro veneno habebatur, maximarum virium esse, & movere sudorem, contra Scholarum frigidam naturam opio tribuentium opinionem & cognovit, & ipsi opio theriacæ vim tribuit (*p. 61. 69. b. 114. b.*) Paridem herbam cognatam solanis, viso usu narcotico (*p. 346.*) ad hæmorrhoides adhibuit (*p. 21.*) Oleum vitrioli ipsum, dudum ante STDENHAMUM, in febris propinavit (*p. 13. 63. 67. b. 82.*) Acetum destillatum, ad sudorem in peste movendum ante BOERHAAVIUM commendavit (*l. c. p. 46.*). Balsamines vim diureticam in ægris expertus est (*p. 109.*). Aquæ frigidæ ad morbos acutos malignos vim mirabatur negligi (*p. 11.*) Lixivium fabarum ad calculum laudavit, ante nupera experimenta (*p. 73. b.*) & fraga (*p. 92. b.*), Quartanas, Scholis inexpugnabiles, sæpiuscule devicit (*Ep. ad JOH. BAUHIN. n. 8.*) Gentianæ succo ad febres efficaciter usus (*Epist. Wolf. p. 58. 63. 97.*) Purgantibus indigenas addidit plantas, Eupatorium ut commodum Emeticum, (*p. 63.*) Polygalam purgantem, Gratiolam, &c. Oleo lini in pleuritide mali moris felicissime usus est (*l. cit. p. 20. 21. 39. 108.*) In dispensatoriis dubiis aut inertibus medicamentis efficacia substituit, tunicæ flores utriusque Bun, albo & rubro (*p. 52. 80. &c.*). Nec observationes raras neglexit, ut canthari antennati qui ex alvo femine dejectus est (*p. 22. b. 94. b. &c.*)

Opera ad Medicinam facientia varia edidit, sed fere minora. Ea sunt: * *Medicamentorum ἀγι-βανδραμένων GALENO adscriptorum Tabula cum annotationibus.* Basileæ 1540. 8.

Symbolo-

*Symbola GALENI experimentorum ex ejusdem Libris collecta, Compendium ex L. ACTUARII doctrina GALENI de compositione Medicamentorum secundum locos. Tiguri 1541. 8. **

*Apparatus simplicium Medicamentorum ex DIOSCORIDE & MESUÆO, & universalia præcepta Pauli Ægineta de Medicamentorum compositione. Lugd. 1542. 8. **

*Enchiridion Medicamentorum purgantium & vomitoriorum alphabeticum. Basileæ 1546. 4. **

De secretis remediis Thesaurus EPONIMI GESNERO Auctore. Tiguri 1554. 8. Formulæ sunt aquarum & aliarum præparationum pharmaceuticarum & chemicarum, quarum præteritium ex eo potius tempore quo Liber scriptus est, quam ex nostro æstimare oportet.

Ad editionem optimorum Scriptorum Chirurgia, quam Tiguri an. 1555. in folio procuravit GESNERUS, Bibliothecam Chirurgicorum Scriptorum omnium ad sua tempora subjecit.

Ad GALENI editionem FROBENIANAM an. 1562. varia addidit, vitam GALENI, Operum Catalogum, Commentariorum, Adversariorum & Laudatorum enumerationem, quæ fere tota ad id tempus historia medica post GALENUM continetur.

*Enchiridion rei Medicæ, ex variis Tractatulis compositum, dedit Tiguri 1563. 8. * Denique in Bibliotheca universali seu Catalogo Scriptorum omnium, Tiguri 1545. fol. edita, & in Pandectarum Libris XIX. qui secundus Tomus Bibliothecæ est an. 1548 impressus, inter innumerabiles Scriptores, quorum Opera recenset GESNERUS, etiam de Medicis aliqua documenta habentur, parviora tamen sunt, quod Liber XX^{mus}. Pandectarum qui Medicos Scriptores continere debebat, & in quo laborabat CONRADUS (Epist. p. 114.), nunquam prodierit in lucem.*

Numerosos admodum Libros, quos in omni humaniorum Literarum ambitu scripsit GESNERUS, tum quos alienos maximo numero edidit, omitto, ut posthumos aliquos tangam. EO ergo pertinent Epistolæ. Earum prima & major collectio 226. Epistolas continet, a WOLFIO editas Tiguri 1577. 4. Eæ in tres Libros distributæ sunt, nullo ordine, & turbatis temporibus. Plurima ibi ad vitam GESNERI, ad Historiam Literariam ejus ævi, ad rem Botanice & Medicæ pertinentia, rara & curiosa continentur. Porro quartus Epistolarum Liber ad KENTMANNIUM unice datarum, Wittebergæ an. 1584. in 4. prodit, quo 28. Epistolæ continentur. Denique CASPAR BAUHINIUS Basileæ an. 1591. in 8. forma Epistolas GESNERI ad JOELANNEM fratrem suum scriptas edidit, juvenem tunc, sed præceptori suo utilem Discipulum, qui Basilea, Tubinga, Monspelio, Patavio, Lugduno, stirpes ad CONTRADIUM mittebat. Nec aliud fere iis epistolis argumentum est.

Cum Epistolis a WOLFIO editis prodit etiam C. GESNERI de Aconito Dioscoridis asseveratio, & de Oxymelle elleborato Liber. Priori Libello defendit, Thoram Aconitum esse, ejusque venenatas vires demonstrat, & MATTHIOLUM (qui Doronici foliis squammariæ radicem adpinxerat (Epist. ad KENTM. n. 20.) facile expugnat, & Doronici innocentiam tueretur. Altero Oxymellis utriusque elleborati compositionem & curationes, quas eo medicamento perfecerat felicissimas, singulatim persequitur.

Porro secunda pars Evonymi ab eodem WOLFIO an. 1569. 8. edita est, similis argumenti.

Idem WOLFIUS chartarum GESNERIANARUM hæres, Tiguri an. 1587. in folio, Libellum ejus de Scorpione qui solus de insectorum descriptione superest, & historia Animalium L. V. de Serpentibus, edidit. Ordo idem est, qui in prioribus.

Denique magnum illud de Botanica Opus non totum periit. Et de eo quidem labore (in Epist. ad KENTM. n. 28. paulo ante mortem data) restatur GESNERUS se hæcenus in materia colligenda fuisse occupatum, nunc formam incipere dare operi: & in Epist. a WOLF. edita p. 58. paucis diebus ante mortem, spem suam significat Opus intra annum iri absolutum. Schedæ ergo collectæ cum iconibus ad CASTARUM WOLFIIUM pervenerunt, qui publico programme, an. 1568. ad JOH. CRATONEM dato, editionem promisit. Sed nihil præstitit, & Thesaurum integrum vendidit JOACHIMO CAMERARIO, quo icones fere 1500. (WOLF. pollic. p. 43. b.) continebantur, tum collectanea GESNERI. CAMERARIUS partem iconum sculpi curavit, & in suam epitomen MATTHIOLI transtulit, unde in VERZASCHÆ etiam & ZWINGERI herbarios Libros transferunt. Pars major mansit inedita, eaque ad VOLCAMEROS, nunc vero ad J. C. TREWIIUM, Directorem Academiæ Naturæ Curiosorum, &c. pervenit. Apud hunc clarissimum virum videre eum Thesaurum mihi contigit. & rariores stirpes in Catalogum conjicere. Præterque icones Tiguri calamo exscriptæ sunt, non absque ipsius GESNERI labore, & coloribus vivis pictæ, additis, manu GESNERI, locis natalibus, & variis ad plantæ cognitionem facientibus notis. Aliquæ minus bonæ sunt ab amicis communicatæ. Numerus figurarum re-

spon-

NUS (a), Medicus a corpore Pontificis Maximi. Vir fuit in naturalibus peritissimus, docent hoc satis ejus Opera Botanica, quæ edidit suppresso ejus nomine MORISONUS (b). Primus fuit CÆSALPINUS, qui dignoscendis plantis signa ex fructificatione sumpsit, primus etiam inventor fuit circulationis sanguinis, sed non evulgavit, nec eo usque penetravit (c), quo HARVEIUS. Egregia etiam scripsit de re metallica. Quæcunque ejus Opera (d) acquiri possunt, ea emanantur utique, nam optima sunt.

L 2

Succes-

spondet WOLFIANO. Scripti vero GESNERI codices etiamnum Norimbergæ extant. Plurimum certe quæ CLUSIO, JOH. BAUHINO, recentioribus vulgo tribuuntur, inventorum ad GESNERUM rediret gloria, si unquam incomparabile Opus suum adspiceret lucem.

(a) Aretinus, Professor Botanices Pisanus, & Archiater CLEMENTIS VIII. obiit an. 1603. Vir ingenio perspicaci, sed Aristotelicis theoriis nimis implicatus, ut in aliena varia, & in ipsam denique universi cum Deo identitatem delapsus fuerit. In rebus vero sensibus subjectis, ubi neminem sequebatur ducem, viam veri constantius secutus est.

(b) CÆSALPINUS equidem constituit genera aliqua naturalia, minus nota superioribus, ex femine maxime desumpta, ut pomiferas, umbilicatas, non umbilicatas, amintaceas, apetalas, her-baceas, cucurbitaceas, tetrapetalas, cruciatas, & bacciferas, (sed has nimis multas & varias), diangias, triangias, asperi-folias, verticillatas, umbelliferas, gymno-poly(permas, polyangias, &c. quas classes fere omnes recepit MORISONUS, nempe uniloculares, biloculares, unifiliquas, triloculares, bacciferas, multifiliquas, gymnotetraspermas utrasque, composito flore plantas, gymnopolyspermas. Diversitatem tamen in utriusque methodo reperias, exquisitiori attentione animi adhibita. CÆSALPINUS enim a receptaculo sive placenta genera deducit, MORISONUS a loculis. Hinc ubi tria sunt receptacula, fructus CÆSALPINO numeratur, cum trilocularibus, separatur a MORISONO & refertur ad uniloculares. Quare cum istius methodus laxior & multo imperfectior sit, quam CÆSALPINI, non videtur eo Auctore valde usus esse.

(c) Solent ubique CÆSALPINUM extollere, quod ante HARVEUM circulationem invenit. Ut vero justa fiat æstimatio meritorum CÆSALPINI, tenendum est, circulationem minorem, quæ per pulmonem fit, plurimis Scriptoribus egregie notam fuisse, GALENO nempe de usu partium L. VII. & MICHAELI SERVETO L. de Trinitate, & REALDO COLUMBO de re anatom. L. VII. p. 177. PIGA FETTÆ FALLOPII discipulo (apud MONAVIUM in Literis CRATONIANIS. L. V. p. m. 395.) & aliis. Major vero circulatio, qua sanguis ab extremis arteriis in venas transit, atque cor versus redit, paucissimis tacta est. De ea CÆSALPINUS cogitata aliqua reliquit, in Systematis vero speciem rem nunquam constituit (De Plantis L. I. c. 2.), ubi alimentum a venis ad cor duci, inde per arterias in totum corpus adduci ait, non satis tamen manifesto addit, ab arteriis sanguinem in venas reddi. In Quæst. vero Medicis observatam venarum intumescentiam, quæ fit, in ligatis venis inter partes extremas, & vinculum, explicat ex calore nativo, qui ex arteriis in venas per anastomofin transeat.

(d) Scripsit De Plantis L. XV. Florentiæ 1583. 4. excusos, cum brevissima de quibusdam aromaticis appendice, quæ an. 1603. in 4. Romæ prodit, & SYLVII BOCCONE Musæo Plant. p. 115. inserta est. Eximium Opus est, sed difficilis lectionis, quod stirpium nomina Etrusca fere ponat, nullo cum synonymo. Cæterum primus systema ex receptaculo fructus perfecit, idque fideliter persequutus est. Descriptiones breves, sed utiles, virium tractatio fere ex veteribus.

De re Metallica L. III. Romæ 1596. 4. & Norimbergæ 1602. 4. a SONERO recusi. Simplex est, absque multa causarum inquisitione, tractatio de omnibus fossilibus, nam solus tertius Liber metalla tractat. Pliniano more, & eo quem in plantis secutus est, veterum descriptiones & virium medicarum enarrationes refert, additis quibusdam suis aut recentiorum experimentis, plerumque nihil habentibus reconditum.

Quæstionum peripateticarum L. V. Venet. 1571. & 1595. 4. editi. Hoc in primis Opere locus de circulatione minorum continetur L. V. C. IV. Solus Liber quintus Physiologiam humanam attingit, priores ad Physicam generalem, & ad Astronomiam pertinent.

Quæ-

Succedit MARINUS MERSENNUS (a) ex Minimorum familia, qui Ordo Monachorum est. Hic Librum conscripsit in 4. duobus voluminibus contentum, sub titulo, *de experimentis Mechanicis, Hydrostaticis, & in eura congestat luculenter experimenta*, adeo ut auro cariorem sit habiturus, qui Libri hujus divitias novit. Quæ certe pro novis apud Auctores sæpe traduntur, ea apud MERSENNUM reperiuntur. Eo ingenio natus erat, ut omnes eruditos viros coleret, cumque ipsis commercium Litterarium aleret, in quo, quæcunque agerent, laudabat commissimus. De industria sæpe committebat eruditos viros, ex quorum litibus fieret doctior, ut duorum Mathematicorum contraria sententiam laudaret sententias, ita uterque ad MERSENNUM argumenta sua scribebat, quibus suam tueretur sententiam, atque

Quæstionum Medicarum L. II. De Medicamentorum qualitatibus. L. II. * Uterque Liber cum posteriori editione Quæstionum peripateticarum Venetiis prodiit, & quantum ex veterum iudiciis video, pro more seculi scriptus est.

Artis Medicae Speculum Hippocraticum, spectandos exhibens morbos universos. Francof. 1605. 8. & Tarvisii 1606. 8. cum titulo *Praxis universa Medicina* editum *. Ex Hippocratica lectione more Itolorum magnam laudem consecutus est CÆSALPINIUS (CONRING. *Introduct.* C. III. n. 34. p. 109.). Ad mulierum morbos laudat IDEM C. V. n. 18. Simplex cæterum & ordinatum Opus, præfixa anatome partium, tunc morbis subjectis, ultimo medicamentis & formulis.

(a) Hebræis Literis & Mathematicis enutritus in primis, pius homo & omnium bonorum amicus, obiit an. 1648, natus annos sexaginta. Primus in Gallia doctorum virorum conventus instituit. DU HAMEL *Hist. Acad. Reg. Scient.* p. 7. Scripta ejus numerosa sunt. Quibus ego usus sum, ea recenseo.

Quæstiones in Genesim. Parisiis 1623. in folio. Non placuit legenti. Video Hebræicæ Linguae aliquam peritiam, harmonica aliqua, Astronomica practica, de plantis etiam & animalibus quæ rerum interiora ne quidem attingunt. Sed & Sectæ amorem plurimum reperio, & contra veritatem etiam adgnitam, pertinacem renixum.

Cogitata Physico-Mathematica. Parisiis 1644. 4. Liber ex plurimis compositus, multo quam prior utilior & maturior. Primo Libro *Pondera & Mensura* veterum in harmoniam reducuntur, non sine magna suspitione, eo transivisse PEIRESCII de ea re amplissima collectanea. Multa ad rem monetariam pertinentia. In altera parte *Hydraulicorum* locus est & *Pneumaticorum*. Pulchra ibi habet, copias aquarum quæ ex datis tubis dato tempore ex data altitudine cadendo exsiliunt, ejus copiarum variarum mutationes, pro varietate luminum, directionum, etiam secundum conicas Sectiones, parabolæ in primis, de qua proprietates aliquas hac occasione adfert. Deinde de efficacia aeris compressi & renitentis in aquis sursum pellendis, Siphonibus incurvis. Hydrostatica & de ponderatione in aqua, & de arte navigandi aliqua habet. *Harmonia* tertiam partem efficit, in qua plurimum posuit laboris. Sonorum varietas ex varietate chordarum, campanarum pondere mensurive determinanda, vibrationum numero, de consonantiis etiam, arte componendi instrumenta musica omnium generum agit. Hoc Libro & *secundis Harmonicis* majoribus multum usus sum, in ea in primis ætate, Auctoris. Mechanice quartus Liber est. Quinque machinæ simplices. Ibi de robore cylindrorum metallicorum & ligneorum, prima ni fallor experimenta. De effectibus corporum cadentium aut motorum aliqua, &c. Quinto loco est *Balistica* qua velocitates ex chordarum elatere generatæ æstimantur, & de lapsu gravium & curvis, quas projecta describunt. De soni velocitate; multa hic utilia. Sexto loco est *Geometria universa mixta & mathematica synopsis*. Præmittuntur Elementa EUCLIDIS, atque porro ex ARCHIMEDE, APOLLONIO atque veteribus pariter & recentioribus, ambitus universus Matheos compilatur, ut quisque Auctor in sua arte præstitisset. Mechanica & Optica ipse Auctor ex suo labore & COMMANDINI, LUCAE VALERII, & aliorum inventis composuit: Opus eo tempore certe Tironi utilissimum, & quantum novi, a nemine tentatum, quare merito a BOERHAAVIO commendatur. *Harmonicorum* L. XII. eodem Auctore, Parisiis 1635. & 1648. fol. Sonorum natura, generatio & instrumenta musica omnium generum fuse hic exponuntur. Reliqua Opera, ut *Reflexions de Mathématique, du mouvement; la Vérité des Sciences*, & alia lubens omitto, ut quæ mihi non læta sint. (a) Li-

atque contrariam destrueret. Ipse vero latens ad retia extricabat ex verbis litigantium, id quod verum erat apud utrumque, hocque statim in collectionibus suis annotabat.

Abfolvi nunc præcipuos (a) Auctores, qui historiam naturalem experimentis tantum

(a) Licuerit monere, nimis angustum esse catalogum Scriptorum, quos PRÆCEPTOR proposuit. Visum ergo est ex re esse discentium, si universum Physices ambitum in particulas secarem, atque singulis suos assignarem Auctores, ex quibus & ipse plurimum profecissem, & Medicus purissima inventa haurire possit. Cum præterea quadraginta fere annis, qui ab his prælectionibus effluerunt, elapsi sint, quibus acerrime studium Physicum excultum est, & per multo plures, quam olim, Europæ partes, & melioribus Instrumentis, & addito matheos lumine, cum seculum a studiorum humaniorum unico amore ad experimenta & res ipsas industriam suam converterit, eo major fuit Supplementi necessitas.

Physices universa Compendia Theoretica.

JOH. BAPT. du HAMEL *de fossilibus; de corporum affectionibus tum manifestis, tum occultis; de corpore animato* L. II. junctim editi Nurebergæ 1681. 4. E Scholarum methodo multum retinet, recentiorum tamen passim additamenta habet, & Physiologiam corporis humani Anatomicis experimentis superstructam. Cartesiana cum veterum placitis conciliat. Suorum laborum quasi compendium edidit *de consensu veteris & novæ Philosophiæ*. Parisiis 1663. Oxonii 1668. 8. editum. Dictionis Latinissima.

JOH. CHRISTOPH. STURM *Physica Electrica*. 4. 2. Vol. Altdorf. 1686. 1698. 1730. Electricus Auctor, & experimentator, historiam opinionum veterum & recentiorum exponit, modesto addito iudicio suo, ad progressus ergo Physices cognoscendos utilis.

JACOBI ROHAULT *Physica* ab an. 1675., quo Parisiis 4. prodiit, frequenter edita, ipsoque NEWTONO & CLARKIO procurante Londini an. 1710. recusa, tum denuo an. 1718. & ultimo an. 1729. 2. vol. 8. Commodum Compendium, magis Mathematicum, maxime postquam nuperis inventis auctam est, CARTESIANI cæterum hominis sed Mathematici.

FRANCISCI BAYLEI *Institutiones Physicæ*. Parisiis 1701. 4. minime, ut eo ævo, malæ.

JO. KEIL *Introductio ad veram Physicam, seu Lectiones habitæ in Schola Oxoniensi*, an. 1700. & Ed. IV. Londini 1719. 8. Commodum Compendium ad inventa NEWTONIANA, & Mechanicam & Mathematicam Physices partem superius jam laudatam.

PETRI van MUSSCHENBROEK *Elementa Physicæ*, Leidæ 1734. & 1741. 8. Maj. uberius vero Gallice edita 2. vol. 4. 1739. sub titulo *Essais de Physique*. Palmam, ni fallor, præripit reliquis hic Auctor, qui in brevem Librum & rerum descriptionem, & causas, nobis certe notas, & experimenta contempaverit, veri unicus amator, & ab omni Secta purus.

FRANCISCI TERTII de LANIS *Magisterium Naturæ & Artis*, fol. T. I. Brixia 1680. T. II. 1686. & T. III. Parma 1692. Etsi non ignorem, & Scholastica & vana varia admista esse, plurima tamen habet experimenta, maxime ad sonos & tremores sonoros, tum ad motus omnis generis, &c. & alia pericula, non ad sublimem adeo Matheos, sed ad mistam, vitamque humanam pertinentia.

J. B. du HAMEL *de corporum affectionibus tum manifestis, tum occultis*, Parisi. 1670. 12. folius prodiit. In primo Libro de calore & frigore & sensuum qualitatibus & objectis agit, multum usus BOYLEO & HOOKIO. Altero mechanice interpretatur medicamentorum potentias. Dictionis pura & simplex.

J. ROHAULT *Physica* nuper etiam recusa est, Roterodam. 1750. 8.

P. van MUSSCHENBROEK *Elementa Physicæ* recusa sunt 1748. 8. & Germanice prodierunt Lipsi. 1748. versa a J. C. GOTTSCHED, satis mendose. In superiori editione vocantur *Institutiones Physicæ* quæ quidem multum aucta est, in primis vero capite de electricitate, tum novis variis rerum monumentis. In Gallica editione, quam diximus, nonnulla capita valde locupletata existant, ut illud de meteoris, de rore. Ab omni cæterum secta purum prædicavimus MUSSCHENBROEKIUM, nisi eo referas corpuscula frigorifica, corporum cælestium naturam, quam admittit solidam.

tum constantem locupletaverunt, nam apud eos data quæcunque pro ratioe inio
in

FR. TERTIUM de LANIS; quem quidem ob experimenta quæ habet, laudavimus, multa ex aliis summis facile credo MUSSCHENBROEKIO differt. p. 427.

Ad *Physicæ universæ Compendia Theoretica* adde seqq.

C. WOLF *vom absichten natürlicher dinge*, Hall. 1737. 8. *EJ. von den vuerkungen der natur*, ibid. 1739. 8c.

VOLTAIRE *Elémens de Philosophie*, Amstelod. 1738. 8.

G. E. HAMBERGER *Elementa physices*, Jen. 1735. 1741. 1750. 8.

J. A. SEGNER *naturlehre*, Götting. 1746. 8.

CHRIST. AUG. CRUSIUS *anleitung über natürli che begebenheiten nachzudenken*, Lips. 1749. 2^a part.

J. T. DESAGULIERS experimentorum, quæ quotannis demonstrasse diximus, 121. cursus emensum fuisse nunc addimus. In ultima editione, quam solam legi, inprimis studuit utilitati publicæ, ut experimenta communibus hominum commodis inservirent. Solet præmittere experimenta difficilia, & calculos in remotiores notas conjicere. Frictionem fule considerat, ut magnum mechanicis detrimentum. De robore humano utiliter egit, viresque machinarum ubique ad veros calculos revocavit. In hydrostaticis & hydraulicis accurate versatus est, & plurimas eo pertinentes machinas descripsit. De meteoris copiose egit, & LEIBNITII explicationem rejecit. Opus omisit.

Ad Physicam experimentalem, pro universali ambitu.

JOHANNIS CHRISTOPHORI STURM *Collegium Physicum experimentale*. P. I. Nurebergæ an. 1676. 4. P. II. 1685. 4. & de novo 1701. Non quidem plenum ambitum Physices, sed præcipua tamen recentiorum inventa persequitur, quæ propriis prius tradiderat disputationibus. Primus enim experimentalem Physicam in Academiis Germanicas, ni fallor, introduxit. Ad Medicam rem dissertationes de oculo, de tubis stentorophonicis, de viribus muscularibus per vesicas explicatis, propriis pertinent.

F. HAWKSBEE *Physico mechanical experiments on various subjects*. Lond. 1709. 4. 1719. 8. Editio posterior posthuma, & aucta est. In capiendis experimentis constat curiosum fuisse observatorem mensurarum, eventuum: industrium etiam in perficiendis instrumentis. In electricæ lucis & attractionis experimentis plurimum laboris posuit. Sonos in vacuo neque nasci, neque propagari; nihil aerem facere ad vim attractilem tubulorum capillarium; utique refringi radios ab vacuo in aerem propagatos, & magis si compressus aer fuerit; plurimamque alia evicit, totus fere absque ratiocinio, per sola clarus experimenta.

GUILIELMI JACOBI'S GRAVESANDE *Physices Elementa Mathematica*. Leidæ 1721. 4. 2. vol. & multo auctius an. 1742. a morte Auctoris recusa. Plenissimus congenerum, olim etiam meus PRÆCEPTOR. Machinarum & instrumentorum vis infinita, eaque sæpe nova & ingeniose excogitata. Proprietates corporum fere omnes sub examen revocata, additis post experimenta Mathematicis demonstrationibus. Plenissime de vi percussionis, de coloribus agit. Id habet difficile Tironi, quod eventus experimentorum a machinis, ab eventibus conclusionum non satis separaverit.

J. THEOPHILI DESAGULIERS *Course of experimental Philosophy*. Lond. 1717. 4. 1734. 1745. 4. 2. vol. 8c. Brevissima sunt descriptiones experimentorum, quæ magna dexteritate coram principibus viris quotannis demonstrabat Auctor. Eloquentia valuisse & dexteritate in experiendo notissimum est. Multa ibi medici argumenti & anatomici & machinæ & alia describuntur, minus vulgaria.

RICHARDI HELSHAM *Course of experimental Philosophy*. Lond. 1730. 8. NEWTONIANO more, magis Mathematicæ, instrumentis non additis: dilucida tamen & facili dictione usus, ad optica, ad frictionem, utilis Auctor.

Physique expérimentale par M. l'Abbé NOLLET T. I. II. III. Parisiis 1744. 1745. & Amstelodami 1745. 1746. Majoris Operis tres tomi prodierunt, quibus generalia de simplicibus machinis & universalibus corporum attributis, hydrostatica, aere & de sono continentur. Laus primaria Auctoris est facilitas, quam, etiam numeris expunctis, ubique adfectavit. Eventus expe-

in Physicâ acquiri poterunt, dico principes Auctores, nam qui hos omnes habet; nihil

experimentorum a machinis, ab utrifque conclusiones commode sejunxit. Primis lineis hujus scientiæ ducendis aptissimus. *Leçons de Physique Expérimentale par M. l'Abbé NOLLET* Tom. IV. secutus est Parisiis 1748. Amstelodami recusus 1749. ut majoris operis quatuor nunc tomi prodierint, in quorum ultimo de aqua & igne agitur.

R. HOOKII etiam huc spectat *collection of lectures physical, mathematical, mechanical, geographical and astronomical*, Lond. 1679. 4. *

Experimenta varia.

Huc BOYLEI Opera, supra recensa. ROBERTI HOOKII omnia. Huc ergo *Lampas* ejus, edita Londini 1677. 4. Sed varia præter Lampadem habet hydrostatica. Contra Principium Hylarchicum, femina filicum, muscorum, &c.

Ejusdem *Posthumous works published by RICHARD WALLER* Lond. 1705. fol. Variæ gravis momenti dissertationes. De modo & legibus, secundum quas ab experimentis axiomata licet deducere. De Luce. De memoria, cujus sedem, & recte, corpoream facit. De idearum duratione, indeque orta idea temporis. De Cometis. De superficie Telluris, Telluceis, origine Montium. Ad Astronomiam & Navigationem.

Ejusdem *Philosophical experiments and observations published by W. DERHAM*. Londini 1726. in 8. Omnis generis tentaminum est farrago, mathematicorum, mechanicorum, steganographicorum, anatomicorum, ad vires plantæ Banguæ, &c. tum Auctoris tum amicorum.

WOLFERDI SENGUERD Prof. Leid. *Rationis atque experientia connubium & de Tarantula*. Roterod. 1715. 8. Cartesianus fuerat, animo tamen ad experimenta faciendâ applicato hanc Sectæ notam eluit. Pleraque ad aerem pertinent. Addita tamen hydrostatica experimenta de ponderibus solidorum in fluidis. Tarantulæ vim ad choreas excitandas, mihi hæctenus incredibilem, admittit & conatur explicare.

PETRI van MUSSCHENBROEK editio *Tentaminum Experimentorum naturalium Academiae Cæmentinæ* Leidæ 1731. 4. Superius jam laudata editio, multis experimentis ditior, ad vacuum, frigoris naturam, ignis vim expansilem, &c. pertinentibus. *EJUSDEM Dissertationes Physicæ Experimentales & Geometricæ*. Leidæ 1729. 4. editæ. Non totam Physicam continent, sed magnetis, (per curiosissima & numerosissima experimenta), tubulorum capillarium, coherentiæ corporum firmorum, &c. theorias, & ephemerides metereologicas Trajectinas, Medicis utilissimas.

CHRISTIAN WOLF *nützliche versuche*, Hall. 1737. 8. 3. vol. & alias excusa.

STEPHANI HALES omnia, sed ad miscellaneum genus pertinent. *Physico Mechanical Experiments* Londini edita 1739. 8. Princeps equidem tractatio est de edulcoratione aquæ marinæ; adde, de sale condiendis animalibus per injectiones: de conservandis carnibus: reliqua suis locis laudabo.

Physica Opera varia integrum ambitum artis non complexa, sed plura tamen capita, ad historiam naturalem.

HIERONYMI CARDANI *de subtilitate* L. XXI. Basileæ, 1554. fol. & repurgati quibusdam impiis locis, auctius editi 1560. fol. Superstitiosus homo & Astrologus, & vanus causarum eventuum naturalium indagator: sed cum peregrinationes varias susceperit, ubique summa curiositate ductus in rariora naturæ inquisiverit, Mathematicus denique fuerit non vulgaris, multa eaque sæpe rarissima ex omni ambitu Physices hic latent experimenta, & observationes. Totam vero rerum naturalium historiam continet.

EJUSDEM *de rerum varietate* L. XVII. Basileæ 1557. fol. Est Operis prioris quoddam quasi Supplementum ordine eodem hisdemque titulis, multa tamen rariora, sublimiora, mathematica, sed vanissima etiam alia de Dæmonibus habet, &c. Caute vero ob credulitatem & amorem miraculi est legendus.

JULII CÆSARIS SCALIGERI *exercitationum* L. XV, *de subtilitate ad Cardanum*

nihil videbit apud alios novi, quod non melius in suis inveniat. Itaque, qui Bibliothecam comparare voluerit, emat potius istos, alios enim si emerit & consulerit, nunquam perfecte addifcet Physicam.

num. Parisiis 1557. 4. & Francof. 1582. 8. cum Praefatione CRATONIS. Peritissimus Latinae Linguae Literator; non aequae aut Physicus, aut patiens experimentorum, qui designatus sit plantas legere, cum de iis scriberet. Prosequitur singula capita Cardani, & ex recentioribus itinerum Scriptoribus, aut ex ipso suo acri ingenio invenit, quibus singula refutat. Aliqua tamen rariora quae passim viderat, mista intercedunt. Ad has exercitationes in editione an. 1560. acriter respondit CARDANUS.

JOH. RAI *Wisdom of God manifested in the works of the Creation*. Londini, 1691. 8. deinde Gallice, Germanice & variis locis & annis. Publici sunt sermones, quos ex BOYLEI ultima voluntate edidit. Cartesii fictitium Systema rejicit. Ambitum naturae, ab ipsis elementis factio initio, percurrit. Hinc fossilia, vegetabilia, animalia, corporis humani fabricam, rerum fines. In Physiologicis tamen fusior est. Pro systemate generationis univocae.

J. RAI citatus hic liber prodiit etiam Londini 1722. 8.

G. DERHAM *Physical Theology* prodiit Londini 1713. & 1714. 1727. 8.

Post DERHAM adde: GEORGII CHEYNE *philosophical principles of religion*, London... & V. ed. 1736. 8. Scopus, qui DERHAMI, minus tamen in minutiora descendit, & magis facilis est in hypothesebus recipiendis. Multa tamen utiliter considerat, ut formationem simultaneam omnium partium, partesque quarum utilitas olim adparebit.

P. van MUSCHENBROEK *de sapientia divina oratio*, Leid. 1744. 4. Teleologia ad DERHAMI morem.

Le spectacle de la Nature Germanice prodiit *schauplatz der natur*, Nurnberg 1746. seqq. & Anglice verum.

J. G. SULZER *Unterredungen von den schonheiten der Natur*, Berlin 1750. 4. egregius liber, oppositus recentissimis atheis, qui ordinem & fines in natura negant se invenire.

NEHEMLÆ GREW *Cosmologia sacra*. Lond. 1701. fol. Scopus est ex creaturis cruere creatorem. Id imprimis conficit ex fabrica animalium in initio Libri, breviter, quod dolendum, sed pulchre.

GUILIELMI DERHAM *Physical Theology*. Londini. 1714. 8. & aliis variis locis & annis. Continet flores physicos magis quam nodos, & historiam rerum creaturarum, quatenus Creator inde efflucescit, potius quam causas modosque. Plurima tamen ab homine Physices universae & experimentorum gnarissimo utilia & propria, & ex optimis Scriptoribus repetita. Facili dictione se commendat.

BERNARD van NIEUWENTY *regt gebruyk der womereld beschouwingen*. Amst. 1716. 4. 1720. 1725. tum variis annis & linguis alibi, & Parisiis 1725. 4. Jenae 1747. 4. Germanice, sed verius & correctius. Ex natura DEUM demonstrat, Physices experimentalis & Matheos minime imperitus Auctor, Consul Purmerendinus. Integra ibi fere naturae contemplatio, cum finibus rerum. Physiologia corporum animalium minime brevis, Hydrostaticorum experimentorum fasciculum integrum operi inseruit.

Le Spectacle de la Nature. Paris Ed. I. 1732. Ed. IV. 1735. 12. & seqq. 8. Tomis Elegantissimum Opus Abbatis PLUCHE, quo nihil aut jucundius aut sapientius cogitari potest. Percurrit naturae ambitum integrum, & undique testimonia divina bonitatis conquirat, minus quidem DERHAMO Anatomicus, & flores potius rerum securus, sed recentiorum inventorum amoenissimus Doctor, idemque ad artes mechanicas, vitaeque usum propius respicit. Ad formandum Tironis animum aptissimus.

CORNELII GEMMÆ *Cosmocritice, sive de natura humana & divina characteris*. Antwerp. 1575. 8. Ob aetatem & varia non vulgaria interspersa, huc refero, credulum caeterum, & prodigiorum & Astrologiae amantem Auctorem, Cardano proximum. Ad monstra, morbos epidemicos, aliqua habet.

JOHANNIS BAPTISTÆ FORTÆ *Magia naturalis* L. XX. Antwerp. 1650. 8. Neapoli 1659. fol. (ex Magn. Bibl.) Hamb. 1619. 8. Leidæ 1651. 12. &c. Ex Physica universa, miraculis propiora delibat, sive artificia, sive causarum inquisitiones, ex quibus naturae eventus producuntur, meretur vero vel ob Sclopi pneumatici (sive machinae aere comprimendae) is)

Sequitur

tis), & camerae obscurae lucernaeque magicae inventum legi, ut tamen cautus sit Lector, neque promptissimam fidem adhibeat inexplorato.

PEIRESCI VITA jam recensita est.

PAULI BOCCONE, qui provectiore aetate SYLVIVS dictus est, varia scripta. Credulus equidem & miraculorum amator, multa tamen vidit in Sicilia, aliisque locis, vulgo non nota. Ad rem naturalem pertinent *Recherches & observations naturelles* de M. BOCCONE. Parisiis 1670. 12. & Amstelodami 1674. 12. auctius. Hypotheses aliquae erroneae, ut illa de Coralliis. Inserta de eorundem globulis in tumidis ramorum finibus repertis SWAMMERDAMI observatio. Aetnae incendium. Catalogus plantarum Siciliae.

PAOLO BOCCONE *Osservazioni naturali*. Bologna 1684. 8. Multa botanica, sed quae fere omnia in posterioribus ejus Operibus repetuntur, Physica multa leniliter congesta, & phanomena non penitus fida.

EJUSDEM *Museo di Fisica e di Esperienze*. Venetiis 1697. 4. Multa passim utilia de animalibus venenatis minus notis, de lacte coralliorum, de marinis, de fungis & imprimis de lycoperdis.

BERNARDI CONNOR *Dissertationes Medico-Physicae*. Oxon. 1695. 8. Judicio perinde & ingenio valuit. Quatuor sunt dissertationes. I. de antris lethiferis. Vaporem respirationi non idoneum pro causa mortium in canina illa specu assignat. II. Vesevi incendium describit. III. Sceletum in unum os anchylosi coalitum. IV. Uteri in massam carnosam degenerationem.

FRANCISCI REDI Opera omnia. Viri elegantissime docti alia Opera alibi laudabo. Huc imprimis pertinet. *Esperienze intorno a cose naturali portate dall' Indie*. Florentia 1671. Varias & proprias omnes observationes habet, vim antidoti æmulam lapidum serpentum refutat.

Osservazioni intorno a quelle Gocciolate, &c. sive, de lacrimis vitreis quae fractae in pulverem collabuntur.

Lettere intorno all' inventore degli occhiali.

Esperienze intorno a' sali fatizj. Ad sales lixivios plantarum pertinent, pauca magnifica experimenta.

Lettere del Redi. Litterae ad CESTONEM multa habent ad historiam naturalem, maxime insectorum, & animalium marinorum spectantia.

REDI Opera junctim edita sunt Neapoli, Venetiis 1687. 8. & plenius 1742. 8. majorem voluminibus: quorum tamen major pars vel poetici, vel medici est argumenti.

REDI Opera edita etiam sunt Neapoli 1741. 4. 7. vol.

W. DERHAM *philosophical Letters*, &c. prodierunt Lond. 1718. 8.

Post hunc librum adde: J. THOM. POPE BLOUNT *natural history*, Lond. 1693. 8. *

A. VALISNERI *Raccolta di varie off.* &c. ibi citata, descriptiones etiam habet iliacae viperæ & pinus VALISNERI.

EJUSDEM *Nuove osservazioni ed esperienze intorno alla storia medica e naturale*. Varia continent de vermibus. PHILIPPI della TORRE contra vermes hæreditarios objectiones & responsiones VALISNERI. De generatione æquivoca contra ARISTOTELEM. Partus monstruosos, &c. EJ. *nuova giunta di osservazioni e di sperienze intorno all' istoria medica e naturale*. Iterum bona varia. De phthiriasi per generationem univocam explicabili... de variis medicamentis simplicibus Indiae, de viis aëreis ovi BELLINIANIS, animalcula brassicae.

Estratti varj d' osservazioni dell' autore con osservazioni sue o di altri a lui mandate.

Miglioramenti e correzioni di alcune osservazioni del REDI. Amicus ostendit VALISNERII animam illam vegetabilem REDI refutasse, & invenisse muscas, a quibus vermes nascuntur, qui gallas forando producent.

EJUSD. *Raccolta d' alcune lettere*, &c. practicas & physicas & de vermibus continet scriptas epistolas.

LEO BERNARD PAGLINI *conclusiones physico-medicas* scripsit, in III. Volumine operum VALISNERII recusas, quae compendium sunt inventorum hujus viri, systematis evolutionum ovorum microscopicorum, &c.

ELIÆ CAMERARII *Dissertationes Taurinenses epistolica Medico-Physica*, Tubingæ 1712. 8. Viginti

Sequitur ut addam consilium quomodo his Auctoribus sit utendum, nam omnes spar-

Viginti Epistolæ scriptæ, cum Archiater Principem suum per Italiam comitaretur. Vir incredulus observationibus, nescio quid habens fanatici, ad refutandum pronior. Varia habet ad rem naturalem, ad refutandum *Woodwardum*, ad Collegium physicum experimentale, ad praxin, morbos rariores, & recentiorum inventa.

JOACHIM JUNGII *Doxologia Physica minores*. Hamburg. 1679. Methodicus homo, & qui interiora rerum quæreret, neque in opinionibus consisteret. Varia præter Scholarum morem. Inprimis brevia, & propria tamen experimenta passim habet, quem plurimi uti notum est, fecit **J. RAJUS**. * *Philosophical Letters betwveen John RAI and several ingenious correspondents, published by W. DERHAM*. Egregius Liber & necessarius, miscellanæ eruditionis, plurima ad historiam animalium, insectorum imprimis, fossilium etiam & plantarum continet, ex industrii viri & eruditissimi, & sui similibus amicorum observatione nata. Plurima sunt **LISTERI**, **HULSII**, **ROBINSONI**, quem obiter observo saponis vim ad tollendas obstructions perspicacem vidisse. Literæ fere 150. Sed super omnia placet candor Auctoris, & animi placida benignitas.

ANTONII VALISNERII Opera omnia. Hæc Venetiis an. 1733. collecta, & tribus in folio voluminibus a cognomine filio hoc titulo edita sunt: *Opere Fisico-Mediche stampate e manuscritte d' ANTONIO VALISNERI*. Historia quidem insectorum imprimis voluit vir elegantissimi ingenii, industriæ summæ, vix tamen ulla rerum naturalium pars est, quam non ornaverit. A sterili aut certe non nisi florido humaniorum Literarum & argutiarum studio Italos suos, dudum tardantes, ad res ipsas inspiciendas, naturæque opera revocavit, magnus generationis univocæ adfector. Festiva dictione, stylo purissimo rerum pondera ornat. Alia opuscula alibi laudabimus: huc vero pertinent:

Lezione intorno l'origine delle Fontane. Venet. 1715. & 1726. 4. Veram sententiam defendit: „omnes nempe fontes ex pluvia aut nive liquefacta oriri”. Strata montana describit, & mirum illum torrentem Mutinensis regionis subterraneum.

De Corpore marini che su monti si trovano. Contra Diluvianos. Venet. 1721. 4.

Raccolta di varie osservazioni spettanti all' Istoria Medica e Naturale. Venezia 1710. 8. & alias. Descriptiones sunt itinerum quæ plurima susceperat in Apenninum, ad acidulas, fontes varios. Ea itinera in **GALLERIA DI MINERVA** referuntur & in **RACCOLTA del Danielli** quæ Venetiis an. 1728. 4. prodiit, variaque argumenti physici Opuscula Auctoris & amicorum continet.

Saggio d' Istoria Medica e Naturale. Dictionarii Physico-medici specimen. Et hoc & quod sequitur posthumum prodiit.

Raccolta d' alcune Lettere Scientifiche scritte a suoi amici.

Miscellanea curiosa quæ an. 1706. & 1708. tribus voluminibus Londini prodierunt, fere ex Transactionibus sunt excerpta, uti supra dictum est.

Observations sur toutes les parties de la Physique. Paris 1719. 1730. 1736. 12. Auctor compilationis est **P. BOUJEANT**. Collegit sua ex Transactionibus Phil. & aliunde.

RICHARD BRADLEY *Philosophical account of the works of nature*. Lond. 1721. 4. maj. Scopus primarius est demonstrare scalam entium, qua a lapidibus ad terras, per plantas ad animalia ascenditur. Varia autem vel collecta ex Transactionibus & Musæis variis, vel propria satis curiosa adspersit.

LUD. PHIL. THUMMIG *Versuch einer gründlichen erlæuterung der merkwürdigsten begenheiten*, &c. Partibus 4. Halæ prodiit 1723. 8. Varia omnino habet singularia de fonte inflammabili, monstro, foliis plantam reparantibus, de surdis mutis, visu nocturno, succo osseo, &c. Ejus vero *meletemata* varii argumenti Brunsvici 1728. 4. prodierunt. *

GEORGE MARTINE *Medical and Philosophical Essais*. Lond. 1740. 8. ad Physicam pertinent. Concordantia, ut vocant, thermometrorum, & variorum examen atque vitia. Experimenta de incalescentia & refrigeratione. Non sunt illæ ut pondera specifica, neque in ratione inversa. Calorum sublunarium gradus varii, aeris, hominis, brutorum animalium. Hic tractatus reliquis utilior. In **BOERHAAVIUM** non sine aliqua adfectione ubique pugnat.

M. DESLANDES *Recueil de differens Traités de Physique & d' Histoire naturelle*. Paris 1736. 12.

JO. CHRIST. KUNDMANNI *variora Artis & Naturæ, oder seltenheiten der naturkunst und arzney*

sparsum scripserunt, nec aliter fieri potuit; omnes enim qui experimenta tantum scri-

arzney wissenschaft. Bressavv. 1737. fol. Initium facit descriptio Musei sui, quo fossilia; animalia artificialia continentur. Sequuntur observationes Medicæ, ad pestem imprimis, & emortuales fastos. Historia ciborum insolitorum.

J. FRID. CARTHEUSER *abhandlung aller merkwürdigkeiten der natur und kunst*, Hall. 1733. 4. **EJ. amœnitatum natura seu historia naturalis P. I. generalior** 1735. 4. & *specimen amœnitatum natura & artis* 1733. 4. *

CHRIST. PHIL. BERGER *versuche einer vernünftigen erklärung*, &c. Lemgov. 1737. 8.

CARLO TAGLINI *lettere scientifiche sopra varii dilettevoli argomenti di fisica*, Florent. 1747. 4. De sono, exhalatione plantarum, docilitate avium, lapsu corporum gravium, exhalationibus, quæ pondus corporis exhalantis non minuunt, idiosyncrasia, quæ odorum certorum aversionem parit.

Miscellanea medico-physica ex Acad. Germanicis deprompta, Florent. 1748. 4. exiguo selectu recusa disputationes.

EIDOUS *mémoires littéraires*, Paris 1750. 8. Neque has possum probare, ex malis passim fontibus collectas.

J. G. SULZER *moralische betrachtungen*, Berlin 1745. 8.

Ad Physicam generalem, Mathematicam, & de proprietatibus Corporum magis universalibus.

ISAACUS NEWTON. *Principia Philosophia naturalis Mathematica* variis annis & locis, optime vero Genevæ an. 1739. seq. 3. in 4. vol. Cum commentariis perpetuis **P. P. JAQUIER & LE SEUR & D. CALANDRINI**. Hoc admirabili Opere continentur leges motus. Vires centrales, ab **IPSO** descriptæ. De corporis motu per media resistentia, & ea occasione de sono, systema mundi ejusque leges, & ex legibus explicata phænomena.

CHRISTIANI HUGENII Opera. Eorum quatuor volumina prodierunt, priora duo, *Opera variorum* titulo an. 1714. cura s **GRAVESANDII** Leidæ edita 4. continent numerosa Opuscula **HUGENII**, variis locis, aut seorsim edita, aut inserta Diariis. Duo alia anno 1728. successerunt Amstelodami, quorum uno Opera per vitam **HUGENII** edita reliqua continentur, de lumine nempe nobile Opus, & de causa gravitatis. Altero tomo posthuma jam an. 1703. Leidæ edita habentur, quorum princeps est Dioptrica. Deinde de vi centrifuga, de **Coronis & Parheliis**, de motu corporum ex percussione, &c.

ED. MARIOTTE Opera omnia junctim edita Leidæ. an. 1717. 2. vol. 4. Tota fere physica sunt. Libellum de percussione corporum & de aqua motu, Parisiis 1686. 12. ab Auctoris morte editum supra tetigimus. De natura aeris perutile & **BOERHAAVIO** commendatum Opus, quo solutio imprimis aeris in liquoribus demonstratur. De Calore & Frigore cum priori an. 1676. & 1679. Parisiis editus Libellus. De Coloribus ib. 1686. Sed ille Auctor non pervenit ad **NEWTONIANAM** exquisitam radio-um divisionem, erroresque de radiis iterum divisibilibus apud Gallos introduxit. *Experimenta de coloribus & congelatione*. Parisiis 1682. & ipsa digniora lectu.

CLAUDII PERRALTI Opera omnia, quæ collectim edita sunt. Leidæ an. 1721. 4. 2. vol. Ex iis ad Physicam varia pertinent, quæ quidem imprimis theoretica sunt, atque in causis eventuum explicandis laborant, non tamen sunt sine experimento. De elatere & duritate corporum. De gravitate, de motu peristaltico, de sono fusior tractatus, ubi ex Musicis multa repetuntur. Deinde ex tentaminibus physicis, scilicet de pelluciditate corporum, de eorum reflexione, de congelatione, hic melior & feracior experimentorum.

LEONHARDI ETLER *Opuscula*. Berolini 1746. 4. Alia Mechanica habet & Astronomica; alia vero Physica de luce & colore, cum nova de utriusque natura hypotesi: de particulis minimis materiæ, & de vi inertie unica vi corporum. Ea omni luce superioris Matheos illustravit.

Ad Historiam Mundi universalem.

ISAACI MEWTON *Systema Mundi*, quod Londini an. 1728. & alias prodiit. Ex legibus centralibus planetarum motum & corporum cœlestium ordinem explicat.

GALILEI GALILEI *Dialogo dove si discorfo sopra i due massime Sifemi del mundo Ptolomaico & Coper-*

scribunt, semper ita ea edunt, prouti se obtulerunt, illique certe viro, qui vitam impendit

Copernicano. Florentiæ 1631. 4. Leidæ 1641. 4. &c. Hic liber quo terræ motum defendit maximarum calamitatum Auctori suo causa fuit, donec renuntiatione solemnifacata & abjurata hypothesi ex carceribus Inquisitionis dimitteretur.

PETRI GASSENDI Institutio Astronomica. Lond. 1653. 8. & alibi edita compendii loco sufficere potest, aut *J. KEILII Introductio ad veram Astronomiam.*

WILH. DERHAM Astrotheology, variis annis & linguis edita. Hæc vel sola Medico suffecerit, quæ facile intelligibili methodo Systema Univerfi exponit, & undique in magnificis suis operibus *CREATOREM* demonstrat, absque difficili calculorum apparatu.

Huc etiam quartus Tomus *du Spectacle de la Nature*, de quo superius dictum est.

CHRISTIANI HUGENII Cœsmotheoros. Hagæ Com. 1698. 4. Planetarum cum tellure analogiam, atque conjecturas elegantes de eorum habitatoribus proponit, potestque vel voluptatis vel inde hauriendorum ad futuras veritates vestigiolorum causa legi.

Ad Ignem.

Neque *PAULI CASATI de igne Dissertationem Physicam.* Venet. 1686. 8. editam, qua Ignis omnium corporum gravissimum statuitur, proprietates tamen Ignis & luminis recensentur, neque nuperi Auctoris Galli labores hic laudare licet.

Aliqua historica etiam habet *DOMINICUS BOTTONUS in Pyrosophia topographica.* Neapol. 1692. 4. ubi lampyrides, flammas ex animalibus & alia hujusmodi describit.

Ad Thermometra, sive caloris mensuram *REAUMUR* passim 1730. *FAHRENHEIT Phil. Transf.* 381. 382. Le *BOÛ* in *Act. Mensp.* 1745. *MICHELII Description de la méthode d'un Thermomètre universel.* Paris 1742. 8. Infelix homo & feditiosus, sed ingenio acri, accuratius scalas fixit unde gradus inciperent numerari.

SECONDAT observatiens de physique, Paris 1750. 12. Ad aquas medicatas, thermometra, bitumen, lapides varios, egregiæ observationes.

C. AUGUSTI a BERGEN de Thermometris mensura constantis. Francof. ad Viadr. 1745. 9.

Denique ad omnem Ignem princeps Auctor est *BOERHAAVIUS* quem cum *NEWTONO* in luminis exemplo & *REAUMURIO* in ferri historia solum promovisse historiam naturalem subjehti sui, gravis testis est *MUSSCHENBRŒCKIUS Essais de Physique* p. 449. In Tomo priori *Chemia* suæ hujus elementi naturam per facilia, sed sapienter ordinata experimenta explicatus est, materiam vero esse & verum Elementum contra *CARTESIUM* & Gallos. *IDEM* defendit, & nuper Vir peritissimus *JO. HENR. POTTIUS in Lithoecognosia.*

De Speculis ustoriis *BUFFON Phil. Transf.* n. 483. Restituit antiquum arcanum Speculorum planorum compositorum ope in magna distantia utendi.

Possunt conferri de materia ignis *Mém. de l'Acad. des Sciences* an. 1709. & multis aliis locis, ubi tamen ponderabilem & nescio quæ omnia facientem describunt.

GEOPROI metallorum sub Speculo caustico observatio. *Mém. de l'Acad.* an. 1709. & *HOMBURG* in iisdem monumentis, sed ea cum opticis repetentur.

Ad Lucem & Colores.

IS. BARROWS 18. *Lectiões in quibus Opticorum rationes investigantur.* Londini 1669. 4.

IS. NEWTON Optiks. Lond. 1701. 4. 1707. variis annis, & Laufannæ 1740. 4. & alibi. Ad naturam lucis, radiorum primigeniorum, refractiones, reflexiones, colores, solus est pro omnibus. Eadem experimenta eleganter *VOLTAIRIUS in Philosophia sua Newtoniana.* Fusius & per novum Heliostatem uberius *GRAVESANDIUS* habet. Sed in *Phil. Transact.* plurima etiam *NEWTONIANA* continentur, ut de Luce n. 80. 85. 88. 96. 97. 110. 121. 123. 128. de Telescopiis n. 81. 82. 83. tum *BOYLLANA* n. 21. &c.

CHRISTIANI HUGENII Traité de la Lumière. Leid. 1690. 4. & inter *Opera reliqua.* Velocitatem luminis, undulatorium quem statuit motum, phaenomena crystalli Islandicæ & refractiones inprimis considerat.

ED.

impendit in colligendis experimentis, non vacat inde systema statim construere. Ex

ED. MARIOTTI Libellus superius excitatus. Parisiis 1681. 11. prodiit.

LEONHARDUS EULER in Opusculis penitus novam hypothesin, eversa *NEWTONIANA*, proposuit.

P. CASATI dissertatio citata recusa est Francof. Lips. 1688. 4.

MARTIN in Physical Essays de harmonia thermometrorum egit, laudes meritis *DESAGULIERII* (courfé II. pag. 296.)

Traité des baromètres, thermomètres & hydromètres par M. D. Amstelod. 1681. 12.

Ad thermometra multa habent *Act. Stokh.* 1750. pag. 387. *REVILLAS in memor. di Valentiomini* Vol. III. *Phil. Transf.* n. 484. 485. *A. SEGNER de aquandis thermometris,* Götting. 1738. 4. de *l'ISLE* in propria locorum physicorum collectione.

De speculis *ARCHIMEDIS* disp. *G. B. BULFINGERI* Tubing. 1725. 4. Possibilem esse eam vim.

De speculis ustoriis *TSCHIRNHAUSII* Mem. 1702.

Post *EULERUM* adde: de *MAIRAN* traité de l'aurore boréale, Paris 1733. 4. & in *Acad. Reg. Scient.*

J. BERNOUILLI de mercurio in vacuo lucente, Basil. 1719. 4.

J. MICH. HENSINGER de noctiluca mercuriali, Giesf. 1716. 4.

JO. BERNOULLIUS, JOH. filius, Recherches Physiques comment se fait la propagation de la Lumière. Parisiis 1736. 4. Lucis planetarum celeritatem, vortices considerat. Huc etiam de carnibus lucidis. *Phil. Transf.* n. 125.

De Lignis lucentibus n. 32. *R. BOYLE* de Phosphoro. n. 121. 135. 296. & alibi. De lapide Bononiensi. n. 134. De refractione. n. 270. 328. Optica experimenta *DESAGULIERI.* n. 348. 374.

IDEM de novis Phosphoris 1730.

CL. NICOL. Le CAT. Traité des Sens. Rouen 1740. 8. Idem Opus a multis mendis repurgatum iterum prodiit Amstelodami 1744. Perspicax & ingeniosus homo, neque alienus ab experimentis. Reflexionem nempe fieri absque illusione in ipsum corpus, & a vacuo negat, substituta alia hypothesi, deinde reflexibilitatem & refrangibilitatem in eadem ratione esse posse, non admittit, multa etiam ad modum visionis proposuit.

Lites etiam a *RIZZETTO* motæ fuerunt, ut *NEWTONUM* defenderet *Cl. RICHTERUS A. E. Supl. T. VIII.* p. 228. 488. & 1724. n. 27. Contra eas objectiones dictum est in *Phil. Transf.* n. 406.

RIZZETTI, quem citavimus, sunt de luminis adfectionibus, Tarvis. 1721. 8. de refractione luminis disputatio anti-*BERNOUILLANA* A. E. 1726. Jun. de luminis reflexione adversus *NEWTONUM,* ibid. *Suppl. Tom. IX.* de luminis refractione. contra *BERNOUILLUM,* ibid. eodem anno: de systemate Opticis *NEWTONIANO* & de aberratione radiorum in humore crystallino refractorum *GIORN. de lett. d' Ital. Suppl.* & A. E. *Suppl. Tom. VIII. Responso super disquisitiones RICHTERI,* ibid. Tom. VIII. pag. 703. & appendix pag. 394. & responso ad *RICHTERUM* de optica *NEWTONIANA* pag. 485.

P. Le FRANÇOIS nouvelles découvertes sur la Lumière. Parisiis 1700. 12. Invenit Lucimetrum ad gradus lucis definiendos.

D. BOUGUER Essai d'Optique sur la gradation de la Lumière. Parisiis 1729. 12. Eleganter per experimenta comparat lucem solis, lunæ, candelarum, decremента lucis, vim lucem frangentem laminarum vitrearum, per quas curvam gradilucicam determinavit.

ALGAROTTI le Newtonisme pour les Dames ou entretien sur la lumière, les couleurs, & l'attraction 1741. 12.

GAUTIER Chroagénéste, Paris 1749. 12. Contra Systema *NEWTONI,* & radios coloratos invariables scripsit, quem nondum legi, auctor tabularum picturarum anatomicarum.

Ad Colores.

BOYLEUS in Phil. Transact. n. 70.

WALLER Catalogus Colorum. *Phil. Transact.* n. 179.



Ex hisce Auctoribus omnibus 1. colligenda experimenta sunt; 2. revocanda ad suos titu-

- La HIRE de Coloribus. *Mém de l'Acad.* 1711. p. 9.
 JAC. CHRIST. LE BLOND *Harmony of colouring.* Lond. 1737. Primus ex tribus coloribus primigeniis mistis omnes docuit componere.
 P. CASTEL *Oprique des Couleurs.* Parisiis 1740. 12. Ex theoria sola, colores ejus, uti sonos, omnino 144. ex sex primigeniis, flavo, rubro & cæruleo compositos, cum albo & nigro omnes nasci.
 D. de BUFFON de Coloribus accidentalibus. *Acad. des Scienc.* 1743.
 De arte tinctoria HELLOT in *Acad. des Sciences.* 1740. 1741. 1742. & DU FAY an. 1731.
 De arte tinctoria integer egregius Lib. HELLOTI prodiit Par. 1750. 12. tum alius libellus gründlicher unterricht von der färbekunst, Francof. Lipsi. 1702. 8. in quo manus STAHLII fuit.
 Ad Electricam materiam, qua Igni aut proxima est aut eadem, & ejus attributa.
 HAWKS BEE Lib. cit. & *Phil. Transf.* n. 305. 307. 308. 309. 310. 315. 318. 331. DU FAY in *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1733. 1734. 1737. & in *Phil. Transf.* n. 431.
 J. T. DESAGULIERS *Dissertation concerning Electricity.* London 1742. 8. & in *Phil. Transf.* n. 454. 459. 460. 462. 464. Præmium Burdigalense reportavit, experimenta tubo vitreo facta, ad adhesionem utique & repulsionem omnia fere pertinent & lucem mollem innocuam.
 S. GRAY de eadem Electricitate experimenta extant. *Phil. Transf.* n. 366. 417. 422. 423. 426. 436. 439. 441. 444.
 WINKLERUS, quem inter scriptores de electricitate citavimus, etiam in *PH. TRAMS.* n. 484. 485, 486, 487. de ea reegit. NOLETTI *essais sur l'électricité* germanice versa existat 1749. 8. In his cæterum *speciminibus* experimenta & deducta inde Corollaria proponit, quibus ostendat, materiem electricam ex eo corpore, quod *electrifatur*, exire sub specie penicillorum dirigentem, aliam vero materiem undique conflueri, & æquilibrium amissæ materiæ electricæ reparare, ignem esse, figuram non adfectare, &c.
 Cum infinita de electricitate opuscula scripta sint, pauca tantum tangam, & ea quidem, quæ cum medicina propius conjunguntur, & inter practicos repetentur. Sequentia ergo addimus.
 WILL. WATSON *experiments on electricity.* Lond. 1746. 8. *and sequel to the experiments.* ib. 1746. 8.
 F. de SAUVAGES de hemiplegia per electricitatem curata, Monspel. 1749. Explicat quomodo operetur in nervos electrica materies & paralyfin sanet.
 JALLABERT *experiences sur l'électricité avec quelques conjectures sur la cause de ses effets.* Genev. 1748. 8. In priori parte phænomena recenset, triangula luminosa aliaque pulchriora describit fuisse & utiliter. In altera theoriam suam proponit, dari fluidum electricum, quod excutitur de poris vitri per elasticitatem particularum, id comprimere vicina strata ejusdem fluidi, ea condensare, atque iis iterum, fere ut in sono fit, repelli, adque corpus redire unde exiit, sic adtractionem fieri & expulsionem &c. Paralyticum hominem scintillæ electricæ ope sanavit.
 J. JOS. VERATTI *osservazioni fisico-mediche intorno alla elettricità.* Bologna 1748. 8. Experimenta medica plurima continet, & curationes tum simplici excitatione electricitatis peractas, tum medicamentis illitis tacto electrico aut manu retentis.
 G. FRANCESCO PIVATI *riflessioni fisiche sopra la medicina elettrica.* Venez. 1749. 4. Exhalare omnino tubum balsamo obductum & vim medicam spargere ostendit, & experimenta curationum profert.
 GR. WHEELER de iisdem 453. Confer variorum observationes n. 475. 476. 477. & olim 314. 321. 331. & in *Mémoires de l'Acad. des Sciences* 1707.
 GEORG. MATH. BOSE *tentamina Electrica tria.* Wittemb. 1744. 4. Stupendam vim scintillæ electricæ olea inflammantem, & halonem electricum primus descripsit. Eiusdem Auctoris *Dissertation sur la cause de l'Electricité.* Wittemberg. 1745. 4.
 J. H. WAIZ *abhandlung von der Electricitet und deren ursachen.* Berolin. 1745. 4. Hæc *Dissertatio* præmium retulit a Societate propositum, cum vortices tamen electricos admittat, quos NOLETUS & alii refutarunt. Adjectæ sunt aliæ tres *Dissertationes* aliorum Auctorum. Quare fere omnia experimenta eo pertinentia hic habentur, si addideris formidabile illud ab aqua oriens fulmen MUSSCHENBROEKIANUM, cuius descriptionem dedit egregius vir LE MONNIER in Epistola quam Anglice reddidit, & nuper an. 1746. in 4. impressam legi cum titulo *a letter from Paris concerning somme new experiments on Electricity.* Huc porro WINKLERUS Lipsiensis Professor

titulos; 3. ordinanda in suas classes; & 4. retinenda sunt pro Historia naturali. Hæc

for in variis Libellis, & in *Phil. Transf.* n. 483. NOLETTI *Essais sur l'Electricité.* Parisiis 1746. edita. G. WATSONI duo Opuscula & alia ex quibus integram Bibliothecam conficere possis.

Ad Magnetismum.

G. GILBERTI Lib. de *Magnete.* Londini 1600. fol. EDM. HALLEY Theoria magneticæ oberrationis. *Philos. Transf.* n. 148. 368. HAWKS BEE n. 335. DESAGULIERS n. 450. 454. MIDDLETON n. 393. DERHAM n. 303. 341. 344. 368. MUSSCHENBROEK l. c. n. 390. 418. 429. 432. tum inter *Dissertationes Physicas.* Porro Lord PAISLEY experimenta n. 412. & paradoxa illa fabricatoris magnetum GOWAN KNIGHT ib. n. 474. 476. 484. Tum DE LISLE *Acad. Royale des Sciences* 1712. DU FAY de iisdem 1730. 1731. Le MONNIER 1733. LA HIRE *Ac. Mémoires* X. Tomo, 1728. & passim alii.

A. DU FAY, quem eodem loco citavimus, labores seorsim, Erfurti 1748. 8. recusi sunt.

His ad magnetismum spectantibus scriptoribus addimus: JOHN MITCHELL *of artificial magnets.* Londin. 1750. 8. Satis singulare artificium describit, quo trabeculis chalybis vis magnetica communicatur.

OLAI CELSII experimenta passim in *Actis Stokholmiensibus.*

E. M. SWEDENBURGIUS in *principiis rerum naturalium.* &c.

Ad Aeris historiam.

BLASII PASCAL *Traité de l'équilibre des liqueurs & de la pesanteur de la masse de l'Air.* Parisiis 1663. 12. Posthumum Opus viri pietate & ingenii perspicacitate perinde insignis. In parte posteriori Opusculi aeris inprimis pondus & in eo diversitatem considerat, quæ pendet a varia columna aeris atmosphærici. Hinc argentum vivum in Barometro ad pedem montis altius ascendere, subsidere in alto primus ad finis sui F. PERERII experimento, an. 1648. factio, docuit.

EDM. MARIOTTE de la nature de l'Air. Parisiis 1679. 12.

ROB. BOYLE quatuor integris Libris supra citatis.

WOLFERD SENGUARD *inquisitiones experimentales, quibus aeris natura explicatur.* Leidæ 1699. 4. Præter generales aeris proprietates inprimis ejus in respiratione efficacias describit, & per experimenta varia declarat. Pluscula in ejus *connubium rationis & experientia* recepta sunt.

CHR. WOLF. *Aerometria.* 1709. 12. qua Barometrica ad gravitatem & elaterem aeris pertinentia experimenta continentur.

R. COTES in *Lectiionibus Physicis & Pneumaticis* supra citatis. Harum enim pars altera naturam & proprietatem aeris continet, pressionem, densitatem, elaterem, gravitatem, antliæ phænomena, aerem artificialem.

CAR. TAGLINI de *aère ejusque natura & effectu.* Lib. II. Florent. 1736. 4. Historicam & physicam aeris descriptionem dedit, ex optimis scriptoribus selectam, & varias quæstiones uberius excussit, ut eam de aère fixo corporum HALESI, quem ægre admittit, de aëris gravitate cum monacho Aurelianensi, &c. Meteorologicas tabulas adjecit. De sono fufe egit, non alienus ab hypothesebus.

Ad aeris historiam pertinent etiam libri de antlia pneumatica, ut *dissertatio* HENR. von SANDEN Regiomont. 1704. 4. MUSSCHENBROEKII libellus cum *essays de physique* excusus, BOYLEI, GERIKII.

HERM. BOERHAAVE in *Chemia* Tomo priori aeris elementum verum a vaporibus purum pondere destitui docuit. Et elaterem certe aeris a pondere omnino diversissimum esse, atque alteri forte materiæ inesse, confirmavit facillima respiratio in summis Alpibus, si comparaveris cum phænomenis aeris rarefacti. Nam in aere vulgari, cujus tertia pars per antliam ablata est, animalia fere vitam agunt, in aere vero Alpino, cui perinde una tertia pars ponderis decedit, & homo & animalia feliciter vivunt, ablatum pondus ergo reparat major elater: neque pulmo dilatari posset, quantum satis est, nisi elater ponderis jacturam repararet. Ergo pondus in vaporibus & aqua, elater in aere ipso residere videtur. Hæc addo quia a NOLETO PRÆCEPTOR refutatur. Quo vero modo is clarus vir aerem depuraverit a vaporibus, id quidem ignoro.

De Aere in liquoribus latente *Acad. des Sciences* 1731. & pluribus aliis locis.

Sed inprimis STEPHANI HALESI duo Opera huc pertinent, *Vegetable statics & hamastatics* quæ alibi laudantur. Aerem nempe inhaerentem durissimis corporibus, coegit sededere & ad

Hæc quatuor debent fieri, si quis in hisce legendis Auctoribus proficere velit, & ita
quon.

ad pondus ejus quantitatem revocavit, atque adeo præter omnem expectationem demonstravit; aerem in numero Elementorum esse, quibus omnia corpora consistentia aut pene omnia constant.

BOYLEUS præter Opera jam citata in *Phil. Transact.* n. 120. De debilitato elatere aeris, de ejus pondere vero & mutationibus in corpore humano natis. n. 91. De fermentatione in vacuo & qualitibus aeris non prævisis. n. 122. Vide etiam de aeris compressione sub aqua. n. 73. 75. 108. DIONYSII PAPINI de aere in vacuum irruente n. 184.

DANIEL BERNOULLIUS de aeris Elasticitate egregia habet in *Hydrodynamica*, & de diverso calore aeris HAWKSBEË *Phil. Transf.* n. 315. & aliqua in Actis Parisinis REAUMURIUS.

De aeris effectibus in corpus humanum JOH. ARBUTHNOT *Essay concerning the effects of air on human body*. Lond. 1733. 8. Multum usus est HIPPOCRATE, BOERHAAVIUS, P. ALPINO, Gallice Parisiis prodiit an. 1742.

De spatio ab aere vacuo ejusque phaenomenis OTTONIS de GERIKE *Experimenta nova Magdeburgica de vacuo spatio*, quæ Amstelod. 1672. in folio prodierunt. Tertius Liber huc pertinet, quo describit rationem, qua vacuum spatium post multa frustranea experimenta produxit, excogitata antlia, quæ etiam nunc variè mutata, solet pneumatica dici. Hinc miram pressionem aeris in vacuum, pondus, vim cohesionis hemisphaeriorum evacuatorum, compressilitatem, dilatabilitatem aeris, mensuram vacui per subsidens Barometri argentum vivum, mortes animalium in vacuo & alia detexit. Electrica etiam experimenta ope sphaeræ sulfuræ primus instituit, quæ rotata levia corpora & attrahebat & repellebat. l. c. p. 147. Sed in falsam hypothesein delapsus spe inveniendi veri excidit.

* *Nouvelles expériences sur le Vuide*. Paris 1675. 12.

DE LON *Rélation d'un Voyage des Indes*. Parisiis 1685. 2. vol.

W. TENRHINE *de Hortenzotis & Capito Bona Spei*. Schaffhus. 1686. 8. Notas addidit HENR. SCRETA a ZAVORZIZ.

Voyage de Siam par les PP. Jesuites. Parisiis 1686. & *second Voyage des mêmes*. Amstel. 1689. 8. Omnino nostri scopi, plantarum icones continet, & animalium dissectiones.

Voyage de Perse du Chavelier CHARDIN. Lond. 1686. fol. Pauca physica habet.

SOUCHEU de RENNEFORT *histoire des Indes Orientales*. Lugduni Batavorum 1688. 8. & Parisiis 4. nimis amplius titulus. Solam eam Insulam Madagascar describit, & sola pars prima Auctori propria est.

DE LA LOUBERE *Description du Royaume de Siam*. Parisiis 1691. 12. 2. vol. 1714. 2. vol. 8. Legatus fuit Regius, & reliquis accuratius tum politicam, tum naturalem hujus Regni historiam, Animalia, Plantas etiam nobiliores, descripsit, integri judicii homo, & in omnibus curiosus.

Observations de Physique & de Mathématique, des PP. Jesuites. Parisiis 1692. 4. 1737. 8. & totus etiam Liber insertus est Tomo 1693. Commentariorum Acad. Reg. Pleraque astronomica, accurata tamen, adjecta Crocodili dissectio cum JOS. DUVERNEYI observationibus.

FROGER *Voyage made in the years 1695. 1697. to the coasts of Africa, streight of Magellan, Brasil, Cayenna the Antilles &c.* Lond. 1698. 8. & Parisiis 1698. 12. Icones etiam plantarum, & animalium habet.

FROGER recusus etiam existat Amstel. 1699. 12. 1715. 12. Iter molitus per fretum Magellanicum a contrarientibus ventis repulsi, Brasiliam vidit, Guyanam, & partem Africae. Plantas & animalia suo modo, ut miles, descripsit.

Versio quæ existat J. OVIINGTON, Parisi. 1725. 12. mendosa est.

WILHELMUS DAMPIER, cujus citatum ibi est itinerarium, primum iter ad isthmum Americanum fecerat anno 1674. alterum praelongum anno 1683. ad 1691. secundum oram Peruviae, ad Philippinas insulas, salutata N. HOLLANDIA, quam tertio itinere an. 1699. adiit, & naturæ opera collegit, quæ recensuit cum nominibus J. WOODWARD. Ventos constantes inprimis proprio tractatu persecutus est, quem rerum gnari plurimi faciunt. In ultima hujus libri editione 1729. multa alia itinera adjecta sunt FUNNEL, C. COWLEY, C. SHARP, C. WOOD, L. WAFER.

CORNELII de BRUYN citatum utrumque itinerarium junctum Gallice prodiit Haag. 1732. 4. 5. vol.

ERIC. TILLEMANN *beretning om det landtskab Guinea*, Copenhagen 1697. 8. Oram Guineæ accurate describit, de plantis vero & animalibus breviter agit.

Collectionum, quæ citatis hoc loco *lettres curieuses & édifiantes* continentur, compendium edidit anonymus cum titulo *Recueil d'observations sur les mœurs, &c. de plusieurs peuples de l'Asie, de l'Afrique & de l'Amerique*, Parisi. 1749. 12. 4. vol. non sine vitiis.

JOH. FUNNEL recusus est Lond. 1729. 8. successerat hic auctor W. DAMPERIO, oramque occidentalem Americae a 20. ad 40. describit.

OVIINGTON *Voyage to Surat*. Lond. 1696. 8. Describit & historiam naturalem Golcondæ, Pegu, Aracan, & cultum Bombycum.

WILLIAM DAMPIER *Voyage round the world*. Lond. 1697. 8. 1703. 8. 3. vol. 1729. 4. vol. 8. Aliquot sunt diversa itinera, quorum unum Terras Australes attingit, cujus plantas aliquas

aliquas & animalia descripsit. militaris homo, neque tamen incuriosus, qui arcanum ex Lichene terrestri ad rabiem caninam præparaverit.

JOHN FRYER *new account of India and Persia being nine years travels*. Lond. 1698. fol. Tragici quid habet & adfectati, neque interiora Botanices aut Anatomies attingit. Aliqua tamen de Medicinæ statu, plantis sponte nascentibus, Thermis, aeribus, aquis, locisque intermissa habet.

Reizen van CORNELIUS de BRUYN, door klein Asien, Egypten, &c. Delph. 1698. fol. & EJUSDEM, *Reisen door Moscovien, &c.* Amst. 1714. fol. Pictor, ignarus homo, qui *Caiagrippam* pro hominis nomine in inscriptione habuerit, cum legere oporteret, KAI APPIIIA. Magnam vim delineationum urbium, templorum, aliquas etiam animalium & plantarum dedit, totusque ad nostrum finem parum facit.

Curiosités de la Nature & de l'Art, apportées dant deux voyages aux Indes, l'un fait en 1698. l'autre en 1701. Parisiis 1703. 12. Rariora aromata, animalia &c. descripsit.

LIONEL WAFER *Description of the Isthmus of America*. Lond. 1699. 8. Chirurgus, casus in interiora regionis Darien delatus, ibi aliquot annis vixit, moresque hominum, qui sibi insigniter placuissent, factis accurate descripsit. Plantas etiam vulgo notas attingit, verus & simplex. Alia editio prodiit 1704. auctior catalogo rerum naturalium Americae, Auctoris anonymi.

MARTINI LISTER *Journey to Paris*. Lond. 1699. 8. Hæc secunda est editio Libri lectu dignissimi, quo præter naturæ opera, status maxime Medicinæ, & Chirurgiæ, & historia continetur novorum conatum F. JACOBI, MERYI, & aliorum.

OLAI RUDBEK *Laponia illustrata*. Upsal. 1701. 4. Titulum non explet, prima enim pars est inter duodecim, quibus iter Laponicum debebat contineri, solamque Uplandiam describit. Icones Sceptri Carolini, & avium nonnullarum præcium addunt Opusculo. Codex vero, quo icones plantarum, animalium, insectorum, quadrupedum, itineris hujus continebantur, anno 1707. adhuc apud Auctorem visus est a LEOPOLDO *in itin. Suec. p. 40.*

GEMELLI CARRERI *Viaggi*. Neapoli 1701. Parisiis 1719. 6. vol. 8. Homo mihi displicet, aliquid habet vani. Plantas, maxime arbores fructibus edulibus, cum iconibus fere habet, & historiam naturalem Insularum Philippinarum, quæ princeps hujus Operis laus est.

Lettres curieuses & édifiantes. Parisiis 1702. seqq. 12. Plurima volumina prodierunt, quorum aliqua huc pertinent, ut confectio Porcellanæ Chinenfis valde studiose descripta. Pleraque tamen vaga sunt, & sublestæ passim fidei.

D. MAJNDRELL *Iter Jerusalemense*. Oxon. 1703. 8. ad antiquitates magis pertinet.

PAULI LUCAS *itineræ in Orientem*, quæ Parisiis 1704. 2. vol. 1719. 12. 3. vol. & aliis annis 5. vol. in 8. prodierunt, vix cito, qui vanum hominem esse, multis notis teneo, v. gr. sicco sub Cataractis Nili transitu.

GIOV. BORGHESI *medico della missione Lettera scritta da Pondiceri* *. Rom. 1705. 12. Observationes medici, anatomici, & botanici, argumenti continere dicitur.

GUIL. BOSMAN *Voyage de Guinea*. Trajecti 1705. 8. (LINNEUS editionem memorat 1690. 4. mihi non visam.) Diu in cra aurifera Guineæ vixit. Veri amans homo, & factis rerum naturalium curiosus. Animalia, plantas, mores Africae occidentalis, copiose descripsit & fideliter, ut plurimi ipsum faceret BOERHAAVIUS.

JOH. FUNNEL *Voyage round the world*. Lond. 1707. Est continuatio DAMPERII, & habet icones aliquas animalium & plantarum.

PETRI VAN DER AA *naauwkeurige versameling van Reizen*. Leidæ 1707. 14. vol. 8.

Fere omnia itinera seculi decimi quinti, & decimi sexti collegit, pauca vero nuperiora. Sed neglexit fere curam rerum naturalium, & icones eo pertinentes omisit.

Sir HANS SLOANE, *Voyage to Jamaica, Madera, Barbados, &c.* Lond. fol. T. I. 1707. T. II. 1725. Vir illustris, qui in beato senio, nunc, cum scribo, laborum mercedem colligit, annis juvenilibus Jamaicam inprimis, tum Insulas vicinas adiit. In hac nova fertillique regione ita se gessit, ut non alius ditiores itineris sui relationem ediderit. Plantas inprimis numerosissimas descripsit, expressit iconibus, & insecta testacea, animalia reliqua, aerem, aquas, locosque, & morbos minime neglexit.

J. LAWSON *new voyage to Carolina containing the natural history of the country*, Londini 1709. 4. *

J. J. SCHLUGHZERI *itineræ Alpina* primum Tiguri prodierunt 1702. 4.

DIEREVILLE *Rélation du Voyage d'Acadie*. Rotomagi 1708. 12. Amstelod. 1710. 8. Mercator, sed elegantioris ingenii. Libellus ex profa versuque mistus. Pauca vero ad rem naturalem habet, notior plantis, quas ad **TOURNEFORTIUM** multas misit, qui amici nomini Dierevillam dicavit.

JOH. JAC. SCHEUCHZER *Itinera Alpina*. Priora tria Lond. 1708. prodierunt. Sequentia sex, quorum vero nonnisi quatuor ad Alpes spectant, Leidæ 1723. & nuper rejectis alienis & botanicis, & plerisque iconibus, a Viro doctissimo **JOHANNE GEORGIO SULZERO** Germanice verfa, notisque ditata, qui & proprium iter suum addidit. Maxima pars pertinet ad naturalem historiam & quidem omnem, sed imprimis tamen crystallos, lapides figuratos, & aquas minerales. Grata varietate, novitate rerum, mire se commendat.

Ausführliche Berichte von der Tranquebarischen Mission. voll. LXI. Hall. 1710-1746. 4. Etsi scopus sit describere, quibus modis causisque Ethnici vicini Tranquebariæ ad Religionem Christianam convertantur, multa tamen, & inter ea egregia ad rem naturalem pertinentia passim miscentur, tum ad historiam medicam, tum ad plantas, aquas, locos, morbos, artes, harum Gentium pertinentia. Sed in ipso Opere legere oportet, non in compendiis, quæ Germanica & Gallica Lingua prodierunt.

CHRIST. HENR. ERNDLET *Iter Anglico-batavum*. Amstelod. 1711. 8. Juvenis tunc, postremo Archiater Saxonicus, an. 1706. 1707. Angliam & Belgium adiit, multaque vidit notatu digna, etsi dudum alii demonstraverint, in fide, eruditione, & accurata rerum indagine plurima desiderari posse. Meliora vero sunt, quæ de chirurgicis operationibus **RAVII**, de anatomicis inventis, de Libris quibusdam raris, de hortis medicis retulit, quæ tamen & ipsa non absque judicio & discrimine recipere oportet.

ENGELBERT KÄMPFER *amœnitates exoticae*. Lemgo 1712. 4. Dignissimus Liber & nulli secundus, Scriptoris indefessi, & in omni re naturali pariter curiosi. In Persia petrolei & naphthæ fontes continet, & capreolum bezoardicum, & plantam asæ foetida, & thermas, & moros ex quorum cortice Japonenses chartam consciunt, Torpedinis porro, & Dracunculi perfici, sanguinis Draconis veras historias, theæ plenissimam & unicam hætenus, & palmæ uberrimam descriptionem, denique plantarum Japonensium insignem Catalogum, cum fidis ubique characteribus, & iconibus propria Auctoris manu pictis.

HENRI de ROUVIERE *Voyage autour de la France*. Parisiis 1712. 12. Pharmacopœia, in medicas ubique res & naturales inquisivit.

LOUYS FEUILLE *Journal des observations physiques faites sur les Cotes Orientales de l'Amérique méridional*. Parisiis 1714. 4. & *suite du Journal*. Parisiis 1725. 4. melioris notæ. Pulcherrimam floram Peruvianam cum nitidis iconibus habet, multas etiam & satis exquisitas dissectiones animalium, & alia physici & medici generis, præter astronomica & geographica. Meliora fere in tanta opportunitate præstitisset, si methodi Botanices peritia accessisset industria, quæ ipsi summa fuit.

Recueil des Voyages faits au Nord. Amstelod. 1715. 12. Et veteres navigationes Belgarum continet, & **ISBRANDI IDES** iter Sinense, & **HENNIPINI** descriptionem Canada, & **MARTENSII** iter Spitzbergicum, & alia.

F. TOLLII *epistola itineraria a HENNINIO*, Amstelodami 1714. 4. recusæ parum habent, quod huc faciat.

J. P. de TOURNEFORT Anglice etiam prodit 1741. 8.

ANTON. ZUCHELLI *Viaggio e missione del Congo*. Venet. 1712. 4. minime inutilis Liber, etsi Monachi Opus, nec omnino rerum naturalium periti. Morbos æstuosiorum climatum describit ipse expertus.

Voyage de l'Arabie heureuse, &c. Parisiis 1716. 8. Duo itinera continet Meccham suscepta, tertium vero ad urbem regiam Principis Yemen. Caffæ historia naturalis imprimis hic primum describitur, cujus etiam potus historia & progressus, ex Arabico versis & prius editi Cadomi (Caen) subjuncta habentur.

J. P. de TOURNEFORT *Rélation d'un Voyage au Levant*. Parisiis 1717. 4. Lion. 1717. 8. 3. vol. Anglice 1718. 4. &c. Excellentissimum Opus, etsi posthumum. Plantas, nummos, antiquitates, tum passim rariora animalia, fossilia, Archipelagi, Ionæ, Armeniæ, Ponti, describit sermone amœno, iconibus additis perpulchris.

FREZIER *Rélation du Voyage à la Mer du Sud*. Amst. 1717. Parisiis 1716. 4. Mathematici

tici & Physici elegans Opus, quo imprimis ditissimæ fodinæ Peruvianæ describuntur, deinde plantæ aliqua rariores pictæ exhibentur. Libere scripsit, & veritatis amans fuit, hinc invidiam passus Monachorum & calumnias **D. FEUILLEE**.

PETER KOLBENS *Beschreibung des Vorgebürgs des guten hoffnung*. Nuremberg. 1719. fol. Amstelodami vero an. 1741. 8. editum est Compendium hujus Libri, inutilibus rejectis. Præcipuus quidem laboris finis est Hottentotorum historia, quam dedit omni numero absolutam. Animalia tamen Capyenfa, & Catalogum plantarum ex **OLDELANDIO** desumptum, ab Auctore auctum, & Ventorum, atque reliquæ historiæ naturalis hujus Promontorii compendium dedit.

Majoris editionis itinerarii **PETRI KOLBII**, &c. compendium, quod Amstelodami editum esse diximus, Germanice etiam recusum est Norimberg. 1745. 4.

JOH. FRID. LEOPOLD. *relatio de itinere Suecico*. Lond. 1720. 8. Fossilium imprimis & vastas illas in Suecia fodinas cupri & argenti describit, tum figuratos lapides.

Voyage de Marseille à Lima, Paris. 1720. 12. Tribuunt in præf. chirurgus Bachelier qui ab anno 1707. ad 1711. Bonum Aerem & Peruviam adierit, sed infinita ex aliis compilata intercedunt, cum ridiculis erroribus. Ita *Orseille* confundit cum Phalaridis semine, & Picum Teneriffæ altum facit 47812.

LABAT *nouveau Voyage aux Iles de l'Amérique*. Parisiis 1721. 12. 6. vol. Plagiarius in multis ex **P. du TERTRE**, aliisque pleraque plantarum & animalium icones excipit. Cum tamen aliquot annis ipse in America vixerit, & Sacchari imprimis fabricam recentissime descripserit, atque aliqua inventis passim addiderit, poterit legi, si per tædium minutiarum admistarum licet. Nova Editio 1742. 8. vol. 12. Aucta est historia Caffæ, Sacchari præparatione paulum uberiori, & aliis accessoriis ornamentis. Contra eum plurimis numeris invecus est, & crassos ejus errores detexit **P. LE BRETON**, & meliores dedit plantarum descriptiones, neque eas tamen satis botanicas in *Journ. de Trevoux* 1727. Jul. 1730. art. 7. 15. 29. 48. 58. 1732. Jul. Aug. Sept. Oct. Novemb. Decemb. 1733. Mart. April. Jun. Jul. Aug. Oct. Nov. magnam viam plantarum his numeris descripsit.

AUBRY de la *MOTRATÉ travels*. Lond. 1723. fol. Alioquin veracis, & indefessi Auctoris Opus parum habet ad rem nostram.

FRAC. VALENTIYN *Beschryving van Oostindien*. Amst. & Dordr. 1724. & seq. fol. 8. vol. Splendidissimum Opus, civili equidem & ecclesiasticæ Historiæ imprimis destinatum. Plantas tamen & animalia, sed pisces maxime Amboinenses brevissime descriptos & pictos in tertio volumine continet, sed ea quæ ab Auctore ignaro rei naturalis proficiuntur, non possunt plene utilia esse.

ALEX. HAMILTON *new account of the East indias*, Edimburg. 1727. 8. 2. vol. Erravit per Indiam Orientalem a capite bonæ spei ad Japoniam usque ab anno 1688. ad 1723. & oram omnem Asiæ descripsit, superstitiosus, neque nostri scopi.

LE GENTIL *Voyage autour du Monde*, Amstelod. 1728. 12. 3. vol.

LAVAL *Journal du voyage de la Louisiane*, Paris. 1738. 4. Astronomicum est & geographicum. **H. EGEDE** prodit etiam, Francofurti 1729. 8.

EDWARD WRIGHT *observations made in travelling through France ad Italy*, London 1730. 4. Picturas imprimis & sculpturas habet, sed tamen plantas rariores arboreas imprimis & modum observat, quo agri vitesque coluntur.

BERGERON *voyages faits en Asie dans les XII. XIII. XIV. & XV. Siècles par plusieurs célèbres voyageurs*, Haag. 1735. 4. 2. vol. & ni fallor Leid. 1729. 4. 2. vol.

P. J. von STRAHLENBERG recusum est, Lips. 1736. 4.

GOTTFR. HENRIC. BURGHART *reise nach den Zotenberge*, Breslau 1736. 8. cum catalogo stirpium.

TH. SHAW gallice prodit Hag. 1743. 4.

LABAT *nouveau Voyage de l'Afrique Occidentale*. Parisiis 1728. 5. vol. Ex Commentariis **D. COMPAGNON** & **BRUE** historiam oræ scripsit, in qua Niger fluvius mare adit. Multa ex priori itinere & ex aliis repetita, aliqua tamen peculiaria, & imprimis de regionibus auriferis Africanis, quas adiit **COMPAGNON**, de Gummi Arabici arbore, avibus, animalibus rarioribus, nec alibi descriptis.

HANS EGEDE *Gamle Groenlands nye perustration*. Hafn. 1729. (**ANDERSON** p. 148.) & 11741.

& 1741. quam Editionem legi. Viri pii, & curiosi, & demum Chemici, descriptio regionis miserimæ Omnem naturam, quatenus ad vitam humanam pertinet, breviter persectus est, plantas, cœlum, fossilia, pisces, & hominum genus.

LABAT *Voyage de Guinée, par le Chev. des MARCHAIS.* Parisiis 1730. 8. Guineæ regna, deinde Guianam imprimis describit. In illa pisces imprimis aliquos marinos, in ista etiam ligna tinctoria & varia animalium genera. At semper memor sis omnis methodi ignarum fuisse.

EJUSDEM *Voyage d'Espagne & d'Italie.* Parisiis 1730. 12. 8. vol. Amstel. 1731. 8. vol. Plurima equidem minuta habet, & monastici argumenti. Fodinas tamen aluminis Tollesenses, mannæ Calabricæ collectionem, & aliqua alia ex propria observatione describit.

EJUSDEM *Rélation historique de l'Ethiopie Occidentale.* Parisiis 1732. 5. vol. 12. Ex Libro Italico **CAVAZZII**, qui circa an. 1660. eas regiones adiverat, conversa sunt, veram autem Editionem ignoro. Pleraque plena miraculis & fabellis. Sed in primo Tomo historia naturalis aliqua, qualis a Monacho sperari potest, continetur.

PHIL. JOH. von STRAHLENBERG *das Nord und Westliche theil von Asien.* Stokholm. 1730. 4. Vir militaris, sed gnarus Linguarum antiquarum, & in omni etiam naturali historia curiosus, ad quam multa habet pertinentia, ex animalium & plantarum genere, & fossilium, alphabetice digesta.

JOH. RAI *Collection of travels,* recusa an. 1738. 8. Primus Tomus priorem Librum; secundus Tomus primum editus an. 1693. 8. præter **RAUWOLFIIUM** excerpta varia ex **D. GREAVES**, **BELLONII**, **WHEELERI**, **SMITH**, & aliorum Operibus continet, cum variis Stripium Orientalium Catalogis.

THOM. SHAW *travels and observations relating to several parts of Barbary and the Levant.* Oxford 1738. fol. Africa Septentrionalis, in qua multis annis vixit, Ægypti, & Palestinæ naturalis historia. Plurima notatu dignissima ad thermas, & animalia, deinde uberrimus Catalogus plantarum, quarum nomina **DILLENII** adposuit, cum nonnullis iconibus. Vir Doctus & veri amans.

JOH. GEORG. KEISLER *neueste reise durch Teutschland, Böhmen, Ungarn, Italien, &c.* Hanover. 1740. 1741. 4. vul. In egregio itinerario passim ad lapides figuratos, fodinas, musca, aliaque naturæ Opera respexit.

PIERRE BARRERE *Essai sur l'histoire naturelle de la France Equinoxiale.* Parisiis 1741. 12. & **EJUSDEM** *nouvelle Relation de la France Equinoxiale.* 1743. 12. In summa brevitate ditissimus, animalium maxime & plantarum descriptionibus, & istarum ad vera genera revocatione exemplo Ypecacoanhæ, Simaroubæ, Mechoacannæ, &c.

An **CAROLI PERRY** *historia Orientis*, cujus prospectum Londini 1741. edidit, unquam prodierit, nondum rescivi.

CAROLI PERRY *historia Orientis*, cujus editionem nondum resciveram, utique prodit Londini 1743. fol. cum titulo *a view of the Levant.* Quæ ad nos faciunt, tangunt imprimis Ægypti morbos, & Nili adscensum **VANSLEBIIUM** & **J. SICARD** passim mendacii accusat.

RICHARD POCOCKE in secundo descriptionis suæ volumine Asiam minorem & Græciam describit. Plantas plures, depictas, aut recensas exhibet, & de terra Lemnia & Mastiche observationes.

Observationes, quas præter astronomica contineri diximus in *La méridienne de Paris*, &c. par **Mr. CASSINI**, factæ sunt a Medico **D. le MONNIER.**

RICHARD POCOCKE a description of the East. 2. vol. fol. Lond. 1743. 1745. In priori volumine Ægyptus describitur, sæpe longe aliter quam solet, Nili mirandæ cataractæ, plantæ paucæ, sed bene sculptæ. Antiquitatis vestigiis imprimis delectatus est.

P. CHARLEVIX *Histoire de la nouvelle France.* Parisiis 1744. 4. 3. vol. Pleraque equidem ad historiam civilem faciunt. In itinere tamen a Canada ad ostium fluvii Mississippi passim naturæ opera observavit, plantarumque fere centenarum dedit descriptiones, & compilatas icones.

La Méridienne de Paris vérifiée par Mr. CASSINI DE THURY. Parisiis 1744. 4. Præter astronomica, continet egregias observationes, ad aquas minerales, mineras, earumque vapores, mercurii altitudines, plantas indigenas.

Journal d'un voyage au Nord par M. OUTHIER. Parisiis 1744. 4. Pauca ad rem nostram, hominum enim vitæ rationem moreque magis, quam naturam, observavit.

Voyage

Voyage d'Égypte par le S. GRANGER. Parisiis 1745. 12. Breviter idem & veraciter. Minus facula rerum minuit, quæ vulgo solent augere.

Relation d'un voyage dans l'intérieur de l'Amérique Méridionale, par Mr. de la CONDAMINE. Parisiis 1745. 8. Partem magni itineris, ad dimetiendos gradus sub æquatore suscepti, exiguum continet, qua nempe iter a Peruvia ad Guianam secundo Amazonum flumine describitur. Ad historiam naturalem pauca adspersit, undique parcus verborum, veneni tamen Americanarum sagittarum vires, velocitatem soni, ponderum sub æquatore diminutionem observavit.

CAROLI LINNÆI *Oelanska och Gotländska resa.* Stokholm. 1745. 8. Scopus itineris unice historia naturalis est. Plurimæ ibi descriptiones insectorum, animalium, plantarum, fossilium, æque, pro more Auctoris, exquisita cura scriptæ.

PETRI KALMS *Wästgötra och Bahuslændska Resa.* Stokh. 1646. 8. Iter factum an. 1742. argumenti botanici, œconomici, & ad fossilia arteque pertinentis, omnino Linnæana methodo. **CAR. LINNÆI** *Wästgötra Resa.* Stokholm. 1746. 8. Pleraque ad insecta, & plantas, & formationem montium pertinent.

In *Philosophicis Transactionibus* etiam multa itinera describuntur.

Iter ad Caraibicas Insulas. n. 27. 36. 37.

Ad Bermudas. n. 30. 40.

Mexicanum. n. 41.

Helveticum. n. 49.

Ex Ægypto superiori. n. 71.

Nova Zembla. n. 101.

Barbadenses observationes. n. 117.

HENRICI ELLIS *voyage to Hudsonsbay,* Lond. 1748. 8. Gotting. 1750. 8. &c. Cum inutili labore fretum ad mare Occidentale ducens quæreret, & hibernaret in sinu HUDSONIS, observavit frigoris inclementiam, aves, animalia, maris fluxum & refluxum, mineralia.

An *account of a voyage for the discovery of a North-west passage by the Clerk of the California,* Lond. 1748. 8. Perpetua censura operis **ELLISIANI**, quo spes aufertur inveniendæ freti. Et ipse fibros, aves aeresque & locos describit.

CAROLI HORLEMAN *Dagbok öfver en igenom atskillige Rikers Lundkaper giord resa,* Holm. 1749. 8. Rem imprimis œconomicam sub oculis habuit, aliqua tamen ad rem naturalem faciunt, conchas fossiles, arborum altitudines, &c.

J. G. GMELIN & in præfatione floræ Sibiricæ historiam naturalem ejus vastissimæ, quam peragravit, regionis dedit, & in programme, Tubingæ 1749. f. & 1750. & Germanice Gottingæ 1750. 8. edito descripsit iter suum Petropoli ad Chinæ confinia ab anno 1733. ad 1743. absolutum, quo nova plurima & enormis imprimis atque absque exemplo frigoris memoria continentur.

In *relationibus Salisburgensium colonorum* in Georgia exstant etiam plurima quæ ad rem naturalem, terræ fruges, ventos, meteora, &c. pertinent.

T. VERNON Iter Adriaticum & Græcum. n. 124.

TH. GLOVER account of Virginia. *ibid.*

TAVERNIER on some considerable parts of Asia n. 129. 130. & fodinarum adamantum n. 136. ubi Medicina ejus regionis habetur.

Iter in Chinam & Tartariam. n. 189.

SMITH iter Constantinopolitanum. n. 230.

HILLIER de ora Guineensi n. 232.

BULLIVANT in novam Angliam. n. 240.

J. FRYER ex itinere Persico & Indico. n. 244.

Observationes Marylandicæ. n. 259.

Iter in Darien. n. 262.

Observationes Italicæ. n. 265.

JOH. MARCHALL de Bramanibus. n. 268.

J. CUNNINGHAM iter Cheusanense. n. 280.

STRAHAN observationes Ceylanenses. n. 279. 282.

WILL. OLIVER iter Danico-Belgicum. n. 282.

Ex itinere Belgico observationes. n. 286.

V

J. MA.

- J. MAXIELL de capite Bone Spei. n. 310.
 J. P. BREYNE iter Italicum. n. 334.
 E. LLHWID iter Wallicum. n. 334. 335. 337.
 MATHER ex nova Anglia. n. 338.
 EDENS iter in M. Picum Teneriffæ. n. 345.
 T. ROBINSON ex itinere Italico observationes. n. 349.
 De Finnonibus Norvegicis (ut vocant). n. 400.
 Iter in Derbyshire. n. 407.
 EHRHARD iter Alpinum. n. 458.
 MIDDLETON iter in Hudsonsbay, ubi intensi frigoris phænomena, & magnetica experimenta habentur. n. 415.
 Elegantissima etiam PALISNERII itinera in Apenninum describuntur in *Galeria di Minerva*, *Raccelta del Danieli* & Operibus omnibus.
 Itinerum scriptoribus adde: *A gemeine historie der Reisen zu wasser und lande*. Anglice prodiit, tum gallice, & belgice. Septimum nunc volumen legi. Undique compilatum esse, vicio non vertendum est: fontibus autem non semper bonis usos esse auctores, & ad naturæ inprimis dona non adeo respexisse, multa vero repetiisse potest. Quare fonte potius quam hujusmodi compilationes adeundum, cum inprimis res naturales negligentius descripserunt.
 Topographia ad rem physicam.
 P. PARACELSI descriptio Carinthia huc pertinet. Spectat ad rem mineralem, Argentorati 1575. 8.
 J. LEONIS descriptio Africa Gallice prodiit Lugd. 1556. fl 1564.
 ODOARDO LOPEZ regal of the kngdom of Congo and of the couneries round about the same, Lond. 1597. 4. *
 ANT. de HERRERA etiam est novus orbis, seu descriptio Indiæ Occidentalis, Madrit. 1601. 1615. fol. versa a J. BARLÆO, Amstel. 1622. fol. quæ breviter naturæ fructus enumerat. In Belgica editione una prodiit Jac. le MAIRE iter, quo celebre fretum invenit, juncundum lectu, & P. BERTII brevis Americæ descriptio.
 DIDACI de CISNEROS sitio naturalem y propiedades de Mexico, Mexic. 1628. 4. ANT.
 EUSEBII NIEREMBERG historia natura maxime peregrina, Antvverp. 1653. fol.
 ROB. ASHLEY Cochinchina containing many admirable varieties and singularities of that country, Lond. 1633. 4. *
 ALFONSI de OVALLA Jesuitæ Chilensis, historia y relacion del Reino da Chile, Rom. 1646. 4. *
 JULII JASOLINI de rimedj naturali che sono nell' isola di Pitteousa oggi detta Ischia, Libri II. Neapol. 1689. 4. *
 J. de LÆT. Libri XVIII. prius belgice prodierunt, Leid. 1630. fol.
 Topographia melioris nota ad rem physicam.
 PELRI QUIQUERANI de laudibus Gallo provincia. Parisiis 1551. fol. Meretur legi. Quicquid enim Provincia Gallica perfectius, in animalibus, plantisque producit, id fere recenset, inter quæ aliqua rariora inveni, neque expectata, eo præsertim sæculo.
 OLAI MAGNI Archiepiscopi Upsaliensis historia de Gentibus maxime Septentrionalibus. Rom. 1555. 4. Habet fusam etiam, sed passim fabulosam, historiam animalium.
 JOH. LEONIS descriptio Africa. Antvverp. 1556. Brevis equidem, neque nostri sæculi acutioris, tamen artibus satis imbuti, & ferri oportet, qui unicus Atlantis & Maroccani Regni interioris descriptor sit.
 ANT. DE HERRERA historia general de los Lechos, &c. Madriti 1601. fol. Anglicæ 1725. 6. vol. 8. Historicus, enarrat prima in Americam itinera, COLUMBI VESPUTII, MAGELLANI, & CORTESII, PIZARRIQUE victorias. Ad historiam naturalem parum confert, & vix utilis, nisi quatenus fidelis, & fere reliquis loco fontis fuit, unde haurirent.
 BARLÆUS Amstelod. 1622. fol. Compendium edidit topographicum, auctum navigatione MARI, qui novum Fretum invenit.
 PROSPERI ALPINI historia naturalis Ægypti. Leid. 1735. 4. Posthumum Opus. Præter Medicinam, plantas Ægyptiorum, dudum edidas, habet etiam animalia & politica. Sed icones

icones partim malæ, partim ex recentioribus a Bibliopola additæ, impar Opus reliquis, quæ ab Auctore scripta sunt.

FRANCISCI HERNANDEZ nova plantarum, animalium, & mineralium historia. Rom. 1626. 1651. quæ editiones nihil differunt, monente etiam JANO PLANÇO præfat. ad *phyto-basanum COLUMNÆ* p. 11. HERNANDEZ primum regio sumtu collegerat plantarum icones, descriptiones. Earum brevis compendium decem Libris composuit NARDUS ANTONIUS RECCHUS, cujus scripta servata sunt ope nepotis M. ANTONII PETILII.

FABER in HERNANDEZ (p. 788.). Numerosæ sunt fere Mexicanæ plantæ, cum barbaris nominibus & iconibus malis. Editionis sumtus erogavit FREDERICUS CÆSIUS primus Lynceorum. Addidit notas JOANNES TERENCEUS Constantiensis Suevius, breves eas, idemque aliquot icones addidit. Accesserunt elegantissimæ JOANNIS FABRI Bambergensis ad animalium historiam commentationes, ex dissectione plerumque natæ, quibus ad fabricam foetus humani, ovum incubatum, cortestudinis, monstrorum formas, multa pulcherrima continentur. Deinde FABIIUS COLUMNA annotationes & additiones adjecit, in quibus multa reconditæ sapientiæ, icones etiam plantarum novæ plusculæ. Tandem FREDERICI CÆSII tabulæ phytoscopicae adfuerunt, quibus passim etiam recentiorum observationes præcessit.

JOH. de LÆT descriptionis India Orientalis L. LXVIII. Amstelod. 1633. fol. ipse non excessit patria LÆTIUS, sed usus est priorum operibus, Herrera, Ximenez, aliis, atque historiam civilem & naturalem per regiones descripsit, bono ordine & simplici sermone. Multos fructus a CLUSIO habuit.

GUILIELMI PISONIS de Medicina Brasiliorum. Leid. Elzevir 1648. fol. Medicus Belga, qui cum Comite MAURITIO in Brasilia fuerat, medicatas inprimis & utiles plantas describit. GEORGIUS vero MARCGRAAF de LIEBSTAT in historia naturali Brasilia cum PISONIS edita copiosam animalium & simplicium historiam dedit, posthumiæ quidem. Icones equidem parvæ; neque botanicæ, sed necessarium tamen Opus. In posteriori editione PISO sua repetiit, sed ex Marcgrafianis multo auctiora, cujus brevissimus tantum tractatus Meteorologicus superest distinctus. Additur in ista BONTIUS & PISONIS manissa aromatica ex Orientalibus plantis collecta. Prodiit Leidæ an. 1658. fol.

JAC. BONTII historia naturalis & medica India Orientalis. Amstelod. 1658. fol. Ergegium undique Opus. Observationes medicæ raræ, & in morbis Indicis fere unicæ. Plantarum & animalium descriptiones quidem, & icones, non nostri sæculi, sed plerumque tamen primæ. Ad GARCIAM ab ORTA utiles notas fecit, cum ipse in Batavia Indica BONTIUS Medicinam fecerit.

GERARD BOATE Irelands natural history with a way of manuring and improving published by SAMUEL HARTLIF. Lond. 1652. 8.

Histoire des Iles Antilles, par le P. du TERTRE. Parisiis 1654. 4. & pleniùs 4. volum. 1667. & 1671. Secundum volumen solum nostri scopi est; reliqua fere historica sunt, & in minutis versantur: sed id volumen perutile est, & ex eo reliqui Scriptores fere hausserunt. Plantas & animalia satis copiose describit, & depingit ex propria observatione.

G. BOATE pleraque habuit a fratre ARNOLDO BOOTIO. Paludes varii generis, fodinas, agri cultum, morbos (inter quos irish ague, & rachitis) bono ordine describit.

ROCHFORD anglíce prodiit, multis tamen figuris mutilatus, cum titulo the history of Caribbea Islands... rendered into English by JOHN DAVIES, Lond. 1666. fol.

ARNOLDII MONTANI beschryving van America on t' Suydland, Amstelod 1671. fol. Collecta undique descriptio, qua inprimis res Brasiliæ fuscæ repetuntur, cum aliqua historia naturali, & nitidis iconibus.

An huc referam MERRETI Pinacem rerum Britannicarum, quo brevis catalogus non plantarum solum, sed aliarum rerum ad historiam naturalem Angliæ pertinentium continetur?

CAROLI CLARAMONTII de aère, locis & aquis terra Angliæ, Londin. 1671. 12. Lotharingus medicus fuit, qui aliquamdiu in Angliâ vixit. Cælum & aquas insalubres esse, vites non muturari quæritur, ingenia incolarum, nobilium quidem vegetum similia Galliæ, plebis lentum, ad chronicos morbos aptius depingit, &c.

BALDÆI beschryving van Malabaar en Ceromandel, Amstelod. 1672. fol. Magis ad historiam facit. *

OLIV. DAPPER multas historias regionum compilavit, quibus solet aliquas stirpium icones, & alia ad rem naturalem conjungere. Huc ergo *beschryving van r' ryck van den grooten Mogol*, Amstelod. 1672. fol.* *beschryving van Syrien en Palestina* 1671. fol.* *beschryving van Africa* 1676. fol.* *beschryving van Asten* 1680. fol.* *beschryving van de Archipel* 1688. fol.* gallice recusum 1703. fol. ibid. *beschryving van Morea* 1688. fol.*

W. J. MULLER in Libro citato habet etiam commercium, quod auro fit. LUC JAC. DEBES multa habet ad maris historiam, ad vortices, pisces, etiam morbo regionis, superstitiosus omnino auctor.

J. J. WAGNERI *Helvetia curiosa* omnino huc pertinet, Tigur. 1680. 12. *The present state of the fertile Island of Tabago*, Lond. 1683. 4. An idem qui, recusus in *Hamb. Mag. T. IV.*, continet arbores & animalia.

J. FORTUNATO ALAMANDINI *istorica descrizione de' tre regni Congo, Matamba ed Angola, e delle missioni apostoliche de' Cappuccini compilata da G. ANT. CAVAZZI*, Bologn. 1687. fol. Hic est, quem gallice libere vertit LABATUS.

LIGON huc referatur. ROCHEFORT *histoire naturelle & morale des Antilles*. Roterod. 1658. in 4. & denuo 1687. 4. Non placet, compilat priores, in physicis parum vidit, icones habet fictitias, miscet aliena, & fabulosa, & ipsa dictio aliquid habet ficti & theatrici.

JOSSLYN *new England rarities*. Lond. 1672. 8. Aves, quadrupeda, pisces, plantas, describit. OTTO KEYENS *Kurzer entwurf von Guiana*. Lipsi. 1672. 4. versum ex Belgico. Continet agriculturam & laudem divitiarum, quas regiones calidiores suppeditant.

The American Physician by W. HUGHES. Lond. 1673. 12. habet plantas, arboresque, & historiam naturalem Americæ Anglicæ.

JOHANNIS SCHEFFERI *Lapponia*. Argent. 1673. 4. Ipse Lapponiam non vidit. Usus est autem commentariis a TORFÆO & RHEENIO, Pastoribus Ecclesiæ Torneensis & Pitheensis suppeditatis. Maxima pars ad historiam, moreseque pertinet. Aliqua tamen ad historiam medicam, naturalem, botanicam, spectat, quæ omnia multo uberiora a CL. LINNÆO speramus.

WILL. JOH. MULLER *Africanische Landschaft Fetsu*. Hamburg. 1673. 12. Habet etiam plantas aliaque naturæ opera.

W. CAMDENS *Britannia*. Editio nostra Lond. 1695. prodiit: historicus equidem, cum Topographia tamen passim aliqua miscuit ad naturæ historiam. Huic Editioni variæ plantæ ex RAO adjectæ sunt.

LUCAS JACOBSON DEBES *description of the Islands of Fero Englished*. 1675. 12. Auctor M. A. fuit, & Ecclesiarum in ea Insula Præpositus. Observavit utique naturam, plantaque ibi raras nasci, & maxime radicem Rhodiam monuit, aves descripsit, &c.

ROB. PLOT *natural history of Oxfordshire*. Oxford. 1627. fol. & 1705. Vir curiosus & mineralium peritior, in quibus, & in lapidibus figuratis magnam partem operis consumsit. Plantas tamen rariores, pisces, monstra, aerem & aquas minime neglexit, & primus in historia peculiaris alicujus regionis studiose se gessit.

ETJUSDEM *natural history of Staffordshire*. Oxford. 1686. fol. Hoc Opus magis mistum est, & multa historica, heraldica, topographica habet, in naturæ tamen operibus fontes, eorumque origines, vitiosa quædam usum hypothesi, metallorum fodinas & labores, terræ indolem, animalium rariora, longævitates, morbos, studiose descripsit.

BERNIER *histoire de Blois*, 1682. 4. * continet etiam historiam naturalem. ROB. PIBBALD *prodromus historia naturalis Scotia*. Edimb. 1684. fol. Et si asperam satis expertus sit satyram, non tamen penitus inutilis est. Plantæ equidem paucæ, & fere ex RAO sunt, neque ulla fere Scotiæ propria Animalia paulo uberius tractavit, cum nonnullis nec optimis iconibus.

JOBI LUDOLPHI *historia Æthiopica*. Francof. 1681. fol. & *commentarius in historiam Æthiopicam*. Ibid. 1691. fol. Vir pereruditus, usus iis quæ a Gregorii Abbatis Abbyssinico didicerat, inque libris undique eruerat, etsi pauca, aliqua tamen ad animalium inprimis historiam pertinent.

C. GERVAISE *histoire du Royaume de Siam*. Parisiis 1688. 4. * Habet etiam naturæ opera.

JOH.

JOH. WEICHARD von VALPASOR *Ehre des herzogthums Crain*. Laibach & Nurenberg. 1689. fol. 4. vol. Splendidum Opus, maxima quidem parte ad topographiam historicam pertinet, multa tamen habet ad historiam naturalem, tum universam, aerem, aquas, locoque, tum particularem, lacus Czirnicensis, cryptarum, fluviorum subterraneorum, fodinarum, mercurii, &c.

DANIEL TOUSCHER *alpes Jämtlandia*, Upsal. 1694. 8. BENJ CONNOR lecto nunc inveni paucissima ejus viri esse, qui utique medicinam in aula Polonica fecit, neque historiam naturalem fere adtingi.

BENJ. CONNOR *history of Poland*. Lond. 1697. 8. * Physica etiam varia & epistolas medicas habet.

JAMES WALLACE *account of the Islands of Orkney*. Lond. 1700. 8. Historiam naturalem habet, & plantas indigenas, maxima tamen pars est historica.

CHARLES LEIGH *natural history of Lancashire, Cheshire and Derbyshire*. Lond. 1700. fol. Plotianis laboribus multum cedit, tum eruditione, tum curiositate, tum artium cognitione aquas minerales & metalla fere unice secutus est, in istis morbisque copiosior. *History of Virginy*. Lond. 1705. *Histoire de la Virginie*. Amstelod. 1707. 12. Auctor indigena fuit, naturam & plantas, sed idiotarum more describit.

Le GOBIEN *histoire des Iles Marianes*, Paris. 1701. 8. *

TH. ROBINSON, cujus hoc loco naturalem historiam Cumberlandiæ, &c. recensuimus, singularis homo fuit, sed in fossilibus utilis. Montes secundum classes nonnullas describit, & cupri labores, & mundik mineralis Angliæ proprii Plantas habuit a THOMA LAWSON.

M. B. VALENTINI *historia naturalis Hassia inferioris*, Giesl. 1709. 4.

J. J. SCHEUCHZERI etiam huc pertinet *disputatio de Helvetia aëribus, aquis & locis*, Tigur. 1728. 4.

Post DAN. TYSELIIUM adde: C. G. ZORGDRAGER *alt und neue Grönlandische fischeray mit einer beschreibung von Groenland, Island, Spitzbergen, Nova Zembla. der strasse David aus dem holland übersez durch A. MOUBACH*, Lipsi. 1723. 4. Bonus liber scriptus equidem ad docendum modum, quo Balænæ utilissime capiuntur, multa tamen admista habens ad historiam naturalem Islandiæ, & frigidis septentrionalis.

The british Empire in America, Londini 1741. 2. vol. 8. Germanice etiam versum fructus naturæ breviter recensos solet enumerare.

THOMAS ROBINSON *essay towards a natural history of Cumberland and Westmoreland*. Lond. 1709. 8. Mineralia quidem inprimis describit, sed & plantas, fere octodecim, a RAJO prætermittas continet.

JOH. MORTON *natural history of Nottinghamshire*. Lond. 1712. fol. Omnem naturam descripsit, solum, lapides figuratos, plantas, etiam rariores ex muscorum genere, aves, monstra, rariora hominum & animalium.

RALPH THORESBY *Topography of Leeds and the Westending of York*. Lond. 1715. fol. Rariora etiam ad Plotii modum descripsit, tum Museum proprium.

M. MARTIN *description of the Wester Islands of Scotland*. Lond. 1716. 8. Nobilis Auctor, rei naturalis minus peritus, plantas etiam utiliores non exprimit, nisi barbaris nominibus. Victum tamen artemque medicam earum gentium sollicite exposuit.

J. JAC. SCHEUCHZER *beschreibung der Elementen Grenzen und berge Schwvicerlands*. Tiguri 1716. *seq.* nam de priori Opere, quod hebdomadatim prodiit, supra diximus. Tomo primo aliqua de aere, maxime vero montium Helvetiæ descriptio habetur. Altero aquæ, thermæ, acidulæ, flumina, lacus. Tomo III. meteora, & fossilia, lapidesque inprimis figurati recensentur copiose ut solet & diligenter, tum ex suis, tum ex aliorum conquisitis experimentis.

Historia naturalis curiosa Regni Polonia, opera P. GABRIELIS RZACZYNSKI. Sandomir 1721. 4. & auctarium ad eandem historiam Gedani 17... 4. Compiler, vix ullo usum judicio, neque propriis experimentis: id meritum habet, quod unicus sit in hac historia Auctor. Plantarum satis multos Catalogos habet, sed passim suspectos, in monstis & rarioribus fabulosus, & credulus, qui urnas subterraneas vegetasse dicat.

DANIEL TYSELIIUS *beskrifning öfver Sion Wetter*. Upsal. 1723. & *ytterligare forsök* 1730. 4. Ebullitiones spontaneas & catabathra describit, & aliqua habet ad historiam naturalem vicinæ regionis.

P. LA-

P. LAFITAU *mœurs des Sauvages Américains*. Parisiis 1729. 4. 2. vol. Miro instituto Irokesios facit Lycios ex Asia ortos, & superstitionis eorum vestigia ex mediâ Græcia repetit. Res tamen ad victum, agriculturam, medicam artem pertinentes passim addit, ex suis etiam observationibus.

ENGELBERTI KÄMPFERI *history of Japan translated into English*, by J. G. SCHEUCHZER. Lond. 1727. fol. 2. vol. Posthumus laboriosissimi viri labor, quo præter veram & exquisitam historiam hujus Imperii, & aliqua botanica, fere ex Exoticis fasciculis excerpta, historia fossilium, animalium, & aliarum rariorum rerum naturalium Japoniæ hic continetur.

ALOYSII FERD. MARSIGLI *Danubius Pannonico Myfficus*. Hag. 1726. seq. fol. 6. vol. cujus prodromus an. 1700. fol. prodit. In ultimo tomo historia naturalis inprimis continetur. Aves nempe, pisces, insecta cum dissectionibus, plantæ Danubianæ, meteora, &c.

SAMUEL DALE *history and Antiquities of Harwich and Dovercourt*. Lond. 1730. 4. Habet testacea, animalia alia, plantaque ejus regionis.

Description générale Historique, Chronologique, Politique & Physique de la Chine, par le P. J. B. DU HALDE. Parisiis 1735. fol. maj. 4. vol. Hag. 1736. 4. 4. vol. In Libro nitide omnino & ornate scripto, ut ex variorum Patrum Soc. Jesu monumentis nato, pauca fati physica habentur vel sparsa per itinerum in Tartariam descriptiones, & Topographiam Chinesem, vel collecta ad Titulos, Theam, Rheum, Xylon, pauca alia utcunque descripsit, sed etiam inde abest ea curiositas, quæ utilitatem publicam sola efficit, & icones malæ, ex NIEUHOFIO. De animalibus & mineralibus parvus est. Uberior in Medicinæ Chinesis descriptione & exemplis.

COKER *survey of Dorsetshire cont. the natural history of that Country*, Lond. 1732. fol. * DU HALDE Germanice versus liber, male truncatus, & alienis rebus auctus est.

JOHN BRICKWELL *natural history of north Carolina*. Dublin. 1739. 8. Arbores etiam & plantas habet. Aerem etiam locoque Carolinæ describit in altero volumine CATESBY.

J. G. GMELINUS in pulcherrimæ suæ floræ Siberica T. I. in præfatione multa perpulchra habet de ejus regionis naturali historia, miro frigore, falsis aquis, plantarum indole, &c.

Ex *Phil. Trans.* huc pertinent ad Lacum Carniolæ celebrem. n. 109. 191.

MURRAI descriptio Hirtæ. n. 137.

GUATTANI & DION. DE PIACENZA plantæ & animalia Regni Congo. n. 139.

Descriptio of Penparkhole. n. 143.

Lacus Loughneagh. n. 173.

Vesuvius Ternatenfis. n. 216.

Notabilia Comitatus Lincolnensis. n. 223.

MARTIN de Insulis occidentalibus Scotiæ. n. 273.

Ad VVetterum Lacum. n. 298.

KINNALDEY description of Shropshire. n. 310.

Hibernica varia. n. 320.

De Scotiæ ericetis. n. 730.

RICHARDSON de Comitatu Eboracensi. n. 337.

Historia naturalis vici Bridgnorth. n. 463.

PRESTON descriptio Zetlandiæ. n. 473.

Mémoires pour l'histoire naturelle de Languedoc. Parisiis 1737. 4. Maxima pars Operis ad antiquitates pertinet. Aerem tamen, ventos, fontes, thermas & aliqua vegetabilia etiam describit, animalia & fossilia vix adtigit, præter dissertationes de piscibus fossilibus, & aliam de mugilum piscatura.

DE MAILLET *description de l'Egypte*, Paris. 1735. 4. Hag. 1740. 12. fabulosus homo & nugator.

JOHAN. ANDERSON *nachrichten von Island, Grönland und Strasse Davis*. Hamburg. 1746. 8. ad piscaturæ maxime descriptionem, aves boreales, sulphur & alia fossilia Islandiæ, verax, pius & venerabilis Auctor.

Addere hoc loco visum est aliqua Lexica philosophica, in quibus fere definitiones rerum physicarum continentur, & elementa, non inutilia tironibus. Huc ergo STEPHANI CHAUPIN *Lexicon Philosophicum* pertinet. Roterodami 1692. fol. editum, quod physica, logica, & mathematica continet. Deinde multo plenius *Lexicon Technicum* JOHANNIS HAR-

in indice (a) horum Auctorum, quæcunque ad unam rem spectabant, hæcque in spar-

HARRIS Soc. Reg. Secret. Londini 1710. 2. vol. fol. editum, quo integri tractatus continentur inprimis mathematici, sinuum & tangentium tabulæ: de conicis maxime necessariæ proportionibus, &c.

ANTONII ROSCELMANN *regnum minerale, vegetabile & animale Tirolensis comitatus* nunquam vidi A. E. suppl. IV. S. 6.

J. C. TRUMPH *historia naturalis urbis Verda*, Norimb. 1744. 4. & in E. N. C.

CAR. FRID. MENANDER & GADD. *observ. physico-œconomica in Satagundia collecta*, Abo 1747. 8.

A. BERCH *Angermanna huskollning*, Upsal. 1747. 8.

Ab anno 1749. cepit edi liber cum titulo *Versuch einer beschreibung natürlicher merkwürdigkeiten der Landschaft Basel* 8. cujus quinque partes prodierunt. Plantarum rariorum & vulgarium etiam catalogum, & conchas rariores, & alios lapides peculiare describi video.

In J. CHRISTOPH. v. DREYHAUPT *beschreibung des Saalkreyfes*, Hall. 1749. fol. bona historia naturalis continetur.

PETRI SCHISSLER *hålsinga huskollning*, Stokh. 1749. 8. huc etiam facit.

ROBERT HEATH *natural history of the Islands of Scilly*, Lond. 1750. 8. Legi meretur descriptio insularum parum notarum, quarum etiam plantas sponte nascentes recensuit.

GRIFFITH HUGHES *description of Barbados*, Lond. 1750. fol. Acriter video cenferi, sed certe plurimas raras parumque notas plantas describit, pingit, animalia, aerem, aquas locoque refert, melius, quam in plurimis id genus libris, etfi methodum desideres.

EGERHARD OLAVI *Enarrationes de natura & constitutione Islandiæ formata & transformata per eruptiones ignis*, Hafn. 1750. 8.

Ad Lexica quæ hoc loco citavimus, referri adhuc meretur G. HENRICH ZINCK *deutsches real manufaktur und handwerks lexicon*, Lips. 1735.

Ditior adhuc ut recentior est E. CHAMBERS *Cyclopadia five universale scientiarum Lexicon*, Londini 1743. 2. vol. fol. & sæpe ibi recusa. Ad mathesin inprimis & medicinam spectat, & Transactionum inventa complectitur suis sub titulis. Parisiis etiam an. 1745. 2. vol. fol. & in Italia recusus est.

Dictionnaire des Arts & des Sciences, quod Parisiis an. 1731. 4. vol. fol. prodit. Mechanica magis artiumque voces & Gallicas rerum ideas habet.

Plenius est & medico utilius *le Dictionnaire universel de Commerce*, quod sæpe Parisiis, Genevæ vero uberius prodit an. 1742. 4. vol. fol. Ad materiem vero inprimis medicam pertinet & utilissimum est, quo loco idem repetito laudabo.

Minoris momenti compendia ob numerum & imperfectionem omitto, & de CHOMELII *Dictionario œconomico*, Lugduni 1719. fol. 2. vol. & alias edito, alibi dicam.

Huc refero nondum visum Opus JOHANNIS HILL, novi Plinii, qui omnem historiam naturalem tribus in folio voluminibus complectitur.

(a) In ordine legendi methodoque magna pars utilitatis librorum ponitur. R. HOOKIUS, vir, uti notum est, ingeniosissimus, jubet historias rerum in Schedulis describi, signis & steganographica aliqua compendiaria notarum ratione. Deinde Schedulas illini in Librum, cui in singula pagina proprius sit Titulus, ut una pag. congeneres observationes contineat. In *Operibus posthumis* p. 64. JOH. DEGORTER propria dissertatione paulo aliam methodum collectaneorum descripsit.

Ego vero variis tentatis hanc optimam inveni. Libri boni & methodici omnino non sunt excerptendi, ne succumbamus oneri, & fugiamus laborem, quem eo majorem experimur, quo melioris notæ scriptum est: sed in Miscellaneis, Itineribus, Topographiis, Observationibus, Diariis legendis Schedulas prælo habeo numerosissimas. In iis vel brevem descriptionem rerum præcipuarum, vel si ea longior sit titulum cum monito conjicio, in ea parte Libri de ea re utilem haberi tractationem. Has Schedulas in propria scrinia distribuo, quæ in loculos divisa sunt, quorum singuli aliquam, non nimis amplam partem alicujus artis continent. Sic Thesaurus absque labore nascitur observationum, quas data occasione consulere, ordinare, illique uti liberum sit. Collectanea, ut vocant, nimis laboriosa sunt, quod ad quemlibet alicujus Auctoris locum, longa opera, necesse sit quarere titulum.

sparsis circa me foliis in liberis chartis suo loco adnotabam. Habebam enim parata uudique folia sparsa, singula suo titulo notata, ut v. g. in uno scriberem omnia, quæ inveniebam de aqua, in altero, cui titulus erat de aere, omnia quæ inveniebam de aere, & sic porro, deinde ordinabam ea quæ collegeram, & hac ratione omnia experimenta colliguntur & revocantur ad suos titulos, ut aliquid certi habeat auro non vendibile, qui sibi talem indicem construxit. Neque major labor est, quam is ipse quo Libri leguntur, nam dum legis v. g. historiam naturalem, & parata habes folia titulis suis inscripta, ut v. g. AER, in singulis annota quod de ea materie invenitur, & deinde ad singulares titulos omnia adcuratius revocanda sunt. Quando colligo, nullo ordine hoc facio, sed quando omnia collegi, tunc ea ordino. Quomodo eadem & ad quænam capita revocanda sint, hic indicabo.

Dividitur ergo Physica experimentalis, quatenus ad Medicinam spectat 1. in Astronomiam, 2. in elementalem Physicam, 3. in Chemicam, 4. in qualitates omnium corporum. Sic divido totum Opus, & proinde ex indice horum Auctorum quatuor generalia capita in nostro indice constitui debent, & sic in meum usum tria volumina confeci in folio, quæ dividuntur in quatuor partes, & quidquid in mutatione Physica in meis experimentis deprehendo ex Sole & Luna, &c. hoc revoco ad Astronomiam. Objicies, nihil Astronomiam ad Medicum facere. Verum meliora docent, qui nostro sæculo scripserunt, & demonstraverunt actiones Astrorum in nostra corpora. Non dico de CARDANO, qui omnino nugax est in hisce, neque de HELMONTIO (a), sed de MEADIO (b), qui demonstravit imperium Solis & Lunæ in corpora humana. 2. Ad elementa Physica revoco omne, quod ad ignem, aquam, aerem & terram spectat. 3. Ad Chemicam statim dicam, quæ eo spectent. 4. Ad qualitates corporum revoco omnia, quæ sensu percipiuntur, ut colores, odores, sapes, & omnes porro sensibiles qualitates.

Altera pars Physices, quæ nempe ratiocinatur ex prioribus, & ipsa suos Auctores habuit. Supra dixi totam Physicam constare duabus partibus, quarum una colligit experimenta, hanc absolvimus, & dedimus consilia eam acquirendi; altera utitur ratiocinio, in illo experimento fundato, indeque deducit aliqua quæ ex priori parte cognosci neququam poterant. Hæc etiam ut a nobis addiscatur, eget prudentissimo consilio, etenim hæc est ea pars in qua longissime errare possumus, vel incidere in hujusmodi homines, qui nos in errores ducunt facilius, quam in præcedenti parte, nam raro erratur in colligendis experimentis, sed sæpe turpiter erratur a vero ratiocinio. Quinam ergo hi sint, qui commendari possunt in hac parte diutius certe hæsi electurus.

I. Quæ-

(a) FRANCISCUM MERCURIUM vult Præceptor, cujus an. 1685. 8. Londini impressi sunt *Discourses concerning macro and microcosm, and their union*. Deinde Amstel. 1697. 8. *Cogitationes supra quatuor priora capita L. I. MOYSIS*. Denique *observationes de homine & morbis*. Mira hypothese imbutus, Solem marem, Lunam foeminam, illum ignem & principium activum, hanc aquam, sive principium passivum, in homine & animalibus regere docuit, & nescio quæ alia mentis emotæ ludibria,

(b) De eo Auctore jam supra dixi.

1. Quæcunque GALILÆUS GALILÆI scripsit ad Physicam spectantia, ea omnia bona sunt; nam quæ veteres quidem ratiocinati sunt in Physicis, ea nullius sunt momenti, iste vero vir primus ratiocinari, & rigore mathematico egregia deducere incepit, quæ omnia certe examen sustinere possunt.

2. Ejus discipulus nobilissimus TORRICELLIUS in hac parte etiam primum tenet locum, sequutus enim suum Præceptorem, ratiocinatur nihilo minus severe, quam Mathematicus, sed Opera ejus rara sunt.

3. BENEDICTUS CASTELLUS, qui in *tractatu aquarum* jam commendatus fuit, egregius est Physicus, & nihil ex hypothese, sed tantum ex experimentis concludit.

4. JOHANNES ALPHONSUS BORELLUS hic etiam egregie scripsit, sed tamen hoc dolendum est in eo, quod nimis Chemicis speculationibus indulserit (a).

5. LAURENTIUS BELLINI, qui exempla dedit certa, quomodo ex datis Physicis possimus ratiocinari (b).

6. MARIOTTE in *tractatu Essais de Physique*.

7. PERRAULTIUS in *tractatu* ibidem inscripto *Essais de Physique*, & in omnibus etiam suis tractatibus (c).

8. Meretur & hic laudem primam Clarissimus des AMONTONS, regie Societatis Socius, ob egregia sua inventa, quæ reperiuntur in *Libro dicto, Mémoires de l'Académie des Sciences*.

9. PHIL. DE LA HIRE, ejusdem Academiæ celeberrimus Sodalis, in suis Operibus (d).

10. Magnus HUGENIUS in omnibus tractatibus, quos edidit, ut de *Motu, de Pendulis, de Horologiis*, quod Opus nunquam sane peribit, quamdiu mortales scientias adsequuntur. Idem de *Ludo*, & *Calculis inveniendis in Ludis, de Luce, de Gravitate*, &c. ubique optime scripsit.

11. Verum qui in hac parte primum fundamentum jecit & princeps haberi debet, est ISAACUS NEWTONUS, qui unum tantum hic potest, quantum omnes mortales simul junctis viribus. Hoc docent ejus *Elementa Philosophiæ Mathematicæ*. Qui hujus viri experimenta incomparabilia in Historia naturali & ratiocinia egregia nosse voluerit, videat ejus tractatum de *luce* seu *Opticam* ejus primo Anglice conscriptam, deinde in linguam Latinam translata. Quando primum hæc Opera vidi, obstupui certe, quia nunquam apud Philosophos hujusmodi videram leges, neque ita castigata omnia ratiocinia & ad Mathematicam limam revocata vidi, & nullibi severius ex ipsis experimentis ratiocinia deducta adverti, adeo ut semper futurum sit optimum omnium exemplar, quod haberi possit.

Dixi ergo, quibus opus habeat Medicus ex Mathematicis, & quibus ex Physicis; at quibus ex Chemicis indigeat, nunc docendum venit.

(a) Nempe in explicando motu muscolari, quod posthumum Opus passim mistum est semiveris hypothesebus.

(b) Mathematica potius forma, quam vera methodo usum esse ex multis apparebit; quando ejus Opera recensebimus.

(c) Valde Theoreticus, neque felicissimus in hypothesebus.

(d) Aliter de ipso sentit LEIBNIZIUS in *Commercio Litterario*, quod ipsi cum BERNOULLIO intercessit. Cæterum judicia nostra de Physicis Scriptoribus superius legi possunt.

METHODI
STUDII MEDICI
PARS V.
CHEMIA.
CAPUT I.

De Chemia in genere.



Chemia methodum exhibet rerum corporearum indagandarum tam in Physicis quam in ipsa Medicina. Hæc etiam est ratio, cur a Physicis ad Chemica transire debeat tiro Medicus, quia nempe Chemia exhibet methodum, qua Medicus & Physicus experimenta addiscere possunt. Nihil est aliud Chemia, quam corporum sensibilibus conjunctio & separatio per quosdam motus excitatos, qui præsertim diriguntur per ignem, eaque ars suppeditat hominibus modum, ea corpora, que examinat, detegendi, & deinde exhibet motus, qui ex separatione & compositione horum corporum observantur. Cum etiam tota Physica nihil sit nisi observatio motuum & mutationum, nemo dubitat, quin hæc scientia Chemica maximum sit adminiculum ad hoc Medium, quo discuntur corporum singularium vires & facultates. Didicit enim Medicus corporum naturam ex Mathematicis, deducit observationes ex rerum natura, deinde ratiocinatus est ex prioribus. Verum, ut, quæ propria sunt cuique corpori, definiat, arte eget, qua componere diversa corpora, composita sejungere, movere quiescentia, ad quietem mota reducere possit, & dum hoc arte utitur, est ipsi animadvertendum, quid ex his compositionibus sequatur, hocque modo cognoscere poterit plurima in corporibus, quæ alias certe non cognosceret.

Dico nunc in hac paragrapho, Chemiam æque facere ad Physicum, quam ad Medicum; nam Chemia omnia corpora examinat, & inquirat, & nullum discrimen facit, sive plantas, sive animalia, sive mineralia tractet, habet ubique easdem operationes & instrumenta, quibus tentat ea cognoscere.

Chemia indagat maxime singulares corporum indoles, unde pendent præcipuæ actiones. Hæc maxima Chemiæ laus est, quod indagat & detegat corporum proprietates, quæ nisi per experimenta Chemica investigarentur, cognosci non possent. Si pergas querere, quid Chemia tanti emolumenti præstet? respondebo facile: Mathematici nullam ideam corporum potuerunt dare nisi generalissimam, quæ fuerunt enim tantum, quid sit illud, quod vocatur corpus, & demonstraverunt ejus aliqua attributa, sed tantum communia, quæ in genere corpus con-

constituunt: quid vero in hoc dato corpore sit, quod hoc corpus faciat esse illud corpus, Mathematici non attigerunt.

Verum Physico hæc illaque singularia corpora observanda sunt; hinc utitur Chemia; illa enim maxime hoc facit, quod Physicus non generalia modo observet, sed perscrutetur indolem corporum singularem. Corpora enim, quæ in natura operantur, diversa inter se sunt, indole, & agunt per illud, quod quodque singulare habet, non per illud, quod generale & commune iis est. Vides Medicum debere scire, quid illud singulare in quocunque corpore sit, per quod edat actionem diversam ab ea, quam aliud quodcunque corpus edit. Ita scio corpus esse grave, mobile, & hanc cognitionem applicari jam corpori, habebit utique actionem communem omnibus corporibus ex duobus illis attributis. Verum hæc cognitio parum juvat. Applica v. gr. corpori humano arsenicum, corrodet cutem, ventriculum, occidetque. Sed pondus & generalia illa non docebunt, quare arsenicum tantos edat effectus; nam ex Mathematica non patet, quare non æque arsenico ac nive uti liceat. Chemia autem in arsenico invenit per sua experimenta vim deleteriam inesse huic arsenico. Hoc nunc voco singularem naturam corporum cognoscere, quam nunquam per generalia corporum attributa cognoscere possum.

Illam ergo scientiam, quæ naturam singularem, unde actio singularis corporum pendet, explicat, utilissima est totius Physices, & Chemia vocatur. Ita nemo certe sciret in rerum natura esse tale principium motus, ut se tanta vi associarent corpora conjuncta sine causa externa, ut nunquam iterum disjungi ulla arte possint; nemo, inquam, hoc unquam scivisset a priori, neque unquam ex principis Mathematicis & Mechanicis deduceretur; sed a posteriore docet Chemia talia esse, nemo enim nescit, duo corpora simul mixta ita se associare per operationes Chemicas, ut separari nequeant, & in unum tertium corpus conflant; verum hoc cognosci non potest per communes seu generales corporum, sed per singulares duorum horum corporum proprietates, sive quod eodem redit, hoc non potest dignosci nisi per Chemiam, naturam enim aquæ, oleorum, spirituum, salium, terræ, &c. sola fere Chemia detegit. Quanti sit hæc cognoscere omnes norunt, quia hæc præcipua elementa sunt, quæ ingrediuntur in corpus humanum, & unde actiones nostræ omnes pendent.

Chemia describit modum, quo possunt excitari actiones corporeæ, quas exercere vult & Philosophus & Medicus. Pone Medicum velle in stomacho excitare motum, quo liquida ingesta a se mutuo separentur, & eorum partes a se mutuo & a circumjacentibus partibus stimulentur, nisi Chemicus sit, hanc actionem novisse non potest. Facile vero est Chémico. Sume aceti destillati unciam unam, spiritus salis ammoniaci drachmas quinque, & misce, bibat æger primo drachmam unam, deinde alteram, sicque sursum deorsumque omnia movebuntur & effervescent; si hujusmodi motus exigeretur, solus eum producere novit Chemicus. Iterum pone Physicum velle uno momento excitare ignem, seu tonitru. Sume adeo olei caryophyllorum drachmam unam, & duplum salis nitri rectificati; excitabitur ignis citissime. Sine Chemiæ vero cognitione hoc nullo modo effici poterit.

Chemix adeo maxima utilitas est, quæ docet, quomodo excitari possint quidam motus & actiones, quas ars imperat; in his enim producendis Chemia sola aliquid præstare poterit, quod exemplis confirmare necesse non est, cum vulgo notum sit Medicos remedia adhibere composita in curatione morborum, quorum ope sanantur ægri; Physicos vero, si experimenta rerum naturalium velint facere, etiam Chemicis uti operationibus, & mixtis corporibus.

Chemia indagat per experimenta naturam ipsam, & vires vel actiones nostrorum alimentorum, potulentorum, humorum, remediorum, venenorum, vix imitabili aliis artibus auxilio.

Novit Physicus, naturam corporum tunc dici cognosci, quando figura, pondus, soliditas, rigiditas, porositas explicantur: verum illud omne imprimis facit Chemia, dum tentat hæc corpora mutare, immutabilia reddere, mutata examinare, &c. Deinde quomodo tentamus indagare corporum proprietates; illud nempe fiet, dum hæc corpora mutata & separata iterum miscentur. Hoc optime facit Chemia post singulam applicationem corporum separatorum, mutatorum ad se invicem, sic Chemia fere omnia perscrutat in natura. Si quis nosse velit, quibus partibus consistet panis, id efficiet per operationes Chemicas, & eadem ratione nostri corporis humores non melius cognoscuntur, nisi per Chemicæ experimenta. Non ideo Chemia promittit se docturam, ex quibus elementis humores consistent, id tamen potest, panem his fieri saporibus, qualitatibus, hasque producere actiones, hanc aliam naturam sanguinem possidere, &c. Idem de omnibus phænomenis valet ad Physicam & Medicinam pertinentibus, quod exemplis quidem ostendere necesse non est, unicum tamen addam. Pone te scire datum fuisse mercurium sublimatum, rogo omnes Medicos quid dandum sit in hoc casu, seposita una Chemia? silebunt equidem rogati, Chemicus vero promptus respondebit: Mercurius sublimatus est acidum, quod corrodit viscera, ergo fume salis tartari drachmas quinque, solve in libra una aquæ, & da bibendum ægro, hoc assumpto fiet ipso momento pulvis subflavus, & ex aqua Mercurius solus præcipitabitur; nam alcalia hæc acidum corrosivum involvunt. Si vero arsenicum datum esset, tali quoque ratiocinio cognosceret, qua arte esset demendum.

Ut ergo tam nobilem & necessariam atque utilem artem, breviter atque integre addiscat in suos usus Medicus, debent primo doceri Chemix generalia, quæ absolvuntur pertractatione instrumentorum, objecti, atque operationum ipsarum, harumque productis.

Has pertractationes docuerunt candidissime (nempe ea, quæ de instrumentis, causis, objectis, productis agunt), sequentes Auctores.

1. NICOLAUS le FEVRE, edito Opere Parisiis 2. vol. in 12. repetita impressione Lugd. Bat. 2. vol. in 12. (a).

2. De-

(a) Non quidem scopus est, neque satis instructus sum in hac parte historix Medicæ, ut

2. Descripsit eadem optime CL. LEMERY pater (a), recuso multoties Opere, emendata etiam est ultima editio, quotannis enim fere novam Auctor edidit, atque adeo ultima editio plura habet observata, quibus carent alix. Editio ultima est Lugd. Bat. 1716., bona tamen est etiam Lugd. Bat. 1697. quæ inscribitur acti Parisiis edita esset, & tamen Lugduni Batavorum prodiit.

3. Liber etiam editus est a CHRISTOPHORO MORLEY (b), Doctore Britanno, in 4. cui titulus est *Collectanea Chemica Leidensia Matfiana, Marcgraviana, & le Mortiana*, in quo Libro etiam quæ ad hanc rem pertinent, nonnulla habentur. Editus est Lugd. Bat. in 4. postea *Amstelodami* in 8. adornante editionem D. MUGKENS.

4. Pariter satisfaciunt huic parti Chemix *Elementa Pyrosophix* CONRADI BARKHUSEN, Libro in 4. Lugd. Bat. editio an. 1717. apud Haak (c).

C A-

ut fusc Chemicos Scriptores omnes recensere suscipiam, eroque in hac parte hujus Commentarii quam alibi brevior, uti & ipse PRÆCEPTOR valde obiter Scriptores hujus artis recensuit. Compendiorum Chemicorum Scriptores, & qui instrumenta Chemica & processus vulgo dictos descripserunt aliquos excitare jubet ordo. N. le FEVRE cujus hic mentio fit, Gallus fuit & Pharmacopola, & primus forte in ea Lingua edidit compendium processuum chemicorum vulgatorum, secundum ordinem corporum, quorum analysin describit. Editio mea Leidæ prodiit 1669. 2. vol. 12. Parisiis autem impressa fuerat 1660. 2. vol. 8.

Citatus hic le FEVRE Anglice prodiit 1670. 8.

(a) Multo melior NICOLAUS LEMERY, qui in Gallia Chemicas Lectiones aperuit, non sine magno & gentis suæ & exterorum applausu: facile, planum & ex magis utilibus selectum compendium scripsit, quod Parisiis 1675. 1679. 1682. 1683. 1690. 8. & alias, & undecimo post mortem Auctoris Leidæ prodiit 1716. 8. Hoc habet incommodum, quod Cartesianas & corpusculares eventuum rationes debilesque ætiologias ubique admisceat; quod processus abique præposito aliquo sine recensentur unice historicus; neque reconditas magis Germanorum operationes habeat, aut rariorum paulo corporum analyses, Zinci, Boracis. In usus tironis aptissimus est.

N. LEMERY compendium prodiit etiam Parisi. 1681. & ibid. 1697. 8. 1701. 1713. 8. 1730. 8. opt. Genev. 1691. 12. 168. 8. Latine, Germanice, Dresd. 1734. 8. EJUSDEM etiam est *recueil de curiosités*, Amstel. 1697. 8. 2. vol.

(b) Merus catalogus processuum Chemicorum & Pharmaceuticorum 543. Editio mea prodiit an. 1702. Antvverpiæ, 8. prior Leidæ 1684. 4.

(c) Inimici sui Librum optimus hic commendat PRÆCEPTOR, hominis cæterum, in cujus omnibus scriptis confusum aliquid & inordinatum subest. Nempe J. CONRADI BARKHUSEN *Pyrosophia* prodiit Leidæ 1698. 4. Varia vana habet. Aurum dicit ab ventriculo humano subigi posse. Ceterum Alchemiam metallurgicam, & Iatro-Chemiam continet. Ejusdem Libri compendium est *ratiocinii Chemicæ more geometrico concinnatum* excusum est Leid. 1712. 8. Id experimenta continet, non geometricas demonstrationes.

Sed recentiora tempora, alia compendia Chemica minime negligenda protulerunt, quorum unum STAHLII est, cujus *Fundamenta Chemix dogmaticæ* quæ nuper Norimbergæ 4. 1746. & 1747. recusa & tertia parte aucta prodierunt. Multa hic recondita neque nudi processus, sed ad detegendam naturam principiorum mixtorum corporum sagaciter selectæ encheireses.

Hujus Libri quasi compendium est in *Introductione Chemica* GODOFREDI ROHTII, quæ Germanice Lipsiæ variis annis ab ipso anno 1717. in 8. prodiit. Gallica vero versio a D. CLOUSIER edita est Parisiis an. 1741. 12. Instrumentorum, operationum encheiresium bonam descriptionem, multa etiam ex interiori Chemia continet.

In-

Inter compendia etiam referri visum *Nouveau Cours de Chymie suivant Newton & Stahl*, Parisiis 1736. 12. p. II.

Sed & D. MALOUIN *Traité de la Chymie*, Parisiis 1734. 12. * laudatores invenit, etsi per censuras, quas solas vidi, Auctor non videatur satis literis imbutus.

HELFRICI JUNCKER *Chymia experimentalis curiosa*, Francof. 1681. 8.

CAR. MÆTS (P. T.) *Chymia rationalis & Praxis Chymiatrica rationalis*, Leidæ 1631. 4. describit processum, deinde remedia secundum ordinem morborum dispositos.

JAC. LE MORT *Compendium Chemicum*, Leid. 1682. 12.

GEORG. WILSON *complete Course of Chymistry*, Lond. 1699. 8. * Opus 40. annorum, sæpe recusum, suum peculiare Systema habet.

G. WEDEL *Compendium Chymie theoretica & practica*, Jenæ 1715. 4. *

Ad compendia Chemica sequentia addimus.

CONRAD KUNRAHT *distillir und arzneybuch*, Hamb. 1638. 4. Francof. 1703. 4.

J. SIG. ELSHOLZ *destillatoria curiosa*, Berolin. 1674. 8. Anglice, Lond. 1677. 12.

HERMAN NIC. GRIMM *compendium medico-chymicum*, Bataviæ 1679. 8.

MICH. ETTMULLER *Chymia rationalis*, Leid. 1684. 4. EJ. op. *Pharmaceutico-chymica*, Lugd. 1686. 4.

JACOB BARNER *Chymia philosophica*, Norimberg. 1689. 8. Laudari video.

STAHLII etiam est *einleitung zur chymie*, Lips. 1729. 8.

GODOFRIDI ROHTII *gründliche anlsitung zur chymie*, Lips. 1720. 8. 1745. 9. &c.

Nouveau cours de chymie, &c. primum prodiit Parisiis 1723. 12. opus SENACI.

PETER SHAW. *new method of chymistry*, Lond. 1727. 8. EJ. *chymical lectures read in* 1731. 1732. 1733. Lond. 1734. 8.

CL. MALOUIN etiam est *Chymie médicinale*, Paris. 1750. 12. 2. vol.

J. JUNCKER *conspectus auctior* prodiit Hall. 1749. & 1750. 4. 2. vol.

BOERHAAVII *Elementa Chemica* recusa etiam sunt Paris. 1733. 4. 2. vol. Anglica hujus operis versio, præter eas quas diximus, existit etiam Londini 1741. 4. a P. SHAW data.

GOTTFR. HENR. BURGH RT *distillirkunst*, Bresl. 1736. 8. & *zusätze zur distillirkunst*, ib. 1748. 8. J. JUNCKER *conspectus Chymie theoretico practica*, Hal. 1730. 4. Usus est STAHLIO & BECCHERO, tum GLAUBERO, KUNKELIO, StahlII inprimis peculiaria inventa habet.

Denique inter antiquiores FRANCISCI VIGANI Itali *Medulla Chymie*, Lond. 1687. 8. ex brevitate & facilitate laudatur; sed sparsos tantum, ut vocant, processum continet.

Sed multis annis post has prælectiones BOERHAAVIUS ipse *Elementa Chymie* edidit quæ an. 1732. Leidæ 4. 2. vol. prodierunt, inde fere ubique per Europam recusa sunt, & reliqua PRÆCEPTORIS Opera ut mole, ita perfectione superant. Tomo I. historia Chymie & nova Theoria Elementorum Physico-Chemica traditur; altero encheireses. Sed ab Empiria BOERHAAVIUS Chymiam revocavit inprimis ad fines Medicos, Physiologicos, atque Physicos, & ad detegendam rerum naturam. Dicitio purissima, vulgatiore tamen encheireses, & ad usum tironum inprimis continet, rariora metallorum & semi-metallorum Chemica phenomena potius apud Germanos quæras. Hoc Opus ab anonymo Anglo excerptum & in compendium digestum, prodiit Londini 1732. 8. cum variis & criticis satis asperis notulis, ad quas pro PRÆCEPTORE respondet P. ROGERS. Aliam versionem edidit TIMOTHEUS DALLOWE, addiditque aliquas correctiones, cum Auctoris consensu editas. Lond. 1735. 4.

Ejus Libri compendium edidit de la METTRIE, *Abrégé de la Theoria Chimique, tiré des Ecrits de Boerhaave*. Parisiis 1741. 12. Nuper autem integra versio prodiit.

CASP. NEUMANNUS in posthumis prælectionibus Chemicis, non solum pharmaceutice, sed chemice etiam omnia fere corpora, quorum aliquis usus est in Chemicis, explicavit magno Opere, quod Berolini an. 1740. 4. sed maculose prodiit, ut Illustris TREWIIUS observat. In Metallis multa minus vulgaria, tum omnium fere simplicium Medicamentorum Analytes aliquas, plantarum extracta gummosa & resinosa, & in vires medicatas bonas animadversiones continet, ad usum tironum pariter commendabilis, si alia Lingua extaret. Aliqua mineralia, ut sales alcalinos fixos, sulfur, antimonium, deinde ex Vegetabilibus vinum, cerevisiam, theam, coffeam, opium caryophyllos, ex animalibus formicas, castoreum, peculiari cura & fusius descripsit propriis Libellis, sed hic una recusus. Censorius cæterum, & dictione neglectissima, sive ad posthuma Opera respexeris, sive ad ea quæ ipse edidit.

NEU-

CAPUT II.

Experimentorum Chemicorum Auctores.

HI Auctores sufficiunt pro primo fundamento: Quando ex hisce Auctoribus operationes addidit Medicus, tunc legendi sunt ii Auctores, qui per experimenta hanc artem illustraverunt, hoc est, debet legere eos viros, qui omnem partem Medicinæ & Physicæ per egregia experimenta decorantes continuo nova inventa addiderunt.

1. Eminent princeps omnium ROBERTUS BOYLEUS (a), jam alibi laudatus, in omnibus suis Operibus, qui plus solus præstitit quam omnes alii; ex hoc Opere collecta sunt chemica Londini Lingua Anglica, & dicitur *Chymia contracta*.

2. Præter hunc extat KUNKELIUS (b), Chemicus famigeratissimus, & omnium forte laboriosissimus, & mirificus in experimentis. Multum ille aurum impendit ad arcana possidenda in Chymia, verum hoc dolendum est, unice quæsisisse Lapidem Philosophorum. Hunc virum aluit Serenissimus Rex Borussiae FREDERICUS, & pater ejus Elector FREDERICUS WILHELMUS.

Opera

NEUMANNI citatum opus multo auctius nunc recuditur, & Berolini anno 1749. & 1750. tria jam volumina eo pertinentia prodierunt.

J. H. SCHULZE *chemische versuche*, Hall. 1745. 8.

MACQUER *Elémens de Chymie théorique*, Paris. 1749. 12. Bono ordine scriptum compendium & periti viri cum variis in tabulam adfinitatum D. GEOFROI animadversionibus, explicationibus phaenomenorum, experimentis propriis in calce, in arsenico institutis, &c.

FRID. HOFMAN *Chymia rationalis & experimentalis*, Leid. 1748. 8. Breve & ordinatum, etsi non plenum compendium.

Leçons de Chymie de l'université de Montpellier, Paris. 1750. 12. Opus D. GONTARD.

(a) Vide in Physicis suo loco.

(b) Videtur PRÆCEPTOR hic inprimis *Laboratorium Chemicum* velle, quod in 8. cura D. Engellederi an. 1716. & 1722. prodiit, vel *Opuscula Chemica minora*, Francofurti an. 1721. impressa, quorum passim aliqua polemica sunt. Industrius certe vir per suos labores ad equestrem dignitatem evectus, & ex arte vitriaria atque noviter invento colore vitri rubineo, tum ex phosphoro urinoso quem inter primos descripsit, clarus, cui tamen STAHLIUS, peritus harum rerum judex, BECCHERUM, maxime in definiendis rerum principiis, præfert. Sulfur nescio quo motus odio expunxit ex numero principiorum metallicorum, neque præter terram, sal & mercurium quidquam admisit in metallis. Mercurium currentem se ex metallis habuisse; metalla transmutasse affirmat. Acidum pro calido, alcali pro frigido habet, magno, cum ad hominem referat, errore. Cæterum opificum & adeptorum more inordinatus scripsit & plebeia dictione usus est.

KUNKELII *Laboratorium* prodiit etiam 1728. 8. EJUSDEM etiam sunt *observation von den fixen und flüchtigen salzen*, Hamburg. 1676. 8. *de principiis chemicis salibus acidis*, &c. VVittemb. 1677. 8. *de nitro & de phosphoro minerali*, Lips. 1678. 8. EJ. *experiments of chymical philosophy*, Lips. 1705. 8.

Cæterum KUNKELIUS vir industrius fuit, uti diximus, & recte opportunitatibus usus est, judice NEUMANNO, etsi theoria minus bona usus.

J. BECCHERI quidem est *Chymischer Glückshafen oder grosse chymische concordanz*, sed ad alchemiam pertinet. Editio hujus Libri Hallensis 1726. 4. loco citato dicta est cum præfatione STAHLII. BECCHERI etiam est *tripus Hermeticus seu laboratorium portatile*, Francof. 1689. 8. EJ. *experimentum chymicum novum* 1671. 8.

JOA-

Opera ejus dignissima sunt, quæ legantur, sive habeamus ejus Opera in ANTONII NERII, *artem fornacariam & vitriariam*; sive habeamus ejus *Experimenta Chemica*, optima sunt omnia. Laboriosus enim vir fuit, per totum orbem litterarum commercia aluit, itinera varia instituit, & candide omnia nota revelavit. Nisi semper inhiasset conficiendo Lapidem Philosophorum, plura præstitisset orbi litterato, & forsitan ipsum BOYLEUM superasset; sed nimis huic Alchemiæ deditus erat.

3. Sequitur NEHEMIAS GREW, qui huc referri meretur, in omnibus suis Operibus, qualia sunt ejus *Opera botanica* (a) in folio, & ejus *Cosmologia sacra*, in qua pulcherrima experimenta inveniuntur, & *Anatomia Plantarum*, qui Liber editus est a BOYLEO.

4. Inter principes Chemicos habetur etiam HOMBERGIUS (b), vir egregius, versatissimus & accuratissimus, qui liberalitate LUDOVICI XIV. instructus pulcherrima instituens experimenta candidissime descripsit; ejus Opera sparsim inveniuntur in Libris dictis, *Mémoires de l'Académie des Sciences*.

5. Huc quoque refertur D. GEOFROY (c), Professor Regis Parisinus. Ejus Opera in dictis Libris *Mémoires*, &c. reperiuntur.

6. NERIUS de arte vitriaria etiam legi meretur (d). In Anglia floruit præterea GEORGIUS STARKEY, & reliqui etiam, qui in *Actis Philosophorum* inveniuntur, sed eos non citabo, quia breviter scripserunt, eorumque Libellos

ex JOACHIMUS ergo BECCHERUS acris vir ingenii, nimis tamen & gloriæ & pecuniæ cupidus, sæpe spes potius suas quam experimenta edidit, observante LEIBNIZIO in *Miscellaneis Berolinensibus* l. p. 95. Præter varia Oeconomica, inprimis scripsit *Physicam subterraneam* quam, cum 1669, 1675. Francofurti prodisset, dignam judicavit STAHLIUS, quam suo cum addito quasi compendio ederet an. 1703. 8. & 1738. 4. Idem edidit *Metallurgiam*, Francofurti 1661. 8. *Chymischer Glückshafen*, Francofurti 1682. 4. Halæ 1726. 4. & minora ejus Opuscula collegit D. ROHTSCHOLZ Norimbergæ 1719. 8. Triâ principia chemica ita mutavit, ut tres terras, vitrescibilem, mercurialem, & inflammabilem pro corporum elementis exhiberet, experimentis confirmaret. STAHLII ibi, NEUMANNI, ROHTII & fere omnium recentiorum consensum meritus est. Ferrum etiam artificiale ex oleo lini & argilla, atque artificiale sulfur ex carbonum pulvere & oleo vitrioli invenit.

(a) NEHEMIAS GREW paucos nec magnos Libellos Chemicos scripsit, industrius tamen ubique naturæ observator. Ejus extat Libellus *de Sale catharrico Ebeshamensi*. Lond. 1695. 12. & *of the nature proes and cause of mixture*. ibid. 1675. 8. Gallice versus aut compilatus (*Journ. des Savans*. 1679. n. 14.) Denique ejus experimenta de solutione salium in aqua extant, cum ejus *anatomie plantarum*. Londini 1682. in fol. edita.

(b) WILHELMUS HOMBERGIUS, Parisinus Academicus, homo industrii & ardentis in experimenta animi, ut apparet ex iis quæ suscepit cum humano stercore, sed non ubique satis patiens contrarii eventus expectator, & in theoriis nimius. Inde aliqua ejus experimenta in dubium vocata sunt, ut auri exhalatio in speculo caustico. Scripta ejus omnia in Monumentis Regiis continentur.

(c) STEPHANUS FRANCISCUS GEOFROY, Medicus, & Academicus Parisinus; Pharmaceuticæ & Chemicæ docuit, de adfinitatibus metallorum, vitriolo & ferro observationes aliquas edidit, posthumum denique Opus de materie medica scripsit, imperfectum equidem, sed quo omnium plantarum officinalium analyfes chemicæ continerentur, nisi aliqua pars perierit.

(d) De arte vitriaria longe accuratius scripsit KUNKELIUS, cujus *glas kunnß* sive *ars vitriaria* prodit Lipsiæ an. 1689. 4. Veterem rubineorum vitreorum fabricandorum artem revocavit. Mechanice magis de eadem arte scripsit H. D. de BLANCOURT de *l'art de la Verrerie*. Paris. 1697.

12. Eo

ex illis Actis unice excerpere oportet. Illi sunt præcipui inter Chemicos, qui ita instituerunt experimenta, ut dirigerent ea ad certum scopum. Potest addi OTTO TACHENIUS (a), quoad experimenta, sed non valet in theoria.

Y

Expens:

12. Eo etiam pertinent GEOFROY de Vitro, *Mém. de l'Acad.* 1744. De Vitri fabrica ibid. 1737. REAUMUR de Porcellana 1727. 1729. & de Vitro ex Porcellana mutato 1739. 1743.

(a) OTTONIUS TACHENII extat, Brunsvicæ editus ann. 1668. 12. *Hippocrates Chemicus*, deinde *Clavis Medicina Hippocratica*, Francofurti 1669. 12. tandem *de morborum principe* Libellus. Osnabrug. 1679. 12. Acidum & alcali pro principiis rerum habuit, ab acido morbos omnes fere deduxit, HIPPOCRATI suas opiniones adfinxit, & experimenta pauca, conviciorum vero protulit plurimum. In hoc ordine vix merebatur recenseri. Ignarus Anatomæ, pancreas cartilagineam quamdam esse coram Brunsvicensi DUCE non erubuit dicere. SCHELHAMMER *Physiolog.* p. LX. Salem, viperarum, quem adeo eleganter parabat, & cujus occasione lites cum ZWELFERO enatæ sunt, fraudulentè cum spiritu acido fixatum fuisse STAHLIUS, gravissimus Auctor, in tertio volumine *fundamentorum Chemicæ* monet.

OTT. TACHENII *Hippocrates chymicus*, Parisiis recusus est 1669. 8. & recognitus a F. BURRHO, Bruxell. 1690. 12.

De J. B. van HELMONT adhuc adnotamus, non posse etiam dissimulari in BUTLERO, in Libro *de magnetica vulneris curatione*, in *alcahesti historia*, multa ab eo in nimium aucta esse.

Sed oportet utique hunc Chemicorum, qui experimenta descripserunt, numerum augere. Primo loco dicendus est JOHANNES BAPTISTA VAN HELMONT, cujus vita & merita inprimis PRÆCEPTOR descripsit in primo tomo elementorum Chemicæ. Vanitatem equidem & nimias laudes eorum, quæ non erat expertus, in tanto Præceps suæ frigore (*BECCHER Physica subterranea*. p. 92.) omnino non laudamus. Sed acuti vir ingenii Scholarum qualitates, fraudesque & inutilem verbositatem per experimenta & sua, & aliunde ingeniose collecta primus impugnavit, totamque inprimis fere physiologiam suis paradoxis nec per omnia veris, sed multa sparsa utilia habentibus, dissertationibus illustravit. Plurimæ sunt scriptorum editiones. Mea est apud Elzevirios 1652. 4. cui adjungere oportet Belgica Opera, Roterodami 1660. 4. edita.

Huc denuo pertinet GEORGIUS ERNESTUS STAHLIUS, in aliis etiam Medicinæ partibus celebris, sed in Chemicis eximius, longeque futurus celebrior, nisi dictione obscura aliquid de utilitate Operum suorum detraxisset.

De ejus Libellis, *de Sale*, *de Sulfure*, & *Fundamentis* diximus. Scripsit autem præterea eximium illud Opus, cui titulus est *Opusculum Chemicum-physicum*, supra laudatum, quo continentur egregia experimenta de fermentatione, nitrove sulfuris aurum destruente, oportunitioribus modis parandi aliqua chemica, sulfur ex carbonibus cum acido vitrioli parato, &c. Deinde *experimenta*, *observationes*, *animadversiones chemicæ & physica*, Berolini 1731. 8. impressæ huc faciunt quibus inprimis phlogiston tamquam novum elementum adseritur. Alia de Sale & Sulfure Opuscula alibi laudavi.

HELMONTII opera Roterodami edita, eo loco dicta, priorum quoddam, sed in variis mutatum compendium fuit. Recudit M. B. VALENTINI Hafniæ & Francof. 1707. 4. & alia est editio Lugd. 1655. fol. Anglica etiam Lond. 1662. 4.

ANGELUS SALA primus inter Chemicos desinit ineptire CONRINGIO judice. EJUS opera omnia pertinent ad medicamentorum præparationem. Libri sunt *Anatome essentialium vegetabilium*: *Hydrologia*: *Tartarologia*: *Saccharologia*: *Explicatio 7. planetarum terrestrium*: *Aphorismi Chymiatrici*: *Chrysiologia*: *de antimonio*: *Anatome vitrioli*: *de natura & proprietatibus vitrioli*: *ternarius laudanorum*: *Exegesis chymiatrica*: *Myrothecium spagyricum*, &c.

FRIDERICUS HOFMANNUS amicum, deinde æmulum STAHLIUM expertus est. Ejus multa etiam in Chemicam sunt merita, uti vicissim per Chemicam opes & auctoritatem & amata vulgo medicamenta quæsit. Ejus viri *observationum Physico-Chemicarum*. l. III. extant, Halæ an. 1722. in 4. editi. Miscellanea est materies, & passim in parandis elegantioribus medicamentis occupatur, cum STAHLIUS magis in formas & mixturas principiorum inquirat. *Opuscula Physico-Medica*, Ulmæ an. 1723. & 1726. 8. & alias duobus tomis edita inprimis ad aquarum mineralium historiam pertinet. Denique P. POTERII *Opera omnia practica & chemicæ*

chemica

Expendimus nunc qua ratione primo Chēmia addiscenda. Artificia nempe operationes dictæ, systematice nobis sunt addiscenda, & hac occasione indicavi Auctores, unde hæc petere possimus. Dixi secundo, quando studium istud absolute est Medico tyroni, eos Auctores esse evolvendos, qui non systematice scripse-

chemica cum adnotationibus & additamentis F. HOFMANNI. Francof. 1698. 8. multa perpulchra remedia viri clarissimi & Tractatum de Felle continent. *Dissertationes de generatione salium, analysi reguli antimonii mineralis, & de mercurio, & medicamentis mercurialibus,* Halæ collectæ prodierunt an. 1729. 4.

J. FRID. HENKELII & POTTII scripta in physicis laudavi, quæ partim metallurgiam, partim chemiam & analysin corporum fossilium modumque fiendi respiciunt, plena experimentis, quorum, quæ HENKELII sunt, ad Theoriam potius ornandam, POTTIANA ad simplicem rerum eventum enarrandum, fere scripta sunt.

Sed neque S. A. GLAUBERI Opera 2. vol. 4. Francofurti an. 1658. 1659. junctim edita sperni merentur, etsi paulum justo liberalior in promittendis effectibus medicis fuerit, & spem passim pro eventu videatur expressisse; cæterum merus operarius, & literarum expertus. Notum certe est, nos huic viro varias aptiores novaque præparaciones chemicas debere, nitrique parandi rationes, acidorum vires medicas, &c. Adeo multa sunt ut Catalogum non ferat brevitas.

GLAUBERI opera plurima sunt, qui Amstelodami in præparandis remediis vitam trivit. Conjuncta opera prodierunt Lond. 1689. fol. & extractum seu GLAUBERUS concentratus Lipsi. 1715. 4. Ecce nomina: *Fumi novi philosophici,* Amstel. 1651. 8. partes V. cum appendice & adnotationibus, germanice Prag. 1707. 8. 5. tomis recusi, & Anglice Lond. 1651. 4. *Opus minerale,* Amstel. 1651. 8. & pars 2. 1657. germanice Prag. 1658. *De medicina universali,* ibid. 1651. 1658. 8. seu de auro potabili vero Germanice 1652. 8. *Miraculum mundi 1653. Pharmacopœa spargirica,* Amstel. 1654. 8. Germanice 1654. & partes reliquæ ad annum 1663. *Explicatio miraculi 1656. Continuatio 1658. de mercurio nempe philosophorum. Apologia contra FARNERUM 1655. 8. Prosperitas Germaniæ, ib. 1657. 1659. 8. Germ. Prag. 1704. 8. Amst. 1639--1661. 8. Consolatio navigantium, Amst. 1657. Germanice 1657. 8. Descriptio tartari ex vini facibus, ib. 1655. 8. De natura salium 1659. 8. De signatura salium, metallorum & plantarum 1659. 8. *Arca thesauris opulenta 1660. 1661. 8. Germ. 1660. 8. index in libros proprios. Ars destillationis nova 1661. 8. Lib. dialogorum 1663. 8. de hermetis tinctura universali 1663. 8. Germ. recusa. Explicatio verborum in verbis, herbis, & lapidibus magna est virtus 1664. 8. Germ. 1663. 8. Novum lumen chymicum 1664. 8. Explicatio verborum Salomonis 1664. 8. De tribus principibus metallorum sale, sulfure & mercurio 1667. 8. De purgatorio philosophico 1668. 8.**

PETRI POTIER, qui inprimis chemica ad medendum & ad efficaciam remedia inveniendā usus est, opera omnia variis annis prodierunt, Francofurti 1676. 8. & cura F. HOFMANNI 1698. 4. Nimium laudatorem suorum fuisse vel ex antihectico suspecto remedii genere adparet. E.J. *Manes Poteriani,* Fr. Lipsi. 1692. Quis alius fuit MICHAEL POTERIUS celebris Chymicus a PIERRE de la POTERIE, nostro nempe PETRO, diversus, dictus a D. MALOUIN loco citato, p. 154.

GUERN. ROLFINK non entia chymica, Jen. 1645. 12.

Inter STAHLII opera etiam huc pertinet *billiges bedenken von BECHERS naturkünd der metallen* Fr. Lipsi. 1723. 8. E.J. tractatus varii in opusculis *Chemico Physicis.*

G. STARKEY Anglice primum prodit, Lond. 1658. 8. cum titulo *Pyrotechnie asserted and illustrated.* E.J. etiam est *arts triumph over natures infirmities,* Lond. 1696. 8.

J. FREINDII Liber citatus anglice etiam recusus est, Lond. 1729. 8.

JO. VIGANI *Medulla Chemia.* Lond. 1683. 8. Est confusa experimentorum farrago.

GEORGII STARKEY *Pyrotechnie oft over stook kunde vastgesteld en oeghelderd.* Amst. 1687. Neque enim editionem priorem habeo. In prima parte de alcahesto loquitur. Nihil autem declarat. In altera de alcali volatili reddendo cum oleo terebinthina agit. E.J. *USDEM het pie der vwaare Chymie.* Leovard. 1687. 8. Ibi commendat iterum sua alcalia fixa, cum oleo terebinthina digesta, & multa agit ænigmatice.

JOHAN-

scripserunt, sed qui per illas operationes a prioribus Auctoribus præceptas & demonstratas corpora examinarunt, tam pro Physica, quam pro Medicina. Impossibile enim esset hos Auctores intelligere; nisi prius perciperemus præcedentes; nemo enim BOYLÆUM intelligeret, ubi de sanguine agit, nisi artificia chemica intelligat; nam nescimus quid velit, ubi experimenta chemica citat, si ignoremus, quomodo experimenta illa fiant.

C A P U T III.

Specialium Inquisitionum Scriptores.

POST duas primorum Auctorum classes evolutas, ordo jubet, ut illi confulantur Auctores, qui ita scripserunt de Chemia, ut partem aliquam Medicinæ emendarent, quantum *Chemia permetteret.*

Hæc est tertia classis, inquam, Librorum quos digessi, pro construenda Bibliotheca Auctorum chemicorum. Primi operationes, instrumenta, & objecta describunt; secundi experimenta pulchra invenerunt; tertii ita in Chemia operati sunt, ut scopus eorum fuerit, aliquam certam Medicinæ partem emendare, quantum per Chemiam fieri potest. Ita BOYLÆUS scripsit de experimentis in genere, sed idem de sanguine singularem Libellum edidit; quod ad priora ergo opera, respicit classem Auctorum, qui experimenta tradiderunt, sed quatenus sigillatim agit de sanguine, eatenus pertinet ad hanc classem tertiam. Tales etiam ad hanc classem pertinentes egregii Auctores memorandi sunt, & ita recensero juxta diversas Medicinæ partes.

Y 2

De

JOHANNIS FREINDII Liber *pralectionum chemicarum,* inprimis modum mechanicum tradit, quo variæ mutationes in corporibus ab igne perficiuntur. Contra eum vehementer scripsit J. le MORT, & titulum fecit *facies ac pulchritudo Chemia ab afflicta maculis depurata.* Lond. 1710. 8. Sed & in Actis Eruditorum minus benigne recens, defendit se ipsum in *Philosoph. Transactionibus* num. 331.

J. JOACH. BECCHER *tripus hermeticus fatidicus* Francof. 1689. 4. posthumus Libellus continet instrumenta, furnos, terras etiam.

URBANI HÆNE *tentamina Chemica in laboratorio Stockholmiensi elaborata.* Holm. 1706. 1712. 4. Penitus PARACELICUS, habet sal astrale ex plantis deciduum, sulfur universale a materie salari & astrali aliatque theorias, tum analyses corporum, & aliqua de igne centrali. Idem etiam *defensionis Paracelsica prodromum* edidit Holm. 1709. 4. & *metemata elementorum IV. cum influentiis eorum, & arcanis Chemicis sulfuris & mercurii.* ib. 1712. 4. conjunctim cum auctorum *Laboratorii parte II.*

J. MAUR. HOFMANNI *acta laboratorii Chemicæ A'rdorfini.* Norimb. 1719. 4. Peculiaria aliqua continet ad medicamenta. J. ANDR. STISSELI *acta laboratorii Chemicæ in Acad. Jul. in tribus specimenibus* edita Helmst. 1690. 1693. 1698. 4. medica aliqua propria sed arcana continet. B. GODEREY *miscellaneous experiments ad observations on various subjects* * Lond. 1737. multa egregia habet.

AMBR. GODFREY *proposals for printing a Course of Chymistry.* Journ. des Sav. 1744. Junio Mense. Nisi fallor nunquam repleverunt spem eruditorum.

Chymie hydraulique pour extraire les Sels des végétaux, animaux, & minéraux Paris. 1745. 12. Auctor est Comes de la GARAYE, & solo tritu utitur ad obtinendas stirpium vires.

J. A.

De Sanguine.

1. Inter Auctores qui de Sanguine chemice tractarunt, eminent primo Illustrissimus BOYLEUS in Libello, cui titulus est, *apparatus ad naturalem Sanguinis humani, ac spiritus præcipue ejusdem liquoris historiam*. Liber est Londini editus in 8. anno 1684. Sed ita later ubique in Bibliothecis, ut venalis haberi non possit. Verum an. 1685. etiam *Genevæ* est editus cum appendice sua, in qua plura egregia Nobilissimus Auctor proponit; primo mechanice, hydrostatice, physice, examinat Sanguinem, deinde per chemicas operationes; secundo inquirat, quid contineat ille liquor, & quomodo in qualibet parte se habeat, & quidejus sint separatæ partes, & quid conjunctæ iterum præstent. Non novi in republica scientiarum aliquem Libellum plus bonæ frugis continere, nam certe non tantum examinat singulas partes, sed quod quælibet pars agat, definit; neque hoc solum, sed Nobilis Auctor iterum partes separat, hasque rursus componit, unde demonstrat sanguinem non constare illis partibus, in quas Chymia illum resolvit, adeoque Sanguinem non operari per principia chemica, nam ex admittis partibus, quas prius ignis separavit, non fit sanguis: & tamen BOYLEUS plura definit, quam ullus alius Auctor, quo usque illa experimenta seu principia possint intervire. Hic ergo Libellus optimus est inter illos, qui Sanguinem chemice, non medice, examinant, ubi nempe non quæritur, quales partes habeat serosas, & rubras globulosas, &c. (a).

2. Per-

7. A. STISSER *acta laboratorii*, &c. Helmstad. recusa etiam sunt 1701. 4. Comitibus de la GARAYE *Chymie*, &c. Germanice etiam existat Francof. 1749. 8. JOEL LANGELOTT *epistola de quibusdam in chemia prætermittis, quorum occasione secreta haud exigui momenti candide demonstrantur*, Hamburg. 1672. 8. J. BOHN *de acidi & alcali insufficientia*, Lips. 1675. 8. EJ. *dissert. chymico-physica* XV. Lips. 1685. 4. LOVE MORLEY *collectanea chymica Leidensia*, Leid. 1684. 4. collectio nempe processuum, recusa cum operibus la MORTII. 1696. 4. ibid. CHRISTIANI DEMOCRITI *analysis cramatæ harmonici. d. i. chymischer versuch zu destilliren*, 1729. 4. 1734. 4. PETRI SHAW *chymical lectures publickly read in London annis 1731. 1732. and in Scarborough 1733*. Lond. 1734. 8. utile chemiæ compendium, ex quo multa didici, v. g. salis ammoniaci compositionem ex spiritu salis & sale volatili ossium bubulorum, tum consilia de phosphoro, arte tinctoria, &c. J. HENR. POTT *observationum chemicarum collectiones* II. Berolin. 1739. 4. & 1741. 4. de terra foliata tartari, acido vitrioli vinoso, acido nitri vinoso, &c. Perindustrio viro ipsum multa debuisse NEUMANNUM a gnaris audio. C. ANDR. MANGOLD'S *chymische erfahrungen und vortheile bereitung einiger bewährten arzneymittel*, Erfurt 1748. 4. & EJ. *fortgesetzte chymische erfahrungen*, ibid. 1749. 4. De oleo vitrioli dulci, naphtha vini, de oleo animali DIPPELII, tincturis antimonii aliisque minus notis medicamentis lites aliquas cum CL. J. H. LUDOLPHO agitavit. (a) Analysin sanguinis chemicam utique proposuit primus, ni fallor, sterilibusque theoriis Galenicorum Chemicorum vero hypothesebus vera experimenta substituit; proportionem elementorum sanguinis, pondus specificum, eventus ex commistione cum variis liquoribus acidi & alcalinis, primus exposuit. Spiritum sanguinis imprimis accuratius descripsit, sed multa passim hiulca, & quæ recentiorum industria correxit. Prodiit Lond. 1684. 8.

2. Pertinet huc HIERONYMI BARBATI tractatus *de Sanguine ejusque sero* (a); Libellus est in 12. editus *Francofurti an. 1667*.

3. Legendus est super hanc rem JOHANNES BAPTISTA HELMONTIUS, ubique in suis Operibus, in quibus, multis in locis, per Chemiam plura Sanguinis principia inventa detexit. Ita, quantum novi, primus est Auctor, qui observavit insignem illam sanguinis humani proprietatem, quod volatilis sit, natus ex fixis. Ita ait HELMONTIUS „sales in vegetabilibus igne combusti, concreto sulphuri, re fixi fiunt, iidem autem sales in officina humana sic mutantur, ut fiant volatiles, & quidem ad eum gradum, ut per calorem ex corpore perspirent“. Hæc certe egregia observatio est, qua pulchrior non datur in historia Sanguinis, & verissima, dum nempe v. gr. triticum comburitur, sal ejus jungitur sulphuri, id est igni, & cum eo concrevit; itaque fit sal fixus, secundum sententiam HELMONTII: verum hic idem istius plantæ sal fixus actione vasorum & liquorum humanorum reducitur ad eam volatilitatem, ut perspirando insensibiliter per cutem sponte absque sæcibus exhalet (b).

4. Commendandi itidem hic sunt OTTONIS TACHENII tres Tractatus, primus est *Hippocrates chemicus*, alter Tractatus, cui illud idem nomen quasi dedit, est proprie defensio prioris Libelli contra ZWELFERUM; hique duo Tractatus una sunt compacti; tertio titulus est *morborum princeps*, seu *Tractatus de podagra*. Hæc tres Tractatus satis frequentes venales sunt, sæpius impressi, lectuque dignissimi: Fateor hoc habere vitii, quod incautum lectorem facile deducant in sententiam de alcali & acido: verum debemus Auctori ignoscere hunc errorem, nullus enim Auctor de sanguine, urina, calculo, &c. secundum analysin chemicam fidelius scripsit TACHENIO. Tractatus iste ultimus de *principe morborum* non est ita vulgaris; attamen omni studio inquirendus est, quia de salis volatilis ex ægrotantium sanguine educti natura tractat, ibique operationes multaque egregia habentur.

5. JOHANNES LAURENTIUS BAUSCHIUS, Germanus, scripsit *Tractatum de Lapide hæmatite, & de ætite lapide aquilino dicto*; in eo Tractatu præmisit *Tractatum seu Proæmium Hæmato-traumatologicum, hoc est, de Sanguine dissertatio admissis experimentis plurimis*. Liber est in 8. editus *Lipsiæ 1665. cum figg.* (c).

6. Clarissimus VIEUSSENS edidit Librum satis magnum, *de Sanguinis humani natura* (d), in quo voluit demonstrare, in sanguine multum acidi inesse; in quo

(a) Serum sanguinis ad ignem coagulabile esse demonstravit; ex eo omnes reliquos humores in corpore humano generari docuit, cum prius pro excremento haberetur. Vera editio mihi deest. Nuper etiam cum JOSEPHI del PAPA Libello de humoribus corporis humani prodiit. Leidæ 1736. 8.

(b) Quæ HELMONTIUS de natura acida panis & chylo, de alcalina vero volatili sanguinis passim scripsit, in multis Libellis, ita legere oportet, ut semper simus memores, hypothese hunc virum nimis servasse.

(c) In Libello *de hæmatite* aliqua de hæmorrhagiis & vulneribus lethaliibus & non lethaliibus, eaque non magni momenti addidit.

(d) Variis Libris VIEUSSENSIUS analysin Chemicam sanguinis tradidit, dissertationibus *touchant l'extraction du sel acide du sang*. Monspel. 1698. 8. & Latina Epistola ad Lipsiensem Academiam data utraque 1698. 1704. 4. & in majori demum Opere *Tr. des liqueurs*. Tolosæ an. 1715. 4. Proportionem inter aquam, spiritum, oleum, sale volatilem, fixum, terram, sanguin-

quo dæceptum fuisse Auctorem, omnes Chemicæ hodie norunt, acidumque sanguinis unice debere salî marino; sed tamen ea occasione experimentis plurimis, ad trutinam & stateram exacte captis, sanguinem resolvit humanum, & docet, quomodo constitutus sit; qua de causa hoc Opus satis bonum est. Hi Auctores scripserunt in Chemia, ita ut tractarent historiam sanguinis pro usu theoretico.

7. Vetustus Auctor ISAACUS HOLLANDUS in codice MS. in folio, quem possideo, habet Tractatum, cui titulum dedit, *quinta essentia ex sanguine humano conficienda*, eum Libellum Belgico sermone scripsit: verum in eo plurima egregia reperiuntur nova inventa, quæ recentiores sibi adscribentes, pro suis vindicant: &, quod mirum est, ad phosphorum usque novit.

De Urina.

BOYLEUS (a) optima experimenta ubique in suis Operibus de Urina adnotavit. Verum etiam LAURENTIUS BELLINUS (b) optime scripsit de hac re, in egregio illo Tractatu *de pulsibus & urinis*. Præcedentes Chemicæ fere tantum per Chemiam Urinam examinabant, sed ille tantum per accuratum examen avolantis aquosi principii, & restantis, optime omnium, quos novi, diversos gradus coloris spissitudinis, &c. hac methodo observavit, & explicavit: nam prout Urina plus aquæ vel minus continet, eò plus etiam vel minus ad Urinam sani hominis accedere annotavit, ex quo certe experimento, fructum non exiguum in praxi decerpere possumus. Primum ejus capitulum hic inferendum est, nam est ex Chemia; in eo docet si Urina straminei coloris ad stateram examinetur, paulo graviorem esse aqua, & parum odoris saporisque habere, qualis urina maxime pro sana habetur. Deinde ex illa eadem Urina exhalat pars aquæ. BELLINUS vero examinat, quid superfit & qualem gradum

sanguinis, accuratius per majores destillationes definire aggressus est, idemque acidam partem sanguinis demonstravit, quam, cum salî marino & bolo tribueretur a variis, in ultimo adhuc Opere defendit, neque absque ratione. In eo Opere etiam plerique liquores corporis humani analysi subjiciuntur.

Addere vero oportet Libris qui de natura sanguinis Chemica experimenta protulerunt, præter VERHEYENIUM ex II. L. p. 36. &c. ANTONIUM de HEYDE in *observationibus*, BAGLIVIIUM, HOFMANNUM in *observationibus Chemicis*; HOMBBERGIUM in *Comment. Acad. Reg. Scient.* 1712. JURINIUM in *Phil. Trans.* n. 361. FREINDIUM in *Emmenologia*; PITCARNIUM in *elementis*; imprimis vero D. BROUWNE LANGRISH, qui pondera specifica, gradus coæhsionis, portiones elementorum in hominibus sanis & ægris accuratius tradidit, ex Libro quem inscripsit *modern practice*. Lond. 1732. 8. Deinde CL. THOMÆ SCHWENCKE *hamatologia*. Hagæ edita an. 1743. cum analysi chemica multa utilia habet de numero pulsuum, calore, reagentibus, grumo arterioso, venoso, ponderibus specificis globulorum & feri, & incremento globulorum, densitatis, salis, sulfurisque in febribus.

(a) In Libro de *Sanguine humano*, *Chemia sceptico*, *hist. fluiditatis & firmitatis*, & de *insido experimentarum successu*.

(b) Non valde laudo, quod BELLINUS mutationem urinæ in febribus fere unice decremento aquæ tribuerit. Etsi enim color intendatur aquæ portione diminuta, non ideo salium doses augentur ex ea causa, neque oleum ex blando fit fœtidum aut acre. Analysin Chemicam etiam consulto omittit.

dum odoris, coloris, saporis, & spissitudinis habeat, unde docet, si Urina hac data ratione in corpore mutetur, his ergo datis principiis constitui. BOYLEUS Urinam unice examinat per Chemiam, sed præmittendus erat hic Tractatus BELLINI, ut distincta Lotii posset haberi cognitio.

THOMAS WILLISIUS etiam ubique fere per omnes suos Tractatus tanquam chemicus multa de Urina ejusque salibus habet (a).

Optime etiam JOHANNES BAPTISTA HELMONTIUS in nobili illo Tractatu, quem sæpius allegare soleo pro optimo specimine in Chemia, in Tractatu nempe *de Lithiasi, seu ortu Calculi* (b), Urinam chemice resolvit. In eo scilicet Tractatu optima experimenta, quæ apud nullos Auctores inveniuntur, habentur; nam recentem, putrefactam, hominum, brutorum, urinam omni indagine chemica accurate resolutam ad sua principia revocans ad usum medicum applicat.

Illi ergo viri in hac parte consulendi sunt; si nunc a me petantur alii Auctores pro reliquis liquoribus corporis humani, certe nullos novi citandos; San-

(a) Proprium Librum scripsit *de febribus & urinis*, qui subjectus habetur Libro de febribus edito Londini 1662. 8. Sequitur fere HELMONTIUM, & ex Theoria contra propria experimenta admittit inter elementa urinæ spiritum ardentem.

(b) Utique errores suos admiscuit, ut spiritum ardentem urinæ, qui cum alcalino volatili in lapidem coaguletur, nemini visum. Sed egregia varia tamen, & nisi fallor primus hic præstitit, & bilem ex elementis urinæ proscripsit.

Ceterum inter recentiores Scriptores analyses urinæ dederunt varii, ut LEMERYUS in Chemia sua; P. HOFMANNUS in medicina physiologica; HENR. POTTIUS in *Miscellaneis Berolinensibus*, & noster in Chemia sua PRÆCEPTOR.

De phosphoro qui ex urina paratur, præter BOYLEI noctilucam etiam D. COMIERS & J. S. ELSHOLZ, Berolini 1677. 4. proprios Libellos scripserunt; JOH. HENR. COHAUSEN in *novo lumine phosphori accenso*, Amstel. 1717. & compilavit observationes variorum Auctorum. In *Transf. Phil.* extant BOYLE de modo parandi phosphori. n. 196.

De Luce phosphori in vacuo. n. 296. FROBEN & GODFREY ad phosphorum & liquorem æthereum. n. 428.

HANKEWITZ de eodem phosphoro urinoso. n. 428.

In *Mém. de l'Acad. des Sciences* huc pertinent: HOMBBERG *Anc. Mémoires* X. p. 84. 110. 427. IDEM de novo phosphoro 1709. (nempe pyrophoro) 1712.

LEMERY de phosphoris 1714.

Le FEVRE de phosphoro ex ferro & sulfure 1728.

Du FAY de novis phosphoris (nempe variis corporibus noctu lucentibus) 1730.

Le FEVRE de suo phosphoro. *ibid.*

HELLOT analysi urinæ & de phosphoro KUNKELII 1737.

In *Journal des Savans*: LEMERY præparatio Lapidis Bononiensis 1690. n. 22.

BERN. ALBINUS edidit de phosphoro Libellum.

De calculo, qui ex urina coalescit BOYLEUS scripsit *de utilit. Philosoph.* & FR. FLAKE in *Phil. Trans.* n. 157. STEPH. HALES in *vegetable Statics*; & nuper plurimi, qui de eo dissolvendo cogitarunt, imprimis THEOPHILUS LOBB. & amicus noster STEHELINUS.

SIM. P. HILSCHER & MARHEINEKEN de phosphoris, Jen. 1744. 4.

J. G. BRENDEL de sale & spiritu acido phosphori, Götting. 1747. 4.

J. GOTTLÖB LEHMANN *abhandlung von phosphoris*, Lipsi. 1750. 4. omnis nempe generis, urinoso phosphoro, cujus multas dat encheiretes, lapideo, vario, etiam minus noto ex nonnullis Saxonis glebis, ex auripigmento, ex alumine, vino parato, &c. utiliter scripsit.

Sanguinem enim & Urinam, qui præcipui sunt liquores & præsto sunt, unice examinauerunt Scriptores, quos ego quidem novi.

De Sudore.

Unicus, quem novi, qui de Sudore scripsit, est OTTO TACHENIUS (a), qui egregio experimento dicit, se apud indusiorum lotrices fuisse lixivium, in quo indusa tempore æstivo ab hominibus fanis gesta maceraverant; coxit illud lixivium leni igne, hocque facto ascendit sal similis salii urinoso. Hoc est unicum experimentum, quod novi. Novimus enim, si gerantur indusa aliquamdiu, & si homines fuerint robusti, flava illa fieri præsertim ad axillas, & si diu gerantur, partes illas sudoris tenaciter adherere. Lotrices hæc indusa in lixivio macerantes postea exprimunt, ita ut id, quod in iis aderat salis humani jam sit saponi permixtum; nunc novimus, saponem vulgarem, quatenus est sapo, non dare salem volatilem, sed illud lixivium, infectum sudore, dabat utique salem volatilem urinosum, unde nos clare docemur, in sudore sales esse, ut in urinis.

De Bile.

Bilis curioso examine, & magno studio examinata fuit a BOHNIO (b), sed optime a VERHEYENIO (c) in novæ editionis suæ anatomiae parte secunda, qui non caute quidem & perfecte, satis tamen fideliter experimenta tradit.

SYLVIUS (d) etiam de Bile examen instituit in suis Operibus.

De Solidis.

De solidis non novi bonos Auctores, quia putarunt omnes solida ex principiis

(a) In Hipp. Chem. C. XII.

(b) In Circulo Anatom. Progr. X. XVII.

(c) In II. Libro Anatom. T. I. C. 19.

(d) FRANCISCUS SYLVIUS de le BOE, multa quidem; maxime de modo generationis bilis habet, non analyticos parum Diff. II. VIII. X. Tr. de Ictero, &c. Sed plurimi alii experimenta cum bile fecerunt; BAGLIVIVS Oper. omn. p. 439. &c. HELMONTIUS in sextupl. digest. & alibi. D. DEIDIER expériences sur la bile des pestiférés; ALOYSIUS della FABRA de aqua Nucarina, du HAMEL in hist. Acad. Regia Scientiarum. p. 76. HOMBERGIUS ibid. 1709. F. KOFMANNUS in Observationibus chemicis; VIEUSSENSIUS in epistola de Bile & Phil. Trans. n. 241. CAROLUS DRELINCURTIUS post L. de Lienosis; PECHLINUS, S. LEONICENUS de metamorphosi Apollinis & Æsculapii.

Ad alia liquida humana quod attinet, omnia attigit VIEUSSENSIUS in L. des liqueurs, tum VERHEYENUS, & ALBINUS in dissert. de corpusculis massa sanguinis. Salivam seorsim examini subiecit NUCKIUS, ANT. de HEYDE, BAGLIVIVS, C. DRELINCURTIUS post Libellum de Lienosis. De succo pancreatico fere solus egit BRUNNERUS, cum difficulter ejus aliqua copia colligatur.

principiis chemicis constare, cum tamen Chemia doceat, solida unice ex terra (a) constare; sine admixtione principiorum; nam, si accurate tollantur omnia liquida, quæ in osse sunt, os manebit adhuc integrum; jam vero nihil nisi terra in eo reperitur

Z

tur

(a) De ossium analysi egit FRIDERICUS STARE in Phil. Trans. n. 157. (qui observavit nullum ex iis salem fixum habere) GEOFFROY Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences 1710. 1732. & is quidem egregie. J. SAM. CARL in Lapide lydio philosophico ad ossium fossilium doctrinam Francof. 1703. 8. MORLEY in collect. Leidens. BROWNE LANGRISCH l. c. BARCHUSEN in Experimentis post Physicam Acroasmaticam. C. NEUMANNUS in Operibus ad suos titulos. Et huc omnino etiam pertinet DIONYSII PAPINI art. d' amollir les Os, qui variis annis & Parisiis an. 1721. 12. prodit, novamque analysin ossium, solo vapore aquæ calentis factam continet. Cæterum plurima inde portio salis volatis alcalini habetur, & oleum empyreumaticum, & spiritus, uti ex sanguine, & reliqua in eundem modum. Hæc omnia glutinis modo terram simplicem connectunt, & hætenus pro ossium partibus possunt haberi. Seorsim cerebri examen diligenter scripsit HENSINGIUS in dissertatione.

Sed cum hoc loco destituamur ab optimo PRÆCEPTORE, omissis forte ex codicis vitio reliquis classibus Chemicorum, liceat aliquos excitare, qui chemica de aliis, præter humanum, corporibus experimenta utilia reliquerunt.

Ad metalla & fossilia G. E. STAHLIUS in omnibus scriptis. J. St. POTTIUS in omnibus, ut observationibus Chemicis & earum continuatione. Berolini 1708. & 1741. 4. quibus Zincum, Auripigmentum Borax, Pseudo Galena describuntur.

GEOFFROY de tincturis metallorum 1713. HOMBERG de mercurio metallorum. Mém. de l'Acad. 1702. J. WOLFG. KUNSTEL de salibus metallorum. Lips. 1711. 4. insertus etiam in ROHTII versionem.

De Auro.

HOMBERG de separatione auri. Mém. de l'Acad. 1713. STAHL in vitulo aureo.

De Mercurio.

HOMBERG de solutionibus Mercurii. 1700.

GEOFFROY de sublimatione Mercurii. 1713.

BOULDUC de eodem. 1730.

LEMERY de Mercurio præcipitato. Mém. de l'Acad. 1712. 1714. de sublimato. 1709.

BOERHAAVII experimenta circa mercurium seorsim prodierunt, Lips. 1734. 8.

J. FRID. HENKEL de mediis chymicorum appropriatione in argenti cum acido salis communis combinatione, Dresd. 1737. 8.

De Argentis.

HOMBERG de solutione Lunæ. Mém. de l'Acad. 1706.

Ad præparata ex Ferro.

GEOFFROY de Cæruleo Prussico. Mém. de l'Acad. 1725. 1743. de eodem BROWNE Phil. Trans. n. 381. Porro GEOFFROY de Vitriolo Martis. 1713. Refutatio transmutationis Ferri in Cuprum, quam Parisiis propria Societas moliebatur. Journ. de Trev. 1730. art. 44. De scintillis Cha'ybis, REAUMUR 1736. Vegetationes metallicæ, CHARAS Anc. Mémoires. vol. X. HOMBERG an. 1710. PETIT an. 1722. CONDAMINE 1731. MOREL. 1727. LEMERY de Ferri arbore 1707.

De analysibus Corporum, GEOFFROY Mém. de l'Acad. 1717.

LEMERY contra utilitatem analysium vulgarium, ibid. 171. 1720. HOMBERG de Plantarum analysibus 1701. BOULDUC de iisdem 1734.

De rubeo liquore ex sulfureo spiritu & alcali. Phil. Trans. n. 228.

De

tur, ut in ossibus a pluvia & rore maceratis, vento & sole iterum exsiccatis apparet, & in cœmeteriis ipsi rustici docent; si hujusmodi ossa examinentur igne, nihil

De materie quæ metalla penetrat. *Mém. de l' Acad.* 1713.

HELLOT de atramento sympathetico. 1737.

De solutione in Menstruis. *Phil. Trans.* n. 181.

GEOFFROY de analogia corporum mineralium. *Mém. de l' Acad.* 1720.

MALOUIN de unione Mercurii cum Antimonio. 1740.

JOH. WOLFG. KUNSTEL de sal. metall. Lipsiæ 1711. 4. CASP. NEUMANNUS in prælectionibus de ferro, sulphure, nitro, antimonio, Berolini 1732. 4. J. FR. HENKEL in omnibus scriptis. P. HOFMANNUS de generatione Salium, analysi Reguli Antimonii, de Mercurio. Halæ 1729. 4.

Auctoribus citatis ad præparata ex ferro addi meretur G. E. STAHL de solutione martis in puro alcali, Hall. 1712. 4. & in opusculo Chymico-physico.

Ad peculiaris aliqua Fossilia & Sales.

Ad Sulfur STAHLIUS Libello Germanico *Zufällige gedanken vom schwefel*. Halæ 1718. SECHL de modo parandi acidum volatile Sulfuris. *Phil. Trans.* n. 472. & Lond. 1744.

8. LE FEVRE de sale Sulfuris. *Mém. de l' Acad.* 1744.

De Vitriolo & ejus præparationibus, ut olei vitrioli rectificatione. GEOFFROY. *Mém. de l' Acad.* 1742.

FROBENIUS & AMBROSIUS GODFREY ad Phosphorum & spiritum Frobenii æthereum. *Phil. Trans.* n. 428.

Du HAMEL & GROSSE de eodem æthereo liquore; *Mém. de l' Acad.* 1734. HEEL de eodem 1739. Du HAMEL & NAVIER de eodem 1742.

G. CHRISTOPH. DETHARDING & HYNKE de sulfure præstantissimo bezoardico, Rosloch. 1746. 4.

HERM. FRID. TEICHMEYER de anodynis quibusdam spiritibus mineralium, Jen. 1736. 4.

C. F. HUNDERTMARK de specie sulfuris anodynæ, Lipsi. 1748. 4.

A. SALÆ anatomia vitrioli, Lid. 1617. 8.

G. E. STAHL de spiritu vitrioli in copia parando, in opusculo. EJ. de analysi acidi vitriolici: de arcano duplicato & tartari vitriolati genealogia.

7. WOLFG. KUNSTEL de salibus metallorum Lipsi. 1711. 4.

J. GOTTF. WENDELIN de nonnullis medicamentis metallicis eorumque effectum in Corpore humano, Hall. 1743. 8.

MICH. ALBERTI de solutione succini fere radicali, Hall. 1739. 4.

Ad antimonium LEMERY, *Traité de l' Antimoine*. Parisiis 1707. 12. ad quem Libellum edidit notas criticas Anonymus. Parisiis 1707. 12. ad quem respondit LEMERYUS, ut tamen se victum non obscure fateatur. BASILII VALENTINI *cursum triumphalis Antimonii* ex edit. KERKRINGII. Amst. 1671. 8. De eodem LAMY an. 1682. edidit *Traité de l' Antimoine*. 12. quo contra PATINIANOS defendit non esse venenatum.

G. E. STAHL de regulo antimonii stellato, in opusculo.

MEUDERI citatus ibi libellus de antimonii analysi primum Dresd. & Lipsi. prodiit 1737. 8.

ROTHII etiam est von antimonialischen tincturen, Dresd. 1735. 8. Germanice.

LEMERY de Kermes mineralis præparatione, *Mém. de l' Acad.* 1720. GEOFFROY de eodem 1734. 1735. MEUDERI Liber de Antimonio totus practicus editus Anglice Londini 1747. 8. & in ROHTII versione Gallica. HOMBERG de acido Antimonii 1700.

Ad Lapidis.

J. HENR. POTT. de Lithogognostica. Potzdam. 1746. 4.

HENKELIUS in Libellis chemicis minoribus. editis an. 1744. 8.

DUFAY de tincturis Lapidum. *Mém. de l' Acad.* 1728. Adde quæ supra in physicis dicta sunt.

Ad

hil exit, quod est contra MATTHÆI sententiam, qui de chemica cranii humani resolutione scribens, postquam ex illo osse res varias arte chemica eduxisset, solebat concludere, cranium constare ex illis principiis eductis. Nos autem novimus medullam & liquida, quæ in ossium vasis continentur, varia principia unice suppeditare.

Ad Sales.

G. E. STAHL vom Salze. Halæ 1727. 8. C. NEUMANNUS de Salibus alcalinis fixis: JOHANNES BROWNE historia Salis Ebshamenfis. *Phil. Trans.* n. 377. 378. & de eodem Sale NEHEMIAS GREW. Londini 1695. 12.

AMAND de Aqua forti. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1728.

Le FEVRE de Cremore Tartari 1728.

Alcali fixum naturale non dari, & de Salibus. *Phil. Trans.* n. 107.

HOMBERG de Sale acido, minerali, sicco.

IDEM de mensura Salis volatilæ acidi in spiritibus contenti. *Mém. de l' Acad.* 1699. *Phil. Trans.* n. 202.

IDEM de mensura virium alcalium terreorum. *Mém. de l' Acad.* 1700.

ROBIE de Sale alcalino ex ustis ligno putrido. *Phil. Trans.* n. 351.

LEMERY de cinere. *Porasse. Mém. de l' Acad.* 1727.

BOURDELIN de Sale lixivo Guajaci. 1730.

GEOFFROY de mutatione acidi in alcali. *Mém. de l' Acad.* 1717.

HOMBERG de volatilizatione Salis fixi plantarum. *Mém. de l' Acad.* 1702. 1714.

LEMERY de actione Salium in materias inflammabiles. 1713.

BRANDMULLER de nitro jam laudatus est.

CHRISTOPH. CARL STRUMPF nonnulla de sublimationis apparatus, Hall. 1745. 4.

Ad Vegetabilia.

G. WEDEL de Sale volatili oleoso. Jen. 1711. 4. Describit Sylvianum, & adfines, & eorum usum. Exploratio spiritus vini. *Mém. de l' Acad.* 1718.

Sales volatiles plantarum. 1701.

HOMBERG de Oleis essentialibus plantarum. 1700.

GEOFFROY de iisdem 1707. 1721. 1728. De iisdem 1741.

Le FEVRE de Tartaro solubili. 1732. Du HAMEL & GROSSE de eodem. 1732. 1733.

GEOFFROY de extractis plantarum. *Mém. de l' Acad.* 1738.

De Hydromelite LEMERY 1707.

De fermentatione & effervescentia. W. SYMPSON *Zymologia*. Lond. 1675. 8. Inter acidum & sulfur fermentationem esse. STAHLII *Zymotechnia* in Opusc. med. chem. & in tertio tomo *Fundamentorum*. JAC. LE MORT idea actionis corporum motum intestinum præsertim fermentationem delineans. Leidæ. 1693. 12.

STAHLII hic citata *zymotechnia* seorsim etiam prodiit, Hall. 1697. 8.

Adde etiam huic tractationi: H. FRID. TEICHMEYER de arcano tartari vel sale essentiali vini, Jen. 1730. 4.

B. DAVID MAUCHART de vini turbidi clarificatione, Tubing. 1742. 4.

G. E. STAHL de vini dephlegmatione, in opusculo.

J. JUNKER *disquisitio analytica arcani tartari*, Hall. 1743. 4.

C. A. a BERGEN de fulgine, Francof. Viadr. 1750. 4. & de eadem BAIER, Altdorf. 1722. 4.

J. BERNOULLI *Diff. de effervescentia & fermentatione*. Basileæ. 1690.

De fermentationibus. *Mém. de l' Acad.* 1701. De analysibus post fermentationem, LEMERY 1712.

De effervescentia vaporum in aere. *Mém. de l' Acad.* 1713.

De Oleorum per acida inflammabilitate. *Mém. de l' Acad. des Sciences*. 1726.

Experimentum pro explicando fulmine. *Mém. de l' Acad.* 1700.

De igne ex mistione liquorum. *Phil. Trans.* n. 213.

De frigore ex oleis essentialibus cum spiritu vini mistis. *Mém. de l' Acad.* 1727.

De fermentationibus frigidis. GEOFFROY ibid. an. 1700. DES AMONTONS. 1705. & 1727.

LEMERY de præcipitatione. 1611. 1727.

Z 2

CA-

Consilia pharmaceutica.

PRO Pharmacia medica scripserunt Chemici quam optime. Pharmacia vocatur apud Medicos ars cognoscendi, debito tempore colligendi, asservandi, & præparandi medicamenta. Has quatuor partes habet vera Pharmacia, in quibus ipsi inservit Chemia.

Primo inservit Chemia Pharmaciæ pro resolvendis simplicibus & inveniendi eorum principii. Deinde ad dandam rationem, cur hoc & illo tempore sint colligenda simplicia. Porro ad indicandum quænam pars adservanda sit, & quomodo, & quænam partes plus & minus volatiles sint. Ultimo ad præparationem medicamentorum inservit Chemia. Si ulla pars est Chemiæ & Medicinæ, in qua Chemici laudem meruerunt, hæc est, ibi enim eos non facile quis erroris insimulabit. Ordine vero recensebo, quos oporteat legere.

Prima pars Pharmaciæ ea est, quæ docet cognoscere simplicia in sua intima natura, quatenus illam Chemia adjuvat: quæ nempe per experimenta accurate capta definit principia, ex quibus corpora componuntur, & quinam adeo ad dato corpore in Medicina effectus sperari possint.

Quomodo vegetabilia nunc ope Chemiæ in suis principii cognoscantur, optime docuit Clar. TOURNEFORTIUS, in illo laboriosissimo tractatu, *Histoires des plantes qui naissent aux environs de Paris*; est Liber in 8. editus Parisiis 1698. (a). Non novi ullum tractatum unquam editum esse, qui chemice ita indagavit notas plantas, & easdem ita chemice examinat; nam diversos stirpium succos composuit cum salibus diversis, & cum variis principiiis chemicis; & cum per BOYLEUM novisset, quænam mutationes acidam aut alcalinam naturam proderent in vegetabilibus, didicit ea ratione, quales sales essent in succo nondum per chemiam turbato. Ita Rosæ vim habent adstringentem, sumit ergo TOURNEFORTIUS succum earum, & componit cum diversis solutionibus salium, tunc demonstrat, e e salem in Rosæ, qui ad aluminosum salem accedat; hinc concludit, hujusmodi salem Rosæ insitum hunc determinatum effectum in sanguine producere. Ea etiam ratione cum Fumaria, Veronica, & infinitis aliis plantis egit. Opus certe incredibile laboris est; verum cum impensas suppeditaret Regia liberalitas, par fuit elaborando; nunquam autem tantum onus solus ferre potuisset.

Pro eadem parte cognoscendarum plantarum videantur NEHEMIAS GREEW, ROBERTUS BOYLE, & D. DEDU, quorum Opuscula conjunctim edita sunt an. 1691. in 12. Titulus est *l'Anatomie & l'ame des Plantes*, par NLHEM. GREEW,

(a) Excerptis TOURNEFORTIUS BOURDELINI aliorumque Academicorum Parisinorum observationes, in thesaurum repositas. Sed eadem observationes multo uberius continentur in D. GEOFFROI materia medica, in qua fere omnium simplicium analyfes, & in quinque quidem cujusque plantæ Libris institutæ habentur.

NEU-

GREEW, ROBERT BOYLE, & NICOLAS DEDU (a). In eo tractatu simpliciter ex Botanica, & re herbaria enumerantur plantæ, per chemiam resolvuntur, indagantur, & reducuntur ad principium suum, quamvis in eo etiam plura physica experimenta reperiantur.

Scripsit etiam hac de re D. DARDIUS, eminens & nobile membrum Academiae Parisinæ, in tractatu suo tam in folio, quam in 8. edito, cui titulus est *l'Histoire des plantes* (b). Tum etiam Dn. du HAMEL sparsim in *Historia Academiae Regiæ Scientiarum* quædam habet.

Poterit etiam hac de re videri Dn. GEOFFROY membrum etiam prædictæ Academiae Regiæ Scientiarum, cujus inventa in iis Monumentis inveniri poterunt: sed ante aliquod tempus fati cessit. Nunc Clar. BOULDUC, etiam membrum ejusdem Academiae, hoc opus absolvendum in se suscepit.

Si quis nunc Libros emere velit, qui sine nugis sunt, & unde ingentem fructum percipere queat, legat istos & omittat reliquos, ibi enim invenitur Pharmacia, quæ ope Chemiæ simplicia sic resolvit, ut eorum habebatur cognitio a Pharmacopæo, quid contineat singula planta, estque hoc fundamentum Pharmaciæ.

Secunda pars Pharmaciæ est, quæ docet plantas debito tempore colligere sed etiam ista habet adminicula ex Chemia. Nam præter aquam & terram, salem volatilem & fixum, oleum & terram, nihil in plantis est. Chemia vero demonstrat, quid per tempus de plantis avolet, quid fixum supersit. Galenici nihil noverant de his corporibus, nisi aromaticarum plantarum particulas medicas celeriter avolare, & stirpium aromaticarum flores mane coquendos esse, prius quam sol eduxerit partes meliores. Sed longe plura Chemia docuit; ostendit enim, quo tempore sal, quo alio oleum in stirpibus dominetur. Totum negotium in iis

NEUMANNUS etiam fere omnium medicamentorum analyfes & extracta stirpium gummea & resinosa cum ponderibus habet.

FRANCISCI ALEXANDRI *Apollo compositorum & simplicium examen suo fulgore irradians*, Venet. 1565. fol. Francofurti 1613. 4. Dispensatorium est, cum historia omnium simplicium medicamentorum, quæ formulas subeunt.

JOH. RENODÆI *Institutionum pharmaceuticarum Libri V. & de materia medica L. 4.* Parisiis 1608. 4. EJ. *Institutionum pharmaceuticarum Libri IV. & antidotarium seu dispensatorium absolutissimum*, Paris. 1623. 4. Anglice etiam 1657. fol.

BRICII BAUDERON *pharmacopœa & du BOIS de miscendis medicamentis*, Lond. 1639. fol. gallice, Lion 1663. 4. Rouen 1644. 4. qua lingua scripta & hispanice versa a JOH. de CASTILLO, Gadibus 1671. 4.

J. R. GLAUBER *pharmacopœa spagirica* p. 3. Amst. 1654. seqq. 8.

J. PRÆVOTI tractatus posthumus de compositione medicamentorum, Pat. 1666. 12. Hanov. 1666. 12.

A. Q. RIPINI *manuale ad chemiam pharmaceuticam*, Norimb. 1718. 8.

FELIX PALLACIOS *palestra pharmaceutica chymico Galenico* III. ed. Madrit. 1730. 4. *

J. FRID. CARTHEUSER *pharmacologia theoretico-practica*, Francof. Viadr. 1745. 8. Commodus imprimis liber, & fidus

(a) Opusculum prodiit Parisiis 1682. 12. & Leidæ 1691. 12. Continet imprimis compendium opusculorum phytologicorum GREWII, deinde ejus observationes de mitione, quæ cum titulo *Discourse concerning the nature causes and power of mixtures* prodierunt Lond. 1675. 8.

(b) Utique, hique viri primi hic glaciem frugerunt, dum reagentia chemica, Salium & Symporum, cum succis plantarum phaenomena, & analyfes susceperunt, in aliquot mille Stirpibus elaborandas. Pars magna laboris absoluta, sed adgnita plerarumque analyfium inutilitate suppressa est. Singularium vero stirpium & imprimis purgantium analyfes, passim in Commentariis Regiis, nonnullas etiam in Germanorum Academicis disputationibus reperias.

In iis consistit, inquit HELMONTIUS (a), quæ dicam. Verno tempore cæsent plantæ oleis, & abundant sale, sed toto æstivo tempore principia maxime volatilia calore folis sensim abeunt, ut sunt sal & aqua, & concentrantur maxime fixa & tenacia, quæ sunt oleum inprimis & sal oleis implicitum, sicque circa autumnum abundat oleum in planta, quod illi conservandæ a natura destinatur, quando in solo suo remanet: Si quis nunc velit de planta aliqua habere salinam materiem, is circa vernum tempus juxta HELMONTII sententiam eam legere debet. Qui vero oleum & resinam & balsamum desiderat, illi circa hyemem planta legenda est.

Deinde Chæmia etiam demonstrat quænam plantæ alicujus partes plus salis, quæ olei plus habeant. Semini plurimum olei inest, terræ, aquæ & salis minus. Qui ergo oleum de planta desiderat, semina sibi sumat, & quidem, uti dictum, autumno, quo oleum, tamquam balsamum, ad avertendas hyemis injurias, plurimum seminibus circumfunditur. Si quis me rogaverit, ubi hæ notæ characteristica apud Auctores reperiantur, vix novi; sed si absque jactantia dicere liceat, nostra Chæmia hoc docet. Verum Auctores, qui symbolam ad hanc partem attulerint, sane non novi.

Tertia pars Pharmaciæ est, quæ docet asservare debite collecta simplicia. Chæmia certe optime hæc docet, quando demonstrat, plantam & semina alterne & repetito exsiccata, & iterum humectata, & denuo exsiccata, omnem virtutem amittere; hinc indicat, nihil plus vires materiæ Medicæ labefaciare, quam repetitam exsiccationem. Inde patet, ligneas capsulas maxime aptas esse ad conservandas plantas. Quod ad locum, ubi servari debent, iterum demonstrat Chæmia, loca nimis calida huic rei non conducere, quia ignis omne volatile assumens salia alcalia reddit. Deinde cum hyeme frigus semper humiditatem affert; hinc loca frigida non conducunt servandis stirpibus. Sed borealia loca sunt eligenda, ut semper Veteres annotarunt.

Quarta pars Pharmaciæ tradit præparationem Medicamentorum ex materia Medica, hinc Medicamenta per primam partem cognita, collecta per secundam, asservata per tertiam, per quartam in usum medicum præparanda sunt.

Hic indicandi sunt Auctores qui per artem chemicam Medicamenta præparare docent. Nullibi certe plus Chæmia inservit Medicinæ, quam in excolenda hac parte Pharmaceutices, & quodcunque oïes opponant, certe fateri coguntur se Chæmia hac occasione indigere, nam ex ipsis rebus vegetabilibus, mineralibus, animalibus, si aliquid præparare velint, id sine Chæmia certe perficere nequeunt. Cinnamomi oleum habet vires medicas, id omne, quod vetustas excogitavit, superantes. Quis mortalium haberet contra nervi puncturam medicamentum, nisi spiritum ex terebinthina æthereum? hunc vero Medici ex nulla alia arte didicerunt, nisi a Chæmia. Qui hoc experimentum instituerunt, invenerunt etiam unam vel alteram olei Fœniculi guttam sanare ægrum flatibus ex pituita laborantibus. Itaque Auctores in hac parte præstantiores indicabo.

Si

(a) Propriis scriptis hæc exposuit J. LUDWIGIUS de radicibus officinalium bonitate. Lipsi. 1743. 4. Huc etiam CL. RICHTERI Libellus pertinet de corruptelis medicamentorum. Dresd. 1732. 8.

Si ergo quis velit videre, quomodo hodierna Chæmia pro præxi inserviat, & doceat elegantissima ex omni rerum genere Medicamenta præparare, videat ANGELUM SALAM, cujus Opera omnia Medico-chemica in 4. sunt edita Francof. an. 1647. (a). Auctor in his rebus exactissimus est, tam in colligendis præparandis, quam accuratus in describendis arcanis omnibus. Docet, planissimo sermone, tractare omne genus vegetabilium, animalium, mineralium, & omnes eorum partes ita perficere, ut Medicamentis inserviant. Auctor natione Italus est, sed in Belgio clarus, ubi diu vixit, dignus certe est, qui omni studio perlegatur.

Similia peregit JOHANNES SCHROEDERUS in sua Pharmacia Medico-chemica (b), quæ ultimo Francofurti ad Mennum edita est an. 1685. in 4. Ea enim editio indicem locupletissimum habet, sed etiam Lugd. Batavorum idem ille Liber prodiit in 8. an. 1672. neque multum refert, utram harum editionem habeamus, utraque est bona. Nulla Pharmacia, quod scio, melior est, & nemo clarius, candidius, exactius scripsit, quomodo Chæmia ex qualibet re educat Medicamenta; hinc superat certe ANGELUM SALAM, qui systematice, & magis pro Chemicis scripsit. SCHROEDERUS autem brevissime, & tamen omnia difficillima annotavit; nam nemo est, qui parvo compendio plura docuerit. Methodus ejus duplex est, 1. omnia describit sub suis titulis, & deinde 2. sub suis simplicibus; v. gr. dicit Absinthium esse colligendum eo tempore, & habere has vires in forma cruda, & illas in simplici infusione. Deinde recenset ea, quæ ex Absinthio in medicos usus præparantur. Scribit adeo, fit ex Absinthio talis tinctura, talis aqua, spiritus, sal, essentia alcalina, atque quinta essentia, & omnia describit exactissime & nervosissime.

Eandem rem peregit JOHANNES ZWELFERUS (c) in Pharmacia Regia quam

(a) ANGELI SALÆ Opera Medico-Chemica conjunctim prodierunt Francofurti 1647. 4. Numerosa sunt Opuscula, quæ partim ad regnum vegetabile, partim ad fossilium historiam pertinent. Ad priora anatome essentialium vegetabilium, Hydrelæologia, Tartarologia, Saccharologia, Exegesis chemiæ, Mirothecium spagiricum pertinent. Ad fossilia etiam hæc duo scripta, anatomia vitrioli & de natura vitrioli, tractatus de antimonio. Descriptio auri potabilis, chrysiologia, septem planetarum terrestrium explicatio, &c. Primus inter Chemicos desit ineptire; si credis CONRINGIO. Aliqua alia pharmaceutica Opera hac occasione adducam.

Compositiones etiam medicas ex Chæmia maxime repetitas, multas habet HADRIANUS a MYNSICHT in thesauro & armamentario medico-chemico. Lubecæ 1646. 4. & alibi edito. Sed cavendum a nimis laudibus.

(b) Notissimus labor, frequentissime Ulmæ & nunc maxime Norimbergæ 1746. & 1747. in folio editus. In quinque Libros dividitur. Primo continentur generalia quædam & vocum explicatio. Altero materia medica, tum simplicium catalogus, tum compositorum formulæ. Tertio, quarto, quinto, simplicia trium regnorum cum eorum præparationibus officinalibus, viribusque simpliciter omnia, paulum tamen credule & nimis alchemice scripta. Voces exoticæ sæpe corruptæ. Nihil valde arcani aut reconditi. FRIDERICUS HOFMANNUS, celebrioris FRIDERICI pater, clavem in Opus SCHROEDERI edidit Halæ 1675. & 1681. auctius in 4. quo auctaria continentur varia & chemicæ præparationes medicamentorum corriguntur, illustrantur.

Recensus hoc loco J. SCHROEDERUS editus est Norimb. Germanice 1685. 4. tum Francof. 1669. 4. Lat. Norimb. 1693. cum HOFMANNO Fr. Lipsi. 1718. 4.

(c) Animadversionibus in Pharmacopœam Augustanam. Norimb. an. 1675. &c. Augustanum dispensatorium hætenus classici fere Libri loco fuit in Germania, ZWELFERUS gnarus, vel STA-

quam edidit *Norimbergæ in folio, anno 1673.*, neque tamen meretur comparari SCHROEDERO, nimis enim numerosas & difficiles præparationes congeffit, ut pro Galenica & Arabica Pharmacia bonus esset; *αρεβεια* vero artis nostræ splendor apud SCHROEDERUM. Hi bini viri, ANGELUS SALA & SCHROEDERUS, tam perfecti sunt, ut plurimi totam eruditionem suam illis debuerint.

Legatur etiam JOSEPHI QUERCETANI *Pharmacia Dogmaticorum restituta*. Liber est Parisiis editus, & iterum in Germania in 4. (a). Editio utraque æque plena est. Egregia est ejus *Pharmacia Hermetica*, uno volumine in 4. comprehensa. Ubi emetur unum Opus, sæpe simul habebitur alterum. Vir iste habet quædam, quæ in reliquis scriptoribus non reperiuntur, laboriosissimus fuit, & cum in magna fama viveret, multa cum auctoritate scripsit, ut Hermetis Dogmata; hinc etiam voluit inter Adeptos recenseret, & sententiam PARACELSI amplexus est. Apud eum omnes sententiæ Alchemistarum Germanorum antiquorum inveniuntur.

Supra omnes vero commendandus est DANIEL LUDOVICI in *Pharmacia moderno sæculo applicanda*. Gothæ Saxonicae. 1685. 8. (b) Hic Auctor compendium totius Bibliothecæ Chemicæ & Pharmaceuticæ scripsit, & vocavit suum Opus Phar-

STAHLIO iudice, homo, *fund. Chem. T. III. p. 340.* vitia & ambages compositionum demonstrare suscepit, novamque Regia nomine edidit *Pharmacopœam*. Norimb. 1667. fol. Nimio tamen ardore nimisque temeritate usus nihil effecit, neque ipse aut fatis chemicus, aut a farragine seculi sui repurgato fuit ingenio.

Editiones *Pharmacopœæ Augustana* sunt numerosissimæ, & nuper 1673. 1684. 1694. 1710. fol. Causam ejus egit contra ZWELFERUM WELSCHIUS an. 1675. Nuper aliæ successerunt similes *Pharmacopœæ*, ut ERNESTI FAGINI (BUECHNERI) *dispensatorium Regium Brandenburgicum* 1734. fol. prius an. 1698. editum quo Stahlia etiam præparata continentur.

Dispensatorium medico-pharmaceuticum Regium. Bresl. 1744. fol. *Dispensatorium Württembergicum*. Stutg. 1741. fol. *Pharmacopœa Regalis* Lond. 1746. 4. ex qua inutiles, & nimis fuscæ compositiones ejectæ sunt, egregio omnino instituto.

J. ZWELFERI *animadversiones* Norimb. recusæ sunt 1693. 4. EJUS etiam *Pharmacopœa Regia* recusa est ibid. eodem anno 4.

Adde etiam huic tractationi CL. GALENI libri *de theriaca* quos in practicis recensui, tum *de antidotis* & *de substitutis medicinis*.

A. M. BRASSAVOLÆ *examen omnium syruporum quorum in medicina usus est*, Lugd. 1540. 8.

MICHAELIS VILLANOVANI (celeberrimi illius SERVETI) *syruporum universorum ratio ad GALENUM diligenter expostita & vera purgandi methodus*, Paris. 1577. 8. Venet. 1545. 8. Lugd. 1546. 8.

MOÏSE CHARAS *de la theriaque d'Andromachus*, Paris. 1685. 12. de simplicibus medicamentis, quæ eam formulam ingrediuntur, non inutiliter.

A. Q. RIVINI *censura medicamentorum officinalium*, Lips. 1701. 4.

SALOMON JACOBSON *de syrupis officinalibus*, Hall. 1739. 4. bene.

(a) *Pharmacopœa Dogmaticorum restituta & Hermeticorum floribus illustrata*. Paris. 1607. 4. & alias. Vanus homo & jactator, cujus tamen plusculæ compositiones auctoritate recentiorum Medicorum conservatæ sunt.

(b) DANIELIS LUDOVICI Medici Gothani *Diff. III. de Pharmacia moderno sæculo applicanda*. Sæpissime editæ sunt, Gothæ 1671. 12. Hamb. an. 1688. 8. & Francofurti, denique in Operibus omnibus 1712. 4. Inclaudit inprimis ob liberum iudicium, quod de farraginibus incommodis medicamentorum interposuit, & utique simplicitatem, elegantiam, gra-

Pharmaciam moderno sæculo applicandam. Nempe considerat quam diversis & operosis Medicamentorum formulis tota nostra ætas aggravetur. Hinc ipsi animus est, ex his omnibus tantum id elicere, quod necessarium & optimum Chemicus habue-

A a

bue.

gratiam secutus est. Turbant sermone Parentheses. In hunc Auctorem ETTMULLERUS commentatus est, minus feliciter, si fides STAHLIO in *mat. med.*

D. LUDOVICI Dissertationes III. ibi recensæ cum ETTMULLERI commentario Gallice editæ sunt Lyon 1710. 8. Germanice vero J. HEIMREICH qui idem LUDOVICUM proprio libello defendit 1714. 8. In eum alterius commentarii NENTERIANI specimen existat, Argent. 1708. 4.

VALERII CORDI *dispensatorium* sæpissime recusum, uti jam dictum est, mihi Leid. 1651. 12. cum P. COUDENBERG MATTH. LOBELII notis & G. RONDEL. Libro *de theriaca*.

A. P. COUDENBERG etiam Gallice versum est, Antvverp. 1575.

ADOLPHUS OCCO, ADOLPHI filius, ADOLPHI N. primum *Pharmacopœam Augustanam* edidit A. Vind. 1574. fol. recusam 1580. 12. 1597. Inde versa a Coll. medico prodiit 1613. fol. 1622. fol. 1646. Goudæ 1653. 8. A. Vind. 1673. 8. 1684. fol. 1694. fol. 1710. fol. & renovata Aug. Vind. 1734. fol. ed. 1673. prodiit *defensio* L. SCHRDERII. *Medullam* ejus contraxit VITUS RIEDLINUS, Ulm. 1707. 8. nempe utiliora medicamenta.

Il Ricettario medicinale Fiorentino per ordine del Gran Duca, Florent. 1567. fol. Latine versum a CLUSIO, Lugd. 1587.

M. CHARAS citata *pharmacopœa* Gallice prodiit Paris. 1682. 8. Anglice 1678. fol. Opera vero EJUS omnia Genevæ 1684. 4. 3. vol.

DE MEUVE prostat etiam Paris. 1689. 4.

N. LEMERY *Pharmacopœe* prodiit etiam Venet. 1725. 4. Italice.

J. QUINCY *lectures in Pharmacy*. An idem opus *Pharmacopœe universelle raisonnée traduite par CLOUZIER*, Paris. 1749. 4. an potius opus quod *Pharmacopœa officinalis* inscribitur, Lond. 1719. 8. Angl.

Verum, cum Pharmaceutice adeo necessaria & accepta pars Medicinæ sit, omnino non videtur posse nos omittere commendationem aliquot Auctorum ex omni tempore, qui formulas officinarum descriperunt. Initium potest fieri a JOHANNES MESUE, a J. SYLVO, Parisiis an. 1562. 8. & Venetiis an. 1602. in fol. edito, & a NICOLAO MYREPSO, cujus *Opus Medicamentarium* a FUCHSIO Basileæ an. 1549. fol. editum est.

Ab istis enim Auctoribus multæ in Pharmacia opolia compositiones transferunt.

Sæculo XVI. ex Dispensatoriis suffecerit VALERII CORDI *Dispensatorium posthumum* infinitis locis editum, bene vero & cum COUDENBERGII & LOBELII Scholiis an. 1652. 12.

M. CHARAS *Pharmacopœe Royale Galénique & Chymique*. Parisiis 1676. 4. minime rudis hominis Opus.

JACOBI LE MORT *Pharmacia & Chymia rationibus & experimentis instructa*. Leid. 1684. 8. Multum habet Theoriæ, & tria elementa viscosum, ramosum & terrestre. Caterum plantarum vires & præparationes describit; recusa est auctius ibid. 1688. 8.

DE MEUVE *Dictionnaire Pharmaceutique*, Parisiis 1677. 8. est quasi Bibliotheca Auctorum eo pertinentium.

ANT. de HEYDE *nieuw licht der Apothekers*. Amstelod. 1682. 8. Habet etiam observationes Physicas.

N. LEMERY *Pharmacopœe universelle*. Parisiis 1697. 4.

F. ALLEYNE *English Dispensatory*. Lond. 1733. 8. quo etiam materia medica & formularum systema conjunguntur.

SHAW *Dispensary of the Royal College of Physicians*. Lond. 1721. 8. sæpissime editum; & omnibus aliis, nisi fallor, utilius, cum & Theoriam & Praxin Pharmaciæ, & materiam medicam novis inventis, ditiolem, & Dispensatorium, & denique formulas extemporaneas contineat, sitque cauti & gnari hominis Opus.

RO-

buerint. Neque novi apud aliquem Auctorem tale quid absolutum esse. Omnia enim summo expendit iudicio, arcana candidissime tradit, inprimis in additamentis ad Pharmacia suam; etiam hoc egregium est quod indicem habeat.

Id
ROBERTI de FARVAQUES *Schatkammer des Geneeskunst*, nuper auctius edita. Leidæ 1741. fol.

Compendii vice placuit mihi inter nuperos, JOH. FRID. CARTHEUSERI *Pharmacologia theoretico-practica*. Berolini 1745. 8. Verax nempe Auctor & fidus, neque nimis laudator.

Pro Dispensatorio JOH. HENR. SCHULZE *praelectiones in Dispensatorium Brandenburgicum*, Norimbergæ 1736. editæ, quæ iudicium in compositionibus continent. Artificia vero, quibus obtinetur, ut quam integerrimæ vires corporum, & quam aptissime in medicamenta transeant, tradidit G. W. WEDEL in *Pharmacia in artis formam redacta*. Jen. 1677. 4. & in *Pharmacia in Acroamatica*. ibid. 1686. 4.

JOHANNIS QUINCY *lectures in Pharmacy*. Londini 1723. 4. Brevis & dilucidus; sed posthumo Libello Auctor fere eodem scopo quo D. LUDOVICI rationes compositionum & vitia tradidit, & demonstravit, qua ratione quodvis medicamentum ad præscriptos fines duci possit, atque farraginem confusam ex magnis compositionibus officinalibus expulit.

Denique laboriosus compilator J. JACOBUS MANGET in Bibliothecam suam pharmaceuticam plurima congestit ad materiam medicam & artem pharmaceuticam pertinentia.

In ea vero Pharmaceuticæ parte magis medica, quæ docet modum simplicia medicamenta in efficaces, neque tamen ingratisimas formulas componendi, sufficiunt G. W. WEDELII *de medicamentorum compositione extemporanea* L. II. Jenæ 1678. cum tabulis synopticis. Jenæ 1677. fol.

Clariff. viri HIERONYMI DAVIDIS GAUBII *de methodo concinnandi formulas*. Leid. 1739. 4.

Formulas vero paratas selectiores habet *Pharmacopœa Bateana* (Opus Archiatri Caroli II.) edidit a J. SHIPTON. Londini. 1688. 8. Auctior edita Anglice Londini 1694. & 1706. 1713. 8. & alias, tum J. FULLER *Pharmacopœa extemporanea*. Londini 1702. 8. Sed ista valde sæpe inconcinna & mista alienis aut nimis ingredientibus, ut vocant, formulas continet.

Pharmacopœa Bateana hic dicta prodiit etiam recusa Lond. 1691. 12. 1694. 8. aucta a GUIL. SALMON cum posologicis tabulis, Francof. 1702. 12. Auctior vero Anglice etiam recusa est, Londini 1720. 8.

Pharmacopœa Persica, Paris. 1687. 8 curiosa ob orientalium medicamentorum cognitionem.

Pharmarii collegii Regii Medicorum Edimburgensis, Edimb. 1722. 8. 1735. 8. 1744. 8. Gotting. 1742. 8. Inter concinniores.

Dispensatorium Regium & Electorale Borusso-Brandenburgicum, Berolin. 1741. fol. Erford. 1734. fol. curante A. E. BUCHNERO, quam editionem passim carpit C. NEUMANNUS. In IDEM existant *praelectiones* J. H. SCHULZE, Hall. 1736. 8.

THEODORI BARON *codex medicamentarius Parisinus*, Paris. 1732. 4. Regia auctoritate confirmatus, recusus anno 1749. a J. BAPT. THOMA MARTINENQ. 4. auctius & emendatius. Continet catalogum simplicium medicamentorum etiam recentiorum: inde præparationis modum Galenicus, tunc chemicus. Multas adhuc compositiones, etiam prælongas conservarunt.

Pharmacopœa Württembergica, Editio II. (prior est 1741. fol.) Stuttgart 1750. fol. inter commodissima & plenissima dispensatoria, novis parumque notis medicamentis locupletata cum meliori plantarum memoria. Bene de opere meruit J. A. GESNER.

Ad cognitionem concinnandarum formularum sequentia adjicimus.

Plurimas CELSUS habet & ÆTIUS, omnesque pene veteres.

JULII DELPHINI *de ratione medicamentorum præscribendorum*, Venet. 1557. 4. *

CONR. GESNERI *Evonymus de remediis secretis*, dictus in vita EJUS viri, recusus cum P. de VEGA, Lugd. 1620. 8. Anglice versus Lond. 1559. 4. AMES. & gallice 1555. Lugd.

De dosibus collectio opusculorum illustrium virorum, Venet. 1579. 8. nempe M. CURTII *methodus dosandi*; BENED. VICTORII, B. MONTAGNANÆ, GENTILIS FULGINATIS *de dosibus libelli*, RONDELETTII *de ponderibus*, ALKINDI & T. GRADO *de gradibus virium* & P. GORREI *formulæ*.

SE.

Id unum in LUDOVICI Opere mali est, quod stylo intricatissimo conscriptum sit; quum enim omnia ut helluo devoret, quæcumque ante eum ab aliis scripta fuerant, adeo intricate scribit, ut vix intelligatur, nisi ab iis, qui sententiam præcedentium Auctorum cognoverint. Verum qui aliquid de Pharmacia & Chemia callet, facile videt eum palmam omnibus præripuisse, & eo certe Libro nemo carere potest.

Abfolvi jam enarrare id quod Chemia ad Medicinam faciat, divisi enim in generale emolumentum, quod Chemia Medicinæ præstat, & id quod singulare singulis Medicinæ partibus tribuit; utroque hoc iterum absoluto, habemus Medicum præparatum fere, ut suo se accingat studio. Habet enim animum nunc imbutum Mathematicis, Physicis, Historia naturali, ratio-

A a 2

cinio

SEBASTIANI CORUILLAT *materia & forma medicamentorum tum quæ intro assumuntur, tum quæ foris exhibentur*, Lugd. 1557. 16.

C. BAUFINI *de remediis formulis Græcis, Arabibus & Latinis usitatis ad plerisque morbos accommodatis*, Francof. 1619. 8.

NICOLAI EPIPHANII *Pharmacopœa empirica seu formulæ & arcana cum RENODÆO* 1623. 4. Paris. Francof. 1726. 8.

MARCI BANZER *fabrica receptarum, i. e. methodus præscribendi formulas*, Aug. Vind. 1622. 8.

PETRI MORELLI *systema parascvasticon ad praxim .. continens rationem præscribendi formulas secundum normam prædicandi Monspelii usitatum*, Genev. 1628. 8. 1650. 8. Amstelod. 1659. 12. Lips. 1645. 8. opera J. JAC. a BRUNN.

J. VARANDÆI *formula remediis* 1658. fol. in operibus omnibus.

J. MICHAELIS opera in quibus apparatus formularum seu annotationes in MORELLUM *de præscribendis formulis*, Norimb. 1688. 4.

HADRIANI a MYNSICHT *thesaurus & armamentarium medico chemicum*, Lubec. 1662. 4. 1638. 4. Francof. 1675. 8. Venet. 1718. 8. 2. vol. Remediis chymicorum satis etiam nunc celebres formulæ.

JOEL PREVOT *medicina pauperum & de remediis facile parabilibus & EJ. selectiora remedia* existant in opusculis, Hanovæ 1666. 12. excusis

HENRICI TENKE *formules de médecine tirées de la Galénique & chymique*, Lion 1682. 12. 1690. 12. & Latine *instrumenta curationis morborum*, Lugd. 1683. 12. 1687. 12.

EMANUEL KOENIG *thesaurus remediis ex triplici regno* Basil. 1694. 4. *Pharmacopœam Bateanam* operi inseruit, & chemica BOHNII & alia.

J. J. MARCGRAF *materia medica*, Leid. 1716. 4. continet artem formularum concinnandarum. *Thesaurum Ludovicianum* seu DANIELIS NEBELII *pharmacia LUDOVICI* edita est Norimb. 1720. 12. nempe bonorum remediis selectus.

THOMAS FULLER *pharmacopœa extemporanea*, Lond. 1701. 12. 1710. 8. 1714. 12. 1719. 12. (cum Bateana) 1723. 8. Roterod. 1719. 8. Amstelod. 1731. 8. Lautann. 1737. 8. Mille sunt formulæ validiorum medicamentorum, sæpe tamen Germanico palato ægerrime offerendæ.

HIERONYMI ZANICHELLI *promptuarium remediis chymicorum*, Venet. 1701. 8.

PET. JOSEPH. RODRIGUEZ *apis Hybleæ*, Madrit 1706. 4. *Formularum collectio* *

Pharmacopœa Radeliffiana *from his original receipts* P. I. Lond. 1716. 8. secunda 1719. 8. tum a STOTHERO editæ *practical dispensatory* ejusdem, Lond. 1730. 8. & Germanice versa Lips. 1721. 8.

J. JUNKER *conspectus formularum medicarum* 1723. 4.

HERMANNI BOERHAAVE *materia medica*, Leid. 1729. 8. & alias formulas continet ad aphorismorum ordinem.



J. F. CARTHEUSER *tabula formularum præscriptioni inservientium*, Fr. Viad. 1740. 8.

HIERONYMI DAVID GAUBII *methodus concinnandi formulas*, Leid. 1739. 8. Franc. 1750. 8. Gallice Paris. 1749. 12. commodissimum ad hanc artem compendium.

Ad

cinio & Chémia: Hæc etiam scire oportet, ut perfectus evadat Medicus, iis destitutus æternum ignorabit Medicinam, qualis hodie nota est; neque enim scopus noster est scire unice, quomodo præscribendum sit medicamentum, & quomodo tractandus sit æger, sed quærimus quid hodie in Medicina notum sit: Si tamen aliqui ea nolint admittere, quæ exposita sunt hæcenus, minus rerum curiosarum cupidi, saltem nunc sequantur ea, quibus ne ipsi quidem carere poterunt.

Ad doses etiam pertinet G. COCKBURNË de purgantium & emeticorum dosibus determinandis pro ætate & temperamento. *Phil. Trans.* n. 307. & THEOD. BALTHAZAR de dosibus medicamentorum diatribæ. Lipsiæ 1719. 8. ubi ex Algebra compositio medicamentorum in venientes fines & formularum structura determinantur.



C A N D I D O
L E C T O R I
ALBERTUS HALLER,
S.



BOERHAAVIUS paucissimis vocibus Botanica attigit. Cum vero ea Medicinæ pars utilitate alias æquet, omnes vero amoenitate superet; fusio-rem Librorum eo spectantium catalogum addere eo minus dubitavi, quod in iis scriptis multum & cum voluptate versatus, proprium de multis judicium potuerim interponere. Cum vero mea supellex non satis plena esset, supplevi præcipuos, ut quidem mihi videbatur, Auctores, ex JOH. FRANCISCO SEGUIER, aliisque fide dignis Scriptoribus, repetitos: eos autem omnes Asterisco signavi, quotquot non penes me fuerunt. Non omnes aut Libros, aut edi-

tio-

tiones, aut disputationes academicas, quæ plurimæ apud me sunt, enumerare visum est, ne infinitus fieret labor. Selectam enim, non plenam, Bibliothecam promisi, & limites, in hac parte, potius produxi, quam justo arctius contraxi.

Cæterum occasionem nactus cum Medicinæ Cultoribus colloquendi nolui dimittere. Est aliquid, quod dudum male me habuit, & in dies gravius menti meæ incumbit. Nescio qua arte inimicorum meorum, aut quo demum parum benigno mihi fato, fit dudum, ut iniquior, ingrator, & æmulus denique dicar BOERHAAVIO. Famam sprevi diu, nunc autem video, & in Litteris minacibus, & in Diariis, & imprimis in rumoribus doctorum Belgarum hanc increbescere calumniam. Non molliorem vocem meretur hæc adeo injusta exprobratio. Multi BOERHAAVIUM audierunt, coluerunt, nemo me amavit magis. Nemo me majores labores toleravit in emendandis ejus codicibus scriptisque, quos subii, nulla mea cum fama, nullo inclarescendi ductus studio, qui potueram meas opiniones, meam phaenomenorum & experimentorum collectionem alio ordine meoque proposuisse: quem nulla certe cura mei jubeat breves horas, neque reditura tempora in ingratiſſimo emendandorum codicum labore consumere: qui id consilium potuissem a principio sequi, quod sero sequor, ut ad propria elementa cogitationes meas ordinarem.

Sed quidnam demum posset in meis de BOERHAAVIO amoris & venerationis testimoniis desiderari, aut ab iniquissimo homine ultra postulari, ego quidem non video. Omnes mihi notos colores effudi, quibus summam de eo viro existimationem vivide depingerem. Nulla citoloca, omnia enim scripta mea iis testimoniis replentur.

Sed

Sed diffensi a VIRO OPTIMO, sed ultra videre volui, aut citra ejus opiniones consistere, aut aliter describere partes, aut definire utilitates partium. Non patienter fero adeo immodestam petitionem. Mene vero præferre aliquem, qui me ipsum vero non præferam, qui de sententia mea decedam cupide, quoties nova experimenta lucem adfuderunt novam, ad quam menda opinionum mearum perspicerem? Potestne a bono viro quidquam exigi simile? An ii viri, quos ajunt conspirasse in meam existimationem, serio unquam ipsi ita se manciparunt BOERHAAVIO, ut meliora viderent, PRÆCEPTOREM sequerentur?

Sed extat in Diario quodam, Lingua scripto Gallica, nescio quæ comparatio BOERHAAVII cum meis *Commentariis* iniquior PRÆCEPTORI. Imo alias novi extare multo iniquiores. In ea enim, de qua queruntur, neque ego, neque amici, quos ingenii acerrimi, integerrimi judicii, me habere inter summas meas laudes duco, quidquam aut indecenter animosum, aut petulanter iniquum in BOERHAAVIUM invenire potuerunt. Plura ipse D. MATY (si est Auctor *Elogii Critici* BOERHAAVII), & in elogio quidem, in magno viro carpserunt, & ea omnia, quæ in *Diario* minus probantur, ea omnia prior monuit, etsi ejus Opusculum posterius prodiit.

Sed ego quidem videor mihi eam rem perspicere. BOERHAAVII nomen, Belgis venerabile, sumunt sibi inimici mei, qua, quasi larva, mihi terribiles fiant, Civibus suis honesti Præceptoris sui videantur defensores. Alia secta est, neque BOERHAAVII curat aut famam, aut sententias. Nam & has frequenter deserit, ubicunque sibi videtur, & illam mihi ipsi, si iis laqueis me irretiri passus essem, amicisque meis prodit. Nulla enim alia ratione vehementius ad demon-

stran-

strandos errores PRÆCEPTORIS provocari possem, quam hac artificiosa exprobratione meæ, ad eum virum relatæ, tenuitatis.

Neque tamen eum quidem finem attingit ea secta. BOERHAAVIUM amavi, veneratus sum, carus ipsi fui, in prima mea juventute. Multis nunc annis officiis publicis admotus, nihil decedere passus sum de justa pietate in Virum bonum, modestum, veri amantem, eruditionis variæ, eloquentiæ singularis, ardoris in Artem Medicam incredibilis, Botanici diligentis, Chemici indefessi, Medici theoretici in Europa principis, Practici inter illustrissimos. Nunquam dedidici uti PRÆCEPTORIS nomine. Menda Viri texi, invitus ab eo diffensi, sæpe adhæsi non satis firmæ opinioni, quoties vel aliquo modo auctoritatem tueri licuit. Nunquam etiam ab eo tempore, quo indigna varia, ob eam imaginariam æmulationem, sum passus, aliter sensi, aut sentiam unquam.

Potero dissentire, potero aliter aliqua videre, docere, nunquam vero eo me abripiet ullus mentis error, ut ex diminutione famæ PRÆCEPTORIS voluptatem famamque capiam.

Atque ita valere Te jubeo, Lector candide, & ad sextam partem hujus Operis transeo. Dabam in Georgia Augusta die 28. Junii 1748.

ME-

M E T H O D I S T U D I I M E D I C I P A R S V I.

Botanica.



ORDO jubet, ea primum disci debere a Medico; quæ remotiora a Medicina sunt, & inter hæc ea, quæ simplicissima. Huc vero pertinet studium Botanicum & materia Medica; hæc ergo jam pertractanda veniunt.

Multi quidem Botanicam addiscunt, qui Medici neque sunt neque fierunt, exemplo est MORISONUS, FABIUS COLUMNA, &c. potest enim addisci hæc scientia, sicut historia naturalis; ergo Botanica est remota a Medicina. Sed simplicissima est, itaque ab illa incipiet Medicus, non enim petit hoc studium magnum ingenium, sed tantum memoriam, & bonam methodum (a).

Postquam Medicus futurus omnium rerum præcedentium cognitione imbutus est, nempe scientia Mathematica, Physica, & Chemica, ordo jubet ut addiscat ea, quæ pertinent ad simplicium medicamentorum cognitionem, & sciat unde materies petatur, ex qua conficiuntur omnia ea, quæ vocantur medicamenta. Medicamentum vero, ut omnes norunt, est id, quod applicatum corpori valet & in sano futurum morbum arcere, & in ægro morbum tollere, qui jam adest.

Ex hac definitione statim videmus, hæc medicamenta vel esse corpora, quæ applicantur vel ingeruntur corpori: vel, ut ita dicam, spiritualia, quæ per rationis judicium sic mulcent. Verum prima classis proprie est medicamentorum.

Verum sanare quid est? ita tollere morbum, ut restitatur æger, & is omnis in corpore status destruat, qui per morbum prius adfuit; sanare ergo non est simpliciter morbum tollere, sed ita tollere, ut id, quod per morbum corrumpitur, restitatur in integrum; debet ergo, ut sanatio fiat, morbus tolli, & sanitas labefacta restitui in integrum, per illud corporeum, quod corpori sive interius sive exterius applicatur. Cum ergo medicamentum sit corporeum aliquid, materies Medica (quam DIOSCORIDES prius vocavit ὕλην ἰατρικὴν, hoc est, *sylvam materiei Medicæ*, ὕλην ἰατρικῆς, hoc est, *sylvam Medicinæ*, a qua Græca voce mansit hodierna vox materiei Medicæ,) est collectio omnium illorum corporum, ex qui-

Bb

bus

(a) Summam difficultatem hujus Studii demonstrat exiguus numerus eorum, qui in eo excelluerunt. Qui deinde ex notis singularibus specierum notas generum, ex generibus notas classium & adfinitates constituere tentat, is satis experietur, & vastam memoriam & vividam, quæ tot singularia conjuncta repræsentet, imaginationem & non obtusum denique judicium requiri.

bus petitur medicamentum; hinc, ut addiscamus materiam medicam, debemus adire Pharmacopœum instructum his omnibus.

Verum hæc phrasis non tantum sylvam sive acervum simplicium significat, sed etiam collectionem compositorum & præparatorum, quæ ex hac materia Medica componuntur & parantur; & quando Medici dant materiam medicam pertractandam, tunc non tantum hunc acervum describi volunt, sed historiam etiam tradi medicam omnium horum simplicium, tam quod ad eorum notas, quam vires & facultates. Si nunc inter ea omnia medicamenta aliquid reperiat non præparatum, sed ita recipiatur in Medicinam, uti a natura datur, vocatur illud *simplex*. Referuntur huc etiam, quæ in varias partes resolvuntur. Ita Antimonium crudum simplex vocatur, sed tamen constat sulphurea & metallica parte: itaque Antimonium simplex dicitur, non quod ex partibus proprie simplicibus constet, sed quod a natura absque humanæ artis officio nobis suppeditetur; & illud est, quod Galli vocant *Drogues*, nempe omne, quod pertinet ad acervum, unde colliguntur medicamenta, & simplicia, & præparata.

Distinguitur nunc materies Medica 1. in descriptionem simplicium, id est enarrationem omnium, quæ non præparata a natura suppeditantur, eorumque notas ac characteres. 2. In præparationem & resolutionem simplicium, hoc est, docet hæc pars adhibere medicamenta & simplicia & composita per artem. Jubet ordo, ut dicamus primo de descriptione simplicium medicamentorum, qua occasione monemur addere studium Botanicum, non quod absolute a Medico scitu necessarium requiratur, sed quod ipsi multum proficit, ut videbimus (a).

De materia hac simplicium scripserunt plurimi Auctores, qui tironibus & jam provectoribus legendi sunt. Eos vero ita distinguo. Scripserunt omnino diverso modo,

(a) Alia sunt officia Botanici inventoris, sive hominis qui plantarum cognitionem perfectam ambit: alia Medici practici, qui prioris inventa recipit, inque suos usus convertit. Ille prior tenetur, quantum fieri potest, omnes in orbe terrarum plantas ita nosse, ut characterem cujusque undique teneat, & ut nomen specificum, genericum, classicum imponere possit cuique, & assignare scriptorum synonyma, descriptiones, & denique utilitates physicas, œconomicas, medicas adjicere. Quare cum plantarum multa millia nota sint, æque in diversissimis regionibus nascantur, nec facile cuique sub oculos cadant pleræque, & multæ sibi similes sint, & scriptorum sæpe confusæ descriptiones, notæ imperfectæ, nomina mala, apparet enormis labor qui incumbit Botanico.

Medicus autem a Botanico recipit definitas jam descriptasque plantas, quarum vires cognitæ, vel propriis erutas experimentis ad curandos morbos admoveat. Cum ergo inter mille nas stirpes vix centum sint quarum medica vis nota sit, sublevatur enormi onere stirpium exoticarum plerarumque, muscorum, fungorum, graminum. In eo vero laborat, quod nisi methodum teneat, paucæ illæ plantæ, non fere supra mille, enormem difficultatem pariant cognituro. Si solas enim cognoscendas receperit absque methodo, signa, ex quibus plantæ dignoscuntur, composita, vaga, imperfecta sunt. Quare etiam ad eas paucas plantas cognoscendas methodum quivis Medicus addiscere tenetur. In ea cuius stirpi assignatus a natura character, quo inspecto & ab omni alia planta citissime separatur, & ad verum nomen pervenitur. Prima enim inspectio v. gr. petali rejicit plantas apetalas, & monet ut in petalodeis queratur: deinde petalorum numerus, fabricæ staminum, numerus & proportio, ducunt ad classem & genus, ut inter paucas plantas optio superfit, quæ inter decies mille foret, si methodus abesset.

modo, nonnulli difficili operè rediguntur in concinnum compendium; unde aliquis compendiaria via materiam Medicam discere possit; verum alii ita scripserunt, ut nihil omittant de natura ejus rei, quam pertractant; hinc, quando hæc ars addiscitur, debemus accurate distinguere, quinam ab incipiente, quinam a magis provectoro legendi sunt Auctores.

MARCGRAVIUS (a) edidit tractatum in 4. Lugduni Batavorum, cui titulum dedit *Materiam Medicam contractam*, qui Libellus est sic digestus, ut omnia fere simplicia, quæ in pharmacopœis Europæ præscribi solent, certe nomine tenus ibi contineantur; deinde, quod ad characteres notasque melioris suæ & pejoris conditionis describantur; & brevissima denique eorum historia, & vires tradantur. Super hoc Opus solebat Auctor prælegere, quamdiu Lugduni Batavorum docuit.

Ad hanc rem etiam maxime pertinet SCHROEDERUS in Pharmacia sua; eodem nempe Tractatu nuper commendato, ad cujus certe ordinem tiroutilissimum manuscriptum ad suum usum compilare potest; nam ille ex omnibus optimis Auctoribus locum natalem simplicium collegit, tunc adjunxit notas optimas, inde exhibet modum colligendi, adservandæ, tandemque vires, quatenus ex simplicibus illis dependet, egregie descripsit.

Si MARCGRAVIUS legatur cum SCHROEDERO in parte ad simplicia pertinente, & colligere animus sit, quidquid commune habent, & sic quotidie horam unam aut duas huic labori impendat tiro, habebitur elegans schema materiæ medicæ, quoad simplicia.

Scripsit etiam SAMUEL DALE (b) *Pharmacologiam seu Manufacturam ad materiam Medicam seu Pharmacia*. Est Liber in 12. editus Londini anno 1693. In eo brevi stilo nec divertente a scopo proponuntur simplicia, ad classes reducuntur brevissime, recensentur vires, & de notis & characteribus optime & summo cum ingenio scribitur.

Plurimi alii (c) scripserunt, de materie Medica, verum hi tres sufficere possunt

Bb 2

(a) CHRISTIANI MARCGRAVII *Materia Medica contracta*, variis annis & Leidæ an. 1716. 4. edita, omnia complectitur, quæ ad Pharmaceuticam pertinent, catalogum simplicium cum aliquibus notulis: virium generalia secundum veterum methodum, formularum rationem & tabulas dosum quæ quamlibet ingrediuntur, dispensatorium denique sive formulas officinalium compositionum. Sed nimis breviter describit simplicia, & multa nunc addita sunt a Botanicis & Chemicis, quæ apud ipsum desideres.

(b) *Supplementum* prodit Londini an. 1705. & totum Opus Londini an. 1710. 12. & Bremæ recusum est an. 1713. 2. vol. 8. Auctius vero recusum est Londini 1737. 4. & vero an. 1739. 4. in qua editione supplementum suis locis insertum, nova variâ addita, synonyma multum aucta sunt ab ipso, jam provectoris ætatis Auctore. Continet enumerationem simplicium, quæ in Medicinam recipiuntur, valde copiosam, ex Rajanis operibus & Pluknetianis, aliisque nuperioribus ditatam, ordine botanico Rajano dispositam.

Supplementum ad DALE *pharmacologiam* prodit etiam Bremæ 1705. 8. Totius autem operis extat etiam editio, quæ prodit Londini anno 1718. 12.

(c) in *Pharmacobasano* FLOYERI. Lond. 1691. 8. D. H. habentur etiam minime male plantarum vires ex sapore & odore determinatæ, cum propriis variis de earum utilitate observationibus.

possunt pro tironibus. Si vero pro dignitate & cum eruditionis laude velimus hanc materiam pertractatam, adire tunc alios debemus.

Ex

G. E. STAHLII Materia Medica. Dresdæ 1728. 8. Germanice edita ex Codice M. S. Austoris minime inutilis est, quæ fideles cautelas, & vanarum laudum refutationes, & modum extrahendi vires stirpium sapienter tradit. Chrysellum montanam valde laudat, viribus tamen humanæ digestionis duriores.

J. H. SCHULZE Materia Medica posthuma. Halæ an. 1746. 8. edita, imprimis plantas officinales tradit non absque utilibus observationibus. Rudes errores, v. gr. nomen Cayennæ pro arbore datum, quod insulæ est, Auctori non tribuo.

Verum copiosiores nunc extant materiæ Medicæ Auctores, MICHAEL BERNARDUS VALENTINI, PAULUS HERMANNUS, CASPAR NEUMANNUS, PETRUS POMET, & STEPHANUS GEOFFROI. Eorum primus dictaverat Discipulis, *Cynosuram materia Medica*, Argentinae an. 1710. 4. editam, in qua simplicia Medicamenta, secundum vires in classes disposita, deinde eorum composita, formulæque variæ habentur. Pretium addit cognitio rerum, quam per propria itinera Auctor adsecutus est. Hoc Opus in immensum auctum JOHANNIS BOECLERI industria an. 1726. & seq. tribus voluminibus in 4. Argentorati prodit, ubi vix ulla plantula omittitur, quæ unquam fuerit formulis inscripta, & historia simplicium undique habetur congesta.

MICH. BERNARDI VALENTINI Museum Museorum. Hujus prima pars Francofurti 1704. altera ibidem 1714. in folio prodit. Vastum Opus, neque sola Medica continet, recipit autem totum Opus POMETI, tum varia ex LÆGERO, CLEYERO, RUMPFIO de plantis Indicis, & infinita alia undique congesta, de conchis, lapidibus figuratis, animalibus variis, technicis etiam omnium generum.

CASPAR NEUMANNUS in *praelectionibus chemicis* totam materiam Medicam complexus est, satis cautus & verax, noxorum inventorum minime ignarus, analysi simplicium adjecta propria. Berolini prodit 1740. 4.

Denique STEPHANI FR. GEOFFROI Opus brevius est & multo certiores habens simplicium exoticorum historias, ex nuperrimis itinerum & rei naturalis Scriptoribus, analyses etiam, ut alibi dixi, & vires medicatas ex observationibus congestas.

PETRUS POMET Aromatarius Parisinus, vir a musis alienus, satis vero suarum rerum peritus, origines simplicium, loca natalia, signa genuinæ aut sublestæ mercis habet. Sed plantarum Icones sæpe valde rudes sunt, multaque fabulosa credulus recepit. Ejus Opus cum titulo *histoire générale des Drogues* prodit Parisiis an. 1694. fol. & nuper a filio utilitatibus nonnullis & dosibus auctum 1735 aliquid habet a BOURDELOTIO & aliis.

NICOLAI LEMERI *Dictionnaire des Drogues simples.* Parisiis an. 1698. 1714. 4. variis linguis redditum.

Vastum etiam Opus materiæ Medicæ sub nomine *Introductionis in historiam rerum naturalium & arte factarum* aggressus est scribere J. C. RIEGERIUS, quo fustissime omnem undique materiam Medicam erat complexurus: sed in litera C. Opus substitit. Hagæ prodit an. 1742.

Eam vero partem solam, quæ ex plantis repetitur, CHOMELIUS tractavit cum titulo *histoire des Plantes usuelles*, quæ Parisiis an. 1715. in 2. vol. 12. Deinde Parisiis 1730. 3. vol. Amstelod. 1736. in 3. vol. 12. cum supplemento prodit brevis ea & unice in virium enumeratione occupata.

CHOMELII *histoire des plantes usuelles* prodit etiam Parisi. 1738. 3. vol. 12. Huc etiam posthumus Liber TOURNEFORTII, qui sub nomine *matière Médicale* cura D. BESNIER a morte auctoris prodit Parisiis 1717. 12. 2. vol. quo descriptiones stirpium continentur & vires habentur & formulæ, quas planta quæque ingreditur.

Post TOURNEFORTIUM adde: ERNESTI ANT. NICOLAI *systema materia medica*, Hall. 1741. 4. quod in practicis repetetur.

BARTHOLOMEUS ZORN, SIMON PAULI in *quadrupartito Botanico* & plerique Botanici Scriptores, vires etiam plantarum descriptionibus addunt.

Ex optimis huc pertinentium Scriptorum est GABRIEL FALLOPIUS (a) in Operibus suis in folio tribus voluminibus, aut uno majore tomo editis. Scripsit *Tractatum de simplicibus & materia Medica in Dioscoridem*, eruditissimum & profundæ contemplationis. Scripsit etiam *Tractatum de Aquis thermalibus*, etiam nervosissimum, in quo ex aquis medicatis & aquis thermalibus colliguntur medicamenta; hic *Tractatus* seorsim etiam editus est, in Operibus tamen omnibus perinde invenitur. Tertius *Tractatus de Fossilibus* ejusdem Auctoris habetur, in quo etiam de illis omnibus optime & eleganter dicit; hinc, qui emunt Libros, eruditorem disertatorem super hisce rebus non invenient, quam hunc Auctorem nunc maxime commendatum.

Qui plenissimam hanc historiam desiderat, legat DIOSCORIDEM cum notis MATTHIOLI (b) ex editione CASPARI BAUHINI, habebit, quidquid optare

(a) Anatomica equidem quam chemica aut botanica laudè magis floruit Vir præstantissimus, etsi minime rudis fuerit herbarum, quem adiutorem suum laudat MATTHIOLUS præf. ed. 1554. Liber ejus de *Medicamentis simplicibus* non nisi in primum Librum Dioscoridis commentatur, quem Ferrariae interpretatus est FALLOPIUS (*Amatus Lusitanus in Dioscorid.* p. 322.) neque ab ipso Auctore editus est, sed a Discipulo aliquo posthumus prodit. Liber de *Aquis thermalibus* ab ANDREA MARCOLINO editus, ejusdem est conditionis, natus ante tempora verioris Chemicæ & Aquarum medicatarum Italiae historiam seculi ingenium continet: itilicidium etiam describit. Liber de *Metallis & Fossilibus*, qui Venetiis an. 1564. 4. primum prodit, editore eodem, veterum descriptiones cum ipsis naturalibus comparatas tradit. Liber de *Purgantibus simplicibus* multum equidem habet ratiocinationis, sed effectus tamen veros, in artis exercitio a FALLOPIO compertos, hinc fideles tradit.

(b) DIOSCORIDIS de *materia Medica* L. V. ejus alexipharmaca & theriaca infinitis locis prodierunt prioribus sæculis, nunc enim fere negliguntur veteres. Prima est editio Aldina an. 1499. Deinde Latina versione edidit JOHANNES RUELLIUS Parisiis anno 1516. fol. qua plerique usi sunt. MARANTA tamen in præf. se deceptum esse queritur. Alia cum HERMOLAI BARBARI erudito corollario, eodem anno Venetiis edita est in folio; sed & ipse naturam non est indagatus. Anteriorem autem eam editionem esse lego in GIORN. de LETTER. T. XXVIII. & absque anni indicatione. Corollarium ejusdem viri cum MARCELLI VERGILII editione Argentorateni editum est. Aliam vero editionem MARCELLUS VERGILIUS Florentiæ edidit 1523. fol. & Coloniae 1529. fol. antiquo usus codice M. S. sed grammaticus qui non stirpium adeo cognitionem quam genuinam lectionem adjuverit, aliam iterum JANUS CORNARIUS notis etiam adjectis Basil. an. 1557. in folio edidit. Aliam ANDREAS LACUNA, parum versatus in Botanicis, J. BAUHINI iudicio I. p. 529. Alii certatim eo sæculo in Dioscoridem commentati sunt, ut GUALTERUS RYFF. Francof. 1543. fol. Tum AMATUS LUSITANUS primo JOH. RODERICI de CASTELLO ALBO nomine, deinde suo, qui *enarrationes in Dioscoridem* edidit 1557. Venetiis in 4. etiam Argentorati 1554. 4. & Lugduni 1558. cum Fuchsi iconibus excusas. Is Judaicus homo Pharmacopolis fere usus est, aliqua tamen ex nuperis inventis ejus ævi bona habet. RONDELETTII prælectiones in Dioscoridem TOURNEFORTIO dictæ (Isagog. p. 31.) nunquam prodierunt. In Dioscoridem etiam breves, sed utiles castigationes dedit JACOBUS GOYPYLUS in editione Græco-latina, Parisi. 1549. 8. in qua RUELLII habetur versio quam editionem omnibus præferunt CAMPII.

Prima editio DIOSCORIDIS, quam diximus anno 1499. prodidisse, Græca est cum NICANDRO fol. Latina autem versio, quam J. RUELLIUS dedit, prodit etiam Francof. 1543. fol. & Lugduni 1590. 8. Editio autem, quam M. VERGILIUS dedit, primum excusa est 1518. fol. Florentiæ, deinde secuta ea est, quam diximus, LACUNÆ vero DIOSCORIDIS editio

tare poterit circa hoc negotium, etiam si eam rem deberet pertractare pro munere Professoris, in eo tamen Libro haberet quodcumque indigeret, & nihil certe

editio prodiit Salmanticae 1566. fol. & Valentiae 1636. fol. *ANT. G. RYFF*, quem commentarum esse in *DIOSCORIDEM* diximus, *RUPELLII* versione usus est. De *A. IUSITANO*, quem ob bonam, quae ex inventis ejus aevi habet, laudavimus, id nunc addimus, ridicule tamen fuisse credulum, qui struthion ex passerum semine vere nasci credat p. 268. In *DIOSCORIDEM* etiam existant *H. SMETII commentarii* qui miscellaneorum Libros IX. efficiunt.

Florentiae codicem *DIOSCORIDIS* vidit *CAIUS de l. progr.* p. 195.

DIOSCORIDES ipse penus prima est virium, quales nostro aevi plantis adscribimus, & quae fere eadem nunc solent in stirpibus poni, quas iisdem cum nominibus *DIOSCORIDES* conjunxerat, nominibus inquam, cum in plurimis sit incertissimum, an easdem, an diversissimas plantas iis designaverit nominibus hic Auctor, quae nos ad plantas nobis notas adscribimus. Vir caeterum militaris, qui fama potius quam propriis experimentis usus est, nec modum, quo medicamenta adhibenda essent, exposuit, neque morborum, quibus prodesse, distinguit status, & causas. Descriptiones pleraeque leves & superficiales & per comparationes dedit, quae ab ignoto ad ignotum remittunt. Vixit ante Plinium potius, cum pauciores plantas habeat. Opera omnia *DIOSCORIDIS* absque iconibus optime Graece & Latine habentur ex *JOHANNIS SARACENI* editione an. 1598. Francofurti in fol. edita, nisi quod ad naturam notasque nobis plantas nos non ducat. Liber de *alexipharmacis & theriacis*, qui vulgo pro VI. numeratur, suspectus fuerat, sed a conjectura sua ipse recessit *LAMBECIUS Comment. de libl. Vindob.* L. VI. P. 2. p. 146. ob praefationem ad *AREUM* & styli similitudinem. Deinde *parabellium* L. II. a *JOHANNIS MOIBANO* versi, & a *C. GESNERO* editi Argentinae an. 1565. 8. secundum morbos medicamenta simplicia collocata habent. Eos, aliis suspectos, pro legitimis habet *CAS AUBONUS*. Manuscriptus caeterum *DIOSCORIDIS* codex in Caesarea bibliotheca latet antiquissimus, Justiniani aevi scriptus & anno forte 505., a cujus tamen iconibus non multum ipse est, si ex iis aestimandae sunt, quas *DODONAEUS* passim sculptas dedit, & ex Mandagora, quam solam icone expressit *LAMBECIUS*. Ejus codicis fufissimam descriptionem dedit *PETRUS LAMBECIUS* L. II. C. VII. p. 489. a. ex qua apparet, non ipsum Opus esse, sed compendium alphabetico ordine digestum, excerptum vero ex *Dioscoride*, unice plantas tradens. Alium vero similem codicem, sed hujusmodi, qualis vulgo extat, continet ea Bibliotheca. Eum reliquerat nimio pretio absterritus apud Judaeum *AUG. A. BUSBEQ* in *fin.* Epist. alium Neapoli apud *S. JOHANNEM CARBONARIUM COLUMNA* vidit, cum egregiis, siquidem eas laudat, figuris. Fratres porro *CAMPUS* recensent quinque codices *M. S. DIOSCORIDIS*, & praefereunt *ALDINUM*, Paludani ajunt pessimum esse, *CORNARIANUM* post *ALDINUM* (*Spicileg.*) p. 36. seqq.

Quod nunc commentatores attinet doctissimus equidem *CORDUS* est, sed brevis, *GUALTHERUS RYFF* nihil de suo adtulit, jam *CONRADO GESNERO* observante (in praef. ad *CORDUM* & *TRAG.*) figuras ex *EGENOLPHIANIS. JANUS CORNARIUS* naturae parum curiosus ex Libris explicavit Libros. *SARACENUS* doctus vir inprimis ex aliis veterum locis comparatis *Dioscoridem* illustravit magis quam ex plantis. *RUELLIUS* & *FERGYLIUS*, ut alias dictum, antiquorum scriptorum longe quam plantarum gnariorum fuerunt. *AMATUS* neutra laude clarus. *P. A. MATTHIOLUS* Libros Arabum & recentiorum in numeratis habuit: *THEOPHRASTUM, NICANDRUM*, aliosque Graecos, apud quos sparsa de plantis monumenta extant, vix adigit. Plantarum cognitione neque valde excelluit, neque tamen fuit penitus ignarus, certe eo saeculo. Id vitium commisit maximum, quod & imponi sibi sit passus, & aliis imposuerit. Primum vitium fecit, ut multas ab aliis communicatas secum fictitias plantarum icones Operi inferuerit: alterum, ut ad descriptiones veterum finxerit & distorserit passim figuras, & mera signenta pro veris plantis obtulerit. Sed non ideo absque usu est grande hoc Opus, & multa experimenta continet, & ad cognitionem plantarum insignissime majorem ea, quae in *MANARDO, RUELLIO* aliisque vetustioribus fuit, & *DIOSCORIDIS* pleraeque stirpes declaravit additis iconibus, & ipse alpinas aliquas

te ultra sperare potest, si habeat illum Librum. ex recensione *CASPARI BAUHINI* (a), qui vir fuit eruditissimus, tam quoad sententias veterum, quam neotericorum, sua addidit, & castigavit omnia summo cum rigore, ita ut inde confecerit Librum in folio, & plus quam 110 figuras addiderit, adeo ut pro perfectissimo Opere de descriptione materiae Medicae jam habeatur, illoque ideo ad hanc rem carere nemo poterit.

Huic eruditissimo Operi addere possumus *CLAUDII SALMASII Exercitationes Plinianas in SOLINUM & CAIUM PLINIUM* (b). Hoc Opus Lugduni Bavorum & Parisiis, an. 1642. editum est, & est eruditissimum, continet quidquid apud veteres historicos, poetas, &c. de materia Medica invenitur; verum etiam hoc fatendum est, errores inesse plurimos, doctissimus enim vir fuit, sed minime Botanicus, scripsitque de plantis, quas nunquam viderat.

AGRICOLA in folio etiam est optimus Auctor de *historia Metallifodinarum* quod ad Simplicia.

Hi Auctores sunt, unde fatendum est, nos omnia hausisse, quae de hac re hodie traduntur.

Sufficiunt ad hoc studium hi inprimis Auctores, si legantur ordine recensito, & deinde ex iis Medicus compendio excerpserit accuratissime, quidquid proprie ad scopum Medicum pertinet. Quando Medicus vult multa habere perspecta de Absinthio, videat *MARCGRAVIUM*, is dicet ejus proprietates & qualitates: verum si velit scire, an sit eadem planta, de qua *PLINIUS* scribit, sub eo nomine, eruditiores Auctores tunc adeat, & legat *MATTHIOLUM* in *DIOSCORIDEM* ex recensione *BAUHINI*, qui vir eam plantam correxit in *DIOSCORIDE MATTHIOLI*, & vobis dicet, quid agendum sit, ut habeatur, & cognoscatur verum Absinthium Ponticum veterum. Hinc necessario debent tirones in usum suum in compendium redigere materiam Medicam ex iis Auctoribus, nempe brevissimo verbo excerpere, quale sit simplex veterum, & videre, an conveniat cum descriptione recentiorum; ita denique certi erunt de pharmacia veterum, utendum etiam est *DALEO*, in quo veteres cum recentioribus brevissime comparantur.

Si vero praeter generalem hancce materiae Medicae contemplationem, desiderat praeterea tiro Medicus cognoscere rem Botanicam singulatim, super hac

fuis locis legit. Modestior etiam in veterum plantis definiendis fuit, etsi caeterum plurimum sibi ipsi tribuat. Obiit an. 1557. annos natus 77. *RAI. Topogr. obs.* 389. 390. postquam magnam partem vitae partim in Bohemia, partim in Comitatu Gorizienti vixerat.

(a) *CASPARI BAUHINI* Matthioli Opera junctim edidit Basileae 1598. fol. addidit stirpibus icones *Tabernaemontani* & de suis, quas *BOERHAAVIUS* citat, nomina aliorum scriptorum subjunxit & species ejusdem generis alias. In errores etiam *MATTHIOLI* & signenta animadvertit, utilis utique Auctor, sed quantum remotus a plena historia materiae medicae! cui plus altera medietate novarum stirpium & mineralium a *Dioscoridis* aevi accesserit. Huic editioni etiam epistola *MATTHIOLI* subjecta sunt, quae seorsim prodierant Pragae 1561. fol.

(b) Alibi diximus, consentiente ibi *BOERHAAVIO, SALMASII* Opus ad conciliandas opiniones veterum *concordantia* loco esse posse, ad naturam autem minime ducere, neque stirpes veterum cum iis quas nos experiendo cognoscere didicimus, ullo modo revocare.

re dabo consilia. Primum est (a), ut eligat Magistrum, viva voce, & digito indicem monstrantem quamlibet herbam, nunquam vero incipiat ab Auctoribus legendis.

Si intelligamus per Botanicam cognitionem sensibus acquisitam omnium plantarum, quæ inventæ, detectæ, & cognitæ sunt, tunc hæc ars ad Medicum non pertinet, nam potest aliquis perfectus esse Medicus, licet nesciat, quot sint v. gr. plantæ Africanæ, Americanæ, &c. sufficere Medico scire, quid cognitum sit hoc tempore ad usum Medicum; hinc sufficient forsitan 100. vel 1000. plantæ, quas si noverit Medicus distinguere a reliquis, habebit, quod sufficiat. Verum, qui dedignatur eam cognitionem stirpium, quæ satis sit Pharmacopœo, & vult omnes cognoscere plantas notas, is demum Botanicam scire vult: id autem tunc studium non tam proprie ad Medicum, quam ad historiam naturalem pertinet. Quid enim juvat Medicum, si describuntur tot species Tuliparum, Hyacinthorum? nihil quidem. Non tamen ideo, si cognoscatur planta aliqua per generalem doctrinam Botanicæ, mereretur repudiari. Si vero Medici, qui animum suum huic studio unice dederunt, ægre sui instituti inveniunt legitimam, nisi eam, quam nunc dicam, adferant rationem. Plurimæ plantæ descriptæ sunt apud veteres, & apud HIPPOCRATEM nonnullas invenimus. Quando nunc Medici harum dictarum plantarum volunt effectum cognoscere, oportet utique, ut eas notas habeant. Veteres enim eas cognoverunt, alioquin non potuissent in usum revocare. Verum non sufficit cognoscere nomen; si velles HIPPOCRATIS aliquam herbam mihi cognoscendam exhibere, non sufficeret, si mihi obtruderet plantam eodem nomine donatam a recentioribus; verum requirerem, ut tutus adfirmares hanc esse veram plantam HIPPOCRATIS, & tuas rationes adderes. Et si diceres, en Absinthium HIPPOCRATIS! deberes prius cognoscere omnes species Absinthii, & ita distincte cognoscere, ut scires, quænam species esset Absinthium HIPPOCRATIS; en hæc est tota ratio, cur omnino plurimi Medici Botanicæ totos se dederint, nempe ut ingenio suo distinguerent omnes herbas, & recte cognoscerent, quænam plantæ essent veterum. Horum primus fuit FABIVS COLUMNA (b).

Ex

(a) De ea methodo alibi scripsi, qua pervenitur ad cognitionem solidam stirpium. Princeps opera ponenda est in colligendis stirpibus, quarum si plurimas & ex diversissimis regionibus potuerimus comparare, plurimum adjuvabitur studium. Triginta veronicæ species si coram habuerim, facilius certe determinabo singulas, quam si decem tantum in collectione fuerint, quas oporteat cum triginta descriptionibus conferre. Earum omnium recentium characteres sollicitè describere oportet. Deinde methodus tenenda est aut naturalis, aut certe aliqua, & ex ea methodo plantas ad genera reducere necesse est. Species vero denique determinabimus, quando plantas siccas, auctas descriptione floris in recente planta facta, secundum methodum naturalem, cum descriptionibus & figuris optimorum Auctorum comparaverimus, donec per suas quæque notas singulæ nostræ plantæ cum singulis Auctorum plantis unitæ fuerint & conflexerint. Si Præceptore, quæ rarissima fortuna est, in tanto Botanicæ neglectu, frui licuerit, magnum erit laborum compendium, imprimis in magnis familiis, quarum difficillima solet esse tironi evolutio. Verum quum PRÆCEPTOR hic præeat in exponenda bibliotheca Botanica, liceat in labore gratissimo sequi virum optimum, deque Scriptoribus rei herbariæ paulo uberius, & cum sincero iudicio scribere, quod ex ipsis Scriptoribus perlectis natum sit.

(b) Sæculo XVI. plerique Botanici, maxime priores, id unicum sibi studium fecerunt, ut plantas inve-

Ex viva voce docentis Magistri, qui nomina det plantæ, & digito indicem eas demonstrat, debet tiro Medicus Botanicam addiscere, nunquam incipiendo a lectione Auctorum; eo enim modo hanc scientiam addiscere nunquam poterit. De industria hoc monitum repeto.

Nam licet viderit tiro plantam cum figura (a) apud Auctorem aliquem, non poterit cognoscere, an sit eadem ac veterum planta, omnes enim figuræ recentiorum Opera sunt, si excipias figuras in DIOSCORIDIS vetustissimi manuscripto codice, qui in Imperatoris Bibliotheca servatur; nam antiquis figuris caremus, neque ullam apud THEOPHRASTUM habemus, nisi forte in ejus manuscriptis codicibus.

Ergo tironem oportet discere apud Magistrum docentem, & horum similia præcepta accipere; hæc herba, quæ vocatur ex. g. Absinthium, est hujus figuræ, & hujus

Cc

» sapo

invenirent, quibus veterum nomina congruerent. Neque certe immerito. Ridiculum enim est, in medicas formulas recipere v. gr. Epithimum, & iis destinare indicationibus Medicis, quibus veteres epithimum destinaverunt, si id Epithimum diversum est ab Epithymo veterum: miraculo enim foret simile, si alia planta vires haberet eandem. Verum sensum recessum est ab hoc studio. Nimis senserunt rerum gnari, descriptiones veterum fere omnes imperfectissimas esse a colore, a comparatione, a rudi foliorum aut caulium figura desumptas: accedere difficultati, quod Veteres stirpes Græcas, Syriacas, aliasque calidarum regionum cognitæ habuerint, quæ nobis exoticæ sunt, & parum notæ. Incepit ergo remittere de hac curiositate CLUSIVS, & eum potius sibi finem ponere ut stirpes a DEO creatas ita describeret & depingeret, ut ab omni curioso homine possent agnoscere. FABIVS equidem COLUMNA renovavit studium explicandorum veterum, motus miro desiderio inveniendæ plantæ, quæ morbo suo mederetur, & dicitur laboris sui præmium tulisse, etsi JANVS PLANCVS suspicatur, infidelem fuisse medelam & seniori COLUMNÆ recidivum morbum omnem animi vim oppressisse. A COLUMNA vix cogitatum est de veterum plantis. PETRI BELLONII, JOSEPHI TOURNEFORTII, & aliorum in orientem itinera auxerunt desperationem, cum neque eo, raro & pretioso labore Helleborum, aut Sesamoides, aut Centaurium majus, aut alias veterum plantas definiri posse appareret. Sed non ideo inutile est studium. Medicamenta pleraque & præcipua sunt ex vegetabilibus. Opium, Cortex Peruvianus. Ut plantas Medicas curationi adhibeat Medicus, debet eas cognoscere. Sed stirpes unius generis omnes cognoscere oportet, aut nullam. Inter triginta Hieracia nunquam firmiter murorum illud Hieracium cognosci poterit, nisi cognitis adfinibus omnibus. Adde quod cultus Botanicæ accuratior augeat medicamentorum potentium numerum, debilitium minuat. Obrulit Botanica Medicis stirpes efficaces, & in suo genere principes, Absinthium alpinum, Bidentem, Scordium, Hippocastanum, Melissophyllum, Orchidem, Millesfolium nobile, tot alias stirpes, quæ singulæ aut suas proprias vires habent, aut vulgaris speciebus ejusdem generis præstantiores. Si nondum in Praxin Medicam aut satis communiter aut satis confidenter sunt receptæ, Medicos est cur accusas, non Botanicos. Infinitos etiam errores ex pharmacopolis lux Botanica dispulit. Ejecit ex officinis Iridem palustrem pro Acoro venalem, Polygonatum pro Helleboro, Lychnidem arvensem pro Nigella, & venena pro medicamentis, aut inertes plantas pro heroicis dedocuit adhibere.

(a) Figuræ apud veteres imperfectæ valde & fere inutiles fuerunt, inso dudum argente PLINIO, & confirmante codice Cæsareo. Rudissimas etiam invenies in IOH. CUBÆ horto sanitatis Primus ad naturam aliquas depictas dedit civis meus OTHO BRUNFELSIUS, sensum vero artificium perfectione crevit. Circumscriptiones FUCHSIUS castigatioris dedit, flores plantasque primus GESNERIVS. Deinde fide iconum & specie inclauerunt CLUSIVS, JOACHIMVS CAMERARIUS, FABIVS COLUMNA; JACOBVS ZANNONI (Indicis exceptis), HORTI MALABARICI AUCTORES, MARCHANTIUS, PAULVS HERMANNVS, & inter superiores RIVINVS, JOHANNES JACOBVS DILLENIVS, qui propria manu pinxit & sculpsit;

s, saporis, &c. Ubi addidit nempe facies illas stirpium, & curiosus vult videre, an Magister bene docuerit, ibit in hortum Botanicum, cum suo DIOSCORIDE (a) seu alio Auctore, & videbit, an convenient characteres cum iis, quos dedit Magister; ita faciet, ut studium, quod alias difficile videtur & confusum, facile & distinctum reddatur.

Explicui nunc, qualis cognitio herbarum requiratur exquisite ad studium Medicum, quomodo nempe ille Medicus, qui officinales hodie dictas plantas tantum novit, possit quidem inquirere, & experimenta capere de earum virtutibus, ne tiquam vero scire, an sint eadem, quas descripsit vetustas, ut aptas ad sanandos nonnullos morbos. Verum, si quis velit hanc etiam partem Botanicæ tenere, totum utique systema (b) Botanicæ addiscere debet, non enim aliter eo perveniet, ut sciat, an plantæ cujusque nomen a veteribus datum sit. Adeoque, ne oneremus nos maximo labore, credo ad praxin medicam non opus esse cognitione totius Botanicæ, etsi ad rem medicamentariam veterum bene cognoscendam hæc cognitio absolute requiratur.

Ille, qui sequitur methodum Magistri indicantis, sequitur optimam eo ipso viam ad studium Botanicum, & omnia eo pertinentia addiscent accuratissime. Si vero optimus Magister, bonam methodum secutus, ipsi non contingeret, ut plerumque fit, tunc oportet cognoscere paucissimis, quænam sint elementa sic dicta Botanicæ, & fundamenta methodi.

Methodus doctrinæ plantarum vocatur instructio, juxta quam plantæ, hætenus cognitæ, optime in memoria retinentur, & novæ detectæ, quales quotidie innotescunt, facillime ad veteres cognitæ referuntur. In hac methodo opus non est, ut explicentur vires herbarum, nam cum ad Aconitum revoco Anthoram, salutariferam herbam, non putandum est, me Anthoram eo referre, quia easdem habeat vires. Procul abest, nam, si Napelli exhibuerim radicem, occidet hominem, quod non facit Anthora (c). Ita porro quoque Solani species est Belladonna dicta, letalis & furiosa herba, cum Solanum (d) officinale dictum, multum ab ea differat,

sculpsit; JOSEPHUS PITTON de TOURNEFORT, SEBASTIANUS VAILLANT, pictores CODICIS ICONUM REGIARUM, D. EHRET in horto CLIFFORTIANO & iconibus in Angliâ prodientibus. Meas, fides non destituit, artem æstimare nolo. Utilitas iconum quoties bonæ sunt, summa est, unica enim inspectio imaginem animæ imprimit longe meliorem longissima descriptione, quæ ipso tædio legenti fit inutilis. Plantas, quibus unica species vel pauca certe genus componunt, subito ex iconibus cognoscere facile est. Si genera composita fuerint, juvabit addidisse bonæ iconi brevem descriptionem & notam discriminis.

(a) Frustra certe in excursionibus circumferet DIOSCORIDEM, vagum illum absque characteribus Auctorem. Sed JOHANNEM BAUHINUM domi consulat, ibi reperiet cumulate collecta veterum loca cum sapientis viri censura conjuncta.

(b) Ne tunc quidem eruet stirpes veterum: nunc etiam minus postquam nomina Pliniana & Dioscoridea LINNÆUS ad nova genera arbitrario jure designanda adhibuit, absque ullo ad aliquam veteris novæque stirpis analogiam habito respectu.

(c) Anthoram & ipsam suspectam esse alibi ex FRIDERICI HOFMANNI, & aliorum observationibus adduximus. *Enumer. Stirp. Helveticar.* p. 313.

(d) Solanum hortense non absque vi venenata esse eodem loco ex idoneis Auctoribus confirmavimus. Non ideo non vera sunt, quæ observat PRÆCEPTOR. Nam dulces Ranunculos inter acres, inspidos Tithymalos inter acerrimos, reperiri certum est. Longe tamen

ferat; habet enim refrigerandi vim gratissimam, undè in summo æstu gratissimum refrigerium persentiscunt ægri, a Belladonna vero rabies excitatur, quæ plerumque summa cum anxietate hominem occidit.

Adeoque non putandum est per suum systema Botanicos voluisse tradere cognitionem virium plantarum (a). Sed cum infinitæ sint plantæ, aut certe supra 11000, impossibile est nomen singulare iis omnibus dare, & tamen oportet imponere nomina, quibus una ab altera dignoscatur, ut adeo neque plantæ absque nominibus vagarentur, neque obrueret memoriam nominum multitudo. Botanici nomen primum generale dederunt ex notis in foliis & floribus & fructibus positis, omnesque plantæ, quæ in his partibus eundem characterem habent, ad idem nomen referebantur. Deinde addiderunt adjectivum aliquod, quod distinguit unam plantam ab alia, uti v. gr. in Solani genere plures plantæ sunt, quæ hoc nomen generale Solani habent; nam unam speciem voco Solanum scopuliferum, alteram speciem Solanum scandens, &c. In nostro adeo exemplo nomen Solani significat genus, cui additur adjectivum, quod speciem distinguit (b).

Nunc vero quæritur, unde hoc nomen repetendum sit; & cum nomen non detur ut explicetur virtus, sed, ut retenta facie unius plantæ reliquæ ad eam revocentur; optimum omnino est Systema TOURNEFORTII, quoties tantummodo nomen plantæ imponendum est (c).

Cc 2

Videa-

tamen plerumque vires sequuntur adfinitatem, ut totarum classium consentientes potestates Medicas pridem in *Philosophicis Transactionibus* JACOBUS PETIVER n. 255. & nuper in *fundamentis suis* CAROLUS LINNÆUS in regulæ formam constituerit C. XII. n. 336. *segg.*

(a) Generum & specierum divisionem veteres vix tenuerunt. Pauca exempla sunt, plures eos sub eodem nomine conjunxisse species, & tunc numero imprimis usi sunt, in quo nulla nota inest discriminis. Primus, qui plantas aliquot, ex convenientia in flore & fructu in idem nomen docuit conjungere, CONRADUS fuit GESNERUS *Epist.* p. 39. *l. Conf. nostrum de hoc viro inter Physicos elogium.*

(b) Absque systemate Botanicæ addiscere impossibile est, quidquid contradicantiarum rerum ignari C. HOFMANNUS & HIER. FANTASTI in *Giorn. de Letter.* Tom. XVII. p. 249. Nulla memoriæ felicitas sufficeret retinendis notis discriminis, tot millium plantarum, si cuius suum nomen esset, neque multa uno comprehenderentur vocabulo. Hæc enim summa utilitas est methodi, quod nominum numerum insigniter contrahat, & hæc ipsa nomina per conspicuos characteres in classes uniat, adeoque modum doceat, quo ex inspecto flore & fructu quamvis obviam plantam primo ad summam, deinde ad inferiores classes reducere, tandem genus ipsi suum assignare possimus. Specificum demum nomen discitur ex longe faciliori paucarum stirpium comparatione, quæ unius generis sunt.

(c) Methodus TOURNEFORTIANA a flore & a fructu desumpta est. Flos autem in eo systemate præcedit. Ex flore secundum figuras perennitatem, numeros, & adfinitates, TOURNEFORTIUS classes constituit. Ex figura flores fecit campaniformes, rotatos, infundibuliformes, hypocrateriformes, caryophyllæos, rosaceos; ex adfinitate liliaceos; ex numero tetrapetalos; &c. ex perennitate apetalos. Arborea a plantis reliquis seposuit, eas a fructu disposuit. Generi cuiilibet suam præfixit iconem, quæ florem fructumque exhiberet, de aliqua specie sumtos. Stirpes in methodum digessit plures, quam priores Botanici, ex itineribus Hispanicis, Græco, Asiatico, ex PLUMERIANIS. Non facile stirpes veterum repudiavit, & CASPARI BAUHINI plantas repetiit, non quod vidisset unquam, sed quod nollet tantum virum deferere. Varietates non conjunxit, sed subjecit tamen veræ speciei. Synonyma pauca, & fida, adjecit. Methodum naturalem, quantum potuit, conservavit. Hinc

Videamus nunc nominationis fundamentum; nomen unice designat, convenientiam inter quasdam plantas, propter proprietates nonnullas, quibus conveniunt, v. gr. Solanum habet florem monopetalum multifidum; pistillum convertitur in baccam mollem rotatam; fructus est bacca membranacea pulposa, foeta feminibus compressis & ovatis; hinc jam nomen illud Solani datur plantæ, cui dictæ notæ conveniunt, non vero ei plantæ, quibus virtus Solani convenit.

Si nunc nomen plantæ habetur, tunc facile, quoties videmus plantam, his datis notis inscriptam, licet nondum noverimus, qualis planta sit, scimus eam pertinere ad Solanum; sumimus ergo indicem, quo species quamplurimæ continentur, & inquirimus per omnia Solana. Pone nunc illam plantam, de cujus nomine specifico inquiris, præter dictos Solani characteres, esse flore Borriginis & spinosis foliis, video certe in indice plantam existere inter Solana, cui hæ notæ in nomine tribuantur, & concludo, id nomen meæ Solani speciei competere. Si vero aliquid aliud habet, quod in Solanis, in indice meo descriptis, non invenitur, erit nova species, referenda ad genus Solani.

Sic nunc videamus etiam methodum practicam, qua plantæ ad genera sua revocentur:

Genera a TOURNEFORTIO descripta sunt fere 700. ad summum, si nunc unius cujusque generis nomen noverimus, cum fundamento, ob quod hoc nomen accepit, facile erit plantæ inventæ nomen dare ex characteribus. Si inveniam plantam, quæ calicem decaphyllum, florem rosaceum pentapetalum habuerit, cujus fructus ex pistillo oriatur, sitque factus pulpa molli carnosâ, in qua multa femina sunt, post unum florem, quis non Fragariam eam vocabit, quia in systemate generali TOURNEFORTII vocatur eo nomine Fragariæ ea planta, cui hi characteres adsunt.

Ergo sufficit 700. nomina generum in memoria habere, atque tunc quæcumque viderim plantam, eam facile revoco ad id genus, cui TOURNEFORTIUS definitum per suas notas nomen dedit. Si adeo memoria hæc 700. nomina ferre possit, eorumque notas, systema Botanicum tenemus memoria.

Si

Hinc Liliaceorum genus ex floribus omnis figuræ & numeri compositum, hinc Papilionaceorum. Primus genera firmiter constituit, apud ipsum RAYUM laxa vagaque. Structuram florum numero prætulit exemplo Caryophyllatæ, Pulsatillæ, Sedi (de optim. method. p. 24. 25.) Hæ fuerunt viri laudes. Sed non ideo facile est, hujus Systematis ope plantas continuo determinare. Arborea primo a plantis humilibus incommode sejunxit JOSEPHUS, & contra systema proprium, ut in Papilionaceis, adeo flore & fructu similibus, a sola natura separatis apparet. Deinde figuras aliquas florum parum diversas constituit, ut Hypocrateriformes ab Infundibuliformibus, a Rosaceis Caryophyllaceos. Aliqua genera valde imperfecte tractavit, ut Cryptogamiam, Gramina. Descriptiones characterum genericorum nimis dedit similes sui, & plenos repetitionibus, quæ non satis definiant characterem, nisi a figuris juvantur, exemplo definitionum floris rosacæ, quem floribus tribuit adeo diverso numero petalorum præditis: neque cum eo auxilio satis definiti sunt characteres, ut ex iis facile sit plantas v. gr. Verticillatas, Tetrapetalas, Siliquosâs, Cardui species, &c. ad suum genus referre. Nomina minime scientifica, & inutilia, conservavit. Hæc vitia sunt, quorum cum pleraque a LINNÆANO systemate absint, factum est, ut undique destratur TOURNEFORTIUS, cujus veras tamen laudes alibi repetemus.

Si rogas, quænam methodus Botanica optima sit? omnis methodi scopus est, levare memoriâ, & plantam quamlibet facile redigere ad suum locum; ergo systema est optimum, quod ad hunc finem facillime ducit.

Si jam inquiramus facillimum (a) omnium systema, inveniemus in methodo TOURNEFORTII paucissima nomina dari, & tamen plantas ita distingui, ut facile possint ad data nomina reduci, quæcumque plantæ inventæ fuerint; sed ea methodus, quæ omnes plantas ad genera paucissima reducit, & tamen redigit omnes, ea optima est, nam requiritur tantum memoria, & revocatio plantarum ad digestas classes. Nunc cum TOURNEFORTIUS omnes classes plantarum seu genera secundum flores suos & fructus distinguat, & ad paucissima nomina seu genera revocet, omnes certe plantæ, quæ definitum fructum & florem habent, ad definitum, huicque figuræ respondens genus facile revocantur. Si nunc quæretur, an hoc systema perfectissimum sit, hoc est, an ad paucissima & distinctissima genera plantas revocaverit TOURNEFORTIUS? nondum licet respondere, nam certe non sufficiunt unius Auctoris vires, ut omnino absolvat omnia, hactenus tamen TOURNEFORTIUS est optimus in his Auctor, & viam facilem monstravit.

Ergo, si velimus addiscere principia Botanica, hoc est leges, juxta quas plantæ ad distinctissimas, & facillimas classes, & justum locum referri possint; legatur præfatio TOURNEFORTII in ultima ejus Operis editione; & Appendix post elementa ejus Botanica (b), ubi explicuit omnem diversitatem florum & fructuum, & terminos artis quibus utitur. Si hæc duo legerimus, quod intra spatium duorum vel trium dierum fieri potest, omnia sciemus quæ TOURNEFORTIO intelligendo sufficiunt, reliquum erit tantum index legum, juxta quas hoc systema condidit.

Methodus, quam secutus est JOHANNES (c) RAJUS, omnino etiam digna est,

(a) Facillimum systema est, in quo notæ generum optime definiuntur sive eæ complexæ sint, sive simplices, dum certitudinem habeant, neque destituant utentes eo filo. Ab hac laude TOURNEFORTIANUM longe abest, nimis vagum laxumque. Sed ipse BOERHAAVIUS eo tempore, & cum ederet primam editionem catalogi horti, propior TOURNEFORTIANÆ methodo, cujus omnia genera recepit, recessit sensim, & ad methodum quidem HERMANNIANAM, ita tamen stirpes proposuit, ut nullam notam neglectam vellet, atque adeo ad methodum naturalem deflecteret.

(b) Editiones methodi TOURNEFORTIANÆ tres sunt, quæ recensentur inferius, suoque loco. Pluscula nova genera inserta sunt Monumentis Academia Scientiarum anni 1105. & 1706. quæ DILLENIIUS expressit in Appendice sui catalogi plantarum circa Giessam nascentium.

(c) JOHANNES RAJUS minoribus longe quam TOURNEFORTIUS prædiis instructus ad rem herbariam accessit. Hortum non habuit, ruri vixit, Libris paucioribus usus est, itinera etsi multa fecit, non ita tamen vasta, neque in adeo felices regiones suscepit. Characteres propria observatione infrequentius investigavit. Plurimum usus est JOHANNIS BAUHINI & CHUSII inter veteres laboribus, singulari etiam industria flores undique collectos in sua Opera collegit. In methodo perpetuo vacillavit. Et primo quidem ita laxam coluit, ut tot fere genera haberet, quot species. In ultimo senio HOTTONI, & TOURNEFORTII observationibus plurimum usus, methodum HERMANNIANÆ similem, generâ TOURNEFORTIANAM fere recepit. Auctor habetur naturalis methodi, quam hic rejicit BOERHAAVIUS. Ejus ea lex est, ut adnitates a NATURA creatas sectemur, plantasque sibi pluribus adfines notis jungamus, etsi una differant: Pluribus notis diversas separemus, etsi

est, quæ cognoscatur. Lis ingens exorta est inter duos principes Botanicos elapsi sæculi: JOHANNES RAJUS id habebat propositum, ut putaret fundamentum similitudinis, non ab una & duabus notis, sed ad omnibus esse desumendum; hinc nolebat ex convenientia floris, & subsequenter fructus totum genus definiri, omnes vero notas voluit esse simul considerandas, ut est modus crescendi, facies plantarum, fructuum, florum, &c. & legem posuit, ut plantæ, quibus plura communia essent, revocarentur ad eandem classem. Hanc methodum RAJUS naturæ magis congruam esse credidit, quia axioma esse videtur, quo plura attributa similia duo entia habuerint, eo plus convenire inter se. Optima certe methodus esset, si memoriam sublevaret. Nunc cum ad radices, & folia integra; & hujusmodi alias externas stirpium notas attendendum sit, debent necessario nasci plura genera in methodo RAJANA, quam in TOURNEFORTIANA, neque tam facile est, omnes characteres illos ita in memoria habere. Fatendum est adeo, methodum quam secutus est TOURNEFORTIUS, meliorem esse, quia memoria levatur, & plures plantæ ad pauciora genera reducuntur. Et satis differentiarum notarumque est in flore & fructu, ut inde genera constituam. Interim utile erit addere methodum RAJANAM TOURNEFORTIANÆ, & sic intra biennium totam Botanicam intelligemus.

Verum erit, qui objiciet, si argumentum propositum valeat, non optimam esse TOURNEFORTIANAM methodum, cum facilior alia methodus sit, RIVIANA nempe, qua plantæ tantum a flore distinguuntur, aut aliorum, quia fructu tantum, ut HERMANNUS. Utique, si hac ratione plantæ ordinari possent, sane longe facilius foret opus Botanicum: verum, qui hoc fecerunt, non potuerunt servare leges sui systematis, sed alia addidere ad distinctionem specierum. Ita in flora HERMANNI (a) subdivisiones generum invenimus, adeoque imperfecta est doctrina.

AN.

etsi una conjungantur. Omnis vero artificialis methodus ex una, duabusve notis plantas conjungit aut separat, nullo ad reliquas, aut exiguo habito respectu. Quare faciliores istæ videntur ob paucas notas, sed vere difficiliore sunt & infideles, quia aut a suis regulis coguntur dispensare, aut enormiter divellere plantas plurimis notis simillimas. Nemo fuit artificialis Auctor methodi, qui naturalem clanculum non adhibuerit. Solo excepto KNAUTIO, quem ob abnormes arbitrarias conjunctiones generum ex una nota factas, deseruerunt omnes. TOURNEFORTIUS, LINNÆUS, reliqui utique naturales adfinitates suis propriis systematibus in praxi præferunt. Exemplo sit apud LINNÆUM Tusilago, Convallaria.

(a) PAULI HERMANNI methodus cum MORISONIANA aliqua communia habet, ut loculamentorum enumerationem, Gymno-tetraspermas, Bacciferas, plurima tamen meliora. Ex papilionaceis & Liliaceis Gymnopolyspermas eruit, loculiferas distinctius disposuit, arbores addidit, has more fere TOURNEFORTIANO. Ea methodus extat in *Flora Lugduno-Batava floribus*, quos LOTHARIUS ZUMBACH edidit anno 1690. & AUCTOR ipse incipiebat emendare, sed intermortuus est editioni *Flora Leidensis secunda* anni 1695. OLAUS RUDBECKIUS eam methodum amplectitur in *Diff. de fundamentali plantarum notitia acquirenda*, Upsaliæ edit. anno 1690. & 1691. 12. Augustæ in Vindelicio recusa. BOERHAAVIUS pleraque de Hermannii methodo retinuit, & classes omnes, genera aliqua, ex suis & HOTTONI observationibus correxit, marinas addidit, arbores ex TOURNEFORTIO disposuit, characteres naturales adjecit stirpibus. Id habet in univ. proprium, quod femina nuda deinde vasculis recta, hinc eorum & loculorum numerum, horum longitudinem, & invo-

ANDREAS CÆSALPINUS (a) primus eam methodum invenit distinguendi a fructu. Archiater Pontificis fuit, idemque cui prima cognitio circulationis adscribitur, quamvis falso. Scripsit egregium Librum *de plantis*, qui rarissimus est, & carissimus; hunc descripsit MORISONUS (b), nam primus CÆSALPINUS a fructu stirpes digessit.

Ex MORISONO pleraque habuit HERMANNUS, qui per omnia eum secutus est, nam ipsa nomina MORISONI proponit; non vero nomina BAUHINI, & aliorum, & in flora generales etiam MORISONI characteres exponit.

Veteres, jam a 2400 annis, scripserunt de re Botanica, ut THEOPHRASTUS. HIPPOCRATES per experimenta jam didicerat datam herbam, in hoc dato morbo, hunc datum effectum producere. Nunc recentiores in Botanica demonstrant herbam aliquam, cui applicant nomen istud HIPPOCRATIS, eisdemque ejus salutare vires expectant. Verum planta, quam recentiores adferunt, etsi forsitan eisdem virtutes habuerit, quas illa habuit ab HIPPOCRATE descripta, potest tamen alia esse ab Hippocratica, hinc alia argumenta requiruntur, ut istius rei certiores esse possimus. Ergo nunc *studium Botanicum antiquitatis* vocatur illud, quod per argumenta solida demonstrat, veterum plantam esse eam, quæ ab hujus studii (c) Auctoribus, cum eo nomine demonstratur, necessitas ejus studii facile ap-

involucrum succulentum pro fundamento ponat. A naturali differt, quod nimium tribuat loculorum numero: quod genus bacciferum, & uniliquarum arbitrarium sit, arbores separentur a plantis umilibus, &c.

(a) Primus de methodo cogitavit CONRADUS GESNERUS, eaque de flore sumta & a fructu. *Enum. stirp. helv. præf. p. 4.* Primus aliquam in Botanica adtulit utique ANDREAS CÆSALPINUS, de quo supra actum est. p. 83. Classes naturales invenit plurimas Amentaceas, Apetalas, Herbaceas, Cucurbitaceas, Umbelliferas, Tetrapetalas, Cruciatas, Liliaceas, Gymnotetraspermas, Asperifolias, Didynamias, Radiatas, Acana-ceas, Gymnopolyspermas, Filices.

(b) ROBERTUS MORISONUS in magno Opere, cujus partem alteram ipse edidit, JACOBUS BOBARTUS tertiam, prima perit, a fructu conatus est plantas disponere. Ex eo fundamento multa genera male disposita BAUHIORUM emendavit, classes paulo comitius quam priores disposuit. Multum tamen de adfinitatibus naturalibus, ut videbantur, retinuit, unde inconditæ classes Scandentium, Bacciferarum, Vasculiferarum: inmixta Quinquifolia Papilionaceis, Ranunculi Liliaceis inserti, & alia ejus generis vitia. Quare methodus equidem pro imperfecta potest haberi. PAULUS AMMANUS totam, tantum ordine mutato, transtulit in suum *characterem naturalem*.

(c) Hoc loco incipiemus botanica scripta recensere, ordine, qui temporum est, quo ipso series inventorum sponte apparet. EPIMENIDES radices legisse dicitur, eo tempore, quo dormire credebatur, DIOGENE LAERTIO teste. Sed ea omnia perierunt. DEMOCRITUS varia scripsit de plantis & experimenta incepit in classes digerere. Ita arbores omnes brevis ævi esse dixit, quibus caules recti forent, quem locum excitat & refutat THEOPHRASTUS L. II. *caus. c. 16.* Ejus Geoponica varia apud CASSIANUM BASSUM extant, plantarum vero, & fabulosa sæpe, proprietates, apud PLINIUM, quæ etiam huic viro ridicula viderentur. HIPPOCRATES, quem hic excitat PRÆCEPTOR, & imprimis alii Auctores librorum *de morbis & de passionibus, & de feminarum morbis*, plantas utiq; bene multas in medicinam receperunt, sed nominaverunt unice, rarissime vel colore floris,

le apparet: Impossibile enim est alias dicere, hic est Helleborus HIPPOCRATIS.

ris, vel natali loco definiverunt. Quare commentarii loco DIOSCORIDES & GALENUS hic legendi sunt: & cum his etiam auxiliis major pars later stirpium, & latebit æternum, cum levissimis designentur notis, quæ infinitis plantis perinde convenient. THEOPHRASTI ERESII scopus fuit Philosophiam scribere stirpium, sic colligere ea, quæ plantarum communia haberent aut diversa. Sed eas communitates in vita, perennitate, surculorum copia, foliorum lapsu & hujusmodi externis notis quæsit, quæ ad nullas naturales classes ducere possunt. Plurcula tamen elegantia de plantis Indicis, & aquaticis, interspersit, & utcunque passim stirpes suas descripsit. Editio plenissima Operum hujus Philosophi est, quam dedit DANIEL HEINSIUS Leidæ 1613. in folio excusam ex codice Heidelbergensi, non optimo, cum brevibus notis: mendosa tamen CONRINGIO judice. Duæ etiam editiones operum THEOPHRASTI prodierunt Basil. 1541. fol. cum & sine præf. GEMUSÆI. THEOPHRASTI ERESII opera Hanov. 1605. Gr. Lat. interpretibus DAN. FURLANDO & ADR. TURNEBO cum FURLANDI uberibus commentariis. J. C. SCALIGERI animadversiones in THEOPHRASTUM de causis plantarum editæ sunt Lutet. 1556. fol. Genev. 1566. & in historiis Genev. 1584. 8. In V. Libros priores plurima notavit SOLEMANUS Paschal. Gallus p. 268. Post THEOPHRASTUM addantur KRATEYA ἢ Ἐσθίου libri qui in Bibliotheca Constantinopolitana exstant & EJUS ἱατροσόφου περί ὕλης ἰατρικῆς Viennæ LAMBECC. II. p. 556. Eum virum temporibus MITHRIDATIS vixisse, & male ab auctoribus spuriarum epistolarum, quæ HIPPOCRATI tribuuntur, ad COI ævum translatum fuisse, satis nunc notum est. Mithridatiam inscripsit MITHRIDATI PLIN. L. 25. n. 26. STAPELIANA vero, quam posthumam pater edidit JOHANNIS BODÆI a Stapel, & CORVINUS Amstelodami 1644. fol. solos habet Libros X. de historia plantarum, cum commentariis & SCALIGERI grammaticis fere, & P. CONSTANTINI ex collatione cum Plinio natis, & fufissimis JOHANNIS BODÆI notis in quos omnem suam sapientiam effudit, & PLINIUM NICANDRUM alioque veteres cum Theophrasto comparavit. Indicas etiam aliquas descripsit, & depinxit. Vitiosas tamen omnes esse Theophrasti editiones, antiqua querela est. Latet alicubi CASPARI HOFMANNI codex, ad editionem paratus, viri ad ejusmodi labores aptissimi. (J. A. FABRIC Biblioth. Græc. L. III. p. 237.) BELLONIANA editio, quam promiserat, nunquam proditit (BELLON de neglect. cultur. Pr. XXL.) Libri VI. de causis plantarum fere ad agriculturam pertinent. THEODORUS GAZA, ut doctissimus fuerit utriusque Linguae, nimis tamen audax fuit in vertendo & fingendis novis vocibus Latinis, quæ nemo facile intelligat. Prima editio Theophrasti, sed Græca, Aldina est an. 1498. fol. JACOBUS vero GREVINUS in 2. Libro de Venenis, quos Gallice Antverpiæ anno 1568. 4. edidit, nihil nisi commentarium in NICANDRUM dedit, quem etiam in gallicos versus, ex seculi genio formatos, conjecit, & una edidit.

EUTECNII sophistæ paraphrasæ in theriaca & alexipharmaca cum pulcherrimis animalium figuris, quæ Viennæ exstant MSS. LAMBECC. II. p. 594. Porro addendi sunt ARISTOTELIS L. 2. de plantis Basil. 1539. J. C. SCALIGERI in Libros II. de plantis ARISTOTELIS commentarii Paris. 1556. 4. Marpurg 1598. 8. Libri ipsi omnino spurii sunt, & parum digni nomine Aristotelis. SCALIGERI commentarius non maxima parte ad rem herbariam pertinet, neque ab experimento natus est, qui degeneraciones in alienas species admittat.

Inter Agricolas posset HESIODUS recenseri, sed ob brevitatem parum utilis. Ad VARONEM adde EJUS opera omnia, quæ cura J. C. SCALIGERI prodierunt apud H. STEPHANUM 1518. 8. & Dordraci 1619. 8.

NICANDER Colephonius circa Olympiadem CLX. vixit, Medicus & Poeta. Ejus extant Ὀνριανά cum doctis Scholiis græcis & ΑΑΕΙΦΑΡΜΑΚΑ. In priori Libro proprie animalia venenata describit, etiam iconibus additis: in altero antidota. Multas tamen plantas recenset, & utcunq; poetice, describit tamen, quæ in Scholiis uberius sæpe declarantur, & pertinet ad integriorem historiam originum Botanicæ. Prima editio Græca Aldina est an. 1499. cum Dioscoride; altera, qua utor ibidem 1523. 8. tertia Colonienfis 1530. 4. Latino carmine reddidit EURICIUS CORDEUS Francof. 1532. 8. & denuo GORRÆUS alexipharmaca vertit, & an. 1549. 8. theriaca 1557. 4. Parisiis edidit: proliam vero Latinam dedit JO. LONICERUS Colonie 1531. 4.

Au-

CRATIS, & hæ sunt vires hujus Hellebori, nisi evidentissimis argumentis

Auctores Latinos rei rusticæ hoc loco conjungam, etsi tempore diversos. Et primus M. PORCIUS CATO ante NICANDRUM vixit. Ejus de re rustica L. cum reliquis huc pertinentibus Auctoribus proditit primo an. 1470. Venetiis apud Janfon, tunc sæpe, & ultimo in collectione Lipsiensi, quæ ex MORGAGNI & PONTEDE RÆ additionibus, & his quidem forte non satis excitatis ab editore, Lipsiæ proditit 4. 1735. Et CATO quidem de sola re familiari cogitavit, potest tamen legi, ut antiquissima stirpium Latina nomina teneamus: eritque utilior si accesserit præstantissimi viri JULII PONTEDE RÆ Opera, qui in Antiquitatibus Græcis & Latinis inque Epistolis, quæ sequuntur a tertia ad septimam, plurima loca Catonis correxit & illustravit pro sua in antiquissimo sermone Italico, Osco, & Etrusco maxima peritia, & perinde singulari rei herbariæ & rusticæ cognitione.

M. TERENCEIUS VARRO, Ciceronis amicus, de eadem re rustica L. III. eodem fere fine scripsit, doctior idem Græca Latinaque Lingua, hinc vario magis sermone usus, & ad multa utilis, etsi L. II. huc non adeo, quam ad animalium educationem pertineat.

ANTONIUS MUSA dicitur de Beronica Libellum scripsisse, quem vero ob summam dictionis similitudinem alii L. APULEJO tribuunt, brevis vero est, & vires medicas cumulat has. Extat cum PLINIO VALERIANO Basileæ editus. 1528. fol.

P. VIRGILIUS MARO in Georgicis partem aliquam agriculturæ attigit, quem nuper commentariis a botanica repetitis illustravit J. MARTYN. Londini 1746. 8.

Idem MARTINIUS, quem commentarios botanicos in Georgicis VIRGILII edidisse diximus, eodem modo bucolica VIRGILII notis botanicis & nonnullis florum iconibus ornata edidit, Lond. 1746. 4.

CLAUDII NERONIS ævo sciipit L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA, qui multo propius ad rem medicam pertinet, cum agriculturam non solam, sed inprimis proprio Libello arborum cultum per singula persequatur, deinde L. X. de re rustica hortorum elegantissimo carmine tradat, Olerum etiam singulorum hic nomen, & colendi rationem disertissime proponat. Et in eum & priores, extant, utinam plures, PONTEDE RÆ observationes, tum in Lipsiensi collectione, tum in antiquitatibus. Vitium etiam anatome, & nomina partium hujus arboris in ea collectione, quam modo excitavi, ad eum virum pertinent. Prima editio est Veneta 1472. fol.

Cum PALLADIO COLUMELLA solus proditit quantum video Lugdun. 1548. 8. BYNK. COLUMELLA Gallice etiam versus est Paris. 1552. & 1556.

PALLADIUS RUTILIUS TAURUS recentioris fuit ævi, ipso nuperior Apulejo, Agriculturam in menstruos labores divisit, & easdem utilitates præstitit botanico, cum nomina, cultumque stirpium tradat utiliorum. Cum CATONE, VARRONE & COLUMELLA proditit apud Aldum 1533. & collectio veterum rusticorum, commode edita habetur apud COM-MELINUM. Heidelbergæ 1595. 8.

Scorsim etiam prodierunt PALLADII RUTILII TAURI ÆMILIANI de re rustica Libri IX. Lugd. 1549. 8.

F. L. VEGETII de mulomedicina Liber Basileæ an. 1528. 4. editus, & in universum medici omnes aliquid præstant similibus utilitatibus.

Denique CASSIANUS BASSUS Scholasticus Græcam collectionem reliquit veterum Geoponicorum viginti Libris comprehensam, quorum nitidissimam & cum multis manuscriptis codicibus perfectiorem editionem procuravit PETRUS NEEDHAM Cantabrigiæ 1704. 8. impressam, qua multa veterum, etiam Democriti, Hippocratis veterinarii, Sotionis fragmenta conservantur. Cæterum inter recentiores Græcos fuit CASSIANUS, qui Constantino Porphyrogenetæ Librum suum dicaverit.

Editio etiam extat nomine CASSII DIONYSII Uticensis de agricultura Libri XX. Lugd. 1543. 8. Geoponicor. Basil. 1539. 8.

VITRUVIUS, Cæsaris præfectus fabrum, de quo alibi dictum est, aliqua ad arbores materiarias, & ad colores spectantia habet.

Istis in unum fasciculum conjectis & recensitis, de CELSO alibi dicturi, de PLINIO præter priora monemus, plurimum ad plantarum historiam pertinentia habere, cum integri Libri, qui a 13. ad 27.

tis evincatur, hanc ipsam plantam ab HIPPOCRATE Hellebori nomine venisse.
Qui.

ad 27. intercedunt, eo unice spectent, *THEOPHRASTUM* copiosissime, etsi passim vitiose, excipit, & aliis etiam ignotis fontibus usus est. Ejus in re herbaria peritiam præter *COLLENUTIUM* defendit *CIGALINUS* de patr. *Plin.* T. II. ad Commelin. p. 1682. Sed errores ejus, & *NICOL. LEONICENUS* proprio scripto, & *MANARDUS* L. IX. Ep. 3. L. XVI. c. 14. & *PAULUS HESSUS* in *defens. probl. Guil.* & imprimis *DODARTUS* *Projet de l'histoire des plantes* p. 146. & alii merito accularunt.

GALENUS equidem ad medicas potius utilitates, quam ad botanicam ornandam respexit: in Libris tamen de *simplicium medicamentorum facultatibus* Catalogum stirpium medicatarum alphabeticum habet, cum virium compendio. Is in *ORIBASIUM* & in *ÆTIUM* & in *PAULUM ÆGINETAM* transit vix mutatus, estque tanquam basis eorum, quæ Medici Arabes de medicamentis simplicibus habent.

In *GAL.* Libros V. priores de *simplicium medicamentorum facultatibus* commentarius est *F. VALLESII* Francos. 1645. fol. & eisdem in XVI. *disputationes* resolvit *MELCHIOR SEBIZ* Argentor. 1651. 8.

L. APULEJUS, dubiæ ætatis Auctor, de *herbarum historia* Librum reliquit, cum *Plinio* seniori editum Basileæ 1528. fol. in quo nomina stirpium medicatarum, Dioscoridis modo, multa habentur, deinde vires fusissimæ. Codex M. S. cum pulchris figuris fuit apud Comitem de Neuenaar, qui passim eum laudat apud *BRUNSFELSIUM* Tom. II. p. 232. 236. Sed is ipse, quisquis est, *PLINIUS*, & *SCRIBONIUS LARGUS*, & *MARCELLUS EMPERICUS* ad medicam partem historiæ stirpium faciunt.

CAROLI MAGNI capitulare de villis suis ab *H. CONRINGIO* recusum, Helmst. 1647. 4. continet brevem descriptionem agriculturæ & designationem stirpium hortensium eo ævo familiarium.

Arabum sequuntur tempora, quibus Orientis aliqua plantæ & aromata ad medicinam acceperunt, pleraque tamen ita parce descripta, ita barbare Latine reddita, ut quid inde utilitatis veræ sequi possit, ægre perspiciam. Plurima habet *AVICENNA*, ut vulgo vocatur, qui XI. ineunte sæculo floruit, *ALKINDO* recentior, compiler ingens, in cujus Operibus Lexicon medicamentorum simplicium extat. Tabulas habebat pictas, in quibus medicamenta simplicia demonstrabat discipulis. In *Progm. Can.*

SERAPIO, cujus extat *L. simplicium Venetiis* 1558. fol. editus, itidem est compiler ex Græcis aliisque. *JOHANNES MESUE* a *J. SYLVIO* Parisiis 1561. & alias editus, & Venetiis in collectione an. 1603. cum *J. COSTÆI* notis, in L. II. habet plantas purgantes *EBNBITARIS* de *simplicibus medicamentis* codex ex Oriente a *G. FOSTELLO* relatus, mire laudatur a *C. GESNERO* *pref. ad CORD.* expectationem fallit, cum mera sit compilatio, *TOURNEFORTIO* teste *Isagog.* p. 18. *SIMEONIS SETHI* *Lexicon botanicum* Græco-barbarum, cujus codex extat Vindobonæ *C. P. LAMB.* L. VII. P. 2. p. 117. hætenus latet. Opus vero de *Alimentis* vulgo notum, cujus etiam codex in eadem Bibliotheca habetur, compilatitium est.

EBNBITAR, cujus codicem de *simplicibus medicamentis* indicavimus, vixit anno 1187. *SALADANI* ævo. *EJUS* Lib. de *limonibus* latine versus ab *ANDREA ALPAGO* Parisiis prodit 1602. 4. *

Ad Arabes adde: *ABUL FADLI* de *medicina & de re herbaria* extantem codicem M. S. quo multum usus est in Hierobotanico *CELSIUS*.

ÆMILIUS MACER vires herbarum illepidio carmine cecinit, quem mireris a *THOMAS BARTHOLINO* ubique pro vero *MACRO* Ovidiano habitum esse, Galeno adeo manifesto posteriorum, & ex asperrimo carmine ferrei sæculi convictum. *STRABO GALLUS*, cujus *hortulus* cum *Macro* prodit Basileæ 1527. 8. & Hamburgi 1596. 8. ejusdem est *furfuris*, neque plura tribuo *D. WALEFRIDI*, cujus codicem possidebat *T. BARTHOLINUS* qui idem *STRAB.* M. S. cum notis erat editurus.

Sed lætiora nunc tempora redeunt, quæ primus orditur *PETRUS* de *CRESCENTIIS*, Senator Bononiensis, qui sæculo vixit decimo quarto, cum librum *CAROLO* Regi Siciliæ dicaverit, qui anno 1385. vivere desit. *PETRI* de *CRESCENTIIS* Libri XII. gallice editi sunt

Quicumque, his de methodo Auctoribus perlectis, antiquitates plantarum scire vult,
Dd 2

funt Paris. 1486. fol. Germanica vero editio est anni 1493. fol. & usus veterum Geoponicorum scriptis integrioribus, varia habet, ex quibus & ipsi emendari possint, & quæ non alibi nunc extant. Libri sunt XII. qui variis annis prodierunt. Prima editio est in *HARLEJANIS* notata, Lovanienfis an. 1474. fol. Mea vero anno 1538. Basileæ prodit 4. Sed plenior Basl. 1548. fol. excusa est.

Sub finem decimi quinti sæculi vixit *NICOLAUS LEONICENUS*, cujus egregios Libellos alibi laudavimus. Correxerat Plinium, male Græcis usum, non adeo ex ipsa natura quam ex Græcis Auctoribus.

Sed eodem tempore barbara nescio quæ herbaria inceperunt edi, quibus continebantur stirpium nomina, vires & rudissima ad singulas icon. Primum Germania parturivit, & ipse perfectior artis typographica *JOHANNES SCHOIFFERUS*. Hujus exemplum penes me est, Moguntia an. 1483. in folio editum (& 1484. *CAT. HARL.*) Continet materiam medicam in 337. capita divisam, cum iconibus unice stirpium, sed rudissimis, vivis pictis coloribus, & sæpe ad descriptiones potius quam ad naturam, vel ad antiquum forte codicem fictis.

Similis est *Herbarius Patavii impressus* an. 1485. 4. qui 150. capita cum totidem iconibus habet, rudioribus multo quam in Germanico Libro.

JO. CUBÆ Hortus sanitatis sæpe prodit, & Augustæ in Vindelicis an. 1486. fol. Meæ editiones sunt Moguntina 1491. fol. cum avibus, Lubecensis 1492. fol. & 1517. & 1520. pariter folio. Auctor, vanus promissor, materiam medicam per itinera sua perfectam adnunciat, & icones addit 528. Earum multæ ex *SCHOIFFERO*, aliæ nugacissimæ & summeridiculae sunt, exemplo *Mandragoræ* & *Narcissi*. Editio Germanica plenior est, capita habet 542. altera nonnisi 530. & icones animalium, quæ & ipsæ ab ista absunt. Aliam adhuc editionem possideo *hortus sanitatis de herbis, plantis, animalibus & lapidibus, avibus, &c.* folio absque anno editam similem alteri editioni absque anno, sed adjuncto tractatu de animalibus cum eorum iconibus & humano sceletio.

CONRAD von Meigenberg buch der natur, Augsburg 1489. fol.

JOVIANI PONTANI horti hesperidum Libri II. quibus agitur de citri fructu & arbore, Florent. 1514. 12. *

The great herbal. . knowledge of all manner of herbs, London 1516. fol. 1527. fol. 1529. fol. *AMES*.

GABRIEL ALFONSO de *HERRERA agricultura del campo laboranza y crianza*, Toleti 1520. 1551. &c. Madrid 1620. fol. Italice etiam Venet. 1568. 4. Laudat *N. ANTONIUS*.

Medicinarium S. das buch der Gesundheit Argentorati an. 1505. fol. prodit. Multa habet communia cum *BRUNSVICENSI*, de quo continuo dicitur, icones easdem, initia eadem & verba. Sed figuræ pauciores sunt, & subjectus *MARSILIUS FICINUS* de producenda vita. Nomen Auctor non præfixit.

SYMPHORIANI CHAMPERII Hortus Gallicus in quo *Gallus ex Gallia remedia omnium agritudinum* reperiri docet, Lugduni 1533. 8. & *EJUSD. Campus Elysius Gallicus*, in quo *Herbarum quidquid apud Arabes reperitur, apud Gallos reperiri* demonstratur ib. eodem anno 8. *

HIERONYMUS SALERUS Brunsvicensis, quem vulgo *Hieronymum Brunsvicensem* vocant, in posterioribus editionibus auxit modo dictum Opus, cujus secundus Liber plantas continet, & icones ex Cuba sumtas, ex quo magna pars operis translata est. Prodit sæpe: meum exemplar unum absque anno est, aliud vero 1532. Argentorati folio impressum iconibus caret. Apodixes *SALERUS* non indoctas addidit secundo Tomo *BRUNSFELSIANI* operis. Argentorati vixit, Pharmacopola & Chirurgus. *Thesaurum* proprium placere sibi demonstrat *C. GESNERUS* *Epist.* p. 69.

Nempe *OTHO BRUNFELSIUS* primus serio botanicam post decem sæcula ornavit, laboriosus homo, & candidus, vel *TRAGI* coarcti testimonio, quem ad edendum suum Opus adhortatus est. Ejus extant *Novæ herbarum Icones*, quarum tomus III. alias annos 1532. 1536. & 1540. alias 1550. 1531. & 1536. præfixos habent, alias conjuncti annum 1539. fol. Primo tomo stirpium icones & de viribus collectionem dedit. Altero compilationem ex variis scriptori-

vult, legat Opera FABII COLUMNÆ, qui vix habet similem, sed quidem imi-
tato-

ptoribus recentioribus. Tertio icones & defensionem a MICHAELE HERO ordinatas. Iconum pleraque minime malæ sunt, & aliquæ FUCHSIANAS æquant superantve. Euna virum jam EURICIUS CORDUS laudavit in *Botanologico* p. 15. & icones GESNERUS in præf. ad TRAGUM, etfi non probet Onomasticon.

OTH. BRUNFELSII *Cnemaſticon* prodit Argent. 1543. fol. Quid est OTTO BRUNFELSII *Kraüterbuch* quod lego Francofurti 1516. proditisse 8. IDEM incerti auctoris libellum de *Centauræo* cum Arabum Libris de *ſimplicibus medicam.* edidit Argent. 1531. fol.

EURICII CORDI, qui a *Cordo* freno nomen traxit, quod filiorum natu minimus eſſet, *Botanologicum* recuſum eſt Pariſ. 1551. 12.

EURICIUS CORDUS vero nomine HENRICUS URBANUS (M. ADAM p. 24.) non vulgari-ter eruditus homo, Poeta, Medicus & in horto ſuo & ruri etiam Botanicus, an. 1534. 8. Colonia paulo ante mortem edidit *Botanologicum* ſuum; diſcipulus fuit NICOLAI LEONICENI. Multa in plantis corrigit, & negat reſpondere veterum ſtirpibus plantas noſtras, quæ in officiis veneunt. Ejus *judicium de herbis & medicamentis ſimplicibus* extat cum Dioſcoride RYFFII Francof. 1549. fol. CL. KAHLERUS nuper vitam ejus diligenter deſcripſit.

LEONH. MARCHALL of the art and manner how to plant and graſt all ſorte of trees how to ſettle ſtones and ſow Pepins, L. 1529. 4. HARL. 1582. 4. HARL. ſed annum 1592. habet AMES 1651. 4. * HARL.

GARSIAS PEREZ de MORALEZ M. D. del baſamo y de ſus utilidades para las enferme-ades des cuerpo humano, Hiſpal. 1530. 4. N. ANT.

DONATI a MUTIIS *Epist. de terebinthina reſina facultatibus*, Lugd. 1534. 8. *

ANTONII FUMANELLI de vino & facultatibus vini, Venet. 1536. 4.

CAROLI STEPHANI *ſeminarium*, &c. prodit etiam Pariſiis 1548. EJ. *arbuſtum* recu-ſum eſt Pariſiis 1542. 8. EJUS eſt etiam *pratium lacus. arundinaceum*, Pariſiis 1543. 8. EJUS vero botanica ſcripta a JOH. LIEBAUT Gallice verſa prodierunt Lyon 1578. 4. Pariſ. 1565. 8. Rouen 1625. 4. Genev. 1639. 4. Pariſ. 1670. 4. Germanice *der ſeldbau*, Marb. 1551. 8. & auctius *ſunfzeben bücher vom ſeldbau*, Argent. 1588. fol. In hac editione ex GEOR-
GII MARI *horticultura & J. FISCHART ſeldbau* multa acceſſerunt. Pleraque botanica ſunt, inprimis L. 3. 4. 9. 10. 11. 12. Caterum omnem agri cultum ex veteribus ſumit, eum ſæpe qui ſuæ Galliæ minime conveniat. Anglice idem Liber prodit Lond. 1616. 8.

HERMANNUM etiam Comitem a NEUENAR fas ſit laudare, qui, tanta familia natus, literas amaverit, & cenſuras aliquas herbarum in Tom. II. Brunſelſii ediderit.

Eo tempore miſer ſtatus fuit botanices, cum nobiliſſimæ plantæ vulgo ignotæ eſſent, cum pro Helleboro Polygonatum venderetur, pro Iride Napellus (l. B. III. p. 139.) pro Acorø Iris paluſtris, &c. Verum etiam noſtro tempore pro Centaurio minori Lychnis vi-coſa latifolia, pro Silere montano ſemen Phellandrii (RIVIN. de cenſ. medic. offic.), pro Nigella Stramonium, pro Saponaria Been paſſim venit. Primam opem attulit tantis malis, quod veterum monumenta in hominum manus ſint reddita. Alterum excuſiones in montes & naturæ expiſcatio a CORDO filio, GESNERO aliisque repetita. Tertium hortorum cultus, qui eo tempore inceperunt publicos in uſus condi. Patavinus omnium primus, inſtigante D. BARBARO a Republica Veneta BONAFIDÆ opera fundatus eſt. FELLION de negleſt. plant. cuſt. p. XX. Deinde Piſanum hortum COSMUS Medicus conſtruxit, & CÆSALPINUM præfecit (Legè ROLFINKIUM de veget. in gener. p. 136. ſeqq.) Reliqui ſenſim ſecuti ſunt. RENATUS BELLAI inſignem in Gallia coluit. (C. STEPHANUS de re hortenſ. p. 36.) In Germania CORDUS pater & RALLA, in Helvetia C. GESNER & alii quos ipſe laudat, inſtruxerunt hortos medicos.

JOANNES MANARDUS vixit Ferrariæ, & obiit an. 1536. Ejus *Epistoliarum medicinalium* extant L. XX. in quibus plurimæ ſunt argumenti botanici. Veteres explicat, Marcellum Vergilium reſutat, & MESUEN, defendit HERMOLAUM, non tamen ſatis in ipſa natu-
ra doctus. Prodiſerunt Venetiis 1542. fol. & Baſilæ an. 1549. fol. cum L. XVIII. an. 1535. proditſſent.

CAROLI STEPHANI, magis ex anatomico opere noti, de re hortenſi libellus & de cultu hortorum prodit Pariſ. 1539. 8. (& prius an. 1535. 8. tum 1545. 8. &c.) Ejuſdem ſemi-

tatores. Ibi inveniet, quidquid excogitari poteſt in eam quæſtionem, quænam plan-
ta

navium & de conſervandis arboribus ib. 1540. 8. Ejus *Arbuſtum*, Pariſiis 1538. 8. *Sylva* ib. 1538. 1543. 4. De nutrimentis L. III. Pariſiis 1550. 8. quæ omnia in *Prædium ruſticum* col-lecta an. 1554. 8. an. 1570. 4. 1625. 1629. prodierunt, deinde ſæpiſſime aucta a JOH. LIE-BAUT Gallice ſunt verſa.

Unice uſus eſt S. RUELLIO (etiam C. GESNERO monente præf. ad TRAG.) & antiquis, & ſimili, ut ille, ſtudio vulgaria nomina Latinis adſpergit. Ejuſdem de *Græcis & Lati-nis nominibus, arborum, fruſticum, herbarum, & avium*. L. an. 1536. & 1554. non eſt apud me. Aliqua de ejus vita habet CL. ZINCK *Leipziger Sammlung*. III. p. 241.

ANTONII MUSÆ BRASSAVOLÆ *Examen medicamentorum ſimplicium*. Romæ an. 1536. prodit, conſcriptum an. 1534. (SEG.) Mæ editiones ſunt Veneta, 1545. 8. & Tiguri-na, 1555. 8. hæc omiſſa a D. SEGUER. Aliqua habet ex propriis obſervationibus, & plan-tas Italicas paſſim legit, MANARDO iniquior.

JOHANNIS RUELLII de natura ſtirpium L. III. Pariſiis an. 1536. fol. maj. & Baſilæ an. 1537. fol. prodierunt. Canonicus fuit, homo ſedentarius, qui naturæ minus quam Libro-rum veterum peritus eſſet. (A. M. BRASSAVOLA *examen ſimpl. med.* p. 51.) Descriptio-nes Auctorum antiquorum in ſua ſcripta inſerit, ut quid proprium habeat vix ſepares; cum præterea docta dictione utatur, uti doctum eſſe defendit QUIQUERANUS p. 50. b. Id GESNERUS olim obſervavit in præf. ad TRAGUM. Ex eo LEODIGARIUS a QUERCU-epitomen ſcripſit Pariſiis an. 1539. & 1544. editam.

EUCHARII RHODIONIS ſive *Roeslin Krauterbuch*. Francof. 1533. f. 1536. f. & alias pro-
diit. Hoc Opus primo Cubæ fuit, inde a Roeslino auctum, inſerto opere Hieronymi Brunſvicenſis pene toto. Icones additæ ſunt meliores, ad ipſas herbas pictæ parvæ, etiam umbris additis ſed fere abſque floribus. Hoc idem Opus THEODORUS DORSTENIUS an. 1540. fol. Latine edidit, cum peſſimis nominum tranſpoſitionibus, qui v. gr. pro Hellé-boro Polygonatum pingat. Inde in LONICERII herbarium eadem icones receptæ ſunt.

BARTHOLOMÆI MARANTÆ *Methodi cognoscendorum ſimplicium* L. III. Venetiis prodie-runt 1539. 4. Admirator Dioſcoridis, quem diligenter videtur legiſſe. Aliquas tamen ſuas in ſtirpibus obſervationes adſpergit, raro, eo ævo, exemplo. Errores epidemicos reſutat p. 84. adgnocit folia pro varietate loci natalis ludere magnitudine II. c. 8. A. C. GESNE-RO in præf. ad CORDUM prolixè laudatur.

FALLOPII amicus fuit & literarium commercium cum eo aluit.

HIER. TRAGI Germanicæ editiones extant etiam Arg. 1546. fol. 1587. fol. 1630. fol.

BENEDICTI TEXTORIS Segufiani *florum differentia ex Dioſcoride*. Pariſiis 1534. 16. & Venet. an. 1537. in 16. editæ & additæ TRAGI editioni KYBERIANI, an. 1534. in ædi-bus JOH. TAGAULTII ſcriptæ, non inutiles certe ſunt partium plantarum definitiones; a principio extant, deinde plantarum differentia a folio, flore aliisve partibus deſumptæ, tum adſinitates, & comparationes, ut indicis methodici loco ſit ad Dioſcoridem.

ALPHONSI FERRI de Ligni ſancti medicina & vini exhibitione L. IV. Baſil. 1538. 8. *

HIERONYMI BOCKSI (vulgo TRAGI) *Herbarum aliquot diſſertationes & cenſura* cum BRUN-FELSII Tomo II. p. 272. prodierant. *Hiſtoria* vero plantarum prima editio Germanicæ an. 1539. in folio prodit, quæ duos tantum Libros habet, & capita 319. multo minus plena ſequente, eademque abſque iconibus eſt. Medicus & verbi divini Miniſter, vixit Hornbaci apud Bipo-ntinos, neque in ſolis Libris, ut ſere priores, ſed in natura ipſa, itineribus per Vogefum mon-tem & in Rhætiam uſque ſuſceptis (Hiſt. Lugd. p. 92. & TRAGUS ipſe apud BRUNFELS. II. p. 275.) ſatis amplam etiam rariorum ſtirpium cognitionem ſibi comparavit, quo ſtudio, & bo-nis deſcriptionibus, & quod plurimas ſtirpes inter recentiores deſcripſiſſet, & facultates addi-diſſet ex propriis obſervationibus, laudatur a C. GESNERO in præf. Nomina veterum Germani-cis ſtirpibus paulo liberius adhibuit. Deinde an. 1550. icones ex Fuchſio receptas, & alias pro-prias, eaſque ſatis bonas, in 4. edidit, quæ icones acceſſerunt editioni a DAVIDE KYBERO La-tine verſæ, ornatæ C. GESNERI præfatione, & BENEDICTI TEXTORIS differentiis ſtirpium. Hæc editio multo auctior III. centum undecim capitibus ditata eſt, & eam fere citant. Aliæ pluri-mæ Germanicæ, ſtylo joculari ſcriptæ, paſſim prodierunt, quarum penes me eſt an. 1572. fol. prima

ta recentiorum sit planta HIPPOCRATIS, GALENI, DIOSCORIDIS, PLI-

Prima vero est 1551. fol. (BIBL. UFFENB.) Ita explicatum est, quod conciliare non potueram, qua ratione TRAGUS & prior sit FUCHSIO, & ab eo citeur, & tamen etiam posterior sit. (Præf. WEINMANN, OP.) Obiit an. 1554.

C. GESNERI historia plantarum ex THEOPHRASTO aliisque collecta, junctis in unum dispersis partibus descriptionum, eodem anno prodit Tiguri 8. Sed etiam Parisiis prodierat an. 1541.

ROBERTI BRITANNI agricultura encomium, Paris. 1532. 4. *

JO. AGRICOLÆ (Paurle) Ammonii medicina herbaria Libri II. Basil. 1539. 8. quo nostras plantas cum antiquorum stirpibus comparat, non absque utilibus observationibus admittis.

CAROLI FIGULI herbarum methodus, Colon. 1540. 4. *

LEONHARDI FUCHSII Wembdinga Suevi sed Professoris Tubingensis extant adnotationes aliqua de simplicibus perperam intellectis in Tomo II. BRUNFELSII. Historia vero plantarum Basileæ prodit an. 1542. præter alia multa scripta, pleraque compilata. Ea ex Dioscoride, aliisque descripta, paucissimis de suo additis, habet icones elegantia circumscriptarum linearum insignes, pleraque proprias, paucas ex BRUNFELSIO, in quibus feratilitas Libri ponitur. Id Opus altero anno Germanice, aliquot auctum figuris prodit, deinde frequenter & sermone vario, iconibus minoribus Lugduni an. 1546. & 1549. & 1595. 8. recusum est. Inceperat augere Opus & quingentas super mille icones paraverat, tribus tomis edendas (GESNER. Epist. p. 137. b.) quarum an. 1551. jam 300. perfectæ erant (GESNER. Epist. p. 115. b.) Earum bene multæ sunt in manibus JOHANNIS GESNERI, nepotis ex fratre CONRADI, candore & virtute simillimi, a quo expectamus hanc utilem rei herbariæ accessionem. In paradoxis etiam aliqua botanica habet, quæ prodierunt 1540. Cum JANO CORNARIO suo in edendo Dioscoride æmulo, multæ ipsi lites intercesserunt. Contra eum scripsit Cornarium furem Basil. 1545. 8. * CORNARIUS vero primo Vulpeculam excoriatam * Francof. 1543. 4. quo historiam plantarum carpit, deinde Nitrum & Brabyla pro Vulpecula excoriata ib. 1545. 4. * quo ad Cornarium furem Fuchsii respondet. Idem FUCHSIUS contra GUALTH. RYFFUM apologiam edidit. Basil. 1536. 8. * qua refutat reprehensiones suæ historiæ in Dioscoride Ryffiano obvias, & anno 1535. 8. adversus Egenolphi calumnias (NICER.) Historia Fuchsiana a JOH. JARAVA Hispanice versa prodit Antverpiæ 1557. 8. * (SEG.) Sui plenus cæterum vitia, etiam monitus, nolebat emendare, neque gratus agnoscebat amorem monentis C. GESNERI Epist. p. 61.

Ipsè CONRADUS sub ea tempora cœpit inclarescere, edito an. 1542. indice plantarum quadrilingui 4. Tiguri, sed longe super eum Librum posteriori ætate se extulit.

ALOYSII MUNDELLÆ Præfecti II. horti Patavini Epistolarum L. I. & in examen simplicium BRASSAVOLÆ adnotationes prodierunt 4. Tiguri 1540. Ab Arabibus ad veteres Græcos inter primos rediit, cæterum ex Libris unice botanicus.

VALERIUS CORDUS natus an. 1515. 18. Febr. obiit Romæ annos natus vix 29. Restaurator certe botanices, magno ardore in Germania, deinde in Italia plantas rariores & plerumque nemini tactas (nam de Scordio desperat diserte, & de Thlaspi & de Diſtamno MANARDUS Epist. L. VI. n. 3.) collegit proprio labore, collectas egregie descripsit. Sed posthumum reliquit Opus, quod fidei debemus CONRADI GESNERI, nempe brevina quædam Scholia in Dioscoridem, Libros vero historia plantarum quinque, quorum ultimus an. 1563. seorsim prodit, omnes vero Argentinæ in folio impressi sunt, tum Sylvam rariores observationum. Sextus enim Liber qui autographus extabat (MELCH. ADAM. p. 47.) nunquam prodit. Princeps futurus Botanicorum & posteris venerabilis, nisi ætatem fors invidisset, etiam nunc princeps Auctor est Floræ Germanicæ, & ejus studii, quo raræ plantæ per itinera in aviis & ex ipsa natura repetuntur. Etiam reliqua naturæ opera amabat, & aquatiliam pulchras paravit icones, quas vidit C. GESNERUS Epist. p. 13. Varia ad vitam ejus utilia vide apud A. KÄHLERUM in vita patris EURICII p. 33.

VALER. CORDUS obiit febre maligna, a pota frigida, præfente, ex quo hæc decerpo, PETRO FORESTO præf. ad Lib. I.

LEO-

PLINII Opuscula ejus duo profant nempe 1. Phytobasanos, Neapol. 1592 in 4. & 3.

LEODEGARI a QUERCU in RUELLIUM epitome & volatiliam, gressibilem, piscium & plantarum magis frequentium apud Gallos nomina, Paris. 1544. 8. PL.

REMAGLI FUCHSII Libellos de herbarum notitia, natura atque viribus. Antvv 1544. 16. Nomenclaturam plantarum ibid. 8. eodem anno, & de simplicium Medicamentorum delectu ibid. 8. eod. anno, non vidi, citatos ex LINDENIO. Sed compilatorem fuisse credo C. GESNERO candidi judicii viro, præf. ad TRAGUM.

GISBERTI HORSTII de Turpetho & Thapsia Libellus Rom. 1545. 4.

Eorum temporum est PETRUS ANTONIUS MATTHIOLUS, cujus commentarius in Dioscoridem supra tactus, primum Italice in 4. dicitur prodisse Venetiis (ap. SEGUIER) an. 1548. & Mantuæ an. 1549. 4. UFF. Deinde Latine primum an. 1554. in fol. cum parvis iconibus an. 1562. vero Bohemice omnium primo cum magnis illis & splendidis figuris ab eo, vario tempore, nempe an. 1563. Germanice ibidem cum magnis figuris, anno vero 1565. omnium nitidissime cum iisdem apud Valgrivos Venetiis est editus, & sæpe recusus, etiam nuper Venetiis an. 1712. Adjectæ sunt Epistola, quæ Pragæ an. 1561. seorsim in folio prodierant, & notæ variæ a C. BAUHINO adjectæ, qui Opera omnia MATTHIOLI Francofurti edidit an. 1598. fol. cum aliis & partim suis, partim TABERNÆMONTANI iconibus. Librum alibi laudavi, icones elegantes, furculosæ, ad hortens plantas factæ, mistæ vero sat multæ falsæ figuræ, ad veterum descriptiones factæ, aut ab illudentibus amicis missæ. Epitome, quæ an. 1571. Venetiis 4. prodit, habet icones minores, cum brevi descriptione. Apologia adversus Amatium an. 1558. Venetiis in 8. seorsim prodit, eristicus Libellus & calidior. Opus majus in varias linguas traductum, Gallice etiam ab ANTONIO PINETO versum est Lugduni 1561. 16. &c.

P. ANTONII MATTHIOLI commentarius in DIOSCORIDEM Italice etiam excusus est 1604. fol. Epistola EJUS, quas Pragæ seorsim prodisse diximus, Lugduni etiam prodierunt 1564. 8. Opus majus Gallice a J. de MOULINE etiam versum prodit Lyon. 1572. 1655. fol.

FITZ HERBARDE ryghte profytable booke of husbandy, Lond. 1546. 8. HARL.

LUIGI ALAMANNI coltivazione Poema Georgicum apud Italos celebre, prodit Parisiis 1546. 4. sæpissime recusum, & nuper cum ejus vita a MAZUCHELLIO scripta, & notis JOSEPHI BIANCHINI an. 1745. 8. cum notis vero eruditis VINCENTII BENINI Patavii 1746. 8. editum.

LUIGI ALAMANNI coltivazione Patavii recusa prodit 1718. 4. quæ mea est editio.

WILH. TURNERI antiquius opus nunc aliud AMESIVM citare video, nempe names of herbs in Greek, Latin, English, Dutche and Frenche, L. 148. 12.

GUALTH. HERM. RYFF Kurtzer Auszug der Wurzel China. VVurtzburg-1548. 4. Non vidi, est versio Libri Italici & Latine editi.

WILHELMI TURNERI neww herbal cœpit prodire Londini an. 1551. Liber secundus secutus est Coloniae an. 1562. non Londini. Liber tertius, (quo destitutor) Londini demum an. 1568. prodit, in folio omnes. Vir eruditus, qui GESNERI amicitiam laudesque meruerit (præf. ad TRAG.) In Germania, Helvetia, Italia, Anglia stirpes collegit, cum Græcis Scriptoribus contulit, aliquas etiam primus depinxit, etsi plurimum Tragi iconibus sit usus.

Eo etiam tempore primum scribere cœpit REMBERTUS DODONÆUS, cujus de frugum historia L. II. anno. 1552. Antverpiæ prodierunt, rudes habentes icones, sed concinni & non absque novis inventis. Deinde ejus de stirpium historia commentariorum imagines anno 1552. editæ sunt, quarum altera pars an. 1559. Antverpiæ prodit, versio vero Gallica utriusque tomis an. 1553. a CLUSIO facta, & in folio Antverpiæ edita est. Brevis est descriptio, cum quatuor linguarum nominibus stirpium 884. Icones ex FUCHSIO. Tum in altero tomo propriæ non malæ aliqua ex propriis laboribus, arborum, & paludosarum stirpium, neque tamen in temptades translata.

JACOBUS DALECHAMPIUS ad editionem Dioscoridis Lugdunensem an. 1552. 8. addidit icones triginta stirpium parvas, quarum aliqua Alpinarum plantarum sunt, æque primæ.

Rediit eo tempore ex itinere orientali, quod sumtibus Cardinalis Tournonii susceperat (observat. & sing. p. 468.) PETRUS BELLONIUS, vir perindustrius, discipulus CORDI (de

& 3. *Æphtasis*, id est, *Historia plantarum minus cognitarum*, Romæ 1616. in 4.
Nemo

(de funere medic. p. 36. & de conif. p. 246.) ejus L. de arboribus coniferis. Parisiis 4. adjecto L. de medicato funere, & observations & singularités trouvées en Grèce &c. eodem anno (SEGUIER tum an. 1555. 4. editæ sunt & an. 1588. 4. recusa. Eiusdem remontrances sur le défaut de labour, Parisiis an. 1558. 8. impressæ sub titulo de neglecto cultu stirpium a CLUSTIO versæ an. 1589. 12. & in magnis ejus Operibus extant. Omnem quidem naturam coluit, neque solum Græciam, Asiam minorem, Ægyptum vidit, sed in Arvernâ etiam & Sabaudia & Delphinatus montibus plantas quæsit, & bis emensus est Italiam (de neglect. stirpium cult. Problema 9.), Germaniam etiam & Angliam adiit (de Conif. p. 24. b.). Icones equidem dedit fatis malas, in coniferis tamen enodandis utiliter laboravit, de conditione cadaverum doctissime scripsit, & multas pulcherrimas calidarum regionum stirpes primus in patrio solo vestigavit, indicemque plantarum indigenarum in quavis parte Orientis nascentium omnium primus scripsit. In editione observationum CLUSTIANA varia mutata, icones passim suppositæ meliores, errores aliqui correcti, & notæ ex Arabico sermone adjectæ, quas amicus fecerat.

GUIL. RONDELETTIUS nihil quidem de plantis scripsit, earum tamen cognitionem amavit & docuit, & censuram plantarum officinalium edidit in Libello de Theriaca, qui cum dispensatorio CORDI prodiit. Obiit an. 1565. occisus a famulo, cum regio hortos vellet visere sibi commissos, si fides MIZALDO Med. artif. p. 10.

DAVIDIS KYBERI, qui Tragum Latine reddidit, *Lexicon botanicum trilingue* prodiit cum GESNERI tabulis collectionum an. 1553. Argentorati 8. Juvenile Opus, cum annos natus 28. inter edendum Opus obierit: continet nomina plantarum vulgarium, partiumque plantarum, & voces ad earum cultum pertinentes Latinas, Græcas & Germanicas.

GONZALI FERDINANDI de OVIEDO dicti DI VALDE, Rectoris urbis S. MARTHE historia Indiarum Librum XX. jam laudavi.

CONR. GESNERUS an. 1553. edidit *Tabulas collectionis stirpium*, Tigur. 8. recusas an. 1587. cura CASPARI WOLFII, multo ibi auctiores, etiam rarioribus stirpibus: definitiones etiam partium plantarum habet etiam nunc receptas. IDEM an. 1555. edidit *de herbis noctu lucentibus*. Libellum cui adjectum iter M. Fraeti, & RHELLICANI STOKHORNIAS. Icones ibi cœpit edere CONRADUS, nondum tales, quales maturior dedit, & stirpium Alpinarum fere quinquaginta descriptionem. Sed etiam RHELLICANUS anno jam 1536 Orchidem nigram nominavit, & Gentianam luteam. IDEM GESNERUS an. 1557. suas & GUILANDINI de aliquot stirpibus epistolas Tiguri edidit, 8. anno sequente Venetiis recusas. De Doronico, Thrafi aliisque plantis in his epistolis pugnatur & placet videre jam tunc superiorem recedere GESNERUM: placet videre tuentem adeo aliter de se merentem MATTHIOLUM. In *Bibliotheca sua* L. II. etiam aliqua habet de plantarum classibus constituendis.

AUGERII FERRERII de radice china liber quo probatur diversam esse ab apio, Tolos. 1554. 8.

JOH. de JARAVA historia de las hierbas y plantas, Antverp. 1557. 8. * ex DIOSCOR. & aliis.

JOHANNIS DU CHOU de descriptione Montis Pilati an. 1555. a GESNERO edita, aliquam stirpium memoriam, & non bonas habet icones. Eadem conjuncta cum varia quercus historia prodiit eodem anno Lugduni in 8. De Quercu scripsit philologice.

BERNARDI DESSENICRONENBURGENSIS de compositione Medicamentorum L. X. Francof. 1555. (Lind) & Lugduni an. 1556. 8. prodierunt, boni fenis, non ineruditi neque in classicis Scriptoribus, neque in botanicis, plantarum aliquot locos natales circa Coloniam designavit, officinales etiam descripsit, monita addidit pharmaceutica. Vulgo negligitur.

JOHANNES & ADAMUS LONICER eo tempore vixerunt. Ille anno 1543. fol. Dioscoridem cum suis Scholiis & HERMANNI RYFFII adnotationibus edidit, additis iconibus ex Fuchio & Trago. Uterque loca familia Galeni & Nicandri contulit, LONICERUS etiam Hebræa nomina fictitia. ADAMUS gener EGENOLPHI Egenolphianum herbarium ex EUCHARIO RHODIONE, THEOD. DORSTENIO & JOHANNNE CUBA natum repetito edidit, anno etiam 1560. fol. postquam sub nomine *Historia naturalis de Plantis* T. II. jam anno 1551. & 1555. stirpium Latinam historiam dederat, cum variis variarum Linguarum nominibus. Nomina mala, stirpes confusissimæ, compilatio mera.

In ea

Nemo certe æquæ bonas figuras unquam fecit, ac eæ sunt quæ in hoc Libello
E e inve-

In ea tempora cadit GEORGIUS KENTMANNUS, CONRADI GESNERI amicus, sed durior, & ab optimo viro posteriori ævo abalienatus (Epist. p. 5. b.) sexcentas plantas habuit miro artificio pictas (ibid. p. 24.) nihil autem edidit.

De HIERONYMO HEROLDO, qui icones plantarum confecerit (GESNER. l. c. p. 64. b.) nihil ultra innouit, nisi epistola botanicæ, quæ sunt inter MATTHIOLANAS.

CASPAR COLLINUS, qui Valesiacas stirpes misit GESNERO, obiit ante annum 1567. (IDEM in præf. CORDI) JOHANNES FABRICIUS catalogum plantarum montis Galandæ confecit, qui extat cum GESNERI L. de hortis Germanis.

BENEDICTUS ARETIUS, itineris in Nessum & Stockhornium Auctor, quod extat cum C. GESNERI hortis Germaniæ, plusculas in eo itinere pulchrasque stirpes primus descripsit, & fatentem habuit amicum, ab eo solo se proficere. (GESNER. Epist. p. 186.)

J. BACCHANELLI de consensu medicorum in cognoscendis simplicibus, Venet. 1553. 8. Dictionarium stirpium, cum locis veterum, & opinione auctoris, num nota planta sit, num ignoretur, quod sæpe de se ipso fatetur.

AMATUM IUSITANUM, quem temerarium & indoctum vocat idem GESNERUS (l. c. p. 105.) alibi tetigimus.

MELCHIOR GUILANDINUS Boruffus, sed ab an. 1561. Patavii horti custos, acer MATTHIOLI inimicus, præter epistolas, anno 1588. *Theonem* contra ipsum eodem anno Venetiis edidit, quo cursim aliquos, neque eos certe gravissimos, errores MATTHIOLI, ut vocat, perstringit. Et erat quidem GUILANDINUS per itinera varia exercitus, qui an. 1558. iter Constantinopolin paraverit (*Theon.* p. 17. b.) nomen suum in pyramide reliquerit (*P. ALPIN.* l. p. 29.) an. 1560. Hierichunte fuerit (de papyr. p. 49.), in Africa naufragium fecerit (p. 56. ib.), ex captivitate Mauritanica, de qua videatur P. HESSUS p. 70 71. an. 1562. redierit, beneficio FALLOPII. Insigniter etiam valuit lectione Librorum, etiam extrâ vulgarem medicorum cognitionem positorum. Sed durus & asper homo, & promissor, & descriptor obscurus. Denique a morte conjectanea *Synonymia* plantarum edita sunt an. 1608. a J. G. SCHENKIO apud de Bry. quæ species est alphabetici sed exigui pinacis. Idem redux an. 1572. edidit Venetiis in 4. *Commentarium in aliquot Plinii capita*, Lauffannæ recusum an. 1576. 4. quo de papyro agit eruditissime, sed plantam papyriferam, quod mireris, describit nusquam. Ejus causam contra MATTHIOLUM Paulus HESSUS suscepit, cum in Oriente abesset, & defensionem XX. *Problematum* Guilandini edidit Patavii 1562. 8. Nimis ipse acutus & in minutiis diligens, etsi Græcos melius legerit MATTHIOLO.

HIERONYMUS CARDANUS in Lib. de subtilitate variis locis plantas adigit, ut v. gr. quærat Lib. VIII. quare calyce multæ destituantur. Inter *opuscula medica*, Basil. 1559. 8. edita extat liber de cyna radice seu de decoctis. Libellus idem cum altero de sarza parilla recusus est cum Lib. II. contradicentium, Paris. 1565. 8. Marpurg. 1607. 8. Uterque etiam extat Antverpiæ 1564. 8.

J. CÆSAR SCALIGER Lutetiæ an. 1556. in 4. edidit L. duos in L. de plantis Aristotelâ inscriptos, variæ omnino sententiæ, neque in plantis manentes, naturæ vero, etiam de industria negligentiores. De *commentariis in Theophrastum* dictum est.

JOH. CURIONIS conservanda sanitatis præcepta. Francof. 1557. 8. * Est Schola Salernitana cum iconibus Dorsterii.

ANDREAS THEVETUS præter iter Orientale etiam Americani itineris dedit descriptiones sub nomine, *les singularités de la France Antartique, autrement nommée Amerique*. Parisiis 1554. 4. (SEG.) Antverp. 1558. 8. Nempe cum D. VILLEGAGNON Brasiliam adiit, eruditulus homo, qui passim fufos veterum locos apte ineptre inferat operi, & v. g. Betulæ Plinii descriptionem alienissimæ Americanæ arbori tribuat. Proprias tamen etiam habet plantarum & animalium historias & rudes icones.

ANTONII MIZALDI historia hortensium junctim an. 1557. Coloniam prodierunt, seorsim vero *Artificia conservandorum fructuum*. Parisiis 1564. 8. de hortensium arborum institutione 1560. *Secretorum agri Enchiridion*, quo hortorum cura continetur ib. eodem anno. *Artificia compa-*

inveniuntur, ab Auctoribus ipsa manu depictæ, & per minimas circumstantias descriptæ.

compavandorum fructuum, olerum, &c. ib. 1564. 8. *Alexikepus* 1565. 8. *Hortorum secreta*. 1575. Compilatio ex veteribus Geoponicis inutilis, artificia varia, vires medicæ ridicule, descriptiones variæ, proprii nihil.

ANT. MIZALDI Gallicæ etiam editiones sunt *le jardinage contenant la manière de cultiver les jardins*, Paris. 1578. 8. & *le jardin médicinal enrichi de plusieurs remèdes & secrets*, 1778. 8.

ANTONY ASKAM *little herbal of the properties of herbs*, Lond. 1559. 8. AMES.

BENEDICTI CURTI *hortorum* Lib. XXX. Lugd. 1560. fol.

A. 1561. ALOYSIUS ANGIULLARA *Libellum de simplicibus*. Venetiis 1561. 8. & 12. cui editioni pauca icones accesserunt (SEG.) alicujus usus esse confirmant frequentes citationes C. BAUHINI, a quo an. 1592. editus est Basileæ in 8.

CÆSARIS ODONIS *Theophrasti sparsa de plantis sententia, in continuam seriem ad propria capita digesta. Accessere diff. dua.* Bonon. 1561. 4.

GIOV. TATTI *dell'agricoltura*, Venet. 1561. 4. *

ANTONII DONATI ab ALTOMARI *de manna differentiis & viribus*, Venet. 1562. 4. SEG. Non malum opusculum, quo per experimenta ostenditur, Mannam arboris suæ fudorem esse, non caelestem rorem.

An. 1561. & 1563. edidit C. GESNERUS posthuma Opera VALERII CORDI, summa fide, nisi quod vitia irrepererint per absentiam & lacunæ manserint. Addidit elegantem l. *de hortis Germania*, quo catalogus plantarum Alpinarum ex suis itineribus collectarum, & Helveticarum & hortensium demum, & plurimarum stirpium memoria ante CLUSII labores continetur. Anno vero 1565. in libro *de fossilibus* marinarum quarundam stirpium icunculas adjecit. Idem, cum an. 1565. peste periisset, reliquit *Epistolarum collectionem* ad varios, cujus L. III. an. 1577. 4. Tiguri sunt editi, alius vero ad KENTMANNUM, VVittembergæ an. 1584. prodiit; aliæ epistolæ ad J. BAUHINUM a fratre CASPARO Basileæ an. 1591. 8. luci sunt commissæ publicæ. In iis omnibus plurima habentur botanici argumenti, & Tigurinis illis accessit de *Aconito* l. *adseveratio* contra MATTHIOLUM, qua defenditur, hoc nomen Thoræ convenire, eaque ipsa describitur. In *vita etiam GESNERI* a JOSIA SIMLERO scripta, Tiguri an. 1566. 4. edita, icones aliquæ habentur, & præmitiæ secuturi operis. Nempe laboraverat C. GESNERUS in universali stirpium historia, ad quam scriptores equidem omnes collegerat, in ordinem disposuerat, plantas vero ex omni Europa conquissiverat, vel suis itineribus, quæ plurima suscepit, vel cura amicorum. Etsi enim myopem se fuisse fateatur ipse (*Epist.* p. 136. b.) pulcherrimas tamen & rarissimas plantas, neque facile ab eo tempore lectas, ex itinere inprimis Rhætico retulit. Methodum primus in natura latentem vidit, inque flore & fructu constituit, plantas adfines in genera univit, hæc in classes, exemplis variis, (*Epist.* p. 107. b. 39. b. 113. ubi *Consolidam* regalem & *Staphidem* agriam a flore fructu & semine *σύνουλα* esse monet), tum characterem in iconibus nitide expressit fructus nempe & seminis (Ib. p. 107. b.), quarum iconum magna pars in JOACHIMI CAMERARII epitomen plantarum transit, pleræque vero & admille & quingentas, etiam nunc conservantur apud CHRISTOPHORUM JACOBUM TREW, virum omnis naturæ peritissimum. Calamo eæ figuræ ductæ sunt, & pictæ suis coloribus, non absque multis manus GESNERIANÆ vestigiis, ea subtilitate, super quam nihil est. Editionem certe selectiorum iconum VIR ILLUSTRIS non jubet sperare, & non mediocre specimen edidit iconum 216. quas GESNERUS sculptas reliquit.

Q. APOLLINARIUS *handbüchlein von 20. pestilenz wurzeln*, Argentin. 1607. 8.

Q. APOLLINARIUS *Kurzes handbüchlein vieler Aizeneyen*. Francof. 1563. 8. (priorem enim editionem non vidi), præter farraginem formularum habet in secundo Libro stirpium icunculas ex BRUNFELSIO, & aliunde descriptas aliquas proprias, sed monstruosas, cum virium enumeratione. Novi nihil, jam GESNERO monente (*in præf. ad TRAGUM*).

GASPARI FALLOPII, cum an. 1640. lecturam simplicium esset nactus (THOMASIN

scriptæ; cumque veterum plantis collatæ. Parvus Liber est in quarto: verum ali-

p. 42.) hortoque præfectus esset, *commentarius in primum L. Dioscoridis*. Venetiis 1566. 4. editus est. Ejus L. *de medicamentis purgantibus* & *Epistola de Asparagis* ad H. MERCURIALEM extant in Tomo II. Operum omnium, neque absque bona fruge sunt, etsi nimis copiose mista sit theoria more Veterum. Præceptore usus est LUCA GHINO, suafore ad botanicam MARANTA. Ad MATTHIOLUM etiam codicem misit, in quo excerpta erant ex manuscriptis DIOSCORIDIS & ORIBASII Libris (MATTHIOL. p. 850.), & ab eo inter adjuutores suos laudatur *præf. Ed.* 1554.

ADRIANI JUNII *phallus ex fungorum genere*. Delphis 1564. 4. * unica scheda cum iconibus, quæ extat recusa apud DODONÆUM.

JOH. LANGII Lembergii *Epistolarum medicinalium* Libri sunt III. quorum primus Basileæ 1554. 4. tres vero procurante Wirthio Francofurti apud Wechelios an. 1605. & 1689. 8. prodierunt, huc a me referuntur, cum obierit Auctor an. 1565. In miscellaneis istis multa omnino sunt botanici argumenti, tum ex veteribus collecta, tum aliqua ad naturam ipsam descripta, ut adonis perennis est.

ALFONSI CICCARELLI *Opusc. de tuberibus*. Patav. 1564. 12. (SEG.) *

FRANCISCI ALEXANDRI APOLLO *compositorum & simplicium normam suo fulgore irradians* Venetiis 1565. fol. editus est. Dispensatorum sub hoc nomine habetur, in quo veterum more secundum ordinem compositionum simplicia describuntur, quæ mista formulæ majores componunt. Lites plurimas & conviciâ habet, plantas in collibus Crepacoria, nis suis paucas vidit, & vulgares. Dicitur hic Liber anno 1604. recusus fuisse Francofurti.

HENR. CROLACH de *Isatide* Tiguri 1565. (GESNER ad KENTMAN. p. 65.)

GUIL. GRATAROLI *de vini natura energia & ej. temperatura*. Basileæ 1565. 8.

GARCIE ab ORTA *Coloquios dos simples o drogas da India Goæ* prodierunt an. 1563. 4. (CAT. THUANI); sed innotuerunt demum, quando CAROLUS CLUSIUS rejectis inutilibus hanc *Aromatum & simplicium aliquot medicamentorum apud Indos nascentium historiam* Latine vertit, & edidit Antverpiæ an. 1567. deinde an. 1579. ibid. in 8. Libri duo sunt, capita 81. Auctor, gnarus satis doctrinæ Arabum, plantas viderat ipse Goæ & apud regem Decani, utrobique enim medicinam fecit inque Bombaim prædium habuit, in quo rariores arbores alebat (p. 188.) Primus Aromatum historiam aperuit: CLUSIUS icones addidit & an. 1582. notas, in quibus icones sunt ALPHONSI PANCI, & plantæ aliquæ, a FR. DRAKE acceptæ. Ad eundem GARCIAM notas scripsit JAC. BONTIUS, breves & bonas; sed ad paucas plantas.

GARCIE ab ORTA *Coloquios* &c. Italice versus est ab ANNIBALE BRIGANTIO, Venet. 1605. 8. Gallicè vero sub nomine du JARDIN versi sunt hi dialogi, Lyon 1619. 8.

DODONÆUS an. 1566. *frumentorum, leguminum, palustrium herbarum historiam*, apud Plantinos recudi curavit. Subjecit an. 1569. *florum & coronariarum herbarum historiam* & anno 1574. *purgantium & deleteriarum herbarum historia* L. III. cum appendice *rarissimarum herbarum*. Mire nitidæ figuræ sunt ad naturam factæ, sed non pauca ex CLUSIANIS, descriptio brevis, sermo facilis. In ultimo Opere multas etiam umbelliferas habet.

NICOLAI MONARDI *de vena secunda in pleuride, de rosa & de malis citris, & limoniis*. l. Antverp. 1564. 8. prodiit *.

BERNARDI de PALISSI, figuli, sed ad maxima negotia nati, *Abregé d' Agriculture* Rupellis an. 1564. 4. & ejus *Traité de la manne & sur la nature des eaux & des fontaines*, Parisiis 1580. 8. (SEG.) non vidi, quod doleo, cum eum virum primum ad paradum in Gallia sericum suaforem, plurimi faciam.

ANT. MUS. BRASSAVOLÆ *de usu radicis China cum questionibus de ligno sancto*, Venet. 1566. fol. * (SEG.) practici sunt argumenti.

MATTH. DURASTANTE *de aceti scillitici compositione ... de aloës substantia*, Venetiis 1567. 8. &c. *

Le safran de la Rochefoucault, Poitiers 1568. 4. *

quando 25. florenorum pretio constat. Ratio, qua motus COLUMNA tanto cum

MARCELLI DONATI de Mechoacanna Libellus, Mantuæ 1568. 4. editus, potius ad medicinam pertinet.

LEVINI LEMNII similitudinum qua in Bibliis ex herbis & arboribus desumuntur explicatio. Antvverp. 1569. 8. Utilitates plantarum œconomicas & ceremoniales, & Philologiam tradit, maxime sacram.

NIC. MONARDI de lapide bezoar & herba scorzonera. Seville 1569. 8. *

FRANCISCI CALCEOLARII Iter M. Baldi prodiit Venetiis Italice 1566. 4. deinde cum Matthioli epitome an. 1571. Plantarum in ditissimo Monte numerum posteriores superaverunt. De Museo alibi.

PETRI VICTORII della lode e della coltivazione degli Ulivi: doctissimus Liber Florentiæ 1569. 4. prodiit *.

NICOLAUS MONARDEZ obiit an. 1578. Ejus historia medicinal de las cosas que se traen de las Indias Occidentales, prodiit Seville five Hispali an. 1569. 4. Id Opus titulo Simplicium medicamentorum ex novo orbe historiam CLUSIUS an. 1582. edidit, duos Libros priores ex Anglico, tertium an. 1579. ex Hispanico sermone conversum. Auctor ipse futilis est & superstitiosus, qui fructum arboris Draconis ait Draconi simillimum esse, & descriptiones dedit pene inutiles. Pulchras icones CLUSIUS adjecit. Ejus L. de herba Petum & radice Mechoacanna Gallice vertit JACOBUS GOHGR & dedit Parisiis 1572. 8.

NICOLAI MONARDEZ opus quod CLUSIUS edidit sub nomine historia simplicium &c. Gallice vertit COLIN, Lion 1619. 8. EJUSDEM MONARDEZ est de dos medicinas excellentissimas contra todo veneno la piedra bezoar y la yerba scorzonera, Hispali 1569. 8. 1580. 8. * N. ANT. EJUSD. tractatus del efecto de varias yervas, Hispali 1571. 8. * ANT.

C. HERESBACH Anglice versus est a GOOGE, Londin. 1577. 4. 1586. 4. 1596. 4.

A. MIZALDI opusculum Parisiis recusum est 1607. 8. 1649. 8. cum PHIL. GUIBERTO.

Huc refer BENEDICTI PATINI disp. de acetosa, an scilicet alvum cieat an sistat, Brix. 1572. 8. *

CONRADI HERESBACH rei rustica L. IV. Colonia 1571. 8. aut 1570. 8. (NICER) * & Heidelbergæ an. 1603. 8. Agricolationem veterum cum Germanorum rationibus confert, non inerudito neque inutili Opere.

NICOLAI WINKLERI Chronica herbarum Augustæ Vindel. 1571. 4. excusa exigui momenti, plantas habet vulgares, primum secundum menses digestas, quibus florent, deinde secundum eos, quibus fructus ferunt, aut quibus radices oportet effodere. Loca natalia aliqua VVürtembergica sunt, cum Forchemiensis fuerit Auctor, & discipulus FUCHSII.

ANTONII MIZALDI de Senna Opusculum, anno 1572. 8. Parisiis impressum, non illepidum, & Sennæ & Colutæ continet descriptionem.

JOH. FRAGOSI discursos de las cosas aromaticas arboles frutes y medicinas simples de la India an. 1572. Madriti 8. prodiit (SEG.); sed an. 1601. recusum est Latine Argentorati. Compilerator fuit, & usus MONARDES GARCIÆ ab HORTO & CLUSII labore (CLUS. ad G. ab H. p. 1. c. 26.).

NICOLAI HOVEL de la composition du Mithridat, Parisiis an. 1573. in 8. editus ex veteribus inutilem continet enumerationem simplicium medicamentorum, quæ theriacam ingrediuntur, fere ex Dioscoride excerptam.

JODOCI HARCHII Encheiridion de simplicibus, Basil. 1573. 8. Lexicon est in quo præmissa epigrammata, tunc brevis historia, descriptio & utilitatis recensio cujuslibet plantæ.

R. SCOT. Perfect plateforme of a hopegarden and necessarie instructions for the making and maintenance thereof, Lond. 1574. 4. HARL.

CHRISTOPHORI ENCELII de vna Quercina Libellus extat cum ejus L. de re metallica. Francof. 1577. 8.

JOSIÆ SIMLER descriptio Valesæ & Alpium. Tiguri 1578. 8. Minime botanicus aut fuit aut voluit videri. Nam catalogum stirpium Alpinarum, quem CLUSIUS solet citare & alii, ex ARELIO, FABRICIO & C. GESNERO excerpit.

CARO.

cum ardore se dedit huic negotio, videtur hæc fuisse. Vexabatur diro illo morbo

CAROLI CLUSII magis & magis inclarescebat nunc fama. Itineris an. 1565. absoluti divitias in II. L. variorum stirpium per Hispaniam observatarum edidit Antvverpiæ an. 1574. 8. Plantæ novæ in calida & ignota regione numerosæ, descriptiones fideles, summa in judicando sobrietas, icones supra fidem nitidæ.

PETRI PENÆ & MATTHIÆ de LOBEL nova stirpium adversaria Antvverpiæ an. 1576. fol. min. & prius prodiit Londini, quam editionem non vidi, publicatam jam anno 1570. PENÆ videtur plantas Galliæ calidioris suppeditasse, LOBELIUS Anglicas, Belgicasque, etsi idem in posteriori & auctiore editione, omisso PENÆ nomine, omnia sua faciat. Stirpes ex beata illa Provincia plurimæ primum descriptæ, multæ fraudes Matthioli detectæ, Graminum historia primum tentata, observationes undique propriæ, sed icones malæ, parvæ, descriptiones asperæ & ingrati styli, neque in assignandis locis natalibus semper fidus Auctor, observante RAJO.

MATTHIÆ de LOBEL plantarum historia eodem anno Antvverpiæ fol. edita præter proprias Auctori, vulgares etiam plantas habet, & icones earum, quibus in pempradibus usus est DODONÆUS, aliasque ex Plantinianis.

Krauterbuch durch Philomusum anonymum durch D. TOXISTEM in druck gegeben. Strassburg. 1576. fol. Lego CARRICHTERI Opus esse, sed ab eo Opere in præfatione distinguitur. Paracelsitici hominis labor est, & plantarum vires per Planetas & Zodiaci signa explicatæ. Icones paucæ ad Fuchianas.

BARTHOLOMÆI CARRICHTER gross kraüterbuch nebst dem neuerlichen kraüterbad THEOD. KRAFTEN, Francof. 1573. 4. non vidi, neque kraüter und arzneybuch, Tubing. 1739. 8. recusum, sed ejus compendium edidit.

MICH. TOXITES absque iconibus, quo plantæ cuilibet suum, si Diis placet, zodiaci signum, cui subjecta sit, & in signo ipse gradus assignetur: deinde signa & tempus, quo quamlibet colligere oporteat, cum viribus sæpe nimis & infidis, etsi passim ad suam experientiam provocet, & v. g. mentha quadam polypum narium se sanasse adfirmet.

Circa hæc tempora credo primum editum esse ADAMI van BODENSTEIN Basiliensis kurze beschreibung der kraüter so den 12. hauptzeichen in ihrer eigenschaft sich vergleichen, cujus editionem habeo, Amberg. 1611. 8. Etsi in plerisque veteres sequitur & APULEJUM, ipse tamen plantas in Helvetia & Germania legit, & aliquoties loca natalia definit.

THEODORI ZWINGER methodus rustica CATONIS atque VARRONIS præceptis illustrata, Basil. 1576. 8. *

CHRISTOVAL a COSTA de las Drogas de las Indias Burgi in Castilia editus est Liber anno 1578. 4. CLUSIUS excerpit Librum, & eximie contraxit, rejecit plurima, quæ erant ex GARCIÆ ab HORTO, icones adjecit, retinuit quæ propria essent Auctori, ordinem mutavit, aliqua & unam iconem L. colubrini addidit, Antvverpiæ 1582. 8. Auctor indoctus fuit Chirurgus, figuræ tamen, quas LUGDUNENSES receperunt, potius rudes quam fictitiæ.

De CHRISTOVAL a COSTA, cujus de las drogas &c. librum citavimus, nunc adjicimus, Lusitanum eum fuisse, sed in Africa natum; eumque libellum Gallice versum prodiisse Lion 1619. 8.

J. de BAYERDE ARRIETA de la fertilidad y abundancia de Espanna y la razon porque se dido marciendo con el remedio, Madrit 1578. 8. * N. ANT.

LEONHARDUS THURNEISER ZUM THURN Basiliensis, celebris inter Alchemistas, Archiater aliquando Brandenburgicus, Berolini an. 1578. Librum edidit, quem vocat descriptionem plantarum omnium fol. Solæ sunt umbelliferæ, fraudesque nugacis Auctoris detexi. Nam v. g. quam Oenanthem Sobolem vocat, cum mirificis nominibus & alienissimis virtutibus, verissimum est Bulborastanum. Reliquæ icones (habebat enim omnino 1921. in præf.) transierunt in PANCOVII herbarium. Magni facit EJUS opera T. REINESIUS Var. v. 664.

JOHANNIS LERY iter Brasilianum variis annis & an. 1578. 8. (SEG.) editum est & in collectione T. de BRY recusum. Plantas etiam ejus regionis recenset.

JOHAN-

LAUR. SCHOLZII *catalogus arborum, fruticum, & plantarum medici horti aliquoties editus* est an. 1587. & 1594. *

LAUR. SCHOLZII citatus *catalogus* in 4. est, brevis & duorum fere foliorum.

JACOBI HORST de *vite vinifera* cum descriptione vini, musti Passularum, Helmst. an. 1587. 8. editus est Libellus *.

JULIANI PALMARII de *vino & pomaceo* Lib. II. Paris. 1588. 8. *

JOACHIMI CAMERARII, cujus gens antiquitus *LIEBHARD* vocata fuerat; & ex officio nomen mutaverat, *hortus medicus & philosophicus* anno 1588. prodiit Francofurti. Iconum adjectarum major pars Opus est *CAMERARII*, cum noviter inventas & *RAUWOLFIANAS* aliquas exprimant, æque eximie sunt. Opus ipsum ex *ANGUILLARA*, *CORDO*, *CLUSIO*, *GESNERI* schedis, & propriis nonnullis observationibus coaluit.

Cum eo Libro prodiit *JOHANNIS THALII* *sylva Hercynia*, cujus novam editionem an. 1654. (1674. SEG.) Northusæ factam & auctiorem, mihi vero nunquam visam, adducit Auctor nuperâ vitæ hujus viri *CL. FRIDERICUS LESSERUS*. Certe a fratre *WENDELINO THALIO* Medico Northusano, novam parari editionem copiosorem, jam *PASCHASIVS GALLUS* Auctor est *Bibl. med.* p. 194. Magna industria *THALIUS* in promontoriis Hercyniæ, in Bructero Monte & in vicinia suæ Northusæ stirpes raras collegit, quarum nonnullæ ad nostra usque tempora a nemine sunt visæ, exemplo *Sisymbrii* quod in itinere Hercynico nuper pictum dedi. Sed breves descriptiones, & nimis vasta genera, passim faciunt, ut nemo intelligat: ut experiri facile est in Graminibus, Inrybis, Chondrillis, Icones 14. ex *GESNERO* accesserunt. Vitam *THALII* nuper descripsit *CL. FRID. LESSER*, Northusæ 1747. 4.

J. BAPTISTÆ PORTÆ *Phytognomica* octo Libris contenta Neapoli an. 1588. fol. prodiit, & Francofurti an. 1591. 8. multo vilius recusa est. Inanis argutia quidem erat, qua plantarum aliorumque corporum vires medicas ex facie & habitu conatus est indicare. Icones tamen non pessimas habet, & ut solet, aliqua passim utilia.

ZACCH. ROSENBACH *paradies gärtlein darinne die edlesten kraüter abconterseyter und beschrieben sind*, Francofurti 1588. 12. Icones & vericuli partim medici, partim emblematici sunt stirpium vulgatiorem, in quibus ætas & conditio auctoris simplicitatem excusat.

JACOBI THEODORI TABERNEMONTANI *Kraüterbuch* primum prodiit Francofurti anno 1588. Tom. II. fol. Discipulus *TRAGI*, triginta sex annis in eo opere laboravit, adjutus liberalitate *MARQUARDI*, Spirensis Episcopi. Icones sunt ad 2255., pleræque ex *MATTHIOLO*, aliqua ex *CLUSIO* & *LOBELIO* descriptæ, nonnullæ tamen ad ipsam naturam, æque minime malæ. Repetitiones bene multæ irrepperunt, & varietates a coloribus. Sermonem, quo vires laudantur stirpium ad Tom. I. Auctor ipse scripsit, ad secundum & tertium *D. NICOLAUS BRAUN* Marburgensis. Id Opus, varie auctum encomiis virium medicarum; sæpe Basileæ prodiit, anno 1613. 1664. & iterum 1731. Sed icones solas an. 1590. in forma longa dedit Francofurti *BASSÆUS* Bibliopola, cum nudis nominibus. Ea editio- ne fere unice utuntur Exteri.

PETRI ANDRÆ MATTHIOLI partem, qua plantæ describuntur, *HANDISCHIUS* Germanice vertit: *JOACHIMUS* vero *CAMERARIUS* additis iconibus *GESNERIANIS* suisque, & plantis adeo a *Matthiolo* neglectis, aliisque observationibus, edidit an. 1590. fol. tum an. 1626. eadem forma & alias. Aromatum aliquas figuras noviter addidit.

P. A. MATTHIOLI editio quam *J. CAMERARIUS* dedit, primum prodiit 1586. fol. Ejusdem libri editiones annorum 1586. & 1626. possideo sui simillimas, & citat alias ab amicis visas annorum 1590. & 1600. & 1611. *HEISTERUS* (ad *BURCHART* pag. 23. 24.)

P. ALPINI de *balsamo* dialogum Gallice vertit *COLIN*, Lion 1619. 8. Caterum *Balsamum* apud *P. ALPINUM* floruisse, & de vulneribus stillasse *J. BARTHOLINUS* auctore est in II. diss. de *Theriaca*.

JOH. CUNONIS *hoffarts laßer an einem vvundergevvächse so in Seltvvedel gevvvachsen*, VVittemb. 1590. 4. *

JOHANNIS VIGANDI *Vera historia de Succino Borussico, de Alce Borussica, de herbis in Borussia nascentibus*. Edidit *JOH. ROSINUS* Jenæ 1590. 8. Sed Liber (ex præf.) scriptus est an. 1584. Catalogi plantarum spontanearum Prussiæ tres, inter eas aliqua, certe eo ævo, memorabiles.

PRO.

bo epilepsia (a), plura frustra instituerat, legit tandem *DIOSCORIDEM*, & vidit

F f

dit

PROSPERI ALPINI de *Balsamo* dialogus. Venetiis an. 1591. 4. prodiit. Pulcherrima oportunitate usus tribus annis Cairi vixit apud Consulem Venetum Hemum (*THOMASINUM*, in *Elogiis* II. p. 393.) cum quo Ægyptum petiit an. 1580. & rediit an. 1584. Sed botanicus imperitus non ea præstitit, quæ promittebat occasio. Iconem *Balsami* & descriptionem perinde obscuram dedit.

Eodem anno idem de *Medicina Ægyptiorum* L. IV. sequente vero de *plantis Ægypti* L. I. scripsit, ideo utilem, quod officinalium plantarum in ea regione provenientium, aliquas descriptiones & icones dederit, etsi nimis aliquando minutas, exemplo v. gr. *Coffeæ*, quam nullo modo agnosces, plerumque tamen, ut ea ætate, satis fideles. Iterato hoc Opus prodiit Patavii an. 1640. & *VESLINGIUS*, qui & ipse in Ægypto vixit, an. 1638. adnotationes edidit ad eandem *Alpini* Ægyptias plantas, cum emendationibus iconibus & descriptionibus. Nuper cum *historia naturali Ægypti* an. 1735. Leidæ idem Opus recusum est, quam cum quarto Libro *Medicinæ Ægyptiorum* inter schedas posthumas fuisse legitimus apud *THOMASINUM*. l. c. p. 304. Aliquot iconibus hæc editio auctior est.

ANTONII PASINI *Annotationes & emendationes in versionem Dioscoridis a Matthiolo propositam*. Bergomi 1591. 4. *

JACOBI ANTONII CORTUSI *Catalogus horti Patavini*, Venet. 1591. 8. Italice, Latine vero Francofurti 1608. 8. brevissimus est, & unice nomina habet. Hunc amicum *MATTHIOLI* deridet *LOBELIUS* in *Advers.* p. 64. sæpe eum *MATTHIOLUS* laudat (pag. 349 & alibi,) & ab ejus nomine *CORTUSAM* dixit.

JOHANNIS BAUHINI de *plantis a Divis nomen habentibus ex magno volumine de consensu & dissensu Auctorum circa stirpes*. Addita *C. GESNERI* *Epistola hætenus inedita*. Edidit Basileæ *CASPARUS* frater an. 1591. 8. In specimine magni operis *Pinax* habetur synonymorum, nominum a Divis repetitorum plus, quam exspectares, sæpe obscurorum, & observationes aliqua ad declaranda loca quædam *MATTHIOLI*, aliorumque. In epistolis, quæ scriptæ sunt ab an. 1560. ad 1565. multa ad plantas Alpinas, historiam botanices, & interiora vitæ *CONRADI* pertinent.

JOH. de CARDENOS *problemas y secretos de las Indias* 1591. 8. *EJ. del chocolate que por vechos haya y si es bebida saludable o no*, Mexici 1609. N. ANT.

ANTONII MARIA BETTI de *rhabarbaro contra communem opinionem questio*, Bonon. 1591. f. l. An nempe magis in substantia an in infuso alvum solvat.

JOH. WITTICH *bericht vom bezoar stein: vom ligno guaiajaco*, Lipsi. 1592. 4. In prioribus libello egit etiam de *tacamahaca*, *mechoacanna* & *tabaco*, & nonnullis novis balsamis, medico inprimis scopo.

THO. HYLL *profitable arto of gardening*, Lond. 1593. 4. *HARL.*

HIERONYMI MINETTI *Questio de salsa parilla & ligni sancti viribus*, Senis 1593. 4. *

Abique titulo anno 1592. in forma longa Liber prodiit, cujus fronti inscriptum est: *Vivitur ingenio, cætera mortis erunt*. In eo insecta inprimis, sed plantæ etiam æque sæpe eleganter exprimuntur, sed partes fere & rami.

(a) *TABIVS COLUMNA* cum ad epilepsiam sibi conatam quæreret remedium, botanicus factus est, & magno conatu & in natura stirpes inquisivit, & in Libris descriptiones veterum cum suis inventis conatus est comparare. Primum Opus, juvenis 25. annorum nunc primum plantas circa Neapolin conquirentis, quo audacior fuit in definiendo de plantis veterum & paradoxus non nihil, *Phytobasanos* dictum est, & prodiit Neapoli an. 1592. 4. Omnes fere receptas sententias mutavit, sollicite intimis partibus stirpium comparatis cum veterum descriptione. Addidit accuratas icones, quas ipse delineasset. Omnium primus, quantum vidi, dedit plantarum icones æri incisas. Plantarum vera genera constituit, *Cymbalaricam* v. gr. ad *Linarias* revocavit, *Acinon* suam *Veronica* accedere vidit, *styli*, *staminum*, *petalorum* nomine usus est (ad *HERNANDEZ* p. 853.) & ea nomina constituit. Differentias plantarum a florum figura, a numero petalorum vidit (ib. p. 854.) Nomina clariorum virorum stirpibus imposuit ut *Cæsæ* p. 148. *Columniæ* p. 75. quam amicus ejus *VERIVS* eo nomine

dit ibi aliquando plantam commendari ad epilepsiam, & rogavit Medicos, an con-
duce-

nomine dixit. Petalorum nomen constituit, ut partes floris significarent (p. 853.) Tenua
valetudine fuit, cui SEVERINUS anno 1629. vel 30. ulcus femoris exusserit, torridis la-
teribus admotis de *efficac. medic.* p. 141. In lenio ἀναλαβνρος evasit, & circa an. 1650. ob-
soluta jam fama obiit. Appendix marina nonnulla continet. Rarissimum Libellum nuper
an. 1744. recudi curavit Florentiæ 4. suo sumtu JANUS PLANCUS Ariminensis, additis
TOURNEFORTII nominibus, & vita FABII. Præter botanicam Musicam etiam amavit &
HERONIS paravit editionem (SEVERIN. *Medic. effic.* L. I. P. III. c. VI.)

ADAMI ZALUZIANSKY a ZALUZIAN M. D. *Methodi herbaria* L. III. Pragæ an. 1592.
4. editos video passim laudari. Sed inutilissimus mihi videtur labor occupatus in DODG-
NÆI stirpibus secundum inutilem ordinem disponendis. Quæ laudatur muscorum aut
orchidum divisio, nihil habet veræ utilitatis, cum neque species enumerentur, neque no-
tæ divisionum addantur, & alienissimæ plantæ muscis accenseantur.

JOHANNIS BAUHINI de plantis absinthii nomen habentibus caput ex L. de consensu &
dissensu Scriptorum: & CLAUDII ROCCARDI Trecentis L. de absinthii Montisbelig. 1593. 8.
Habet sententias breves Auctorum, & epicrises, descriptionem brevem absinthii, Muttel-
linæ. ROCCARDI Opus fere versatur in veterum homonymiis, & inter quatuor absinthia
secundum adgnosci nequit.

HORATII GUARGANTI de mechicani radice seu Rheu indo, Venet. 1594.

JOH. FRANCI hortus Lusaria sive catalogus plantarum in Lusaria nascentium a C. BAU-
HINO sæpissime citatus, nunquam a me visus est. Prodiit Budissinæ 1594. 4. *

CASPARI BAUHINI phytopynax sive enumeratio plantarum nostro sæculo descriptarum Ba-
silææ prodiit an. 1596. 4. Tentamen est ad futurum Pinacem, plantarum 2700. cum syno-
nymis paucioribus sed descriptionibus nonnullis, iconibus paucis, nominibus sæpissime &
numero solo desumptis. Eiusdem editio operum Matthioli, Basil. 1598. fol. Nomina ibi addi-
dit nova, icones ex Tabernæmontano, & aliquas suas, tum quas in prodromum receperit,
tum alibi non extantes.

PAULI MINII della natura del vino, Firenze 1596. 12. *

PHIL. ST. SPRENGER dictum catalogum nunc cum nactus sim, reperi alphabeticum esse,
in quo aliquot plantæ, aut plantarum varietates recensentur, quas primum nominavit.
ANDR. BACCII Lib. VII. de factitiis vinis & de cerevisia.

CASPARI SCHWENKFELT de rhermis Hirscheb &c. libellum, quem dum hæc scripsi, non-
dum videram, nunc legi, titulumque meæ editionis addo, qui est hirschbergischen vvar-
men bades in Schlesien beschreibung, Görlitz 1619. 8. Catalogus est omnium plantarum in
montibus Silesiacis & circa Hirschbergam nascentium, rariorum & vulgarium.

ANTOINE CONSTANTIN brief Traité de la Pharmacie provinciale. Lyon 1597. * Pur-
gantia sola tractat, more veterum.

PHIL. STEPHANI SPRENGER horti medici Heidelbergensis catalogus arborum, fructuum,
plantarum indigenarum & exoticarum. Francof. 1597. 4. * Eo ægrius careo, cum aliquot
stirpes primus descripserit, Auctore JOHANNNE BAUHINO.

JOH. GERARDI herbal. Londini an. 1597. fol. prodiit, sed vide JOHNSTONI editionem.

ANDR. BACCII de naturali vinorum historia. Rom. 1597. fol. Compilatio. *

PETRI PION Phytologia sive theses de plantis. Herbipol. 1598. 12. Compilatio ex LO-
BELIO, TABERNÆMONTANO, absque propria observatione.

JOHANNIS BAUHINI historia admirabilis fontis Bollenfis. Montisbeligardi 1598. 4. In
appendice fructuum horarum varietates plurimæ, plantæ hortorum Bollenfium, deinde
sylvestres ex vicinia stirpes, & inter eas nonnullæ rariores & plusculi fungi, ibi enumerantur.

RICHIER de BELLEVAL nomenclatura stirpium, quæ in horto medico Monspelienfi coluntur. *
Monspel. 1598. 12. (Tourn.) Condidit hortum Monspelientem quem pro exemplo horti
medici proponit OLIVIERUS des SERRES p. 731.

FERRANTIS IMPERATI historia naturalis L. XXVIII. Neapoli 1599. fol. & plenius, va-
riis ab ANTONIO FERRO additis auctus, Venetiis 1672. fol. Bremæ 1695. 4. hic Latine. In
L. XXVIII.

duceret, & ut hanc ipsi darent; verum irrito successu eam, quam Medici suaserant,
F f 2 cor-

L. XXVIII. plantæ maritimæ, sed etiam rariores Creticæ nonnullæ pinguntur. FERRI
icones plantarum plusculæ diu superfuerunt ROBINSON ad RAJUM.

SIMON BERGER von der paonien Wurzel. Francof. 1599. *

JACOBI VONTS in historiam generalem plantarum Lugdunensem observationes breves. Lugd.
1600. 8. maj. Emendationes titulorum continet, & supplementa, & additamenta ex C. DU-
RANTE, quæ partim parata fuerunt apud DALECHAMPIUM, partim ab Auctore sunt
addita, cui schedæ posthumæ traditæ fuerunt. Promittit novam editionem p. 22. cui de-
stinabat Nardi Montani duas meliores icones ab AUGUSTINO LEONE ex Hispania missas.

CASPARI SCHWENKFELT Catalogus stirpium & fossilium Silesia. Lipsiæ 1660. 4. Stirpes
tum hortenses Silesiæ, tum sylvestres, inter quas depromptæ ex montibus Sudetum variæ
raræ. Sed synonyma omisit, descriptiones dedit brevissimas. Ejus de rhermis Hirschbergensis
stirpibus & de plantis in vicinia earum reperiendis Germanicum Libellum. Gorlitzii 1607. 8. e-
ditum & a CL. viro C. J. TREWIO citatum, nondum vidi.

JO. BRUYERINI de re cibaria. Francof. 1600. 8.

ADRIANI TURNEBI L. de vino. Parisiis 1600. 8. eruditissimus sed philologicus, a Mei-
bomio recusatus.

OLIVIER des SERRES du PRADEL Théâtre d'Agriculture & maison des champs. Parisiis
1600. fol. (SEG. mea vero editio est an. 1611. 8.) Vir bonus, simplex, gnarus, curio-
sus, jussu regio jam an. 1603. publicaverat artem bombycum educandorum & conficiendæ
ferici. Omnem rem rusticam complectitur, nulla parte omissa, simplices & minime sum-
tuosas commendat methodos, cælo vero suo scripsit, non nostro.

IDEM an. 1603. 8. * edidit Libellum titulo seconde richesse du Meurier blanc; quo ex
cortice mori docet telas conficere.

OLIV. des SERRES du PRADEL Theatre d'Agriculture &c. editum est Rouen 1663. 4.

SEXTILII PICCOLHOMINI de natura & facultatibus ligni sancti, Rom. 1602. 4. *

THEOD. de BRY itinera circa hoc tempus edita, inter Physicos Libros sunt recensita.

PAULI CRASSI de lolo Tr. cum Epistola ULYSSEI ALDROVANDI. Bonon. 1600. 4. *

CAROLI CLUSII varios amicos, Botanicos, nominasse non ingratum erit. Ii fuerunt
BERNHARDUS PALUDANUS, Frisius, qui in Syria & Ægypto aliquandiu vixit, &
multa ex Oriente ad virum optimum vegetabilia attulit.

De CAR. CLUSIO addimus, nobilibus a CÆSARE ob merita adscriptum esse. EJUS lib.
de fungis extat in bibliotheca Leidensi, BREYNE de fung. offic. pag. 32. Exotica CLUSII sub
titulo histoire des Drogues, Especeries & de certains medicamens simples qui naissent es Indes
tant Orientales qu'Occidentales, Lyon 1619. 8. vertit ANTOINE COLIN.

JOHANNES DORTMANNUS aliquot plantas raras palustrium Frisiæ invenit, Gladiolum
lacustrem, faxifragam, flore luteo, lineato &c. quæ apud CLUSIUM extant. Historiam
stirpium Friscarum sibi sumserat edendam, & reliquit CLUSIO (de heremob. in præf.);
sed cum eo interiit.

HONORIUS BELLUS VICENTINUS, Cydoniensis Medicus, Creticas stirpes in aliquot
ad CLUSIUM Epistolis descripsit.

JACOBUS PLATEAU, Tornacensis, & indigenas & hortenses stirpes aliquas invenit,
quæ cum ejus viri nomine, apud CLUSIUM extant, cui stirpes iconesque miserat. Idem
de THOMA PENNÆO (vel PENIO, ut vocat LOBELLUS, qui & ipse plantas ab eo vi-
ro habuit), Londinensi Medico dixerim.

GREGORIUS a REGIO, Capucinus, multas Alpinas aliasque raras stirpes & ad COELU-
MNAM, & ad CLUSIUM misit. Ejus Libellus de Capisco. Bonon. 1613. (BUMALD) edi-
tus, extat cum curis posterioribus CLUSII.

N. PEIRESCUS, qui styracem indigenam sui fundi ad CLUSIUM misit (in vit. Peiresci).
Hujus Botanici suo tempore principis, qui suo labore duplo plures addiderit stirpibus
prius notis, senex nunc & undique auctus suppetiis, quas certatim mittebant humanissi-
mo viro, ex India & Europa Botanici, an. 1601. edidit stirpium rariorum historiam L. VI.
com-

corpori suo applicuit, unde dubitavit, an quidem vera esset **DIOSCORIDIS** plan-

comprehensam. Ea Pannonica priores & Hispanica continentur, & multae praeterea hortenses, aut vulgatiores stirpes, cum fidis, ut solebat, iconibus & descriptionibus. Varietates inceptit suae speciei subijcere. Fungorum copiam primus descripsit.

Deinde anno 1605. Leidæ, in altera Plantinianæ typographiæ colonia, edidit *Exoticarum* L. X. Eorum sex priores continent fructuum, stirpium, avium, piscium, animalium, per navigationes Belgarum ex India advectarum descriptiones. Reliqui sunt citati prius **N. MONARDIS**, **G. ab ORTA**, **C. a COSTA**, **P. BELLONII**: Libri. Hi Libri Gallice versi prodierunt Lugduni 1619. 8. Accesserunt **BELLONII de neglecto stirpium cultu** & **N. MONARDIS de ferro, nive & Scorzonera Libelli**.

Denique, ne separem ultro magni viri labores, Leidæ, ubi vitam clausit senex decrepitus an. 1611. prodierunt *cura posteriores*, cum oratione in obitum. In his *curis* flores sere describuntur, & novae aliqua plantae.

F. ROBINI catalogus stirpium indigenarum & exoticarum quae Lutetia coluntur, Parisiis 1601. 12. prodit, teste **TOURNEFORTIO**.

JACOBI FERRARII idea theriaca & mithridati, Venet. 1601. 4. Nonnullas rariores plantas etiam recenset, quae theriacam ingrediuntur.

F. SIGFRID de genere aromatum quae cortices sunt, Helmstad. 1602. 4. *

JOH. POMÆ iter Montis Baldi, scriptum an. 1595. extat cum **CAR. CLUSIO**, idemque auctius Creticis quibusdam stirpibus an. 1608. Basileæ 4. multis vero ex horto Contareno, iconibus & plantis, tum Alpina nonnullis locupletatum, curante filio **JOHANNES BAPTISTA** editum est Venetiis an. 1617. 4. Sub nomine *Monte Baldo descritto*. Ob rariores Alpinas fideliter pictas, & numerosas, necessarius est. In duabus posterioribus editionibus **NICOLAI CAROGNA** Medici Veronenfis L. *de Amomo Dioscoridis & Plinii* adjectus est.

DEMETRII CANEPARII de Ligno sancto Comm. Rom. 1602. 8. Lignum quoddam nuper adlatum in Italiam falsum esse defendit, neque differre Lignum sanctum a guajaco, etiam si paulum colore & densitate distingui videantur; lignum vero nuperum noxium esse, calidum, mali effectus, non indocto libro, opposito, ut videtur, Picothomineo.

PETRI PAVII (conditoris horti Leidenfis, si fides **NEANDRO**, & Theatri) horti publici Academia **LUGDUNO-BATAVÆ iconographia & stirpium nomina** (C. B. præf.) Leid. 1603. 8. * *Fraudes hujus viri, & demonstratam pro Terebintho Fraxinum, arguit ROLFINKIUS de veget. in gen. p. 99.*

NICOL. GUIBERT de balsamo ejusque lacruma quae opobalsamum dicitur. Argentor. 1603. 8. *

The fruites's secrets containing directions for the due time and manner of gathering all kinds of fruites. Lond. 1604. 4. cum historia malorum Cantiani agri.

Discourse of husbandry used in Brabant and Flandres, (Hal.) 1605. 4. *

In **J. TALENTONII thesauro rerum reconditarum**, Francofurti 1605. 8. huc pertinent imprimis multa de chondro & alica veterum.

MATTHIÆ LOBELII in Rondeletii pharmaciam animadversiones; accedit adversariorum vol. & pars altera. Londini 1605. fol. septuaginta & sex paginis auctior editio, graminibus maxime Anglicis & Danicis, & eorum, atque Liliacearum iconibus & Lib. de *balsamo ad CLUSIUM*, qui Londini an. 1598. 4. seorsim prodierat (C. B. præf.) Quare hæc editio utique melior est.

ULYSSIS ALDROVANDI Opera huc pertinent, ut qui obierit diem suum an. 1605. Et quidem cum avibus plusculas icones stirpium conjunctim dedit, sed valde parvas & imperfectas. Deinde ex ejus schedis posthumis **OVIDIUS MONTALBANUS Dendrologia** L. II. edidit an. 1668. fol. Francofurti recusus an. 1690. Loquax & inficetum Opus, philologicum, cum iconibus rudibus, descriptionibus vix ullis. Glandiferae sunt arbores, & ex pomiferis paucae. Alias adhuc collectiones plantarum & scriptorum eo pertinentium idem **MONTALBANUS** laudat in *Bibliotheca sua* p. 26. edit. SEG. & stirpium collectiones egregias **MONTIUS** in *Comment. Bonon.* T. II. pag. 3.

HIE-

planta; hinc ut certiora inveniret, evolvit omnes Botanicos, & tandem invenit veram

HIERONYMI RUBEI Archiatri *de melonibus*, Venet. 1607. 4. quo anno obiit auctor * **MANDOS. Flora's Paradise beautified and adorned with sundry sorts of delicate fruits and flowers, Lond.**

1608. 8. * **HARL.**

THEODORI a MUYDEN tractatus della natura del vino, Parma 1608. 8. * **THOMÆ MONSTANT le jardin Sennois, cultivé d'environ 600. plantes qui croissent a moins d'une lieue de la Cité de Sens** 1604. 12. (SEG.) *

CECHINI MARTINELLI de Amomo & Calamo aromatico, Ven. 1604. Et contra eum *anonimi examen*. Mantuæ 1605. 4. (C. B. præf.) *

RICHERI de BELLEVALL recherches des plantes du Languedoc. Montpelii an. 1605. cum 5. iconibus editas **TOURNEFORTIUS** memorat. *

ANDRÆ SPIGELII ad rem herbariam Isagoge primum prodit an. 1606. 4. qua editione destituitur. Vires medicas, etiam artificia aliqua ad conficiendos hortos siccos habet, & inter ea id, quo a planta ipsa fuliginis ope icon exprimitur.

ANDRÆ SPIGELII ad rem herbariam isagoges editionem quam diximus, secuta sunt duae aliae, quarum una Leid. 1633. 12. altera vero Helmstad. 1667. 8. prodit.

Le Jardin du Roi Louis XIII. or recueil de figures gravées par PIERRE VALLET. Paris. 1623. fol. Hic idem Liber prodierat sub nomine *Jardin du Roi Henry IV. ou recueil de fleurs gravées & décrites par JEAN ROBIN*. Paris. 1608. fol. (C. B. præf.) Sunt 92. tabulae plantarum, bulbosarum, cum vivis coloribus, & addita methodo pingendi. Pleraque Caule, radice & foliis carent. In mea editione nomen **ROBINI** omissum est.

JOH. STURMII de rosa Hieriuntica. Lovan. 1608. 8.

Instructions for the increasing of mulberry trees and the breeding of silke worms, Lond. 1609. 4. *

SIMON P ARLASCA il fiore della Granadiglia spiegato e lodato, Bologna 1609. 4. *

OCTAVIANI LEO vere regole per fare i vini ottimi, Ven. 1610. 4

The manner of winter and summer drouning of mendoza and pasture by **R. VAUGHAN** Lond. 1610. 4.

NICOLAI CLAVENNA de absinthio umbellifero & scorzonera Italica. Ven. 1610. 4. *

NIC. CLAVENNA, quem citavimus, pharmacopola fuit, & privilegium obtinuerat pro vendenda confectione ex absinthio umbellifero, quod ostendit novum esse & a **CLUSIANO** diversum. Inde scorzoneram Italicam describit, quæ humilis secundum **CLUS.** & aquam stillatitiam mire laudat **G. MARCKHAM Country contentments or the husbandmans recreations**, Lond. 1611. 4. 1640.

4. **EJ. cheap and good husbandry**, Lond. 1631. 4. a **EJ. farewell to husbandry or the enrichment of all sorts of barren grounds**, Lond. 1631. 4. **HARL.** * **EJ. enrichment of the wald of kent**, Lond. 1631. 4. **HARL.** **EJ. vvhole art of husbandry**, ib. 1631. 4. **HARL.** **EJ. Englische housewife**, ibid. 1631. 4. **EJ. vvhay to vvealth**, ib. 1658. 4. **HARL.**

POMPEII SPRECCHI Antabsinthium Clusii, quo absinthium umbelliferum in Italia ortum sit idem cum A. Alo. umb. Clavenna, &c. Venet. 1611. 4.

EUGENII PETRELLI narratio fruticum, florum fructuumque, imprimis in Occidentali India nascentium. Colon. 1610. 8. (SEG.) *

BAPTISTÆ CODRONCHS L. de Elleboro. Francof. 1610. 8. prodit. Commendat usum medicamenti, & ipse propinavit, sed rarioribus exemplis.

CASTARI PILLETERRI plantarum exoticarum & patriarum Walachriae synonyma. Middelburg. 1610. 8. Montpelienfis, Richerii aliquando vicarius, deinde Middelburgenfis physicus. Non solas Walachricas neque primario, sed omnes sibi notas, suasque imprimis Aquitanicas recensuit cum paucis novarum stirpium descriptionibus, paucisque observationibus. Nomina prima sæpe valde barbara sunt. Promittebat methodum generalem cognoscendarum plantarum, & dat descriptionem Hyacinthi cum staminibus. p. 204.

PAULI RENEALMI specimen historiae plantarum. Par. 1611. 4. Elegans Libellus. Species generibus suis adjecit, ordines subalternos, quibus **MICHELIUS**, & **DILLENIUS** ante me sunt usi, primus adhibuit, stamina & ipsam inæqualitatem gnarus observavit. Centaurium minus in charactere Gentianis adjecit, icones bonas dedit, & descriptiones accuratas. Synonyma addidisse oportuerat.

EMMANUELIS SWEERT florilegium, Franc. 1512. fol. P. II. ib. 1614. Splendide sunt tabulae, maxime

veram illam plantam DIOSCORIDIS, qua etiam se ipsum sanasse dicitur.
CO.

maxime bulbosarum, quibus commercium faciebat Auctor, eo Libro maxime curiosos emtores invitaturus. Recusum est an. 1635. & an. 1674. nihil mutatum.

JOHANNIS THEODORI de *BRY florilegium novum* an. 1613. editum, renovatum vero & auctum an. 1641. duplo fere plenus. Tabulae sunt florum, magna ex parte compilatae ex CLUSIO, aliae tamen propriae & meliores. Nomina non optima, varietates plurimae. In posteriori editione tabulae ex FERRARI flora accesserunt omnes, tum aliae stirpium bulbosarum. Ibi tabulae sunt 176. Omnes infertae sunt *Viridario VALENTINI*.

BASILII BESLERI *hortus Aichstertensis*. Norimb. fol. Atlant. 1613. & paucis mutatis, additis numeris Tabularum an. 1640. ibid. Splendidissimas 356. Tabulas suo sumtu addidit CONRADUS a GEMMINGEN, spontanearum plantarum & hortensium, quarum pleraeque ad naturam, aliquae tamen ex aliis imitatae, nonnullae fictitiae & monstruosae sunt. Descriptionem & synonyma, non optima, BASILIUS BESLERUS adjecit, impar operi & latinae linguae ignarus, ut praefationem scribendam reliquerit fratri HIERONYMO. LUDOVICUM JUNGERMANNUM & CASPARUM HOFMANNUM manum adhibuisse vix crediderim, cum tantos errores non viderentur toleraturi fuisse. Et tamen CL. BAYERUS JUNGERMANNUM verum hujus horti auctorem vocat *biograph. Prof. Altdorf.* p. 81. 82. 83. Vitas in *Praef. ad Gazophylacium LOCHNERUS* dedit.

JOHANNES BAUHINUS obiit an. 1613. Huc ergo refero illustre Opus, cui non aliud novi comparabile. Nempe an. 1560. Tubingae FUCHSIUM primo audivit (GESNER, Ep. p. 99. &c.) ab anno 1561. quo cum CONRADO GESNERO Alpes summam adierat, totis 52. annis Lugduni, Monspelii, Ebroduni, Genevæ, Montisbeligardi, in VVürtenbergia plantas quaesiverat, contulerat Auctores omnes. Et in Lugdunensi Opere manum habuit, & Icones varias ad C. GESNERUM misit, quarum aliquae existant inter CAMERARIANAS v. g. sceniculi tortuosi. Ita natum est ingens Opus, cujus *prodomus* an. 1619. 4. prodit. Sed ipsa *historia plantarum* tribus voluminibus in folio comprehensa, demum an. 1650. & 1651. procurante FRANCISCO LUDOVICO de GRAFFENRIED, Cive meo, & tunc maxime Praefecto Ebrodunensi, opera DOMINICI CHABRÆI edita est. Et JOHANNES equidem sapientissimae omnium fere Auctorum operibus usus, crisi adhibita accuratissima, optimis descriptionibus aut confectis aut receptis & interpolatis, id praestiterat, ut fere omnia, quae eo tempore nota erant, breviter & nitide ordinata essent. Plurimas novas plantas vel ipse invenit, vel Gener JOH. HENRICUS CHERLERUS. Icones propriae, etsi male sculptae, satis tamen bonae, multae autem Fuchsianae aliaeque parvae & rudes sunt. Deinde plurimas & saepe rudissime transposuit editor. JOHANNES RAIUS plurimum hoc Opere usus est.

In itineribus D. CHAMPLAIN Parisiis an. 1613. aliquot icones plantarum habentur.

CRISPINI PASSÆI junioris *hortus floridus secundum quatuor anni tempora*, Arnheim. Hujus Libri *Ver.* 1614. fol. long. *Aestas* an. 1617. *Autumnus* an. 1616. prodit. Tum altera pars *horti floridi*, cui titulus est *Cognoscite Lilia Agri*. Ita omnino se habet exemplar, quod coram est. In horto florido nitidissime caelatae existant plantae speciosis floribus praeditae, cujuscunque generis, in altero etiam arbores. Hujus alterius dimidia pars, icones nempe 60. cum carminibus nonnullis expuncto PASSÆI nomine, prodierunt Bruxellis an. 1640. & 1609. 4. ut alii citant.) cum titulo ANSELMII BOETII de BOOF *herbarum & fructuum icones*. Artificium multo quam in *horto florido* vilius.

MICHAELIS REUDENII de *novo gummi purgante*, Lips. 1614. 8. * cum W. BAYERI descriptione Thermarum Bohemicarum.

ABRAHAMI ORTELLII *syntagma herbarum encomiasticum*, Leid. 1614. 4.

The pleasure of Princes or gardener's recreations, Lond. 1615. 4. HARL.

C. HOFMANNI *catalogus Plantarum circa Altdorfum nascentium LUDOVICI JUNGERMANNI*. Altdorf. 1615. 8. Raras aliquas & nuper detectas plantas continet. Idem Opusculum an. 1646. 4. sub nomine *Catalogi plantarum in horto medico Altdorfino LUD. JUNGERMANNI* prodit, redeuntis tunc maxime in eum hortum. Et hortenses & spontaneae ibi continentur, multis ad priores adjectis. Idem catalogus, sed multum auctus, in *HOFMANNIANUM* catalogum transit.

P. AL-

COLUMNÆ adjungatur JOHANNES BAUHINUS, vir fuit celeberrimus in

P. ALPINUS hoc anno obiit, teste THOMASINO. Huc ergo referri debent L. II. de *planis exoticis*, qui an. 1627. prodierunt, aucti ab ALPINO, ALPINIO, Prosperi F. qui stirpes aliquas sua manu delineatas adjecit. Plantae sunt calidarum regionum & Creticae, adjectis Alpinis nonnullis.

FABII COLUMNÆ *Ephrafsis stirpium minus cognitarum I. & II.* Editio mea an. 1616. prodit Romae 4. & praefatio tomi prioris non anni 1606. est, sed 1616. data est. In Tomo II. multae sunt stirpes F. GREGORII de REGIO. Notum est, quanta peritia & fide plantae raras descripserit FABIUS, cum veteribus contulerit, propria manu delineaverit, characteres ipsos expresserit, ut sui similem priori aevi neminem, paucos habeat sequente. Sunt autem partim calidarum regionum, partim Alpinae.

JO. OLORINI *centuria herbarum mirabilium oder hundert wunder kraüter*, Magdeburg 1616. 8. Undique sua collegit.

BARTHOLOMÆI MARRANDAN *dial. del tabago los dannos que causa y del chocolate*, Sevilla 1616. 8. *

Cum LOBELIUS eodem anno obierit, Posthuma ejus Opera hic dicere oportet. Et quantae eorum pars apud PARKINSONUM existet, alias dicitur. Hic stirpium volo illustrationes Londini an. 1655. 4. editas. Raras describit stirpes, partim a BOELIO ex Bætica & Africa missas; partim a se ipso lectas, alpinas & gramina; sed descriptiones breves, & obscurae sunt.

MENZELII *Synonyma plantarum circa Ingolstadtium sponte nascentium*. Ingolst. 1618. 8. Plantae paucae, nomina fere ex Lugdunensibus, mistae tamen rariores. Auctores PHILIPUS & ALBERTUS MENZELLI pater & filius.

LUPUS DEZA *gobierno politico de agricultura*, Madrid 1618. 4.

JOH. FRANKEN *signatur d. i. gründliche beschreibung der von Gott gebildeten Gewächsen*, Rostoch 1618. 4. 1645. 4. Fere ex figuris & odoribus ad vires stirpium concluditur. Ita paeoniae fructus cum cranio comparatur &c. familia habet OSWALDUS CROLLIUS de *signaturis rerum seu de vera & viva anatomia majoris & minoris mundi*. EJ. FRANKENII *disp. de virtutibus nicotiana*, Upsal. 1633. 4.

Ad MICH. DÖRING adde librum EJUS de *opii usu, qualitate calefaciente & ipsum corrigendi modo*, Jen. 1620. 8. Calidum esse & corrigi debere acidis & lenientibus.

NICOLAI MUTONI *collectanea Cum auctario duplici de opii usu & de opobalsamo syriaco*, Jenæ 1620. 4. *

GREGORII de los RIOS *agricultura de jardines que trata de la manera se an de erias gobernar y conservar las plantas*, Madrid 1620. fol. * *Collectanea esse N. ANT.*

JOH. de CASTRO *historia de las virtudes y propiedades del tabaco*, Corduba 1620. 8. * ANT.

MART. MYLII *hortus philosophicus*, Argentin. 1621. 8. An huic pertinet?

GAUFROI LINOCIER *histoire des plantes augmentée de plusieurs plantes des Indes cultivées au Jardin de M. ROBIN*, Paris. 1619. 16. & EJUSDEM *histoire des plantes trouvées en l'Isle de Virginie cultivées au Jardin du dit ROBIN*, ibid. 1620. 16. (SEG.) *

JOHANNIS STEPHANI STROBELBERGER de *cocco baphica & Confectionis Alkermis usu*. Jenæ. 1620.

Ejusdem *Gallia descriptio* 1616. Plantas Galliae Narbonensis & agri Genevensis, partim ex LOBELIO, partim ex proprio itinere, nominibus unice recensuit. Auctius recusa est an. 1621. 12. Jenæ.

MICHAELIS DÖRING de *opobalsamo, balsamo Judaico, Aegyptio, Peruviano*. Jenæ. 1620. 8.

GUIL. JOH. KNÏF *Goylandia* L. II. Amstelod. 1621. 4. * Eo continentur plantae indigenae ejus regionis. (LINN.)

CASPARI BAUHINI *prodomus Theatri Botanici*. Francof. 1626. 4. & Basil. 1671. 4. Plantarum descriptiones sexcentae, non ad nostri saeculi morem, & saepe ad siccas stirpes factae. Icones bonae, pro ea aetate, & fideles. Passim dudum notas, CLUSIANAS, aliaque, pro novis describit, aliquas vero ibi habet, quae ab eo tempore omnino intercederunt.

EJUS-

in hoc studio, & tribus voluminibus in folio *Historiam plantarum* scripsit, ubi habe-

EJUSDEM Catalogus plantarum circa Basileam nascentium. Basl. 1622. 8. Dives omnino stirpium etiam rariorum catalogus, nisi multiplicasset species, & passim aliquas recensisset, quas nullo nunc labore invenias, neque recentiores ullibi repererunt. Quare in difficilibus generibus, Allio, Orchine, Gramine, &c. caute legendus est.

Ejusdem *Pinax Theatri Botanici*. Basl. 1623. 4. 1671. 4. Opus, ut vocat Auctor, quadraginta annorum, & ultra certe, cum an. 1579. Monspelii plantas jam collegerit (*Phytologia* p. 149.) & *GUILANDINO* plantas aliquas demonstraverit, p. 153. Hoc Opere imprimis effecit *CASPAR BAUHINUS*, ut vix ulla planta absque ejus nomine recenseretur. Synonyma nempe priorum Auctorum sub unum nomen collegit, sic multo labore nos levavit, quem posuisse oporteret in intelligendis veteribus. Verum an eo officio ita sit functus, ut fama vulgo fert, judicabit expertus. Mihi videtur repetitiones ejusdem plantæ innumerabiles ibi reperiri, & difficiliores Thalianas & alias ejusmodi minime enodari, & omnino hanc clavem non respondere nostris desideriis.

EJUSDEM Theatri Botanici P. I. Basl. 1658. fol. Sed obiit Auctor an. 1623. Duodecim justis voluminibus destinabat edendam plenam historiam plantarum, cujus pars unica, graminum imprimis, in lucem prodit. Figuræ bonæ, plantæ plurimæ, etiam in hoc difficili genere, descriptiones breves, & mancæ.

JOH. OBERNDORFER horri Medici qui Ratisbona est descriptio. Ratisb. 1621. 8. Catalogus nominum. *

RENATI MORIN. Catalogus plantarum horti. Paris. 1621. 4. SEG. *

ISIDORY BARREIRA tratado das significações das plantas flores e frutos que se renferma na sayonda Escritura, Ulyssipon. 1622. 4.

JOH. SCHOEPP Ulmischer Paradis garten. Ulm. 1622. 8. * Describuntur 600. plantæ partim hortenses, partim spontaneæ circa Ulmam natæ.

GIOV. PONA del balsamo vero degli Antichi. Venet. 1623. 4. * Defendit Meccanum balsamum cum veterum balsamo convenire.

FRANCISCI PONA il Paradiso de fiori e catalogo delle piante che si possono avere dal M. Baldo. Venet. 1622. 4.

JOH. MANHEITHI de helleboro. Rom. 1621. LINN. 1622. SEG. *

PETRI CASTELLI de nomine hellebori simpliciter prolato. Rom. 1622. 4. SEG. *

Theatrum flora, quo ex toto orbe selecti flores proferuntur. Parisiis 1622. fol. cum tab. 69. SEG. *

VESPASIANI ROBINI Enchiridion isagogicum ad facilem notitiam stirpium quæ coluntur in horto JOHANNIS & VESP. ROBINI. Paris. 1629. 12. SEG. *

OPID. MONTALBANI index omnium plantarum exsiccatarum quæ in proprio Musco] conspiciuntur. Bonon. 1624. 4. *

LUDOV. JUNGERMANN Cornucopia flora Giessensis. Giess. 1624. 4. (LINN.) *

JOSEPHI de AROMATARIIS de generatione plantarum Epistola. Venet. 1625. 4. Coburgi nuper recusa, brevis, unice continet opinionem Auctoris, semina nempe plantarum esse parvos uteros sive ova, in quibus spiritus generet minimam plantam, reliquum in alimentum convertat.

J. B. CORTESIUS in Miscell. Medicis quæ Messanæ prodierunt an. 1625. in Dec. VIII. Tr. 4. de Mechoacanna egit, & in eadem Decadem inseruit Tractatui Y. JOSUEFERRI de Contrayerva & Bezoar excerpta, & suas de iisdem cogitationes, in quorum opusculorum posteriori occidentale Bezoar describitur, & animal, in quo id concretum repertum est.

Descriptio rariorum plantarum quæ continentur in horto Farnesiano Auctore TOBIA ALDINO ejus horti Praefecto. Rom. 1625. fol. Indicas aliquas plantas hic descripsit *PETRUS CASTELLUS* qui sub *ALDINI* numine latet.

ZACHARIÆ ROSENBACH catalogus plantarum circa Herbarnam nascentium. Herbarn. 1626. 8. *

JOHAN-

haberi quidquid potest expectari de plantis, & earum a veteribus Auctoribus descri-

G g

JOHANNIS NEANDRI Tabacologia. Leid. 1626. 4. & 1644. 12. Ultraj. Tres species Tabaci depingit, cultum tradit, vires medicas fuse congerit. In adjectis epistolis aliqua anatomica non mala habentur.

JOHANNIS NEANDRI quem diximus *Tabacologia* Gallice prodit Lyon 1630. 8.

WILL. LAWSON Orchard and garden 1626. 4. L. 1656. 4. *HARL.*

GUIL. LAUREMBERGII Botanorheca, sive modus conficiendi herbarium vivum. Rostock 1626. 12. Additum est etiam *S. PAULI* Quadrupartito.

PETRI ANDREÆ CANONHERII de admirandis vini virtutibus, Antvv. 1627. 8.

ALEX. PECCANÆ de Chandro & Alica L. 2. Veron. 1627. 4. *

ARNOLDI GISLENI hortus Cassell. 1627. 4. Brevissimus catalogus.

J. COLERI calendarium perpetuum & sex lib. æconomici, VVittemberg. 1627. fol. *EJ. æconomia ruralis & domestica*, Mogunt. 1645. fol. Germanice. A patre multa bona & experimento confirmata habuit, quæ admittis aliis corruptit potius quam locupletavit. Agricultura partes ceterum breviter tradit, plurima vero alia ad animalia, ad coquinariam artem, ad medicinam pertinent.

JOH. CAR. ROSENBERG Rhodologia. Argent. 1628. 8. Francofurti 1631. 8. Omnis generis compilatio.

JOH. NEANDRI Sassafrasologia. Brem. 1627. (LINN.) *

JOH. STEPHANI STROBELBERGER Mastico-logia. Lips. 1628. 4. Brevis, nec bona, Lenticis descriptio; sed multa enumeratio compositionum, quas ingreditur Mastix.

Les Oeuvres de JACQUES & PAUL. CONTANT. Poitiers 1628. fol. Sunt commentarii in Dioscoridem, Synopsis plantarum cum etymologicis, & alia.

GEORGII FUIRIENII anno 1628. mortui *planta itineris Gothici, Blekingensis & Norvegiæ* enumeratæ exstant in Cista medica Bartholini. Multas elegantes & novas plantas primus habet, non tamen semper facilis intellectu. Lego seorsim Hassniæ prodisse an. 1661. 4. *

GVI. de la BROUSSE de la nature des plantes & dessein d'un Jardin Royal de Médecine. Paris. 1628. 8. Stirpes rariores aliquas & observationes de virtutibus plantarum habet, & documenta moliminum suorum, quibus a *RICHELIO* hortum Medicum pene extorsit. Ejusdem *icones posthuma*, quarum meminit *TOURNEFORTIUS*, non totæ perierunt. Posideo enim volumen in folio artificiose sculptarum stirpium exoticarum hujus Auctoris, quarum plures imperfectæ sunt.

Hortus, quem *GVI. de la BROUSSE* a *RICHELIO* sollicitasse diximus, anno 1626. conditus est. *ZACCHARIÆ de PUTEO de Gumma Indica radice anthasthmatica & de Michiocan & de Jalapa*. Venet. 1628. 4. (SEG.) *

PETRI CASTELLI discorsi delle differenze tra li semplici freschi e secchi e il modo di secarli. Rom. 1629. 4. *

PROSPER RONDELLA tratt. de vinea & vini generibus, Venet. 1629. fol. ajunt 1679. fol. *

AGOSTINO GALLO (nobilis Brixiani) *vinti giornate d'agricoltura*, Venet. 1629. 4. Multa superstitiosa & vana. Medicæ cultum commendat, quam non definit.

JOHAN. PARKINSON Paradisus terrestris 1629. fol. Parte prima continentur plantæ flore suo conspicuæ; Parte altera hortus olitorius, tertia viridarium. Icones multæ, confusæ, non bonæ; parvorum ramorum, descriptiones breves, nomina ex *C. BAUHINO*, & *LOBELIO*.

THEOPHILI KENTMANNI Tabula locum & tempus quibus planta spontanea proveniunt. VVittemb. 1629. 4. *

ERN. ABR. von DEHN Weinbau Lips. 1629. 8. Cultum Vitium in Misnico agro describit & fructus horreos.

ERN. A. von DEHN weinbau recusum est cum notis *JULII BERNARDI de ROHR*, Lips. 1730. 8. Experimentiam 30. annorum citat *DEHNIUS*, loco tamen parum opportuno, in Saxonia vixit.

BARTHOLOMÆI AMBROSINI de capsicorum varietate cum iconibus suis & Panacea ex herbis a fructu denominatis. Bonon. 1630. 12. SEG. *

Her-

descriptis virtutibus, adeo ut sint pandeſta Botanica, & nemo eo libro carere poſſit.
Poſt

Herbarium Horſtianum, ſive de ſelectis radicibus & plantis L. II. auſti per GREGOR. HORSTIUM. Marpurg. 1630. 8.

MAURITII TIRELLI *hiſtoria vini & februm*, Venet. 1630. 4. Inanis compilatio.

JACOBUS HORSTIUS prius Opuſculum jam an. 1587. Helmſtadii ſcripſerat, quod medici fere argumenti eſt, ſecundum menſes diſtributis plantis. Ejuſdem JACOBI de *Vite* diſſert. antiqua methodo ſcripta hic recuſa eſt. Acceſſit ad finem CAROLI CLUSII Epiſtola ad Electorem Palatinum, cum quibuſdam de cultu plantarum monitis. J. GREGORIUS HORSTIUS promiſerat etiam *Pinacem Pinacis*, nominibus, quam apud C. BAUHI- NUM melioribus, ſed ea nunquam prodiit.

ANTONII DONATI *Tr. de ſemplici che naſcono nel lido di Venezia*. Venet. 1631. 4. Rudiſſimus equidem Libellus Sepſiarii, nominibus corruptiſſimis agyrtica jaſtantia deſormis; ſed icones ſatis bonæ ſtirpium calidarum, & maritimarum hæc vitia redimunt.

ANT. COLMENERI de *LEDESMA tratado de la natura y calidad del Chocolate*. Madr. 1631. 4. recuſus an. 1644. a Volcamero Norimbergæ.

ANT. COLMENERI de *LEDESMA* Gallice verſus eſt a R. MOREAU, Pariſ. 1643. 4.

MARTINI BLOCHWITZ *Anatomia Sambuci*. Lipſ. 1631. 12. Paracelſicus Libellus, an. 1677. Anglice editus.

PETRI LAUREMBERG *Horticultura & Apparatus plantarum* L. III. Francof. 1632. 4. Elegans Libellus & jucundæ lectioſis. Continet iconesliliaceorum non malas & varietates.

JOH. FREYTAGII de *Opii natura*. Groening. 1632. 8. Practicus.

JOH. MOUSIN *Hortus Jatrophyſicus, ſive de floribus in Sylvis ſponte naſcentibus*. Nanci 1632. 8. SEG. *

JOH. JONSTON in *Thaumatographia*. Amſtel. 1632. 12. edita etiam plantarum admiranda habet.

J. BAPTISTÆ FERRARI *de Florum cultura* L. IV. Rom. 1633. 4. Poeta & Orator, latiniffimo & ciacinnato ſermone instrumentum hortenſe & artem educandorum florum dixit, non ſine plurimis aut variis aut proletariis artificiis raras aliquas plantas ea occasione deſcripſit & depinxit.

ADOLPHI VORSTII *Catalogus plantarum horti Leidenſis* prodiit. an. 1633. 16. & 1658. (Trevv.) pauper adhuc, neque qualem colit ROYENIUS.

MICHAEL CAXA de *LERVELA reſtauracion de la abundancia antigua de Eſpanna y ſar* ti o preſantiſſimo reparo de ſu careſtia preſente, Neapoli 1631. 4.

DAN. SENNERTUS in *phyſicis* etiam de plantis egit.

MART. BLOCHWITZ anglicam verſionem dedit SHERLEYUS.

J. FREYTAGII de *opii natura* prodiit etiam Lipſ. 1635. 8.

A. VORSTII *catalogus plantarum* recuſus etiam eſt 1649. 16.

JOANNIS de LAET *deſcriptio America* fructus inprimis habet iconibus expreſſos. Prodiit apud Elzevir. an. 1633. fol.

GUIL. MARQUIS *aloë morbifuga in ſanitaris conſervationem concinnata*, Antvverp. 1633. 8.*

WILLIAM LANGHAM *garden of health containing the virtues and proprieties of all kinds of ſimples and plants*, 1633. 4. HARL.

nam ex BAUHINO & DODONÆO collegit; huc refertur etiam MARCGRA-
VIUS.

I I

Si

- JOHN JOSSELEYN *new England rarities*. Londini 1672. 12. Plantas spontaneas descri-
bit.*
FRANCIS DROPE *sure guide in raising land ording fruittre*. Oxon. 1672. 8.*
J. DAV. PORTZII *vini Rhenani inprimis Bacharacensis anatomia Chymica*. Heidelberg.
1673. 12. SEG.
JOHN RAI *topographical moral and physiological observations made in a journey, &c.* Londini
1673. 8. Simplex munditiis. Politica non tango, quæ, quod ad mores attinet, sapienter fere
dicta, in forma vero Republicæ passim vitiosa sunt, ex festinatione necessaria in tutore morum
nobilibus junioribus dato. Historiam naturalem ad usus humanos utilem, & stirpes spon-
taneas ubique diligenter indagavit, in Belgio, Germania, Italia, Gallia calidiori, sed ma-
xime Genevæ immensam plantarum rariorum vim suis collegit laboribus.
HENRICH VON OSTEN *Niederlandischer Gaertner*, Germanice an. 1673. 8. & sapius alias;
& an. 1728. prodit. In N. I. de cultu florum brevis & bonus est. N. II. Tulipas fufe, sed
olitoria eruditione tractat. N. III. Tunicarum cultum perinde ampliter. IV. De inocula-
tione arborum agit. V. de Hesperidum cultu. Pleraque simpliciter satis scripsit.
JOHN ARCHER *every man his own doctor with an herbal*. Lond. 1673. obscurissimus Auctor.*
LIV. IGNATIO CONTI *il vero Pilfio overo Laserpizio nuovamente scoperto*. Venet. 1673.*
E *Lestere sopra la detta scoperta*. ibid. an. 1674. 4.*
E *Risposta a questa lettera* ibid. 1674. ed. Aggiunta *sopra l'istessa scoperta* ibid. GIORN. DE'
LETTER. SEG.*
JOS. GALEANI *il caffè con più diligenza esaminato*. Palerm. 1674. 4. SEG.
VALENTINI ANDREÆ MOELLENBROECK *Cochlearia curiosa*. Lipsi. 1674. 8. & 1746. 8.
Species Cochleariæ male depinxit, distinxit, farraginem congeffit formularum. Angliceta-
men reddidit T. SHERLEY & edidit Londini 1677. 8.
J. STEPH. RUDOLP *de Christopomis*, Bareith 1674. nempe malis florentibus sub CHRIS-
TI natalitia.
WILH. TITHOPOI *vincetoxicum*, Hamburg. 1674. 8.* Germ.
G. FRANK *de soldanella*, Heidelberg. 1674. 4.*
P. BOCCONE *icones & descriptiones*, &c. prodierunt Oxon. 1674. 4.
PAULI BOCCONE *Icones & descriptiones rariorum plantarum Sicilia, Melita, Gallia & Ita-
lia*. Magni operis, quod offerebat PAULUS, primitiæ, a MORISÓNO editæ, cum præfa-
tione botanici argumenti, stirpes raræ, aliquando novæ, aliæ notæ, sed cum novis nomi-
nibus. Icones parvæ rudelque.
PETRI NATI *Phytologica observatio de malo limonio citrato vulgo Bitarria*. Florent. 1674.
4. Habet etiam epistolam insertam PAULI BOCCONE.*
OBADIAH BLAGRAVE *description, and physical virtues of all trees herbs, &c.* Londini
1674. 8.*
J. G. Saintfoyne *improved*. Londini 1674. 4.*
FRIDERICH MARTENS *Spizbergische Reisebeschreibung*. Hamburg. 1675. 4. Raræ industria
& optimi ingenii Chirurgus, omnem rem naturalem in itinere ad capiendas Balænas an.
1676. suscepto observavit, maxime equidem animalia. Stirpes paucas, omnium mortalium
polo hactenus proximus, observavit similes Alpinis.
MARCELLI MALPIGHII *Anatome plantarum*. P. I. Lond. 1675. fol. P. II. an. 1679. fol. Fa-
bricam partium plantarum diligenter & solerter microscopii ope exposuit. Sexum planta-
rum inter primos adsecutus est, rubas & stamina in dignitatem constituit, multarum plan-
tarum characteres fideliter expressit, minimas aliquas depinxit.
FRANCISCI van STERREBECK *Tonneel des Campvernoolien*. Antvverp. 1675. 4. 1712. (1654.
4. SEG. sed vidi id errore typographi fieri). Homo illitteratus, adjutus CLUSII posthumis
Fungorum iconibus, non alibi unquam editis, & propria etiam in nemoribus Brabantia in-
dagatione, plurimos omnino Fungos descripsit, depinxit. Methodum ignoravit, qui ne la-
mellas satis a tubulis separavit, simplex ceterum & candidus.

GI. 4.

Si quis velit vires omnes viderē, legat DODONÆI *Opus Antwerpiae editum anno*

GIACOMO ZANONI *Istoria Botanica*. Bonon. 1675. fol. & multo plenius curante CAJETANO MONTIO 1742. fol. Indicas varias accepit a MATTHEA de S. JOSEPHO, qui varias & ipsi plantas misit, & in itineribus VINCENTII de S. CATHARINA descripsit, ad hortum etiam Malabaricum multum contulit. Sed Ragusinas etiam aliquas & Italicas & Helveticas demum ZANONUS pulchre depictas dedit. In posthuma editione, quæ tunc quam maxime edebatur, quando de edenda spem meam sum testatus (*Enum. Helv. Nomina scripta* 112.) expuncta est magna pars laboris, quem in adferendis aliquot veterum plantis nimium, & nimis precarium posuerat. Adjectæ sunt tabulæ propriæ plurimæ & nitidæ cum rudes sint, quas a M. de S. JOSEPHO habuerat Auctor. Elegantem se editorem gessit MONTIUS.

MICHAEL TOGNI *raccolta delle singolari qualità del Caffè*. Venet. 1675. 12. SEG. *

DOMINICI VIGNA *Animadversiones in Theophrastum*. Pisis 1675. 4. Herbas veterum ad Italica nomina refert. *

C. BARTHOLINI *Exercitationes miscellaneæ*. Leid. 1675. 8. In iis herba Fumana, Helianthemum nempe species describitur, depingitur.

J. WINSIUS *de corallis*, Jen. 1675. 4. *

COTTON *the planters manual*, Lond. 1675. 8. *

PAULI AMMANN *suppellex Botanica & Manufactio ad materiam medicam*. Lips. 1675. 8. In illa catalogus horti Lipsiensis repetitionibus onustus tædiosis, in isto observationes criticæ non certe contemnendæ continentur.

HUGH PLAT *the garden of Eden* 2. edit. Lond. 1675. 8. Domus rusticæ officia, in primis compendia rerum & lucrosa arcana, in arte hortensi descripsit. *

J. B. *Epitome of the whole art of husbandry*. London. 1675. 8. Agriculturæ systema. 8.

EUGENII MICHELI *Lexicon Botanicum complectens nomina, &c. Simplicium expositivum in publico apparatu*. Rom. 1675. 12. * SEG.

Mémoires pour servir à l'Histoire des Plantes. Paris. fol. magn. 1676. Auctor est DODARTUS, cujus opusculum Paris. an. 1679. 12. seorsim prodiit. Pertinet ad an alysin chemicam plantarum, a qua eo tempore cognitio virium medicarum fidelior expectabatur, nunc vero quidquam firmi obtineri posse desperatum est. Utebantur vero plurimum noviter inventa succorum cum variis liquoribus commistione. Aliqua tamen etiam ad characteres pertinent. Radiatarum, laciniatarum nova nomina tunc innotuisse observat ibid. p. 133.

Cæterum ab hac epocha an. 1670. nova incrementa res Botanica sumit, quæ ab excessu BAUHINORUM languerat. P. HERMANNUS enim, & Auctores HORTI MALABARICI, & RAJUS, & BOCCONE, & TOURNEFORTIUS, & alii vim magnam stirpium detexerunt. Magnates imprimis in Belgio hortos suos Indicis plantis cupide intruxerunt. De methodo serio cogitatum est. Figuræ etiam multo nitidiores ceperunt parari. Icones subiectas pulcherrimas & supra fidem nitidas, dedit MARCHANTIUS, qui Hispaniam, Italiam, Germaniam, Ægyptum, Asiam, Africam jussu GASTONIS BOURBONII peragravit (SCHELLHAMMER *ad introd. Conring.* p. 334) Earum aliquæ ad Galtonianas expressæ sunt. *Mémoires*, &c. p. 136.

ROBERTI PLOT *natural history of Oxfordshire*. Oxon. 1676. fol. & 1705. fol. (paulo auctius). Auctor omnis historiæ naturalis satis curiosus, maxime quidem lapidum figuratorum, & fossilium, plantas tamen ibidem breviter depinxit, & earum varietates.

WORLIDGE *treatise of cyder* Lond. 1676. 4. *system of agricultur* 1697 fol. *art of gardening*, ib. 1700. 8.

P. NATI *intorno alla natura del Pezone*, Firenze 1676. 12. *

AUG. HENR. FASCH *de myrrha* Jen. 1676. 4.

Nouveau Traité des Oeillets & de la façon de les cultiver. Paris. 1676. 12. Cum nominibus varietatum in Tunicarum genere.

VINCENTII MENAGOTI *Passilla ad alcuni capi del Zanoni*. Padova 1676. 12. * SEG. *

J. COMMELYN *Nederlandse hesperides*. Amstelod. 1676. fol. Lond. 1683. 8. Anglice. Brevis & simplex paucorum Pomorum aureorum icones dat perpulchras, præcepta pauca, sed ab experientia nata, de hybernaculis & morbis plantarum.

H. H.

no 1664. in folio. Ibi non tantum reperitur Auctoris sententia, sed quidquid
II 2
CLU-

H. H. CAUSE *Koniglike Hovenier*. Amstelod. 1676. fol. Enumeratio brevis stirpium hortensium & spontaneorum, cum cultus compendio. Figuræ paucæ, manu D. CAUSE sculptæ.

J. CHRIST. BECMANN *in Memorandis suis Francofurtensibus*, (ad Viadr.) an. 1676. editis unam schedam habet, plenam nominibus stirpium sponte ibi nascentium.

EDME MARIOTTE *Essay Physique sur la végétation des plantes*, prodiit. Paris. 1676. 12.

J. G. MULLER *Blumen-Arzney-Kuchengarten und Baumgartenlust*. Multis annis, sed primum ni fallor Stuttgartiæ an. 1676. 12. prodierunt. Auctor V. D. M. Botanicus non valde gnarus, qui Thoram vocet Napellum cœruleum, & Anthoram ipsi foliis & floribus dicat esse quam simillimam.

MAURITII HOFMANNI *Tabula locorum & mensum*. Altorf. 1676. 4. brevissime.

J. W. *Vitæ Britannicum* 1676. 8. Historiam Vini, Siceræ, & succorum vinosorum indigenarum Angliæ continet.

W. COOKE *manner of raising and improving forest trees*. Lond. 1676. 4. Mechanica etiam ad materiam pertinentia habet.

CASP. POSNER *disputatio de manna*, Jen. 1677. 4.

HENRICH BARSTEIN *tobaks vunder ... und arzney mittel*, Erfurt 1677. 8. *

SHERLEY *history of the saurry grasse*, Lond. 1677. 8. ni fallor ex MOELLENB.

J. MAR. CIASSI *Meditationes de natura plantarum*, &c. Venet. 1677. 12. Aliqua ad fabricam subtilem. Pulpam seminis non in plantam abire, sed in duo folia feminalia, semen vero five primordium plantarum esse signaturas quasdam, a quibus, pervadenti spiritui seminis futuri figilla imprimantur, & habitare in germine, non in pulpa, ita dispositas particulas, ut accedente motu fingantur in radices; causam vero motus esse elasticas in radice particulas, &c.

GIOV. GIACOMO ROGGIERI *catalogo dell'erbe native del suolo Romano*. In JOS. DONZELLI *Theatro Pharmaceutico* editionis 1677. reperitur, brevis equidem & paucas neque raras plantas habet. Seorsim exstat 1681. 4. Venet. (LINN.), & Venet. 1704. 4. SEG. *

JOH. RAI *catalogus plantarum Angliæ & Insularum adjacentium*. Lond. 1677. 8. Ex Cantabrigiensi flora natus, sed multo auctior, tum per Auctoris itinera, tum ex collatio curiosorum labore. Accessit *appendix* an. 1688. 8. ex VVallico itinere, & fungorum muscorumque ab amicis acceptis speciebus orta. Eoque opere perpetuo aucto factæ sunt *synopses stirpium Britannicarum RAI*, quarum 1. editio, Lond. 1690. 8. aliquas icones habet, quibus destituuntur reliquæ, altera est anni 1696. 8. de tertia, quam DILLENIUS edidit, seorsim dicitur.

J. LUDOV. HANNEMANNI *nova methodus cognoscendi vegetabilia*. Kiel. 1677. 4. Recedit partem ad Botanicam pertinentem Introductionis Conringianæ ad historiam medicam: tum varia alia adversaria.

J. W. *systema horticulura*. Lond. 1677. 4. Arborum & oleorum cultum describit. *

JOH. MATTHIÆ FABRI *strychnomania*. Aug. Vind. 1679. 4. Plusculas observationes habet hominum, quos Belladonna extinxit, aut certe multis malis affectit. Adjecta adversaria & icones multarum plantarum ex gente solanacea collatiæ.

JACOBI BREYNI *Exoticarum & minus cognitarum stirpium Centuria I.* (quam nulla alia secuta est). Gedan. 1678. fol. Splendidum Opus quo Indicæ plantæ rariores ex Belgicis hortis, aliquæ etiam Pruthenicæ & Schvvalbacenses descriptæ, & pulchre depictæ habentur. Viginti novæ tabulæ, quas edere promittebat BREYNIUS *Phil. Transf.* n. 334. nondum adparuerunt.

BERNH. VERZASCHÆ *neuvollkommenes Kräuterbuch*. Basil. 1678. fol. Figuræ Camerariæ, cum virtutibus.

Instruction pour le jardin potager, Paris. 1678. 12. SEG.

P. MORIN *Remarques sur la culture des fleurs*. Paris. 1678. 12. Poetaster, & vanus, nova tamen, certe eo tempore, aliqua habet in Tr. de Tunicis.

CLAUDE MOLLET *Théâtre du jardinage*. Paris. 1678. 12. Simplex & absque eruditionis adfectione cultum vulgatarum arborum & plantarum & bombycum tradit.

J. JACO-

CLUSIUS, ÆGINETA, ORIBASIIUS habuerunt, invenitur in hac ultima editio-
ne

J. JACOB. WEPFER de *cicuta aquatica*. Basl. 1679. 4. Anatomicum equidem argumen-
tum in hoc pulcherrimo Libro regnat, bonas tamen icones plantæ suæ tradit, ut non ad-
gnitum fuisse mireris, viresque per experimenta detegit.

MATTH. TILINGII *Rhabarbarologia curiosa*. Francof. 1679. 4. Compilatio,
M. TRADE *hiftoire du Tabac*. Paris. 1679. Encomium Tabaci continet, cum medicis vi-
ribus & compositionibus hujus herbæ. *

CASTILION *Questio de Médecine*. Aix 1679. Condemnat Coffeam. *
JOH. CONRADI AXT de *arboribus coniferis*. Jen. 1679. 12. Minime male & duarum Abie-
tum discrimen, & sylvicolarum Thuringiæ modum parandæ picis describit. Cum vero
inficetam historiolum de GUIDONE PATINO miscuisset, coactus a Jenensibus Medicis pa-
linodiam cecinit. (C. PATIN. *Lyc. Patav.* p. 103.)

GIORNALE DE' LETTERATI dell' an. 1668. fino all' an. 1675. Roma per il Tinassi. Est Dia-
rium Parisinum (J. des Sav.) & in fine ex Transactionibus aliqua accefferunt, cum addi-
tamentis Librorum Italicorum, & aliquando nonnullis observationibus, sed rarius, pro-
priis factis a Medicis Italicis.

BENJAMINI SCHARF *Αρκευδολογία*, sive *Juniperi descriptio curiosa*. Jen. 1679. 8. Inu-
tilis, ut solent compilati Libri: formularum plurimum, descriptionem nullam habet Ju-
niperi.

JOHN. EVELYN *Silva: an essay on earth: Pomona: and Calendarium hortense*. Lond. fol.
1679. & repetito etiam 1729. quæ editio penes me est. Postquam sylva an. 1664. & 1667.
& tractatus de Teriaca an. 1676. 8. & Calendarium an. 1664. Londini prodierant, conjunctim
prodierunt, his, quos dixi, annis. Scopus Auctoris non Botanicus adeo quam œconomi-
cus, & politicus est, & in sylva quidem Anglos, quibus nullæ sunt, ad ferendas sylvas
hortatur, dicitque modum, quo ferantur optime: In Pomona vini pomacei præparationem
describit. Laudat eum auctor epistolæ ad ELLIS.

EJUSDEM *french gardeners*, Lond. 1691. 8. *EJ. Sylva* 1706. 8. *EJ. gardeners almanack*
1699. 8. 1706. 8.

In VERBRUGGII *land en zee Chirurgie* existat etiam historia stirpium medicatarum In-
diæ utriusque.

BARTHOLEMI PIELAT *Insula Ceylonia Thesaurus Medicus*. Amstel. 1679. 12. Ex GRIMMII,
non citati, laboribus compilatum opusculum; cinifloris & alchemilæ calamo exceptum.
Præparationes varias ex Aromatibus, stirpibusque indigenis Indiæ continet.

ROBERTII MORISONI *Plantarum historia universalis Oxoniensis* Tom. II. Oxon. 1680. fol.
Primus Tomus, quo arbores oportebat contineri, nunquam prodit. Alter iste, a MORISO-
NO editus, continet scandentes, papilionaceas, tetrapetalas siliquosas, liliaceas, farraginem
variā. Descriptiones ex J. BAUHINO aliisque collegit, suas tamen miscuit, icones pluri-
mas sculpi curavit, partim collatitias, partim suas: nomina longa & paradoxa imposuit,
In critica specierum historia nihil valuit, hinc in multas incidit repetitiones: in eo com-
modus, quod plurimas plantas & numerosissimas icones contineat. Hortolanus cæterum,
& in feminibus unice, neglecto flore, occupatus.

HENRICI MUNDII de *aere vitali, esculentis & potulentis*. Oxon. 1680. 8. Francof. 1685.
In parte diætetica habet plantas edulas. Sed vulgaria fere sunt, quæ adfert.

JACOBI BREYN *Prodromus rariorum plantarum* I. Gedan. 1680. 4. maj. & *Prodromus* II. ibid.
1689. 4. junctim vero 1689. 4. & 1739. 4. Egregiæ plantæ Indiæ pleræque ex Beaumontii
& aliorum Magnatum Belgarum hortis, aliqua tamen Borussia.

EM. KOENIG prima editio *Regni vegetabilis*. Basl. 1680. 4.
JOH. JAC. WAGNER *historia naturalis Helvetiæ curiosa*. Tiguri 1680. 12. Arbores paulo
fusius, reliquas stirpes brevissime tradidit, nomina nempe Alpinarum ex BAUHINIS col-
lectarum, cum quibusdam novis paradoxis, nemini satis intellectis.

JAC. AUGUSTI HUNERWOLT *Anatome Peonia*. Arnstalt. 1680. 12. Plurimus in formu-
lis. Sed analysin etiam chemicam duasque species Peoniæ describit.

Histoire

ne DODONÆI cum Scholiis, quæ optima est. DIOSCORIDES cum annotatio-
nibus

Histoire des plantes de l'Europe & des plus usitées qui viennent d'Asie, &c. Lyon 1680. 12.
2. vol. (SEG.) 1707. & 1726. 12. Icones minutæ ex MATTHIOLO ad 860. nomina & or-
do C. B. Errores potius aucti quam correcti.

Secret pour rendre la fleur d'immortelle de diverses couleurs. Paris. 1680. 12. *
A. CLEYER *parvum herbarium vocabulis Siricis constans*. Francof. 1680. 4. *

A. CLEYER quære, an idem sit herbarium, quod cum *specimine medicina Sinica* prodiit
Francofurti 1672. 4. & quo 289. nomina stirpium cum medicis viribus continentur.

LANGFORD *plain and full instructions to raise all sorts of fruit trees that prosper in En-
gland*, Lond. 1681. 8. HARL. 1690. 8.

AMBROSII HEIGEL *disputatio de opio*, Altdorf. 1681. 4.
EHRENFRIED HAGEDORN *Cynosbatologia*. Jenæ 1681. 8. Non quidem in Botanicis lau-
dem meruit, qui Mespilum milceat Rosis, harum nullam speciem distinguat, icone ne pin-
natam quidem foliorum faciem exprimat. In spongiolis curiosior est, inque formulis.

JAC. MARTINI *die fruchtbare Boriza oder das heilsame Kraut lunaria*. Brig. 1681. 8. Al-
chemicum opusculum. *

NEHEMLÆ GREW *Anatomy of plants with an idea of a philosophical history of plants, and
several other lectures*. Lond. 1682. fol. Auctoris studiosi, & in observando diligentissimi na-
tural history of roots prodierat an. 1673. 8. *The anatomy of plants begun*. Lond. 1671. 12. &
comparative anatomy of trunks. 1675. 8. &c. Hæc omnia nunc in unum collecta habentur.

Præcedit Idea Philosophicæ historiæ plantarum, quæ compendium est sequentium & ali-
qua de modo inquirendi consilia, aliquas de analogiis, de plantarum partibus essentiali-
bus duabus, ligno & utriculis, cogitationes habet. Deinde *Anatomy of plants begun* (quam
eamdem vertit Latine LE VASSEUR, & Parisiis an. 1679. 12. edidit & 1682. 12. cum DE-
DU de l'ame des plantes Libello qui ZOD. MED. GALL. Tomo IV. M. Majo insertus est,
& Parisiis 1682. 12. recusus & Leidæ an. 1685. & 1691. 12. &c.). Continet prima ele-
menta anatomæ plantarum, partium omnium, ordinis & progressionis in vegetatione, ra-
diculæ seminalis, plumæ, loborum cotyledonum, anatomen radicum, circulationem suc-
ci. III. Anatome trunci, medullæ, valorum ligneorum, aereorum, lacteorum, lymphati-
corum, medullæ, corticis. IV. Anatomen folii, floris, fructusque. Hæc pars uberior est
& ditior. Ibi stamina, flosculos, semiflosculos, tubasque describit, non alienus a theoria
D. MILLINGTON, qui pulverem staminum pro semine mare habuit, ut tamen ipse
GREWIUS stamina pro organo excretorio partium quarundam nimis volatilibus habuerit,
(ut ab eo TOURNEFORTIUS), quæ semina præterea fecundarent (p. 173.). In seminum
historia imprimis copiosus fuit, & in fructibus, nimis tamen theoriæ indulgit, qui a me-
chanicis figuris salium figurationem partium in plantis conatus sit explicare. Cæterum
masculæ se ab omni suspitione imitationis MALPIGHII vindicat, & monet 11. Maji 1671.
primas observationes se dedisse Societati, quum MALPIGHIANÆ advenerint 3. Novem-
bris: sua de trunco & radicibus inter an. 1672. & 1674. lecta esse, de foliis vero, flori-
bus & fructibus inter 1676. 1677. MALPIGHII primum tomum an. 1674. demum esse
editum. Denique addo Librum GREWII primum, secundum & tertium in E. N. C. DEC.
I. Ann. VIII. appendice prodidisse, vitiose & non sine querela GREWII: a NIGRISOLIO
vero (p. 245.) promissam novam editionem cum suis observationibus, in lucem non venisse.

In F. BAYLE *dissertationum physicarum* P. II. quæ Tolosæ anno 1681. 12. prodit, dif-
fertatio est de forma plantarum, in qua generatio fungorum mechanica ex succo salicis
in fibras densato explicatur.

WOLF. HEIM. de HOCHBERG *Adeliches Landleben*. Nuremb. 1682. fol. 3. vol. 1701. O-
mnem demum rusticam continet.

W. H. de HOCHBERG quem citavimus libellus recusus est etiam Nur. 1716. Præter agri
autem, horti, nemoris, vineæ cultum, catalogum etiam plantarum medicatarum continet,
& icones plures, sed fere ex aliis supplementum. Ad singulos Libros adjecit MARTI-
NUS ENDTER; dictio vero ERASMI FRANCIOSI est.

TIMOTHEI a ROLL *Schweizerischer Botanikus, aus seinen hinterlassenen Schriften*. Zug. 1682. 12. *
CHRISTIANI MENZEL *Index plantarum universalis polyglottus*: accessit pugillus plantarum
rariorum

nibus MATTHIOLI perfectum etiam est Opus ad vires cognoscendas. Denique Clar.

variorum. Berolini 1682. fol. & 1696. 1715. paulo auctius nempe duabus tabulis stirpium exoticarum. Hic titulus est *Lexicon plantarum polyglotton universale*. Illo quidem Lexico parum utilitatis rei herbariæ attulit, isto magis, quo plantas raras itineris sui Italici, Tirolici, & Marchicæ Ditionis recensuit, & aliquas depinxit. Pleraque equidem ab aliis cum aliis nominibus editæ fuerunt pridem, raræ tamen sunt & pulchræ.

The natural history of Coffee, quem ea pagina citavimus librum, quare an idem *the natural history of Coffee, tea, chocolate and tobacco with a tract of the Elder and juniper Berries*, Lond. 1683. 4. *

LA FONTAINE *Poème sur le Quinquina*. Paris 1682. 12.

LA FONTAINE *poème*, &c. Isterium est lepidissimi poetæ quem is cortex sanaverat.

FRANCISCI van STERBECK *Citricultura ofte regeeringh der uythoemfche boomen*, &c Antwerpen. (1682. 4. SEG.), 1712. 4. Ignarus homo super omnem fidem, qui v. gr. Herodianum dicat scripssisse de Conrado Imperatore. Hesperides ex FERRARIO sumit, arbores exoticas hinc inde compilavit.

J. SIGISMUNDI ELSHOLZ *neues Tischbuch*. Colon. Berol. 1682. 4. Omnes quidem cibos practice & œconomice considerat, primo tamen loco eos, qui ex plantis petuntur, cibos potiusque.

The natural history of Coffee. Lond. 1682. 8. Compilatio. *

GEORG. WOLFGANG WEDEL de Opio, & MICHAELIS ETTMULLER de virtute Opii diaphoretica. Jenæ 1682. 4. prodierunt. Collectanea sunt ex genere practico, neque aut satis bona historia naturalis Opium, aut analysi, quæ desideria impleat, ibi traditur.

G. W. WEDEL de sale volatili plantarum. Jenæ 1682. 12. (prius edita. Francof. 1672. 12. PH. TR.). Eleganti Libello Isatidis, in Thuringia vulgo cultæ, historiam, & observationem alcali de planta stillantis, tunc novam, continet.

JEREMIAE LOSS disputatio de nucæ vomica, VVittemberg. 1682. 4.

SAM. GILBERT *florist's vademecum being a compendium of whatever worthy notice has been extant* Lond. 1682. 8. * HARL. alibi 1683. 8.

JOH. RAI *Methodi plantarum* prima editio Londini prodit 1682. 8. Rudimenta imperfecta methodi, generibus per minuta & externa signa laxè distinctis, ex unicis fere foliis & fructu, nulla pene floris mentione facta. In præfatione aliqua habentur, ad cotyledones, & germinationem plantæ facientia, quæ in posteriori editione desiderantur.

MICHAELIS ETTMULLER *Schröderi dilucidati Phytologia*. Exitat cum Operibus omnibus Francofurti an. 1688. porro Genevæ & Neapoli editis. Ad practicam partem pertinet, officinalium plantarum historia satis fusam, & ex alienis & ex propriis observationibus congestam tradit.

In GEORGII WHEELERI *itinere Græco*, Londini 1682. 8. edito, plusculæ icones plantarum habentur.

DEDU de l' *Ame des plantes*. Paris. 1682. 12. Acidum aereum fermentescens cum alcali terreo excitare semen, ut crescat & alatur, &c.

ABRAHAMI MUNTING de vera herba Britannica *dissertatio*. Accessit *Aloidarium*. Amstel. 1681. Sed mea editio anni 1698. 4. est, & Auctor obiit an. 1683. Opus pene historicum. Lapati icones aliquæ bonæ, aliæ dubiæ fidei, ut ipsa, de qua imprimis agitur, Britannica, ut Auctoris Opere dignosci fere nequeat.

EJUSDEM *Naaukeurige beschryving der aerdtgevvassen*. Leidæ an. 1696. fol. prodit, cum magnificis tabulis. Nempe Opus supra recensitum (*oeffening van de planten*) revivum & auctum, tum numero plantarum, tum viribus, reliquerat moriens MUNTINGIUS. Id splendide editum est. Inde rejecta Belgica tota scriptio, solæ icones an. 1717. & alias cum synonymis a KIGGELAARIO collectis prodierunt. Fabulosæ plantæ immixtæ sunt, & in iconibus sæpe aliquid nimii & poetici inest.

JAMES SUTHERLAND *hortus Medicus Edinburgensis*. Edinb. 1683. 8. Satis & copiosus catalogus & fidelis, neque oneratus spuris stirpibus aut nominibus. Varietates continet & nimis paucas septentrionales aut Scotiæ indigenas,

ELLÆ

Clar. TOURNEFORTIUS egregia præstitit in Libello in 12. de *Plantis crescentibus*.

ELLÆ FILLANDS *Catalogus plantarum, quæ circa Aboam in cultis & incultis inventæ sunt* Auctor. Abo 1683. 8. (prius anno 1673. LINN). Plantæ vulgares, pleræque hortenses, propriæ Finniæ vix ullæ, icones ex aliis imitatæ, non bonæ.

JOH. COMMELINI *Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ*. Præmittitur LAMBERTI BIDLOO *diff. de re herbaria*. Amstelod. 1683. 12. In catalogo stirpes 776. & inter eas nonnullæ non descriptæ marinæ, apetalæ, aut musci.

MATTHIÆ TILINGII *lilium curiosum*. Francof. 1683. 8. est compilatio.

MATTH. TILINGIUS edidit etiam *opiologiam novam*, Francofurt. 1697. 4.

J. FRID. ORTLOB de analogia nutritionis plantarum & animalium, Lips. 1683. 4.

P. SYLV. DUFOUR de l'usage du thé, &c. auctius etiam recusus est Hagæ 1693. 12. adjecta ST. DISDIER *méthode pour composer d'excellent chocolat*. Nonne idem *beschreibung des caffès, thes, chocolate und tabaks?* Hamburg 1684. 12.

R. J. CAMERARII *disputatio de helleboro* a nobis citata, habita est sub B. MEZGER, & ad praxin spectat.

BERN. ALBINI *disputatio de thea* Francof. Viadr. 1684. *EJ. de tabaco*, ibid. 1695.

De la RIVIERE du MOULIN de la culture des arbres. Paris 1683. 4.

L'Art de tailler les arbres familiers. avec un Dictionnaire des mots dont se servent les Jardiniers. Paris. 1688. 12. *

ROBERTI SIBBALD *Scotia illustrata*. Edimburg. 1684. fol. In Parte Botanica, sive L. I. P. II. plantæ indigenæ, fere ex RAI & SUTHERLANDIO, nimis paucæ neque fere ullæ propriæ recentiorum. Icones paucæ, rudes, observationes practicæ & œconomicæ aliquæ. Acerba censura in SIBBALDUM est, quam PITCARNIUS sub titulo *diff. de legibus historia naturalis* edidit.

GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI *Catalogus plantarum horti Academici*. Helmstad. 1684. 4. Etsi Botanica non fuerit inter principes Auctoris labores, habet tamen, ut acuti erant ingenii, observationes suas non inutiles.

S. NICOLAI PECHLINI *Theophilus bibaculus*. Francof. 1684. 4. Poeticus stylus. Theam non esse Myrtum Brabanticam contra SIMONEM PAULI demonstrat: explorat vires per reagentia: usus medicos Theæ laudat, in ea laudanda nimius, neque monet nocere ventriculo aut hypochondriaciis.

PAOLIO BOCCONE *osservazioni naturali*. Bonon. 1684. 12. Continet, præter physica multa, catalogum plantarum in itinere ad Alpes Venetas lectarum, iconem Bupleuri in Corsica nascentis, vires medicas nimias. Pleraque in Musæis suis repetiit.

GEORG. WOLFG. WEDELII *amœnitates materia medica*. Jenæ 1684. 4. Continent stirpes officinales secundum classes virium distributas.

PAUL SYVESTRE DU FOUR de l'usage du Thé, Caffé, Chocolat. Lyon. 1671. & auctius 1684. & 1688. 12. Cum in prima editione Librum Faulti Naironi versum edidisset proprio deinde labore Librum perfecit. Vires medicas valde laudat, analysin chemicam addit aliquam Caffæ: de Thea & Chocolata valde jejunus.

Hunc Libellum JACOBUS SPONIUS Latine reddidit & edidit cum titulo *Tr. novi de potu Theæ, Chocolata, Caffæ*. Paris. 1685. 12. cujus partem, quæ ad Caffeam pertinet JAC. MANGETUS iterum edidit an. 1705. 4. Additæ huic editioni icones non bonæ diversarum arboris, si fides esset, specierum.

R. J. CAMERARII *disp. de Helleboro*. Tubing. 1684. 4.

GEORGII a TURRE *Dryadum & Hamadryadum Chloridisque triumphus*. Patav. 1685. fol. Vires stirpium ex veteribus compilat.

J. BAPTISTÆ TRIUMPHETTI *Observationes de ortu & vegetatione plantarum*. Rom. 1685. 4. Horti Romani præfectus, qui eo præfidente ita floruit, ut 6000. stirpes continere scripserit BAGLIVUS *Oper. p. 432*. Hoc Opusculo MALPIGHII impugnat: experimenta profert, quibus demonstrari credit, ex putrefactis plantis speciem reparari absque semine, & absque aere semina germinare. Inde sequitur catalogus stirpium Alpinarum, quas a fratre

ſcentibus circa Parisios. Ibi indagat vires Simplicium ex Chemia. LOBELIUS etiam com-

fratre *LÆLIO*, Canonico habuit, cujus in Botanicis peritia laudatur in *GIORN. de' LETTER. XXXV. Art. 14.* & tandem icones & descriptiones ſtirpium rariorum fere triginta. Earum aliqua non ſunt niſi varietates. Iter Botanicum *TRIUMPHETTI*, in Agrum Romanum ſuſceptum, deſcribitur in *BOCCONIS Muſeo de Fiſca. p. 241.*

J. HENRICI URSINI arboretum biblicum, Norimberg. 1685. 8. & continuationem *hiſtoria plantarum biblica*, ibid. eodem anno cum iconibus. Ad philologiam pertinet.

PAUL. AMMANNUS, horti Lipſienſis bis præfeſtus, quem ex *MORISONO* characteres deſcripſiſſe eo loco dictum eſt, ejus methodum in longa præfatione laudat, characteres a foliis fumtos vero rejicit. Inde 220. Canones, nempe totidem genera a ſemine conſtituta; Inde exempla Canonum 1273. Nomina nempe reducta ad methodum *MORISONI* cum nonnullis ſuis obſervationibus, ut flores ſefami, de thea s. *PAULI*.

PAULI AMMAN Character *plantarum naturalis*. Lipſiæ 1685. 12. quem an. 1700. Francofurti auctiorem edidit *DANIEL NEBEL. AMMANNUS* unice ex *MORISONO* deſcripſerat characteres, & ſecundum alphabeti ordinem diſpoſuerat plantas veterum & officinarum, ſubjectas generibus *MORISONI. NEBELIUS* characteres *TOURNEFORTII* & *HERMANNI* adjeçit.

G. FRANCI de *FRANKENAU flora Franca* Argentor. 1685. 12. iterum edita 1698. 12. & Germanice verſa a *JOH. THILE* Lipſ. an. 1715. 8. (Primum autem prodierat Argentorati an. 1672. 12. *Lexici Botanici* nomine). Auxit *GEORG. FRIDERICUS GEORGII* filius. Ipſum opuſculum exigui momenti & erroribus plenum eſt, ſed adjecta in editione 1698. erudita ſatis ſeptem programmata, & catalogus plantarum Heidelbergſium.

OL. RUDBEK hortus Botanicus variis exoticis & indigenis plantis inſtruetus. Upſal 1685. 8. Nomina breviffima, & ſæpe propria. Plantæ novæ aliqua aut rariores ſed abſque ſynonymis, Caterum idem catalogus jam prodierat Upſal. an. 1658. 12. & auctarium 1666. 12.

PETRI PETITI carmen de Thea, & *JOH. GEORG. HERRICHEN de Thea excomiſis*. Lugdun. 1685. 4.

Hac collectione præterea *PETRI FRANCI* Anacreontica oda in theam, & inſcriptio *PECHLINI*, & loci ad theam ſpectantes ex *PISONE*, *BONTIO* & *TULPIO* continentur; Edidit *FRIDERICUS BENEDICTUS CARPZOV*, & iconem plantæ addidit cum fructu, ni fallor *BREYNIANAM*.

J. CHAMBERLAYNE manner of making Tea, Coffy and Chocolate. Lond. 1685. 12. *

LUD. FERD. MARSIGLI, della pozione Aſiatica Covave. Veron. 1685. 12. *. Offendit non eſſe *Bun Avicennæ*, ut crediderat *P. ALPINUS*.

MOYSE CHARAS de la Thériaque d' Andromachus. Pariſ. 1685. 8. Carmen cum commentariis non ineruditis & plantis nonnullis, tum in Languedocia, tum in M. Genevre lectis.

CORN. BONTEKOE van The, Coffy en Chocolate. Haag. 1685. 8. Hæc tertia erat editio. Vir acer, & ſuarum opinionum non ſatis æquus deſenſor. Tenuitatem ſanguinis habet pro fummo bono, hinc theam præſcribit ad 100. 200. cyathos: & ea copia habet pro panacea, etiam calculi. Nihil recipit virium debilitantium. Botanici nihil.

DAVID ABERCROMBY nova Medicina Clavis. Lond. 1685. 8. Explicat vires plantarum a ſapore, & vires medicas adſignat, quæ amaro, dulci, acerbis, acido ſapori ſtirpium reſpondet.

ROBERTI PLOT natural hiſtory of Staffordſhire. Oxon. 1686. fol. Priori etiam melior Liber, plenus obſervationum ex naturæ operibus & artis. Plura quidem de foſſilibus, de fontium origine ex mari, &c. de plantis pauca habet, eaque ad Cryptogamiam pertinent.

PETRI MAGNOL Botanicon Monſpeliense cum appendice. Montpel. 1686. 8. Egregius Liber, & inter floras unius urbis eximius, qui ſtirpium ſpecies contineat 1354. quarum pauciſſimæ ſunt ex Cryptogamia. Plurimas plantas noviter invenit in beatiffimo ſolo, aliquas etiam Africanas adjeçit. Icones minus pulchræ.

PAULI AMMAN hortus Boſianus. Lipſ. 1686. 4. Raras plantas pluſculas cum deſcriptionibus continet ex ingenio *MORISONIANÆ* methodi. Hortus etiam nunc ſuperſt.

OLAI

commendandus eſt in ſuis Operibus editis in folio. Titulus eſt *ſtirpium obſervationes*
K k

OLAI RUDBEK, OLAI filii de propagatione plantarum. Upſal. 1686. 8. Juvenile Opus, quo Oeconomia vegetabilis continetur, imprimis ex *MALPIGHIO*, modus etiam inferendi & ablaçtandi ſtirpes uſe deſcribitur.

STEPH. BLANKAART gebruik en misbruik van de Thee. Haag. 1686. 8. *

SIMON ABBES GABBEA Frieſche luſtgaard ofte boom beeften bloem en kruyt vvaarende, Leuvsvaarde 1687. 4. Plantarum non quidem deſcriptiones, ſed philologiæ & vires variæ. Cum collegio anatomico edidit *J. MURALTUS beſchreibung der vornemſten kraüter*, Norimb. 1687. 8.

R. TURNER the british phyſician or the nature and virtues of Engliſh plants, Lond. 1687. 8. *

JOH. DANIEL GEYER Diſtammologia. Francof. 1687. 4. Fraxinellæ icon, cum nonnullis collectaneis. Artem imprimendi plantas ſiccas habet, ſed *CONRADO GESTNERO* jam notam; & *STIGELIO*, & *BOYLEO de util. Phil. exper. p. 540.* & *MONCONISIO in Itin. T. IV. p. 458.* & aliis.

J. B. TRIUMPHETTI ſyllabus plantarum horto Romano additarum. Rom. 1687. 4. SEG. 1688. *TOURN.* *

PAULI HERMAN. Catalogus horri Academiæ Lugduno-Batavi. Leid. 1687. Eximium Opus, quo plures quam 100. novarum plantarum ex Africa, India Orientali adlatarum icones continentur, & deſcriptiones, ad rariora genera ex fructus indole relatæ.

P. HERMAN Germanus fuit, ſed in Belgio vixit. *Catalogus EJUS* reſuſus eſt Leidæ 1720. 8. ſub titulo *indici plantarum qua in Horto Acad. L. B. aluntur*, omiſſo *HERMANNI* nomine, & adjecta hiſtoria horti ex *BOERHAAVIANO* indice ſumta.

J. B. FLOYER Pharmacopœia. P. I. Lond. 1687. 8. In iſta parte fere ex ſolo ſapore & odore plantarum vires deſinire conatur Auctor, indeque ſecundum certas harum qualitatum claſſes, certa etiam medicatarum virium genera eruere.

Oeffening der vrugtboonen door den H. le GENDRE vertaalt en met aantekeningen verrykt door J. COMMELYN. Amſtelod. 1687. 12. Primam editionem ignoro, quæ ante an. 1650. videtur prodiſſe. Hanc aliquanto meliorem reddidit expertiſſimus *COMMELYNUS*. Opuſculum mere præcticum, hinc non inutile.

Le *GENDRE* hic reſenſus referendus eſt ad annum 1660.

NIC. BLEGNY du bon uſage du Thé, du Caſſé & du Chocolat. Lyon. 1687. 12. Compilator. Eodem anno prodiit *abrégé du Traité du Caſſé*. Lyon 1687. 12.

HENRICI COSMII magna natura œconomia cum demonſtratione Thea, Coffea, Chocolate. Francof. Lipſ. 1687. 12. *

OL. BROMEL Lupulologia. Stokh. 1687. 12.

J. BATT. SCARELLA Lettera apologetica intorno ad una pianta anonima. Padova 1687. 4. *

CHRISTOPHORI KNAUT Enumeratio plantarum circa Halam naſcentium. Lipſ. 1687. 8. Plantæ non inelegantes, ſubinde tamen paradoxæ, ſecundum methodum *MORISONI*, quam in arboribus ex fructu ſupplevit.

R. JAC. CAMERARII diſp. de plantis vernis. Tubing. 1687. 4.

Huc refero *JAC. SINIBALDI* Profeſſoris ſimplicium Romani de *plantarum metamorphoſibus lectionem* & aliam de ſynonymis ſimplicium extrinſecis quas citat *P. MANDOSIUS Cent. V. n. 40.*

G. F. FRANCI de herbis circa Heidelbergam naſcentibus. Heidelb. 1687. 4.

PETRI KYLLING viridarium Danicum. Hafniæ 1688. 4. Rarus Liber, qui non meretur latere. Hominis fuit non valde eruditi, ſed indefeſſi & induſtrii, & plures plantas continet, quam ab eo cælo ſperes, parum tamen dilucide designatas, quæ rariores. Varietatum vis magna. Exemplar penes me eſt, ab Auctore ad novam editionem præparatum cum augmento non exiguo, donatum a diſcipulo olim induſtrio *D. J. R. HENRICI*.

V. VALNAY connoiſſance des Tulipes rares, Anemones, Ouillets fins, &c. Pariſ. 1688. 1689. 12. Pro ſorum amatoribus. *

OLAI

nes MATTHIÆ de LOBEL, Antverpiæ anno 1576. Iste quoad vires fidelissimus

OLAI BORRICHII de usu plantarum indigenarum. Hafn. 1688. 8. Non qualem ab Auctore expectes.

CHRIST. F. PAULINI nobilis Salvia. Augst. Vind. 1688. 8. Compilatio.

R. JAC. CAMERARII disp. de Mimosa. Tubing. 1688. 4.

S. W. Schola Botanica, sive catalogus plantarum, quas in horto Parisino demonstrat TOURNEFORTIUS. Amstelod. 1689. 12. Rudimenta methodi Tournefortianæ continet, expressa in plantis pene innumerabilibus, multis quidem perpulchris pyrenaicis, aliisque, nonnullis vero, quæ satis certo non distinctæ sunt, sed BAUHINIANÆ notarum stirpium repetitiones.

JOH. COMMELYN Catalogus plantarum horti Medici Amstelodamensis. Amstel. 1689. 8. & nihil mutatus 1702. 8. Non valde, pro fama, dives, cum characteribus subjectis ex RAJO.

P. PETIT Nepenthes Homeri. Ultraject. 1689. 8. Eruditissime defendit ad plantam pertinere hoc nomen, incertum esse ad quam speciem.

JAC. TAPPII oratio de Tabaco. Helmst. 1689. 4.

PETRI MAGNOL prodromus historia generalis plantarum. Monspel. 1689. 4. Nihil habet commune cum ordine posthumi Operis, & methodus desumitur a partibus plantarum omnibus, ut naturalem quærat Auctor, imitatus partim RAJUM, partim HERMANNUM. Errores plurimi & gravissimi interveniunt, cum v. gr. Tribulum terrestrem ranunculis accenseat, Centaurium luteum Polypetalis.

PHIL. CAVALLINI Enumeratio plantarum qua an. 1689. in hortum redacta a P. Sapietia ostenduntur. Rom. 1689. B. RIV. & ejus pugillus Melitens, sive herbarum in Inf. Melita nascentium. ibid. Nuper a CL. ERUKMANNO in epistolarum Centur. II. recusus est, brevissimus & absque observationibus.

GEORG. GRAU Panacea vegetabilis calida, sive Majorana. Jen. 1689. 12.

HENRICH HESSENS deutscher Gaertner. Lips. 1690. 1710. fol. (SEG.), recusus 1740. 4. ex codice M. S. Auctoris. Hortum oleraceum, floridum & arboretum describit, neque desunt rarioribus, quas vix alias descriptas reperias, plantarum monumenta. Icones malæ. Potuerat omiffisse descriptiones fructuum Indicorum, qui nunquam in hortis nostris convalescunt.

H. HESSENS etiam est neue garten lust, Lips. 1714. 4. recusa, cum secundo tomo addito, & titulo neue unterweisung vom Blumenbau, Lips. 1712. 4. qui alterius auctoris est. In priori illo Mechanica horticorum cultus ad ornamentum pertinens traditur, deinde arborum olerumque vulgarium cura.

DANIEL TAUVRY traité des médicemens, & de la manière de s'en servir. Paris. 1690. 12.

R. J. CAMERARII de cichoreo dissertationes II. recusæ sunt Tubing. 1691. 4. EJUS etiam sunt de scordio 1706. de usilagine frumenti 1709. de fumaria 1710. de cervaria nigra & pini conis 1712. 4. de rubo idæo 1721. 4. Pleraque melioris notæ sunt.

LOTHARJI ZUMBACH flora Lugduno-Batava flores, sive stirpes anne 1689. demonstrata a PAULO HERMANNO. Leid. 1690. 8. Vid. supra pag. 207.

JOSEPHI LANZONI Citrologia. Ferrariæ. 1690. 12. Ad morem Naturæ Curiosorum satis inutilis compilatio. Aliqua tamen monstra hesperidum vidit.

FRID. SCHRADER de nova methodo botanica, Helmst. 1690. 4.

BAPT. CODRONCHI de baccis Orient. editionem Jenensem citavi, veram enim editionem ignoro.

Horti HERBERTII van BEAUMONT catalogus. Haag. 1690. 8. Auctor est celebris hortulanus FRANCISCUS KIGGELAAR.

AUGUSTI QUIRINI RIVINI Introductio ad rem herbariam 1690. fol. & variis annis 12. etiam 1720.

EJUSDEM Ordo plantarum flore monopetalo irregulari fol. magn. 1690. Sumtu suo pictores & sculptores aluit, icones procuravit speciosas, in flore exprimendo satis fideles, ad naturam factas. Id vitii est, quod summitates fere solas, neque adeo habitum plantæ expriment.

mus est, tum etiam ad pensationem pertinet, an plantæ pro veterum plantis a

Kk 2,

recen-

mant. Nomina etiam sibi propria breviter absque synonymo addidit, characteres artificiales, a solo flore sumtos, neque in spontaneis videtur satis fuisse exercitatus.

EJUSDEM Ordo plantarum qua sunt flore irregulari tetrapetalo. Ibid. 1691. Studium idem, plantæ papilionaceæ, cum paucis filiquosis tetrapetalis, & tithymalis.

OLAI RUDBEK de fundamentali plantarum notitia. Aug. Vind. 1691. 12. Est disputatio OLAI junioris, Ultrajecti an. 1690. 4. habita, qua præceptorem HERMANNUM, neque male eo tempore, præfert omnibus. Contra RIVINUM dixit, inprimis nomina damnavit, quæ a voce Pseudo incipiunt. n. 43. Ordo tamen non optimus. Carduos a Discoidis longissime removit.

MARCI MAPPI catalogus plantarum horti Argentinensis. Argentin. 1691. 12. Brevior.

PAULI GOTTLIEB MANITII de ataribus Zedoaria. Dud. 1691. 12. Verbosior paulo & poetica, minime tamen inerudita Zedoariæ descriptio.

BAPT. CODRONCHI de baccis Orientalibus. Jenæ 1691. 4. SEG. *

SEUTER de nucæ vomica. Leid. 1691. cum icone.

MARCI MAPPI de Thea. Argenter. 1691. 4.

THEODORI SCHOON. waare ontleding der planten. Haag. 1692. 4. Inprimis equidem Tabaci historiam molitur, multa tamen de aliis plantis intersperfit, etiam quam maxime aliena, denique in historiam modi degenerat, quo medicamenta diversarum classium operantur.

GEORG. MEISTER Ostindischer kunst und lustgaertner. Dresdæ 1692. 4. Vixit apud CLEYERUM decem annis, Japoniam etiam vidit, plusculas ibi plantas & arbusculas collegit, in Europam retulit. Sed vir analphabetos adeo olitorie descripsit & depinxit, quæ viderat pulcherrima, adeo barbaris usus est nominibus, adeo parum addidit observationum, ut labor omnino inutilis sit.

Nouvelle instruction pour la culture des Figuiers. 1692. 12. *

Nouveau Traité de la culture des Jardins. Paris. 1692. 12. *

FRANC. CUPANI Catalogus plantarum Sicularum noviter inventarum. Panorm. 1692. fol. *

J. F. H. der curieuse und kluge gaertner, Lips. 1692. 8.

HORTUS MALABARICUS P. I. ad XII. Amstelodami 1676. ad 1693. etsi mea editio sit 1703. Sumtus pingendis plantis & concinnandi operis præbuit, regia fere liberalitate, HENRICUS van RHEEDE tot DRAKENSTEIN, Indiæ Senator, Malabariæ Gubernator. Stirpium icones primas pinxit MATTHÆUS de s. JOSEPHO in Cochinchina Missionarius. Descriptiones correxit & icones JOHANNES CASEARIUS in eadem urbe V. D. M. Voces declaraverunt & nomina Medici indigenæ. Synonyma recepta addiderunt JOH. COMMELYN, ARNOLDUS SYEN, WILHELMUS TEN RHYNE, THEODORUS ab ALMELOVEEN, FRIDERICUS RUISCHUS, & alii: Incomparabile Opus, sive numerum figurarum, sive novitatem, sive fidem consideraveris, quæ mihi, inprimis in adornando charactere naturali, miraculo videtur proxima.

Indicem in folio 1696. & in 8. edidit flora Malabarica nomine CASPARUS COMMELYN, alphabetico ordine & adjectis synonymis.

CAROLI PLUMIER description des plantes de l'Amerique. Paris. 1693. fol. Splendido Libro icones plantarum per itinera sua observatarum, sua etiam manu factas, continet, paucarum tamen, cum posthumæ tabulæ, quas pinxerat pulcherrimas etiam nunc in Gallia servari legam, & subinde sculpi aliquas, vix tamen juris fieri publici. Earum enim decem volumina, refutantibus typographicis, familia editis, parata habebat PLUMIERUS. LISTER Journ. to Par. p. 75. ut essent 1400. fere icones. PH. TRANS. n. 276. Plantas autem siccas amiserat naufragio, solasque chartas conservaverat. LISTER p. 73. Vir industrius cæterum, etiam in aliis artibus, qui aves etiam pulchre pinxit, sed simplex, ut ex LABA I itineribus adparet. SURLANUS Medicus, socius itineris, scribere contra PLUMIERIUM constituerat, & vindicare multas ab ipso ad PLUMIERIUM missas plantas (J. des Sav. 1694. n. 35.) Sed ea disputatio cum Auctore intercidit.

JOHAN-

recentioribus commendatæ, sint veræ plantæ veterum. Hoc est totum, quod spectat ad studium Botanicum.

VI-

JOHANNIS RAI Historia plantarum generalis, P. I. II. Londin. 1693. fol. (lego autem apud alios etiam 1686. 1688. prodidisse). Insigne Opus, quo *JOHANNIS BAUHINI* descriptiones in compendium redactæ continentur, & adjectæ sunt nuperæ ex cryptogamia, ex itineribus detectæ stirpes, magna prudentia & candore, cum omnes plantas sibi minus notas asterisco signet *Rajus*. Multas etiam ad medicas, & œconomicas utilitates ex adversariis addidit. Methodum autem post hoc Opus insigniter mutavit.

SAMUELIS DALE Pharmacologia. Londini 1693. 12. repetitio edita Londini 1737. & Leidæ. 1739. 4. quæ editiones valde auctæ sunt, & insertum suo loco habent auctarium, quod Londini an. 1705. prodierat. Melior prioribus & plenior materia medica, qua omnia simplicia ex tribus regnis in suas classes & genera distribuuntur, cum brevi descriptione. Plantas disposuit ex *RAII* præceptis. Nunc utique ex nuperrimis inventis multa accesserunt.

BAILLARD discours du Tabac & particulièrement du Tabac en poudre. Paris. 1693. Vires inprimis medicas considerat. *

G. C. SCHELHAMMER catalogus plantarum Helmstadii sponte nascentium. Helmst. 1693. 4. SEG.

MARC. MAPPI de Coffea. Argentor. 1693. 4.

CHRISTIAN JOH. HORB de febrifuga virtute chinachina, Altdorf. 1693. 4. bona disputatio.

SAMUEL SCHROER de opii natura & usu, Erfurt. 1693. 4.

J. IGN. WOPR. BEINTEMA von PEIMA panacea oder das allgemeine hulfs mittel oder lob des tobaks ins teutsche aus dem holländischen ubersetzt durch J. S. D. Leipz. 1691. 12.

DAN. NEBEL de novis inventis botanicis hujusæculi, Marburg. 1694. 4. oratio. *Epist. dissertatio de plantis verno tempore efflorescentibus*, Heidelberg 1706. 4. *de plantis vergente æstate efflorescentibus* 1707. 4. *de rore marino*, ibid. 1710. 4.

WONDEREN der natuur van . . . fruchten planten en kruyden door J. H. S. M. F. Haag. 1694. 4.

J. PHIL. BURGGRAF de malo sinensi aureo, Leid. 1694. 4.

JOSEPHI PITTON TOURNEFORT Elémens de Botanique ou méthode de connoître les plantes. Paris. 1694. 8. 3. vol. Brevior multo, plantis pauperior, neque adeo multo melioribus iconibus, quas habet 422. ut nihil sit, quare *Institutiones rei herbaria*, cum tabulis 473. non præferas, quæ Parisiis an. 1700. prodierunt 4. 3. vol. Vir per itinera varia in Pyrenæos montes, in Hispaniam, circa Parisios doctior, horto pulcherrimo præfectus, ex integro & pinacem scribere plantarum & methodum suscepit. Et hanc supra tetigimus. Enumeratio ditior est 4000. plantis, quam *BAUHINIANA*, quarum multæ sunt Pyrenæicæ & Hispanicæ, absque descriptione vel synonymo unice nominatæ. Hoc vero nocuit, quod *C. BAUHINI* stirpes, tamquam undique firmas, repetierit omnes, & in Opus suum transtulerit, dubias & varietates signo nullo distinxerit. Gramina & cryptogamia imperfectiores sunt. Editio Lugdunensis 1719. ditior est adjecto *Corollario* & tabulis 17. & additionibus nonnullis ad elegantem historiam Botanices, quæ præfecta est Operi cum nomine *Isagoges*. Anglice redditæ Institutiones prodierunt an. 1730. 2. vol. 4. & totæ etiam *KOENIGII* regno vegetabili insertæ sunt. Præter Opera *TOURNEFORTII* vulgo nota, existat ejus epistola in *Aphorismum XXI. Sect. I. Hipp. in Galer. di Minerv. IV. p. 233.* edita. Characterum icones *ROBERGIUS* ligno exprimere & edere constituerat. Usus est duobus Sculptoribus, quorum alter eximius artifex. *TOURNEFORTIUM* contra duas Epistolas Anonymi P. C. qui epitomistam *RAII* esse scripserat, recte defendit *CHOMELIUS Journ. des Sav. 1697. n. 20.* Sed *NICERONIUS* ipsi *TOURNEFORTIO* Libellum tribuit.

JOH. RAII sylloge stirpium extra Britanniam nascentium. Londini 1694. 8. Catalogus stirpium hic redit, qui in observationibus topographicis reperitur; præterque proprias a *RAIO* extra patriam repertas stirpes, adjiciuntur plantæ *COLUMNÆ*, *CLUSII*, *BAUHINORUM*, *M. HOFMANNI* & aliorum, quæ Angliæ defunt. Adjectæ *GRISLEII* Lusitanicæ & aliquæ, perpulchræ, Genevenses *JO. SHERARDI*. Difficiles illas *CORDI*, *THALII*, *CÆSALPINI* vix attigit.

OLAI

Vidimus jam omnia, quæ extra corpus humanum Medico sunt cognoscenda Jam

OLAI BROMEL Chloris Gothica, sive *Catalogus plantarum circa Gothoburgum*. Gothob. 1693. 8. Plantæ pauciusculæ, aliquæ tamen parum notæ: nomina Rudbeckiana, spuria multa.

J. PECHEY compleat herbal of physical plants. Lond. 1694. 8. Ad pharmaceuticam pertinet. *

MAURITII HOFMANNI Catalogus plantarum M. Mauritiani. Altdorf. 1694. 4. Non inutilis, neque in tanta angustia pauper.

SAMUEL LEDEL Centaurium minus. Goerliz. 1694. 4. Ad morem sæculi.

EL. CAMERARIUS in dissertationum III., Tubingæ 1694. 8. editarum, in tertia agit de Thea & Coffea.

RUDOLPHI JACOBI CAMERARII de sexu plantarum Epistola. Tubing. 1694. Elegantissimum Opusculum, eruditum, dictione ipsa amœna, neque absque experimentis propriis, per quæ constitit dejectis staminibus in Mayz, Mercuriali, Moro, aut nulla semina ad frugem pervenisse aut paucissima. Candidè etiam fatetur, aliqua experimenta minus ex sententia sibi cessisse in Cannabi. In numero etiam staminum ita versatus, ut systematis Linnæani quoddam rudimentum tradat. Classes enim androgynarum, monœciarum, diœciarum constituit.

AUGUSTI QUIRINI RIVINI ad JOHANNEM RAJUM Epistola. Lipsiæ 1694. 4. Minime inutilis. Arborea cum plantis humilioribus oportere conjungi rectè demonstrat, exemplo inconstantis in diverso solo staturæ arborum; fatetur numerum segmentorum, in quæ flos dividitur, non separare genera, obsequens adgnitæ naturæ voci. Contra naturales classes aliqua objicit.

SAMUEL MULLER Vade mecum Botanicum. Francof. Lips. 1698. 8. Rudes icones officinalium cum virium compilatione.

GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI Epistola ad RAJUM. Hamburg. 1695. 4. Vacua observationibus, & inutiliter curiosa in distinctionibus arboris, fruticis, herbæ.

PETRI POMET histoire générale des Drogues. Paris. 1694. fol. & recusa auctius 1735. 4. Auctor non quidem eruditus, & Pharmacopola, neque ubique fideles dedit plantarum icones, aliquas tamen bonas, notasque legitimæ mercis, & loca natalia.

F. HOFMANN de infuso Veronica. 1694. Halæ. Disp.

PAULUS HERMANNUS hoc hanno obiit. Quare huc refero posthuma ejus Opera. Primum *Paradisus est Batavus*, cujus prodromus cum *Schola Parisina* prodierat. *Paradisum* a morte Auctoris edidit *W. SHERARD*. Leidæ 1698. 4. pulcherrimam nempe collectionem plantarum rariorum cum elegantissimis iconibus.

Deinde prodit *Museum Zeylanicum*, sive *Catalogus plantarum in Zeylana sponte nascentium*. Leidæ 1717. editore incerto. Prima pars hujus Opusculi continet indicem horti ficci *HERMANNIANI*, in cujus tribus voluminibus in folio plantæ ab ipso Paulo ab an. 1670. ad 1677. lectæ continentur, nominibus unice designatæ indigenis, cum Latinis nominibus & brevissima descriptione. Hæ eadem plantæ cum iconum volumine in *LINNÆI* manus nuper inciderunt, qui easdem, characteribus inspectis, collatis aliis Auctoribus, in genera & species reductas edidit *flora Zeylanica* nomine, editæ Stokholmicæ 1747. 4. Reliquæ plantæ Musei a p. 39. ad finem perierunt omnino.

Deinde *catalogus plantarum Capitæ Bonæ Spei PAULI HERMANNI* existat cum *thesauro Zeylanico BURMANNI*, & plantæ, quas ficcas *COMMELINO* miserat *HERMANNUS*, cum ad *BURMANNIUM* pervenissent, insertæ sunt eidem Operi.

Denique ex prælectionibus *HERMANNI* materiam medicam conscripserunt discipuli, quæ an. 1710. edita est Argentorati. Acerbam in hoc Opus censuram vide apud *NEUMANNIUM Oper. omn. 1044.*

JACOBI PETITVER Musei sui *Centurias X.* edidit ab an. 1695. ad 1703. Eo mille rariores species ex Animalium & Vegetabilium classe continentur, & inter istas tum Musci, tum exoticæ plantæ non paucæ, undique magno labore collectæ, sed sola nomina, cum paucissimis iconibus.

PETRI HOTTEN de fatis rei herbaria Oratio. Leid. 1695. 4. Historias inprimis breves habet hortorum Botanicorum.

M. MAP-

Jam vero sequitur aliud consilium, in quo corpus humanum pertractabitur.

M. MAPPI de Chocolata. Argent. 1695. 4.

Instruction du plantage & des propriétés des muriers & du gouvernement des vers a Soye, Lyon. 1695. 8. *

MICH. BERNH. VALENTIN de china china, Gieß. 1695. 4. de hypecacoanha, ibid. 1698. 4.

J. HARDR. SLEVOGT de nuce metbel AVICENNÆ, Jenæ 1695. 4. esse nempe modernorum Daturam. De acmella zeylanica remedio fluoris albi 1703. de balsamo vero 1705. 4. de urtica 1707. 4. (bona disputatio) de lino sylvestri cathartico Anglorum 1715. de ruta 1715. de opobalsamo 1717. 4. de momordica 1719. programma de bandena Ceylanensium 1719. 4. de geniana 1720. 4.

PETRI WOLFART de china china, Gieß. 1695. 4.

La culture des fleurs & arbrisseaux à fleurs. Bourg en Bresse. 1695. 12. *

RUDOLPH ETSSON de arboribus glandiferis. Groning. 1695. 12. SEG. *

R. J. CAMERARII de frumenti semente. Diff. Tubing. 1695.

LEONHARDI PLUKNET *Almagestum Botanicum*, sive *Phytographia Pluknetiana onomasticon* Londini 1696. 4. cum iconum tabulis 250. fol. Maximum laborem posuit Auctor, ut ex omni orbis ambitu quam plurima stirpium specimina sicca colligeret, collecta sculperet. Plures ergo stirpium dedit figuras proprias quam ullus ante eum Botanicus, sed parvæ sunt, ad ramulos factæ, & ad siccas plantas, neglecto passim caractere. Indicas autem habet, & raras Anglicas, & Helveticas. Finxisse aliquas aut ad ingenium reformasse vide apud H. SLOANE præf. ad vol. 2. *Itin. Jamaic. In Phil. etiam Trans.* fuse in *PLUKNETIUM* animadvertitur n. 264. multiplicasse nempe species, & ne proprias quidem plantas satis cognitas habuisse.

ROBERTI MORISON *almagestum Botanicum*, sive *Onomasticum phytographia Pluknetiana* Oxon. 1696. fol. habet *SEGUIER*, sed eo tempore *MAURISONIUS* dudum mortem obiit.

THEODORI ZWINGERI *Neuvollkommenes Kräuterbuch*, sive *Theatrum Botanicum*. Basil. 1696. fol. Ediderat an. 1678. BERNARDUS VERZASCHA cum eodem nomine icones epitomes CAMERARII, adjectis historicis viriumque encomiis. Hoc Opus auxit ZWINGERUS speciebus ex C. BAUHINO desumptis, & virium ad novam theoriam reformata enarratione, & copia majori. Paucas Icones addidit, sed nuper an. 1745. filius FRIDERICUS ZWINGERUS denuo auxit Opus paternum, & minime ineleгантis, et si ligno insculptas icones addidit exoticarum fere ex horto Carlsruhensi plantarum.

G. W. LEIBNITZ de *Antidysenterico novo*. Hannover. 1696. 8. Ad primam famam novæ Ypecacoanhæ scriptum.

SAM. SCHROEER libera in naturam Opii inquisitio. Lips. 1696. 8. Ex acido-volatilibus particulis ejus vires exponit.

SAM. SCHROEER libera in naturam opii inquisitio, videtur idem libellus esse, qui prius citatus fuit.

R. DAHURON *nouveau traité de la taille des arbres fruitiers* prius prodiit Cell. 1692. 8. deinde recusus est Liege 1698. 8. quæ mea editio est.

JOH. de la QUINTINIE *instruction*, &c. recusus existat 1730. 2. vol. 4. Anglice vero versus ab EVELYNO prodiit Londin. 1697. 4. cum titulo *complete gardener*; Germanice *gründliche anleitung zum gartenbau*, Hamburg 1727. tractatus vero de melonibus, Lips. 1712. 4.

Traité des drogues qui ont rapport à la médecine, Paris. 1697. 8. An forte LEMERYI dictionarium.

G. W. WEDEL de *camphora*, Jen. 1697. 4. & numerosæ disputationes de jalapa 1678. de camphora 1694. de aro 1701. de terebinthina 1701. de musco terrestri clavato 1702. de maro 1703. de salvia 1703. de ypecacoanha Germanica & Americana 1705. de cubebis 1705. cinnamomo 1707. serpentaria virginiana 1710. contrayerva 1712. plantagine 1712. centauro minori 1713. sabina 1713. cuscuta 1715. hyoscyamo 1715. de hyperico 1716. glycyrrhiza 1717. de viola maritima purpurea 1717. 4. de allio 1718. colchico malo & veneno 1718. sambuco 1720. polypodio 1721. EJUS etiam numerosa sunt ad rem herbariam programmata de amello VIRGILII 1688.

terra.

retragono HIPOCRATIS 1688. herbis germ. OVID. 1689. nepenthe HOMERI 1692. cirsisio DIOSCORIDIS 1700. pane dyrrhachino CÆSARIS 1700. bulbo veterum 1701. thijo HOMERI, lignis thymis 1707. rhabarbari genere, differentia, virtute 1708. 4. thesio THEOPHRASTI 1708. oenanthe DIOSCORIDIS 1710. lilio convallium SALOMONIS 1716. &c. quæ fere in *Exercitationibus philologicis* recusa existant.

GEORG. CASP. KIRCHMAYER de arte propagandi vites, VVittenberg 1697. 4.

FRANCISCI CUPANI *Hortus Catholicus Principis Catholica*, &c. Neapoli. 1696. 4. cum *Supplemento primo*. Alterum vero *Supplementum* Panormi prodiit an. 1697. Continet plantas Siculas, numerosas certe, & pulchras nominibus sæpe novis & perplexis, quibus varias Sicularum non raro significantur additis synonymis idiomate Siculo. *Pamphyton* Auctoris Sicularum quod in præfatione promittit CUPANUS, prodiisse non videtur: observante etiam FRANCISCO SEGUIER. De eo lege GIORN. de LETT. vol. XXVIII. p. 398. & XXIX. ubi septingentæ tabulæ numerantur. CUPANUS 600. fecerat.

HANS SLOANE *Catalogus plantarum qua in Ins. Jamaica sponteveniunt vel vulgo colluntur*, cum aliis qua in Madera, Barbados, Nevis & S. Christophor. nascuntur. Lond. 1696. 8. *Nomenclator Splendidi Operis*, & quo alibi synonyma, ex propriis Auctoris laboribus nata, numerosissima. Multæ Europææ intermiscuntur.

A. Q. RIVINI *Epistola de methodo Botanica* & J. RAILI *responsio*. Londini 1696. 8. existat cum *synopsos* editione II. Ad RIVINI epistolam supra memoratam, fuse & erudite respondet J. RAJUS, & defendit, a nulla plantæ parte sola characteres desumi posse. Videas tamen ægrius paulo tuentem se contra *TOURNEFORTIUM*, neque forte satis gnarum fabricæ florum.

RENE DAHURON *nouveau Traité de la taille des arbres fruitiers*. Paris. 1696. 12. sæpe in Germania, nuperque an. 1743. recusus, cum titulo *vollständiges gartenbuch*. Discipulus Domini de la QUINTINIE in infitionis inprimis artificio aliquid potuisse videtur. Cæterum plantarum nomina barbara habet, neque ad Botanicos usus utilis.

JOSEPHI PITTON *TOURNEFORT de optima methodo instituenda in re herbaria Epistola*, in qua respondetur RAJO de variis plantarum methodis. Paris. 1697. 8. Increpat RAJUM nimis laxis usum, a foliis, coloribus, saporibus sumtis characteribus. Demonstrat, se minime contemnere habitum, quem tamen non nimis oporteat urgere, exemplo Ranunculorum, Geraniorum, quibus essentialis character idem fit cum diversissimo habitu. Ergo partem aliquam plantæ seligi oportere, quæ dux viæ fit tironibus, eoque ad classes & genera quasi manu ducat. Fabricam numero petalorum præferri oportere, Sedi exemplo demonstrat Caryophyllatæ. Docta Epistola, & principe digna Botanicorum.

JOH. COMMELYN & CASP. fil. *Horti Medici Amstelodamensis rariorum plantarum descriptio & icones*. Amstelod. fol. vol. I. an. 1697. vol. II. an. 1701. Ducentæ & viginti plantæ Indicæ, quarum multæ non descriptæ, hic splendide pinguntur.

JOHANNIS de la QUINTINIE primarii Hortulani Regis Ludovici XIV. *Instruction pour les Jardins fruitiers & potagers*. Variis annis editus est: auctor cultu florum Paris. 1690. & 1695. 2. vol. 4. & iterum cultu Melonum additò Amstelodami 1697. 4. 2. vol. Expertissimus & elegantissimus, uti notum est, hortorum cultor fuit. In arte serendi & colendi arbores pomiferas inprimis excelluit, & in ea classicus est Auctor.

SILVII BOCCONE (priusquam in cœnobium se abdidit PAULI) *Museo di Piante rare*. Ven. 1697. 4. Multa quidem habet a D. BARRELIER, a CUPANO (præf. ad hort. Cathol.) ab aliis, neque icones florum ubique sunt, quales mavelles, in characteribus inprimis: sed plurimas tamen & pulcherrimas Alpinas & Italicas plantas invenit, aut depinxit primus, & descripsit quidem breviter. Defenderunt ejus famam contra Gallos Auctores Diarii *GIORNALE de LETTERATI* vol. XXIV. p. 214. In viribus medicatis supersticiosus est.

DAVIDIS ABERCROMBY *clavis medicina*, sive *ars explorandi plantas* cum eo Museo recusa est.

EJUSDEM BOCCONE *Museo di Fisica*. Venet. 1697. 4. Stirpes hic non plurimas describit, & satis ruditer depingit. Sunt tamen ex cryptogamia, quibus carerenolis, tum iis, quæ de Coralliorum lacte habet.

PETRI MAGNOL *Hortus Regius Monspeliciensis*. Monspel. 1697. 8. Hic *TOURNEFORTII* methodum & nomina recepit, ordinem tamen alphabeticum servavit. Plantas pulchras habet, exoticas & Alpinas, & nitidas icones.

JOH.

JOH. ANDR. STISSER *Botanica curiosa*. Helmstad. 1697. 4. Est Catalogus stirpium quarundam rariorum, quarum cultum præcipit. Icones addidit ex HERMANNO, aliisque. In W. DAMPIERI *itineribus* Londini 1697. 8. editis aliquæ stirpium novarum Guineæ novæ icones continentur.

MATTH. TILING *Opiologia nova*. Francof. 1697. 4. Compilerator.

CHRISTIAN LUD. WELSCH *basis Botanica, sive brevis ad rem herbariam manu ductio*. Lipsiæ 1697. 12. Inutilis Libellus ex MONTINGII Catalogo horti fere descriptus, additis, quibus carere possit, maxime nominum repetitionibus. Dat vero tabulas RIVINIANAS pro flore, & HERMANNIANAS pro fructu.

VIRGILII FALUGII *Profopœia Botanica, sive Nomenclator Botanicus ad methodum A. Q. RIVINI*. Florent. 1697. 12. Poema, quo secundum Rivini methodum tres ab eo descriptæ classes recensentur.

VIRG. FALUGII, quod citavimus poema, mire rude est & ingratum ex meris epigrammatibus compositum. Novam editionem paravit LAURENTIUS PATAROL, qui botanicen amavit.

HUNDAULD *dissertation physique*, &c. multa chemica, etiam physiologica admista habet, ad TACHENII mentem, cum analysi & compositis ex salvia medicamentis.

J. P. TOURNEFORT *histoire des plantes qui naissent autour de Paris*. Parisiis 1698. 12. Elegantissimus Liber, quo majorem, quam in magno Opere, demonstravit peritiam stirpium, & Auctorum cognitionem criticam. Icones, descriptiones, conjunctiones sapienter trutinavit, descripsit eximie, etiam multas, quas in *Institutionibus* omisit. Adjecit analyseos compendium ex Academicorum experimentis decerptum. An. 1725. a BERNARDO de JUSSIEU paulo auctior, duobus voluminibus editus est: & an. 1732. a D. MARTIN Anglice recusus Londini 8. 2. vol. cum additamentis variis.

NICOLAI LEMERY *Traité universel des Drogues simples*. Parisiis 1698. 4. 1714. Roterod. 1715. 4. Parisiis 1733. 4. auctus a BERNARDO DE JUSSIEU. Stirpium, quæ ullo modo medicinam contingunt, descriptiones fusiores, virium enumerationes breves, icones malæ.

STEPH. BLANCARD *Herbarius Belgicus*. Amst. 1698. 8. *

HUNDAULD *Dissertation physique sur les propriétés de la Sauge*. Parisiis 1695. 12. *

ROBERT. MORISON *historia generalis plantarum* Tomus III. Hunc edidit JACOBUS BOBART junior Oxonii an. 1699. Priori tomo facile præstat, plurimas enim stirpes habet nuperius inventas, & inprimis Graminum numerosas & pulchras icones, Muscorum etiam depictorum primus aliquam ubertatem.

A. Q. RIVINI *Ordo plantarum quæ sunt flore pentapetalo irregulari*. Lips. 1699. fol. maj. Umbelliferarum pulchræ icones, minus bona Geraniorum dispositio, Pirolarum confusissima. Plantarum *Flore hexapetalo* aliqua exemplaria, sed perpauca prodierunt, & inter inedita referuntur cum supplemento tabb. 112. in præf. ad *Cat. Bibl. Riviniana*. De cœnâ viri in publica commoda liberalissimi legatur CL. HEBENSTREITUS de *continuan-da Rivinorum industria*. Videas ibi unice voluisse stirpes flore irregulari edere RIVINUM: exstare plurimas adhuc alias vel in posterioribus tabulis insculptas icones, vel ineditas, quarum, & Orchidum inprimis, catalogum addit.

GUIDONIS CRESCENTII FAGON *Questio med. an ex Tabaci usu frequenti vita brevior*. Parisiis 1699. Eadem, ut credo, *Thesin* vidi, sed anno 1711. editam. Laudat depletionem humoris nimii, culpâ inutilem potentiam & sulphur narcoticum.

J. ANDR. STISSER *horti Medici Helmstadiensis catalogus*. Helmst. 1699. 8. Enumerat brevissime nomina stirpium, quas ab anno retro 1692. in horto suo coluerat. Varietates multæ. Observatio nulla.

RICH. RICHARDSON *de cultu hortorum*, Lond. 1699. 4. *

Fruitwals improved by inclining them to the horisente, Lond. 1699. 4.

F. MAR. NIGRISOLI *de charra ejusque usu apud antiquos*, Venet. 1699.

Traité de l'origine & du progrès du Caffé, tiré d'un Manuscrit Arabe de la Bibliothèque du Roi. Caen 1699. 12. Omnino meretur legi. GALLANDI Opus.

Hoc anno cœperunt edi les *Mémoires de l'Académie des Sciences*, & pergunt quotannis. In iis plurima & pulcherrima ad rem herbariam pertinentia. Ecce brevem Catalogum.

1699.

1699. DODART de situ perpendiculari arborum; De eodem IDEM an. 1700. 1701. & de la HIRE 1708. & ASTRUC ibid. TOURNEFORTII Tamarindi descriptio.
1700. BOULDUC *Analysis Hypecacoanæ*. DODART de fecunditate plantarum, & iterum an. 1701. TOURNEFORT de plantis marinis.
1701. BOULDUC *analyses Colocynthidis, Jalapæ, Hellebori nigri, Gummi Guttae*. HOMBERG de analysibus plantarum. LEMERY *Naturii aquatici analysi*. MARCHANT demonstravit Liquitajam esse Schrophulariam aquaticam. De eadem LEMERY an. 1702.
1702. LEMERY fil. de analysibus plantarum fermentatarum. BOULDUC *analyses Veratri & Scammonæ*.
1703. LEMERY *analyses Grossulariæ*. BURLET de Camphorata. Funesta vis Belladonnæ. TOURNEFORT descriptio *Persicariæ Orientalis Nicotianæ folio*.
1704. MARCHANT *Prunus in Cydoniam feliciter insita*. TOURNEFORT descriptio *Chamæhododendri orientalis*.
1705. LEMERY *analyses Camphoræ*. BOULDUC *analyses Gratiolæ*. LIPPI *Fungi Coccinei Melitenensis descriptio*. TOURNEFORT descriptio *Caryophylli Sinensis*. EJUSDEM genera *Morus ranæ, Menispermii, Chrysanthemoidis, Chamæbuxi, Camphoratae, Ficoidis constituta*.
1706. CHOMEL descriptio *Limodori montani & Conyzæ montanæ*. GEOFFROY *Spongiæ analysi*. TOURNEFORTII constituti characteres *Gale, Orobanchoïdis, Ternatiæ, Luffæ, Dier-villæ, Chelonæ, Valantiæ, Lavateræ, Methonicae, Conyzoidis, Solanoidis*. CHOMEL descriptio *Orobi Sylvatici, nostratis RAI*. MARCHANT de viribus *Valerianæ ad epilepsiam*.
1707. TOURNEFORT de educatione & cultu Fungorum. RENAUME de succo nutritio plantarum. DE PAS de Chamalegua. MARCHANT *Rosa monstrosa*.
1708. BOULDUC de *Aloc*. LEMERY de *Manna*. GEOFFROY in *analyses Coralliorum*. HOMBERG de natura *acidi & alcali*. IDEM de melle *Aurantiorum*. GEOFFROY de *Noctoch*.
1709. BOULDUC de *Cachou*. MARCHANT de plantarum partibus *monstrosis*. DODART & PERRAULT de *circulatione succi in plantis*: *Hyoscyami vis noxia*. *Ulmus excorticata absque noxa*. MAGNOL de usu *medullæ in plantis*.
1710. De *nuce Bicuiba*. BOULDUC de *Rhabbaro*. TACHARD & LEMERY de *Lacca*. MARSIGLI *analyses Corallii*. GEOFFROY de *pareira brava*. De *Secalis corniculati noxis*. PARENT de *motu plantarum*. MARSIGLI de *plantis marinis earumque floribus*.

1711. *BOUËDUC* de Mechoacanna.
LEMERY analysi Coralliorum.
 De Gallarum vi febrifuga.
GEOFFROY de Tuberibus terræ.
MARCHAND Lichenagarici descriptio.
RENEAUME de vegetatione.
GEOFFROY pro sexu plantarum.
REAUMUR de Algis marinis.
PARENT pro descensu succi nutritii.
HOMBERG de plantis Hybridibus, & 1712.
NISSOLE genera Coriariæ, Jasminoidis, Ficoideæ, Partheniastri.
1712. *BOUËDUC* analysi Bryoniæ.
REAUMUR de floribus & granis Fuci.
 De la *HIRE* stamina florum.
GEOFFROY experimentum in Mayz pro sexu demonstrando factum.
BOUËDUC fructum papaveris Rheados subire posse vices Opii.
 De Sexu Palmarum experimentum.
 De la *HIRE* de Catalepsi in flore Dracocephali.
JUSSIEU genus Corispermii.
NISSOLE descriptio Ricinoidis & Alypi.
1713. *RENEAUME* de cortice Peruviano.
POLI de oleo Lauri.
MARCHANT descriptio Marchantiæ.
REAUMUR de majori Pruni sylvestris specie.
EJUSDEM Boletus ramosus Coralloides foetidus.
JUSSIEU descriptio.
1714. *GEOFFROY* de Lacca.
BOUËDUC analysi Agarici.
EJUSDEM de floribus Perficæ.
RENEAUME Spongia fluviatilis ramosa.
JUSSIEU duorum Galliorum descriptiones.
1715. Mors ex Cicutaria palustris (ut videbatur).
1716. De *RESSONS* de destruendis arborum Lichenibus.
 De Apallachina.
 De *RESSONS* de infitione.
JUSSIEU Cereorum descriptio.
D'ISNARD Evonymoidis genus.
1717. *JUSSIEU* descriptio Kali Alicantensis.
DANTY descriptio duarum specierum Lami.
 De Cornu quod credebatur vegetasse & radices egisse.
1718. *VAILLANT* de Ginseng.
RENEAUME de methodo Botanica.
MARCHANT descriptio Indici.
VAILLANT plantarum cinatocephalarum constitutio.
DANTY D'ISNARD Cynoglossoidis duæ species.
1719. *BOUËDUC* Elaterii analysi.
EJUSDEM Chacrilla descriptio.
MARCHANT, noviter, ut credit, natæ species Mercurialis.
VAILLANT descriptiones plantarum aquaticarum ex 14. generibus.
EJUSDEM classis plantarum discoide Pore.
DANTY D'ISNARD descriptio Calcitrapoidis, & speciei Amberboi.
1720. *JUSSIEU* historia Catechou.
VAILLANT classis plantarum flore radiato.
D. D'ISNARD Euphorbii genus constitutum.
 Le *BON* de Hippocastani utilitate in vita humana. Conf. 1721.

1721.

1721. *REAUMUR* de Sylvarum cura.
VAILLANT classis flore planipetalo.
DANTY D'ISNARD Monospermaltea.
1722. *ALEXANDRE* de Gale cerifera. *ID.* an. 1725.
REAUMUR de Noftoc.
JUSSIEU de Vanilla.
VAILLANT classis Dipsacea.
EJUSDEM crisis in methodum Tournefortianam.
1723. *MARCHAND* genus Ricino-Karpi.
NISSOLE Arachidnoidis Americanæ descriptio.
1724. *HAUTERIVE* radix ad Serpentum morsum.
GEOFFROY de vesicis Ulmi.
JUSSIEU de vi tinctoria Chrysanthemii segetum.
 De Piris monstris.
TRANTII Candiospermum.
DANTY D'ISNARD descriptio Erucae singularis.
1726. *DANTY D'ISNARD* de usu olei fagini.
1727. *REAUMUR* de Corallio.
MARCHANT Mucilaginis species in polline coriario nascens.
JUSSIEU historia iconum regiarum.
1728. *DU HAMEL* de planta quæ crocum destruit, Tuberoide.
EJUSDEM de multiplicatione specierum fructuum.
 Lignum viride.
JUSSIEU de genere Fungorum.
1729. *JUSSIEU* de Simarouba.
DU HAMEL de augmento plantarum, quod a pluvia accipiunt.
REAUMUR de Lichenibus murariis,
 De *MAIRAN* de Mimosa.
1730. *DU HAMEL* de inferendi artificio continuato 1731.
EJUSD. anatome Piri continuata an. 1731. 1732.
STÆHELIN de annulis elasticis Filiculæ corniculatæ.
EJUSD. de vi elastica feminis Equiseti.
SARRAZIN de Acere saccharifero.
GARCIN Mangostan.
NISSOLE descriptio Phaeoli peregrini femine tomentoso & Luffæ Momordicæ folio.
1733. *MARCHANT* descriptio Bicucullatæ.
1735. *EJUSDEM* Prunus absque nucleo.
1736. *DU HAMEL* de Mimosa.
1737. De *BUFFON* & *DU HAMEL* de incremento arborum.
PATROUILLAD de noxis Hyosciami.
 Vitis amplissime ramosæ historia.
1738. De *BUTTON* & *DU HAMEL* de incrementis motus succi nutritii.
 De la *CONDAMINE* descriptio Quinquina.
1739. De Amylo ex Solano tuberoso.
DU HAMEL de utilitate Polygalæ vulgaris medica.
 De *BUFFON* de cura Sylvarum & 1742.
 B. de *JUSSIEU* historia Pilulariæ.
SAUVAGES DE LA CROIX de vi venenata Coriariæ, & Christophoriana.
1740. *GEOFFROY* de modo præparandi nonnullas radices.
 B. de *JUSSIEU* descriptio Lemnæ.
 De *BUFFON* de robore Ligni.
DU HAMEL de vilco.
1741. De conferva molli.
1742. B. de *JUSSIEU* Plantago palustris monanthos.
EJUSD. de Coralliorum ortu ex Polypis.

L 1 2

1743

1743. HELLOT de oleo Bibo.
BARRERE de cultu Orizæ.
Illis quæ ex *Mémoires de l'Académie des Sciences* recensuimus, addè 1744. DU HAMPEL de furculis ablaqueandis, BOUVART de polygalæ viribus, GUETTARD de cucuta de franca, JUSSIEU de contrayerva.
1745. GUETTARD de filis plantarum & glandulis.
L. LIGER parum fidum esse monet DECOMBE, *Ecole du jardin potager*, p. 28.
THEOD. a ZELST de tarraro, Leid. 1700. 4.
MARCI MAPPI de rosa de Jericho, Argent. 1700. 4.
GEORG. DEXBACH de casta cinnamomea & malabathro, Giess. 1700. 4. bona disputatio.
CHRISTOPH. MAXIMILIAN. SPENER Epistola ad M. B. VALENTINUM de akmella, *Ypecacoanha*, &c. Amstelod. 1700. 4.
R. J. CAMERARII convenientia plantarum in fructificatione & viribus. Tubing. 1699. 4.
PITSCHMAN vererbung von einem gewächse der Erden welches in einem garten Schlesiens gefunden worden. Lips. 1700. 8.
J. CHRIST. SCHROER scrutinium de natura Trifolii fibrini. Guban. 1700. LINN. *
CAROLI LEIGH natural history of Lancashire, Cheshire and Derbyshire. Lond. 1700. fol.
Non valde Botanicus, & in aquis mineralibus potius exercitus.
FRANC. NOURSE on the improvements of husbandry. Lond. 1700. 8. *
JO. GEORGII VOLCAMERI flora Norimbergensis. Norimb. 1700. 4. Bonum Opus. Continet exoticas stirpes horti Volcameriani, cum bonis iconibus, & indigenas ditioni Noricæ, a D. BESLERO & SCHEURL imprimis collectas. Seminum fere ubique descriptiones adjectæ sunt.
LEONARDI PEUKNET *Manriffa Almagesti Botanici*. Lond. 1700. 4. maj. Appendix stirpium exoticarum fere mille inferendarum inter lineas Almagesti.
MICH. BERNH. VALENTINI *Polychresta exotica. Accedunt Diss. Epistolica varii argumenti*. Francof. 1700. 4. Disputationes aliquas prius habitas collegit, edidit. Ad rem herbariam pertinent, quæ agunt de Faba S. Ignatii, Ypecacoanha, China Chinæ. Reliqua partim anatomica, partim alio pertinent.
LOUIS LIGER *nouvelle maison rustique*. Parisiis 1700. 4. 2. vol. Amstel. 1701. 2. vol. 4. Sæpius recusa, & anno 1721. 4. deinde mutato nomine in CHOMELII abiit *Dictionnaire Oeconomique*. Collector, qui non plurima sibi ipsi deberet.
J. B. TRIUMPHETTI *Prolusio publica ad publicas herbarum ostensiones habita in horto Medico*. Rom. 1700. 4. In oratione, nondum oblitus litium contra MALPIGHIIUM, deprimit inutilitatem Anatomæ subtilioris in Praxi & Malpighii, ut vocat, infelicitatem pungit in medicando. Sex stirpium icones subjicit.
JOH. WALLACE *description of Orkney*. Lond. 1700. 8. Catalogus plantarum indigenarum Orcadum Insularum ibi reperitur.
J. PHIL. BREYNE de *Acmella & Ginseng*. Disput. Leid. 1700. 4. recusa cum patris *Prodromis*.
JOH. FRANCI *Veronica theizang*. Coburg. 1700. 12. Nimius in laudibus Veronicæ maris vulgatissimæ. Parisiis tamen recusus est sub titulo *le Thé de l'Europe*. 1704. 12.
Nonne idem N. HANJEL *die preiswürdige veronica oder Europäische thee wie selbige anstatt des Indianischen mit fuge gebraucht werden kan*, Dusseldorf 1692. 4. *
J. C. SCHROER in botanicis confusior est, habet tamen analysin plantæ & corticis. *Le bon usage du Tabac en poudre*. Parisiis 1700. 12. Historia & præparatio Tabaci. Adjecta Disp. supradicta FAGONII *
JOHN. JONES *the mystery of Opium revealed*. Lond. 1700. 8. Practice.
J. JONES editionem anni 1701. habet *Car. PL.*
FRANC. MARLÆ NIGRISOLI *febris China China expugnata*. Jenæ 1700. 4. Est collectum Opusculum ex BREGNY & RESTAURAND & aliis.
F. M. NIGRISOLI quod diximus opusculum, ad praxin pertinet.
DAN. SCHEFFER de *Chamamelo*. Argentor. 1700. Disp.
RUD. EYSSONII de Fago. Groning. 1700. 12. SEG. *
J. CHRIST. SCHROER *beschreibung des Eschenbaumes*. Francof. ad. Oder. 1700. 8.
OLAI RUDBEKII *Campor. Elyseorum*. L. I. II. Priorem anno 1702. editum LINNÆUS recenset, qui de Graminibus agit, & cujus tria tantum supersunt specimen, quænam vero

- verò nunquam vidi. Sed alterum an. 1701. impressum de bulbosis plantis agentem, etiam rarum, possideo. Pater, filius & nepos cognomines, in hoc Opere laborarunt, cui undecim mille destinabant icones. Quas hic habemus, eas compilaverunt fere ex omnibus Scriptoribus, Lobelio, Fuchio, Sveertio. Propriæ paucæ sunt aut ad Burserianas stirpes pictæ. Descriptio vix ulla. Repetitiones frequentes. Ita v. gr. Orobanthe funboensis flore suaverubente, est ipsissima Squamaria.
EJUSDEM *Laponia illustrata*. 4. Nihil quidem hic Liber ad Laponiam pertinet, duodecim enim tomos destinabat Operi Auctor, cujus hic primus solus prodiit, continens iter Uplandicum. In eo catalogus exstat baccarum edulium Septentrionis, & icon Scepri catolini.
MELCH. FRICII de *virtute venenorum medica*. Ulm. 1701. 8. habet etiam plantas venenatas.
TIMOTH. NOURSE *Campania felix or a discourse on the improvements of husbandry*. Lond. 1701. 12. *
PETRI COLET *catalogue des Plantes qui croissent autour de Dijon*. Dijon. 1701. 12. SEG. *
IDEM contra TOURNEFORTIUM nescio quid scripsit, ad quod respondit J. B. CHOMEL in *Journal des Savans*, ut supra dictum est.
LOUIS LIGER *culture parfaite des Jardins fruitiers & potagers*. Parisiis 1702. 12. 1714. 12.
JAMES PETIVER *Gazophylacii natura & artis Decades X.* Lond. 1702. seqq. fol. Centum sunt tabulæ, in quibus insecta non pauca, multæ tamen etiam plantæ, æque exoticæ & raræ depictæ exstant, etsi paulo rudius ad sicca exemplaria expressæ sint.
LOUIS LEMERY *Traité des alimens*. Parisiis 1702. 8. & auctius 1705. Chemicus filius, Chemicus & ipse. Vulgaria hic habentur, & ridiculæ passim etymologiæ.
P. BOCCONE *appendix ad suum Musæum de plantis Siculis cum observationibus Physicis nonnullis*. Venet. 1702. 8. B. RV.
J. HENR. BURCHARD Epistola ad LEIBNIT. 1702. 4. Characterem non fumendum esse a partibus plantæ accidentalibus.
FRID. HOEMANNI *disputatio de terebinthina*, Hall. 1699. de *sacchari historia naturali* 1701. de *caryophyllis aromaticis* 1702. 4. de *natura & præstantia vini rhenani* 1703. de *præstantia malorum citrinorum* 1715. de *vini Ungarici natura* 1721. de *manna ejusque usu in medicina* 1725. 4. de *veronica, camphora*, aliæque in opusculis medicis Hall. 1739. 4. recusæ disputationes. In aliis opusculis Ulmæ recusa est *compendiosa methodus indagandi vires plantarum*.
CAR. FRID. LUTHER de *potu theæ*, Kiel. 1702. 4.
OL. CELSII *Botanic i sacri Exercit. I. de Malo Hierichuntino*. Ups. 1702. 12. & aliæ. Theologus, Philologiam Botanicam sacram imprimis coluit, & nunc maxime edidit an. 1745. 4. *Hieroboræ non*, eruditum Opus, quo plantas biblicas ex linguis Orientalibus declarare conatus est.
ÆGIDIJ de KOKER *Catalogus plantarum horti Harlemensis*. Harlem. 1702. 12. Paucæ plantæ 314. & fere officinales. Aliquæ tamen cum locis natalibus memoratu dignæ.
G. W. WEDEL de *Musco Clavato*. Jen. 1702. 4. Disp.
J. P. BREYNE de *Fungis officinalibus*. Leid. 1702. 4. Disp.
JOH. RAII *methodus plantarum emendata & aucta*. Londin. 1703. 8. Insigniter mutata a priori editione. Hic enim TOURNEFORTIANAS florum fabricas, HERMANNIANAS aliquas classes naturales recepit, & omnia in melius, inque methodi naturalis leges disposuit. Falsos tamen PRESTONI Characteres optimus senex adhibuit, & solent ipsi anomalæ classificationis subjunctæ plantæ vitio dari. Graminum dispositio a SCHEUCHZERO emendatius proposita est. Conf. not. 174. . .
EJUSDEM hoc ipso anno vita functi *Historia Plantarum T. III. sive supplementum duorum præcedentium*. Lond. 1704. fol. Hoc volumine plantas ab an. 1688. inventas collegit, & ad ordinem priorum disposuit. BANISTERI Virginicas, VERNONI & KRÆGII Marylandicas, HANSII SLOANE Jamaicenses, sibi mutuo datas, TANCREDI ROBINSONI, SAMUELIS DALE, EDUARDI LLHWYDII Anglicas, tum exoticorum Auctorum noviter inventas stirpes continet. Omnia in ordinem congestit & emendavit WILHELMUS SHERARD. Utinam editio exstaret, quæ hæc supplementa propriis locis inserta contineret! Ad calcem exstant Corollarium TOURNEFORTI, CAMELLI catalogus plantarum in Philippinis Insulis nascentium, tum PETIVERI hortus ficcus, & alia.

EFUSDEM RAII *Philosophical letters with those of WILLOUGHBY* published by W. DERHAM, Londini 1718. 8. Plurima hic habentur, quæ partim ad historiam Auctoris, partim ad stirpes, earumque locos natales pertinent, & grandes mixtæ sunt PLUKNETII, PETIVERI, PRESTONII de stirpibus Dissertationes.

JOS. P. de TOURNEFORT *Corollarium* J. R. H. Parisiis 1703. 4. & Lugduni 1719. 4. Continet novas species itineris Græci, & aliqua nova genera.

Dictionnaire de tous les termes propres à l'agriculture, Parisiis 1703. 8. *

J. ULR. HEGNER *analysis fructuum amygdalarum*, Basiliæ 1703. disputatio.

JOHANNIS BAPTISTÆ TRIUMPHETTI *Vindiciarum veritatis pars prior*. Rom. 1703. 4. MALPIGHIO respondet, qui in Posthumis se contra priores TRIUMPHETTI de ortu & generatione vegetabilium observationes erat tutatus. Experimenta profert contra cotyledonum cum plantarum partibus analogiam, stirpis in femine delineationem, foliorum ad gemmas perficiendas necessitatem.

J. M. HOFMANNI *appendix ad delicias flora Altdorfina hortenses*.

HENR. van OSTEN *register van alle de sorten der vornehmsten fruchten, Abricosen, Persiken, &c. en een Register der saden*. Leid. 1703. 8. *

ANDRÆ ANDALORII *il Caffè descritto ed esaminato*. Messan. 1703. 12. * Vim omnem esse potius ab aqua calente.

MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI *Museum Museorum oder schaubühne aller materialien und Specereyen, &c.* fol. Francof. T. I. an. 1704. T. II. & III. an. 1714. In primo tomo tria regna & officinalia omnia percurrit, totumque exscribit POMETI Opus. In appendice utile adest commercium epistolium inter HERBERTUM de JAGER, ANDREAM CLEYERUM, WILHELMUM ten RHËNE, & EVERHARDUM RUMPHIUM, de Indicis ad rem Medicam aut certe ad Sephasias pertinentibus naturæ operibus. Hic tomus sub nomine *historia simplicium reformata* recusatus est Latina lingua. Alter Tomus ex omnibus regnis compilationem undique corrasam habet, rariorum eo pertinentium. Tertio Opera potius artis describit.

MICH. BERNH. VALENTINI primas tomos, quem sub nomine *historia simplicium reformata* recusatus diximus, iterum recusatus existat cum titulo *Aurifodina medica*, Gæss. 1723. fol. nonnullis additamentis & recuisi disputationibus auctior.

GEORG. FRID. REICHENAY *de opio*, Leid. 1704. 4. *

Le jardinier solitaire, Parisiis recusatus prodiit 1737. 12. Bruxellis vero 1706. 8. 1721. 8. Anglice etiam versus existat *the carthusian gardener*, Lond. 1706. 8. Nonne idem *the retired gardener* by LONDON and WISE 1706. 8. HARRI. recusatus ibid. 1717. 8.

L. LIGER *le jardinier, &c.* Parisiis recusatus est 1719. 12. 1748. 12. Germanice vero versus prodiit Lipsiæ 1716. 4.

NIC. HARTSOEKER *pourquoi les boutans des arbres ne peuvent pas résister au froid au printemps*, Républ. des Lettres 1705.

P. de VALLEMONT Germanice prodiit VALLEMONT *von der gärtnerney*, Budissin. 1716. 8.

J. M. LANGII disputatio I. docta est de Kali, saponaria, struthio. Borith interpretatur de Kali Syriaco RAUWOLFII. Posteriores duæ disputationes nihil huc faciunt.

J. JAC. MANGET *Bibliotheca Pharmaceutico-medica*. Genev. 1704. fol. Præter vim magnam aliorum insertorum chemicorum tractatum, ad nos tamen pertinent icones plantarum propriæ quarundam Alpinarum, aliarum vero EXRAIO & J. BAUHINO petitiæ descriptiones.

R. WIL. KRAUSE *de Cardamomo*. Jen. 1704. 4. Disp.

C. T. PAULINI *de nuce moschata*. Lipsiæ 1704. 8.

JACOB GOTTSCHALK *verzeichnuss des gartenz zu Leiden*. Ploen. 1704. 8. In hortulanorum gratiam stirpium horti Leidenensis brevem scripsit catalogum.

Le Jardinier solitaire. Parisiis 1704. 12. Auctor Fr. FRANCISCUS GENFIL Carthusianus. Ex propriis experimentis de arborum fructiferarum & horti olitorii cura multa utilia habet.

LOUIS LIGER *le Jardinier fleuriste & historiographe*. Parisiis 1704. 12. Amstelod. 1708. 12. Poetica & fabulosa varia habet, minus dives experimentis.

SIBILLÆ GRAAF, natæ MERIAN, *metamorphoses insectorum Surinamensium* an. 1705. Belgice. Gallice vero an. 1726. editæ, pulcherrimas stirpes conjunctas habent cum insectis. Eodem dudum ediderat insectorum Europæorum metamorphoses, quæ Amstel. 1730. fol. recu-

recusæ existant, cum adjectis stirpibus fere 200. quarum aliquæ raræ sunt. Sed explicatio minus bona est.

CHARLES PLUMYER *Traité des Fougères de l'Amerique*. Parisiis 1705. fol. Ex ultimis itineris divitiis immensam vim Filicum Americanarum pulchris figuris expressit, tum Europæas aliquas, Fungosque paucos. Causa fuit amulatio, Operis HANSII SLOANE (*pref. ad It. Jamaic.* Vol. II. LABAT T. II. p. 24.)

LEONHARDI PLUKNET *Amaltheum Botanicum stirpes novas tradens* 1200. Lond. 1705. fol. cum iconibus 600. Plantæ fere omnes exoticæ.

J. GODFRID GRUHLMAN *de remedio contra caliginem oculorum*. (Herniaria) Jenæ 1706. 4.

R. J. CAMERARII *de Scordio*. Tubing. 1706. 4.

RUD. CHR. WAGNER & STARKE *de gyris Convulsulorum*. Præf. WAGNER Disp. Helm. 1705. 4.

VIRGILII FALUGII *protopopæia botanica methodo Tournefortiana disposita*. Florentiæ 1705. 12.

PETRI DE VALLEMONT *Curiosités de la nature & de l'art sur la végétation*. Parisiis 1705. 12. 1708. 8. deinde 1734. & alias. Compilatio mera, absque propriis experimentis, & affirmatio temeraria palingenesiæ, circulationis succorum in plantis, multiplicationis feminum, &c.

BESNIER *le Jardinier botaniste*. Parisiis 1705. 8.

JOH. MICH. LANGII *Diff. botanico-theologica tres de herba Borith &c.* Altdorf. 1705. 4.

DANIEL DUNCAN *avis contre l'abus des choses chaudes*. Roterodami 1705. Culpas in primis Coffeam. *

JOH. SIRICII *beschreibung dreier blühenden Americanischen Aloe*. Slesvvig. 1705. 4. Cum in ea descriptione WALDSCHMIDIUS in sua aliqua carpsisset asperè respondit in Libello an. 1706. edito, cum titulo *Kurze beantwortung &c.*

EMANUELIS KOENIG Basiliensis Professoris *schweizerisches hausbuch, seu Geographica Helvetica curiosa*, Basiliæ 1705. 8.

FRID. MENTZ *de plantis ad rem magicam pertinentibus*, Lipsiæ 1705. 4.

W. ULR. WALDSCHMIO est etiam *de sexu ejusdem planta gemino*, Kiel. 1705. 4. EJ. programma ad excursiones botanicas 1712.

J. EVELYN obiit eodem anno quo EJ. *gardener almanach* prodiit, nempe 1706. 27. feb.

J. VANIER *pradium rusticum* recusatus est Parisiis 1746. 12.

J. J. BAIER etiam sunt *problemata quadam medica*. Huc pertinet *de viribus rhea*, Altdorf 1706. 4. *de asparago* (sub nomine ANT. a CLERICIS) 1715. 4. *lilio convall.* 1718. *lupulo* 1718. *de artemisa* 1720. 4.

WILH. ULR. WALDSCHMID *beschreibung der Aloen insgemein, insbesondere aber der Americanischen*. Kiel. 1705. 4. Descriptio Aloes quæ Goltorpi floruerat. Idem in Libello *Americanischer in Gortorf blühender Aloe fernere beschreibung*. ibid. 1706. 4. scripsit contra SIRICIUM.

LUD. FERD. MARSIGLI in Ep. 18. Dec. 1706. data ad ABBAT. BIGNON describit rami florentis Corallii. Vide *Journ. des Savans* 1707. Febr. & Maj.

J. EVELYN *gardener Almanach with a discourse on sallets*. Lond. 1706. 8. Continet Operum rusticorum catalogum, tum descriptionem esculentorum plantarum plerarumque. Habetur etiam in Operum collectione in folio.

JAC. VANIER *Pradium rusticum*. Poematis Georgici ingeniosi certe & elegantis, nisi sparsas passim haberet nimii in alienissimo loco zeli scintillas. Libri duo primi Tolosæ prodierunt 1706. 12. decem autem omnino Parisiis 1707. 12. & deinde sæpius 1730. 12. &c.

J. J. BAIER *de Visco* Disp. Altdorf. 1706. 4.

SAL. HOTTINGER *onologia seu dissertatio de vino*, Tigur. anno 1707. ad 1712. 4. *

AL. C. GAKENHOLTZ in *dissertatione de vegetabilium indole exploranda*, Helmst. 1706. 4. & in Libro *de emendanda & rite instituenda medicina* proposuit methodum plantas a radicibus disponendi. IDEM scripsit etiam *definitiones Tournefortianas HEISTERO* teste in *method.* Linn. quæ non integre prodierunt.

HANS SLOANE *Voyage to Madera, Barbados, Nieves, S. Christopher and Jamaica with the natural history*. P. I. Lond. 1707. fol. P. II. ibid. 1725. fol. Etsi nullam partem rei na-

naturalis neglexit clarissimus Auctor, qui optimo omnibus bonis exemplo in venerabilis senio superest, in Botanicis tamen maximum laborem posuit, eamque partem Physices plurimum illustravit. Stirpes *RAJANO* ordine disposuit numerosas, novas fere omnes, egregie depictas, ut ex collatione cum ficcis Speciminibus ipse testor. Synonyma omnium plenissime ex incomparabili Bibliotheca congeffit: vires medicas, & oeconomicas utilitates ex sua observatione & consuetudine in coloniis recepta assignavit. Nova genera vix condidit, sed ab adfinitatibus temporaria nomina imposuit.

BARTHOLOMÆI de MARTINIS Specimen plantarum inventarum a Verona ad M. Baldi. Veron. 1607. 4. *

J. A. SLEVOGT de Urtica. Jen. 1707. elegans disputatio, cum characteribus.

OL. RUDBEK fil. de Hedera. Upsal. 1707.

G. W. WEDEL de Cinnamomo. Jen. 1707. 4.

J. MELCH. VERDRIESS de succi nutritii in plantis circuitu, Gieff. 1707. 4.

J. CHRISTIAN LEHMAN de balsamo peruviano nigro, Lips. 1707. 4.

BOUCEAU de la BARAUDIERS Traité du Jardinage, &c. Parisiis 1707. 12. (SEG. etiam 1689. 12.)

J. M. the whole art of husbandry. Lond. 1706. Rem hortensem & rusticam habet. *

DAN. LANGE Catalogus der gewächse so in dem Lastrophischen garten zu Eimsbüttel gewachsen. Hamburg. 1707. 8. *

In Tomo Diarii *GALERIA* di *MINERVA*, qui hoc anno prodit, exstat *Catalogus plantarum circa Liburnum & VALISNERIO lectarum.* p. 46.

Ex Tomo III. Diarii *GAL.* di *MIN.* quod ibi citavimus, huc pertinet *de Sarsaparilla tract. CESTONI.*

JOSEPHUS PITTON TOURNEFORT præmature fato abreptus obiit an. 1708. Huc ergo posthuma oportet referre. Iter primo Orientale, cujus Relatio Parisiis an. 1717. 4. 2. vol. tum Lugduni 1717. 3. vol. 8. & alias edita est. In eo pulcherrimo & amenissimo Opere plantæ supra centum, pleraque novæ, egregie describuntur & depinguntur.

EJUSDEM Matière medicale eodem anno 1717. Paris. 2. volum. in 12. edita. Continet descriptiones stirpium quas non alibi habemus, vires & præparationes Pharmaceuticas. Libro tertio fere eadem alio ordine, & nonnihil aucto plantarum numero, repetita habentur.

J. JACOBI SCHEUCHZER Itinera Alpina tria. Lond. 1708. 4. In primo & secundo itinere magna vis stirpium, etiam rariorum & novarum, exstat descripta cum nonnullis non optimis iconibus, quas etiam *PETIVERIUS* habet in *Gazophylacio.* Plantas etiam recensuit in *GAL.* di *MIN.* T. VI. p. 48.

J. SCHEUCHZERI prodomus Agrostographia. Tiguri 1708. fol. cum majoribus iconibus prodit, quæ repetuntur in *Agrostographia.*

EMANUELIS KOENIG regnum vegetabile quadrupartitum. Basil. 1708. 4. Secundo Libro institutiones rei herbariæ Tournefortianas repetit; Quarto vires stirpium ex variis compilat.

CHRISTOPHORI HELWICH de cicuta, antimonio, siluro, Gryphisvald. 1708. 4. *de ligno brasiliensi* 1709. 4. *de cherophyllo* 1711. 4. *de quinquina Europaorum* 1712. 4.

La théorie & la pratique du Jardinage. Parisiis 1709. 4. Ad ornamentum & ad ordinem. *

ERN. WILH. WESTENBERG viridarium Academia qua est Harderovvici. Eo loco 1709. 4. Locos natales nullos habet. (TREW.)

La théorie & la pratique du jardinage, cujus editionem Parisinam citavimus, prodit etiam la Haye 1711. 4. 1715. 4. 1739. 4. quæ editio multo auctior est. Anglice etiam prodit sub titulo *the theory and practice of gardening translated by J. GAMES* Lond. 1712. 4. Magna pars versatur in hortorum ornamentis, viis, sepibus, aquis. Arborum tamen etiam & herbarum cultum docet.

J. FRANCI alleluja, quam acetosellæ descriptionem esse diximus, enormem virium hujus plantæ habet catalogum.

J. POLY LECAAN Advice to the gentlemen in the army of her Majesty in Spain and Portugal. London. 1708. 8. Plantas Hispaniæ indigenas recenset, quæ Angliæ exoticæ sunt. (*Journal des Savans* 1709.)

NATALIS CHOMEL (Sacerdotis) Dictionnaire oconomique. Lyon 1709. fol. cum supplemento 1712. fol. deinde Parisiis 1718. fol. 2. vol. Lugduni & Amstelodami an. 1732. fol. 2. vol.

2. vol. Vasta collectio artis venatoriæ, agriculturæ, horticuluræ, utilitarum oeconomicarum, medicarum, &c. Sed qualis ab homine minime botanico potest expectari.

N. CHOMEL dictionnaire Anglice vertit BRADLEY Lond. 1722 fol. Nec fidem laudat *DECOMBE THOM. ROBINSON Essay toward a natural history of Cumberland and Westmorland.* London. 1709. 8. Huc imprimis pertinent plantæ 18. a *RAIO* prætermittæ.

J. JAC. SCHEUCHZER herbarium diluvianum. Tiguri 1709. fol. auctius recusum Leidæ 1723. fol. Icones sunt plantarum varii generis, sed imprimis tamen Filicum, & Cryptogamiarum, quarum multæ in Europa nullibi proveniunt.

JOH. FRANCI Alleluja. Ulm. 1709. 8. Descriptio Acetosellæ.

CHRISTOPH. LUDW. GOELLER de cinnamomo, Utrecht. 1709. 4. bona disputatio.

LONDON and WISE compleat gardener adde: or directions for cultivating and right ordering of fruit and flower gardens.

J. BATT. SCARELLA historiam aloes plantarum quæ unquam floruisse, & ex *VALISNERIO* observationes continet, de succo dulci ex floribus destillante.

WILLIAM SALMON English herbal. Lond. 1710. fol. Carolinam viderat Auctor, hinc passim aliquas Americanas plantas describit. Cæterum Officinis receptas stirpes secundum alphabeti ordinem disponit, collectas undique nominibus & excerptis iconibus. Errores habet maximos, ut videre est in Virga aurea foliis ferratis (pro qua Bidentem flore radiato pingit) scordio aquatico (pro quo Lamium exprimit) Sophia Chirurgorum, pro qua *MATTHIOLI* Symphytum petræum pingit.

LONDON and WISE compleat Gardener. Lond. 1710. 8. Ad culturam olerum, & arborum pomiferarum. *

J. BATT. SCARELLA breve ragguaglio intorno al fiore dell' Aloe Americano. Patavii 1710. 12.

Lettres d'un Medecin du Roi a ses amis. Namur 1710. 4. In Epistola III. Cl. *PETITUS*, qui Auctor est elegantissimi Libri, plantas nonnullas paludosas & novum characterem Dantiæ, Arique palustris pingit & describit.

JOHANNIS de MURALTO Physices specialis P. IV. sive Helvetia Paradisus. Tig. 1710. 8. Circa Scaphusium & in Toggicis atque Abbatiscellanis montibus, in Gotthardo denique & Lucumonio Monte stirpes collegit raras, & a paucis in Helvetia lectas. Nomina sæpe incredibilia, & aliena, ut cum prudentia legi oporteat & uti.

Nie erhörte sonnderbare Gartenluft. Hamburgi 1706. fol. De Pyramidibus procurandis per gemmarum infertionem.

BLASII CARYOPHYLLI (Garofalo) de Origano, Ricino, Lilio, Mandragora in *Differt. suis Miscellaneis.* Rom. 1710. 4. & de *Hyssopo.* 1718. fol. Rom. Philologus. *

R. I. CAMERARII de Lolio remulento. Tubing. 1710. 4. Diff.

OL. RUDBECK de Mandragora. Upsal. 1720. 8.

MATTH. ERN. BORETII de Hieraciis Frusticis. Regiom. 1710. 4.

Hoc anno cœpit edi *GIORNALE de' LETTERATI*, in quo passim varia Botanica occurrunt, ut *FR. FANTASTI* descriptio Colocasiæ T. XVII. *UBERTINI LANDI* Diff. de Fungis, ubi defenditur, eos absque semine provenire *Suppl.* 3. deinde vitæ clarorum virorum.

J. HENRICI HEUCHER Index plantarum horti Medici Wittembergensis. VVittemb. 1711. 4. & *Novi proventus horti.* 1711. 4. & alii *Novi proventus* 1713. 4. Prima parte *RIVINI* methodus tota explicatur, ipso approbante & genera atque species enumerantur, secundum eam methodum digestæ. In sequentibus observationes exstant variæ. Sed minima laus hujus Archiatri fuit a Botanicis.

LUC. WOLLEB de methodo herbas lustrandi cum corollariis anatomicis, Basil. 1711. 4. *EJ. de belleboro* disputatio.

J. RUD. SILTEMANN, de cortice Winterano, Erfurt. 1611. 4.

F. EULALII SAVASTIANI Libri IV. prodierunt etiam Venet. 1749. 8. Placet anatome in egregio & heroico hoc carmine, quo etiam *MALPIGHII* laudes in fabulam conjecit, & eleganter cecinit.

SARLET apud TREVULTIENSES de Senna & Colutea, quæ viribus sit par Sennæ, agit an. 1711. Octobr.

LUD. FERD. MARSIGLI Osservazione intorno al mare ed alla grana del Chermes. Venetiis

netiis 1717. 4. Hæc posterior Dissertatio huc pertinet, & apud GARIDELLUM exstat recusa.

J. AUG. de HUGO *Diss. Botanica de variis plantarum methodis*. Leid. 1711. 8. *

GAR. FRANC. COGROSSI *della natura ed uso della Corceccia del Perù*. Cumma 1711. 4. 1718. 4. Practice.

ENGELBERTI KÆMPFER *Amœnitates exotica*. Lemgov. 1712. 4. Laudes incomparabilis viri aliquas jam diximus. Ad Botanicen pertinent; plena historia Assæ foetidæ, Sanguinis Draconis, Theæ, Palmæ dactyliferæ: tum fasciculus plantarum Japonicarum, cum multarum integris descriptionibus, characteribus & fidissimis iconibus.

JACOBI PETIVER *Pterigraphia Americana*. Londin. 1712. fol. Tabulæ sunt viginti, cum iconibus parvis, nitidis tamen, fere quadringentis, plantarum ex cryptogamia, maxime tamen Filicum Americanarum. Sola nomina adjecta sunt. Accefferunt inserta aliqua.

JOH. MORTON *natural history of Northampton-Shire*. Lond. 1712. fol. Continet Catalogum plantarum rariorum hujus Comitatus, aliquarum etiam, ut credit Auctor, non descriptarum, ex Muscorum genere, & varietatum; deinde ad Agriculturam varia. Icones plantarum paucæ.

GEORGII ANDRÆ HELWING *flora Prussica quasi modogenita*. Gedan. 1712. 4. cum Pref. J. P. BREYNI. In ea præfatione Catalogus habetur Scriptorum rerum naturalium Borussæ, & corriguntur aliqui errores LOESELII. In Catalogo exstant stirpes 247. quarum multæ hortenses sunt, & multæ aliæ ad varietates pertinent; aliquæ tamen pulchræ & raræ.

J. BAPT. CHOMEL *Histoire des plantes usuëles*. Parisiis 1712. 12. deinde 1715. 2. vol. tum 1730. 3. vol. 12. & Amstelodami 1736. Plantæ disponuntur secundum operationes suas in corpore humano: datur brevis enumeratio virium medicatarum, & synonyma nonnulla. Multa habet ex propriis experimentis. In supplemento varia ex GARIDELLO SCHROEDERO, pauca de suo addit. Utilis Auctor.

ROBERT *Instruction sur les Arbres fruitiers*. Parisiis 1718. 12.

FRANCISCI EULALII SAVASTANI *Botanicorum sive Institutionum rei Herbaria*. L. IV. Neapol. 1712. Historia generum secundum Methodum TOURNEFORTII, virium in alimentis, in Medicina, Carmine continuo descriptæ.

ANGRAND de RUENEUVE *Observations sur l'Agriculture & le Jardinage*. Parisiis 1712. 2. tom. 12. De optima ad solem expositione, de satione, inoculatione arborum aliqua operibus olitorii præcepta dat.

JACOBI PETIVER *Hæbarii Britannici Catalogus cum iconibus*. Lond. 1713. fol. Mihi sunt Tabulæ 50. Cl. vero SEGUIER vidit 72. Commodum cæterum Opus, quo plures rariores species aut varietates non alibi depictæ exhibentur, secundum RAYANUM Synopses ordinem. Icones mihi 600.

JOH. CHRISTOPHORI VOLCAMER *Hesperides Norica*. Norimb. 1713. 1714. fol. 2. vol. Non solum Hesperidum ex tribus generibus vim maximam descripsit & depinxit, sed Cereos etiam, Mefembryanthema, Ananas aliasque plantas Indicas cum cultu adjecit splendidissimo Opere.

JOH. CAROLI A CARLOWITZ *anweisung zur wilden Baumzucht*. Lips. 1713. fol. 1731. fol. Demonstrat equidem funditus perire sylvas, magna cum infelicitate patriæ, suadet novarum sylvarum culturam, arborum Catalogum dat. Sed vir nobilis, Botanicæ ignarus, turbat omnia. Pinus & Abietes confundit. Mannam fraxineam cum Manna graminea Borufforum conjungit. Habet tamen artem carbonariam, picariam, & serendarum arborum artificia.

LOUIS LIGER *nouveau théâtre d'Agriculture*. Parisiis 1713. 4. Meruit laudes Diarii Eruditorum.

L. LIGER *nouveau théâtre d'agriculture adde: & menage des champs*. Recusus est hic liber Paris. 1723. 4. EJUSDEM etiam sunt *moyens faciles pour rétablir l'abondance de toutes sortes de graines*. Suadet serere Mayz.

J. CHR. OLEARII *aloëdarium historicum*, Arnstätt. 1713. 8. *

Le jardin de Hollande, &c. Leidæ recusus est 1728. 8. Cæterum ex QUINTINIO excipitur liber est.

J. HIER. ZANICHELLI in Libro citato ex itinere maritimo fungum marinum describit, & plantæ genus, cujus semina & flores ex MICHELII observatione depictas addit.

ANTO-

ANTONII TITÆ *Catalogus Plantarum horti Mauroceni*. Patav. 1713. 4. Moribus antiquis, & nominibus usus veterum. Adjecit iter suum in Alpes Vettias Venetorum, quo multæ, & nonnullæ novæ stirpes enumerantur, solis tamen nominibus.

MHKONOHAIITNION sive MICHAELIS FRIDERICI LOCHNER *Papaver ex omni antiquitate erutum*. Norimb. 1713. 4. (ACT. LIPS. Nam mea editio annum habet præfixum 1719.) Hoc Opusculum, ut omnia hujus Auctoris, plus Philologiæ ad somnum, & papaver pertinentis, quam Botanicarum descriptionum habet.

G. W. WEDEL *de Centauro minori*. Jen. 1713. 4. Disp.

J. A. SLEVOGT *de Lino cathartico*. Jen. 1713. Disp.

HEUCHERI vel THRYLLITII *de historia plantarum fabulari*. VVitteb. 1713. 4. Plantas aliquas descripsit.

Le Jardin de Hollande garni de fleurs & de fruits, &c. Leidæ 1714. 8. *

LUD. FERDINANDI MARSIGLI *de generatione Fungorum Epistola cum responsione LANCIUSII*. Rom. 1714. fol. Icones vix possunt ad suas species referri, femina Fungorum promta visu, non detexit, ut non maxima in splendido Opere sit utilitas.

LANCISIUS in alia Epistola agit de plantis in Plinianæ villæ ruderibus repertis.

J. HIER. ZANICHELLI *de Myriophyllo pelagico*. Venet. 1714. 8. ex GIORN. de' LEFT. XX. *

BARTHOLOMÆI ZORN *Botanologia Medica*. Berol. 1714. 4. Germanice. Virium incredibilis compilatio cum citatis Auctorum locis, ad PANCOVLANUM Opus ordinata, de quo alibi.

LAUR. ROBERG *de Picea*. Upsal. 1714. 4.

J. J. BETER & LANG *de Millefolio*. Altdorf. 1714. 4.

J. PHIL. EYSEL multæ disputationes sunt *Bellitographia*, Erfurt. 1714. 4. *de fuga demonum* 1714. *bono henrico* 1714. *filio ante patrem* 1714. *rora solis* 1715. *betonica* 1716. *trifolium fibrino* 1716. *veronica* 1717. *agallocho* 1717.

JOHN LAURENCE *gardening or Clergyman's recreation*, Lond. 1714. 8. *EF. fruit gardeners kalendar*, ibid. 1718. 8.

ANT. de JUSSIEU *histoire du jardin Royal de Paris avec une introduction à la botanique jointe à l'éloge de feu M. FAGON* Paris. 1714. 4. *

JACOBI PETIVER *plantarum Italia nomina & icones*. T. V. Lond. 1715. fol. Icones 80. marinarum stirpium & Graminum. Reliqua mihi non sunt ad manus, nempe *Hortus Peruvianus medicinalis*. T. 5. 1715. fol. (cujus tamen icones spurias esse plerisque memini, maxime Kinkinæ). *Graminum, Muscorum, Fungorum concordia*. Lond. 1716. fol. *Plantarum Ægyptiarum icones*. T. II. Lond. 1717. T. 2. & aliæ apud CL. SEGUIER recensæ.

CASPARI COMMELINI *icones plantarum præsertim ex Indiis collectarum*. Amst. 4. 1715. & 1716. nam uterque numerus reperitur, & EJUSDEM *Præudia Botanica*. Plantas Indicas pulchre describit & depingit, in utroque Opere, maxime Euphorbium. In eoquod priori loco recensui flores aliquot specierum Aloes pinguntur, quæ in posteriori absque flore sunt.

PETRUS MAGNOL anno 1715. mortuus est. Ejus observationes in Pinacem, & repetitionum censuræ, multis ante annis a SCHELHAMMERO indicatæ (ad CONR. INTR. p. 337.) nunquam prodierunt. Sed novus character plantarum Mospelii an. 1720. 4. a filio editus est; rarus tamen, quod dicant specimina Libri minus perfecti redempta esse a filio, quem proprii consilii poenitentia ceperat. Numerosas habet descriptiones florum, & TOURNEFORTIUM passim emendavit. Methodus, quam a calyce cognominat, potius a flore est, & nimis hiulca, in Arboribus imprimis.

PIERRE GARIDEL *histoire des Plantes qui naissent autour d'Aix*. Aix 1715. fol. & Parisiis 1723. fol. ut in multis catalogis lego. Splendidum Opus, centum fere tabulis novis ornatum, sed passim vitiosum, neque, in adeo beata regione, satis multa habet propria.

MICH. FRID. LOCHNER *Mungos animalculum & radix*. Norimb. 1715. 4. Radicem Mungos a KÆMI FERRO Europæ illatam in purpura maligna non absque fructu agris exhibuit.

BERNHARDINI ZENDRINI *della China China*. Venet. 1715. 8. Practice. *

CHRIST. BERNH. VALENTINI *Tournefortius contractus*. Francof. 1715. fol. Tabulæ sunt methodi Tournefortianæ, & quædam aliena, Chemica, aliaque.

G. W. WEDEL *de Plantagine*. Jen. 1715. Disp.

Et EJUSDEM *de Hyoscyamo*. Ibid. anno eodem.

- J. T. GRONOVIVS de *Camphora*. Leid. 1715. 4. Disp. Habet modum, quo preparatur & depuratur.
- MICH. FRID. LOCHNER de *Ananasa*. Norimb. 1716. 4. Libellum, qui cum Hesperidibus VOLCAMERI existat, recedit auctiorem cum pulchris iconibus.
- EJUSDEM *Nerium* sive *Rhododaphne veterum & recentiorum*. Norimb. 1716. 4. Pene unice philologicus. Icones & hic & fere ubique, alienæ.
- IDEM, ut supra dictum, *rariora Besleriani Musei*. an. 1716. a filio JOHANNÆ FRIDERICO descripta fol. edidit, cum plantarum marinarum & fructuum nonnullis iconibus.
- R. MORTIMER *art of husbandry*. Lond. 1707. 1716. 8. 2. vol. SEG. Ex aliorum experimentis & opinionibus DALRYMPLE ad ELLIS.
- GEOR. ANDR. AGRICOLÆ *versuch der universal vermehrung*. Ratisbon. 1716. fol. & Tom. II. ib. 1717. fol. Novam artem in immensum multiplicandarum arborum proposuit, ex radicibus dissectis, & inoculatis in ramos; deinde foliis cum vel sine oculo infitis, tum alia arcana varia, quæ vero, quantum video, in experimento non responderunt. Conf. BRESL MISC. 1723. Jul. In Anglicam tamen linguam translatus est a R. BRADLEY & editus Lond. 1721. 4. tum in Gallicam.
- G. A. AGRICOLÆ Anglice editus titulum habet *a philosophical treatise of husbandry and gardenery*. Gallice autem sub titulo *l'agriculture parfaite* prodit Amstel. 1720. 8.
- CHRISTIANI KNAUT *Methodus plantarum genuina*. Hall. 1716. 8. Artificialis methodus a numero unice partium floris & involucrorum fructus desumpta, hinc contraria natura, quæ numerum sæpius contemnit, quam figuram & proportiones.
- J. BOECLER de *vino Argent.* 1716. 4.
- Dictionaire botanique & pharmaceutique*, Paris. 1716. 8. *
- G. FRANK a FRANKENAU *palingenesia von der künstlichen auferweckung der pflanzen* (fabuloso experimento) versa a J. C. NEHRING, Lips. 1716. 4.
- J. A. WEDEL etiam disputationes huc pertinentes sunt: de *calamo aromatico*. Jen. 1718. Helenio 1719. *Vincetoxico* 1720. *verbena* 1721.
- DE LA ROQUE *Voyage de l'Arabie Heureuse avec un Mémoire concernant l'arbre & le fruit du café* Parisiis & Amstel. 1716. 8. Optima notæ, imprimis Appendix, quæ D. GALAND, Librum supra laudatum continet.
- J. B. COGROSSI *giunta al Tr. della China China*. Crema. 1716. 4. & *nova giunta*. Crema 1718. 4. Practice *
- C. H. ERNDL *flora Japonica*. Dresd. 1716. 4. In ea describitur herbarium Japonicum cum 1360. figuris inter MENZELII schedas repertum, tum herbarium pictum CONR. JOHRENI, denique Theatrum rerum naturalium Brasiliæ COMITIS MAURITII NASSOVICI, cum 555. egregiis stirpium iconibus, quæ omnia Berolini conservantur.
- OL. RUDBEK *Rubus humilis Fragaria folio*. Respondit D. KELLANDER. Upsal. 1716. 8. Bona icon parum notæ plantæ.
- D. W. TRILLER de *moly Homeric*. Lips. 1716. 4. eruditissima Disputatio.
- G. H. SIEGESBEEK de *rorella*. VVittemb. 1716. 4. Disp. & ipsa ob experimenta utilis.
- J. A. WEDEL de *Scordio*. Jen. 1716. 4. Disp.
- SAMLUNG von *Naturgeschichte Breslau* 1717. ad 1727. Ad cultum agrorum multa hic habentur, tum ad aliquas plantas œconomicas, v. gr. Onobrychidem, monstra etiam stiri pium, &c. de viribus plantarum passim experimenta intercedunt.
- M. D. JOHRENI *Vade mecum Botanicum*. Francof. Oder. 1717. 8. Flora ejus loci pauper, secundum TOURNEFORTII classes & genera. In præfatione aliquot plantarum rariorum characteres a GUNDELSHEIMERO suppeditati. Ejus herbarium pulchre depictum ab H. RIBBING Berolini adferatur, ERNDL de *flor. Japonica*.
- M. D. JOHRENI *vade mecum botanici* aliam editionem, quæ citata hic fuit, Colbergæ prodidisse video.
- ABRAHAM REHFELD *Hodægus Botanicus mensurus*. Hall. 1717. 8. Flora Hallensis, sed nomina mala, plantæ mistæ hortensibus.
- J. FRANCI de *euphrasia*, Francof. 1717. 8.
- ALEX. CAMERAR. de *botonica*, Tubing. 1717. 4.
- MICH. FRID. LOCHNER *Bellilli indicum* Nuremb. 1717. 4. Describit speciem Tethyos, qua preparata in India utuntur ad febres ardentes. EJUSD.

- EJUSD. de *novis Thea & Coffea Succedaneis, Borry Mexicana, Capraria Peruviana Agerati folio, Coffea a la Sultana* &c. ibid. eod. anno. Novas aliquot plantas, aut nuper inclarescentes, describit & depingit.
- EJUSD. de *Acriviola*. Exstat etiam in E. N. C.
- M. F. LOCHNER etiam est de *pareira brava*, Norimb. 1719. 4. Eam ostendit esse *Campebum PISONIS*, non autem BUTUA ZANONI, & observationes practicas pro confirmandis viribus antinephriticis addit.
- FRID. FRISIUS *Zwey Wunderwürdige gewächse Cercus Peruvianus angulosus minor und Ananas*, so an. 1717. zu Altenburg geblüht. *
- URB. HIERNÆ de *Nylobalsamo ab Auctore invento*. Helm. 1717. 8. *
- BARTHOLOMÆI de MARTINIS *nuovo invento cioè aggiunta al genere delle Anagallidi aquatiche di due non più prodotte in luce*. Veron. 1718. 8. cum icon. SEG.
- CAROL. NIC. LANGII *beschreibung des schädlichen genußes der Kornzapfen*. Lucern. 1717. 8. Bona descriptio Clavi fœcalini, sive grani luxuriantis, unde morbus stupidus & gangranosus artuum sequitur.
- R. J. CAMERARI de *Ulmaria*. Disp. Tubing. 1717. 4.
- JULII PONTEDERÆ *compendium tabularum botanicarum*. Patav. 1718. 4. maj. Cum de vacua cathedra concertarent JOH. SCHEUCHZERUS, LUD. a RIPA, & JULIUS, omnes scripto aliquo famam augere tentarunt: & iste quidem a patre LAURENTIO ad agriculturam educatus, matre ita Botanica, ut filio etiam nunc in Alpibus absente, hortum Patavini curam gerat (*Antiquitat. p. 3.*) Stirpes in Baldo Monte & Alpibus collectas, quarum promittebat tabulas, descripsit. Istæ nunquam editæ sunt: plantæ vero hoc Libro recensitæ multas varietates habent admittas.
- LUDOVICI a RIPA *historia universalis plantarum propositum*. Patav. 1718. 4. Ex J. B. A. WHINO & veteribus conscripsit Librum, & Philologica aliqua adspersit.
- ROBERT sur la *culture des Arbres fruitiers*. Parisiis 1718. 12. SEG. *
- Discours sur le progrès de la Botanique par M. de JUSSIEU*. Paris. 1718. 4. Brevis & historicus.
- La Manière de cultiver la vigne & faire le vin de Champagne*. Parisiis 1718. 4. *
- Four essays on English grapes showing they will make the best of vines*. Lond. 1718. 8. SEG. *
- SEBASTIANI VAILLANT *Sermo de structura florum*. Gall. & Lat. Leid. 1718. 4. & ejusdem duo novarum plantarum genera Hanover. 1718. 4. (SEG.), Araliastrum nempe & Boerhaavia. Acerbior equidem in TOURNEFORTIUM, de se certe meritum, cæterum plenus egregiarum observationum, in arctissimum spatium stipatarum, & per inductiones ad totas classes applicatarum. Subjecta sunt duo genera Boerhaavia, quod nomen male inconstans postea mutavit Auctor, & Araliastrum, nempe GINSENG.
- Hæc celebris planta tunc maxime innotuerat, cujus loco KEMPFERUS similem non raram bacciferam, adeoque diversam descripsit. Veriorem P. LAFITAU in Canadensibus sylvis reperit (*Journ. de Trevoux 1718. Janv.*) & descripsit an. 1718. 12. cum titulo: *Mémoire concernant la plante de Ginseng découverte en Canada*, KEMPFERIQUE errorem vindicavit, qui Libellus recusatus est in collectione *des voyages au Nord*. Objectionem contra plantam suam, repetitam a pelluciditate celeberrimæ radicis, quæ non esset in Canadensi, diluerat IDEM P. LAFITAU in iisdem Diariis Trevultiensibus 1718. Mensis Martio. VAILLANTIUS Botanico more novum genus constituit, audax in mutando, Aureliana nomine, quod imposuerat Jesuita.
- HENRICI BERNHARDI RUPP *Flora Jenensis*. Prima editio a H. SCHUTTF edita est Jenæ an. 1718. altera auctior a D. FROELICH an. 1726. 8. tertiam ego ex schedis Auctoris posthumis, meisque observationibus tertia parte auctiorem edidi Jenæ an. 1744. 8. Vir ad Botanicam natus, non aliam spirabat felicitatem, indefessus laboribus, memoriæ tenacissimæ, qui plurimas pulchras Stirpes Germaniæ adseruerit. In magnis generibus, &c. in cryptogamia minus valuit, cum stirpes fœccas negligeret conservare.
- De moribus RUPPII vide HOPPE von den *weidenrosen* p. 4.
- J. CHRISTIAN LEHMAN *blumen garten im winter*, Lips. 1718. 1750. 4. sive *nieuwe volmaakte plantagie in den winter*, Amstel. 1718. 8. Utitur diviso tepidario, in quo variis gra-

- gradus caloris stirpibus impertiri possunt, solo situ mutato. Re ipsa fidem fecit verbis.
- WILH. FÖRSTER EMANUEL de aristolochia, Altdorf. 1748. 4.
- S. SWITZER *Noblemans gentlemans and gardeners recreation*. Lond. 1718. 3. vol. Continet totam rem rusticam, & nemorum hortorumque cultum.
- R. BRADLEY *the gentleman and gardeners Kalendar*. Lond. 1718. 8. (SEG.) Gallice vero Parisiis 1743. 8. cum descriptione hibernaculi.
- PIETRO VETTORI delle lodi degli Ulivi, nova editio colle annotazioni del D. GIUSEPPE BIANCHINI. Florent. 1718. Vide supra suo loco.
- JOH. CAR. SPIES *Roris marini coronarii historia medica*. Helmstad. 1718. 4.
- PATRICK BLAIR *miscellaneous observations in Physic Anatomy Surgery and Botanic*. Lond. 1718. 8. In elegante Libro Botanica aliqua continentur, ex itinere decerpta WALLICO.
- JOH. FRANK *erhöhetes flachsfeiden Kraut*. Ulm. 1718. 8. Loquax & inanis.
- CORN. de BRUYN *iter posterius Rufficum, Persicum, & Indicum hoc anno in fol. descriptum*, habet aliquas stirpium icones.
- G. W. WEDEL de Colchico. Jen. 1718. 4. Disp.
- J. A. WEDEL de Calamo aromatico, ibid. Disp. 4.
- HOLSTEIN de Rhabarbáro. Leid. 1718. 4. Disp.
- In KOLBIJ itinere ad C. B. S. plantarum Catalogus habetur ex herbario OLDENLANDII.
- JOH. SCHEUCHZER *Methodus Graminum & adfium*. Tig. 1719. 8. & EJUSDEM *Agrostographia*. ibid. 1719. 4. Prius Opusculum est idea posterioris, incredibili nati labore, quo quadringentæ plantæ per minutissima, & ipsos intimos florum characteres terminantur. Icones & specierum & characterum fideissimæ. Exotica Gramina paulo pauciora, neque synonymorum satis, neque satis explicatæ notæ specifiçi discriminis plantarum similibus.
- JOSEPHI MONTI *Catalogi stirpium Agri Bononiensis prodromus*. Bonon. 1719. 4. Hoc nomine Graminum historia continetur, inter quæ pulchra aliqua ex beatissima Italia.
- GEORGII ANDREÆ HELWINS *Flora campana, sive Pulsatilla*. Lips. 1719. 4. Aliquæ species Pulsatillarum septentrionalium, cum varietatibus, iconibus expressit.
- JOHANNIS JACOBI DILLENII *catalogus plantarum circa Gießam nascentium*. Francof. 1719. 8. & ejusdem *Appendix*. Hoc primum Opere innotuit novum Botanices fidus. Stirpes in univèrsum in angusto spatio terræ habet plurimas: inter eas numerosas de minimarum gente, & nova genera, lynceis eruenda oculis, bene multa. Muscos primus ita disposuit, ut omnes recentiores imitati sint: Fungos, ut multi. De methodis agit in *prefatione*, pronior in *RAJUM*. Contra *RIVINUM*, impatientem liberius judicantis juvenis, acriter se ruitus est. Nova genera, quæ deessent in *TOURNEFORTIANIS* Institutionibus, undique collegit & characteres desinivit, & ipse sculpsit. Vir cui ob varia beneficia, sed imprimis ob amicitiam, plurimum debeo, quem virum laudavi, extinctum desidero & veneror.
- M. LIBENTANS de *Rachelis deliciis Dudaim*, VVittemb. 1719. 4. philologicæ.
- In B. S. ALBINI *oratione de anatome comparata*, Leid. 1719. 4. existat œconomia vegetabilis Vaillantiana.
- CONC. MICH. VALENTINI de *macis*, Gieß. 1719. 4.
- JOH. HENR. COHAUSEN *nieuwe Thee Tafel*. Amstelod. 1719. 8. & Germanice an. 1718. 8. Compilatio formularum, quibus infusa varia theiformia continentur.
- GOTTLIEB CHRIST. von HAPPEN *beantwortung auf C. WOLFS erlütterung der entdeckung von vermehrung des getraides*. Berolin. 1719. 4. *
- J. A. WEDEL de *Vincetoxico* Disp. Jen. 1719. 4. & de *Helenio* ibid. Disp.
- M. ALBERTI de *vero usu Arnica*. Hall. 1719. 4. Disp.
- PETSCHÉ de *Millefolio*. Hall. 1719. 4. Disp.
- MICH. BERNH. VALENTINI *Viridarium reformatum*. Francof. 1720. fol. Splendidum Opus cum numerosissimis tabulis. Harum aliquas ab illustrissima persona accepit, partim a MERIANO sculptas, partim ex aliis Libris descriptas, etiam ex LÆMPFERO & FRANCISCO HERNANDEZ. Totum etiam florilegium THEODORI de BRY reperitum inseruit. Operi. Ad icones MERIANAS, ex TOURNEFORTIO ordinem addidit bonus fenex, & vium enumerationem, & aliarum specierum catalogum. Errores plurimi intercurrerunt.

Ita

- Ita Julia herba cum Agrimonix nomine, Locusta cum titulo Rubix luteæ spinosæ, Rosa cum Præoniæ femine alterius titulo sculptæ existant.
- JULII PONTEDERE *Anthologia* L. III. & *Dissertationes botanica* XI. Patav. 1720. 4. Priori Libro describit characteres plantarum multarum, novarum etiam aut varietatum, & agit de methodo, atque TOURNEFORTIANAM reformat: in sexum iniquior. In altera flores compositos disponit, sed ut quidem mihi videtur, minime feliciter. Turbat enim classes naturales, capitatas aliquas miscet planipetalis, quæ vel lacte suo cohærent, scabiosas infert corymbiferis, adeo distinctas staminibus liberis, &c. Etiam ibi bonas observationes aliquas habet characterum.
- HERMANNI BOERHAAVE *Index alter plantarum Horti Lugduno-Batavi*. Leid. 1720. 4. Prior Index an. 1710. prodierat, hic multum auctus & reformatus plantas habet secundum HERMANNIANAM methodum dispositas. Characteres generum præfigit naturales, primus aut inter primos, staminibus tubisque minime neglectis, icones rariorum addidit, speciosissimum genus Lepido-Cono & Hypophyllo-Carpodendorum constituit, species novas plurimas & rarissimas recensuit.
- JOHANNIS de BUCHWALD *Specimen Medico-præctico-botanicum*. Hafn. 1720. 4. & 1721. 8. Est index quadrilinguis stirpium officinalium, cum adglutinatis secundum paginas stirpibus, non absque quibusdam erroribus. Vires adjecit ex bonis Auctoribus, & propriis experimentis, sæpe minus vulgo notas. *
- PATRICK BLAIR *Botanical Essays*. Londini 1720. 8. Maxima pars pertinet ad fabricam subtilem. Sexum tuetur, atque vim fecundantem pollinis staminum, cui tamen veras Gemmas inesse negat, cum VAILLANTIO. In III. specimine de methodis, de partibus plantarum erudite disputat, MORISONO tamen, quam RATIO, iniquior.
- GEORGII WOLFG. WEDELIJ *Exercitationum Philologico-Medicarum Cent. I.* prodiit an. 1702. Jenæ 4. & *secunda pars* I. 1720. 4. Hoc nomine collectio venit programmatum, quibus varia amœniora ex re herbaria, aliisque artibus cum medicina cognatis, tractavit, stirpes etiam numerosas veterum eruere, & ad cognitarum aliquas referre tentavit, non absque acumine, quantum quidem id fert institutum.
- A. Q. RIVINI *responsio ad objectiones DILLENII*. Lips. 1720. 12. Responsio senis bene meriti sed irati, quem naturam consulere vetabat atas.
- Histoire naturelle du Cacao & du Sucre*. Amstelod. 1720. (& Parisiis, nisi fallor, an. 1719.) Opus Anonymi, nisi fallor, Chirurgi, Chemix non penitus imperiti. Notitiam florum & fructus Cacao meliorem dat, quam TOURNEFORTIUS, tum analysin chemicam: & Sacchari fabricam ex propria observatione. Aliqua etiam interspergit de utilitate balsami Copaii, ejusque analysi, de Banana, Papaia, Manihoc, &c.
- OLAVI RUDBEK *Index plantarum itineris Laponici* an. 1695. suscepti existat in *ACT. SUEC.* an. 1720. Raras stirpes habet, etsi paucas icones duas eximias.
- JOH. LINDER *Schwänska färga konst*. Stokholm 1720. 8. Continet descriptionem plantarum sponte in Suecia nascentium, quarum in arte tinctoria usus est, ubi meminisse oportet, ad minorem illam tincturam pertinere: nam constantes inde colores & perpetui non obtinentur, nisi forte ex Alni cortice.
- R. BRADLEY *the compleat Seedsman*. by BENJ. TOWNSHEND, cum catalogo feminum L. 1720. 8.
- JOH. FRANK de *Momordica*, & JOH. JACOBI KLEINKNECHT de *Scordio*. Ulm. 1720. 8.
- FRANC. ERN. BRUKMANN *Tubera terra*. 1720. 4.
- GEORGII CRUMP (Americani) de *Arundine saccharifera*. Leid. 1720. Disp. Cocturam Sacchari describit, non valde Botanicus.
- DAN. KELLANDER PETRI F. de *sciminibus*, Leid. 1720. 4.
- JUL. BERNARD. v. ROHR *Einleitung zu der allgemeinen land und feld wirthschafts kunst der Teutschen*, Lips. 1720. 8.
- ABRAHAM VATER eruditæ disputationes de *coralliorum natura, preparatis & usu*, VVittemb 1740. 4. de *balsamo de Mecca* progr. ibid. 1720. 4. *ypocacoantha vi febrifuga*, & *anti-dysenteria*, 1732. *lauroceasi indole venenata* 1737.
- MATTH. ERN. BORETII disp. de *hieraciis Prussicis*, Regiomont. 1720. 4.
- J. J. BAJER (eruditi viri) de *Artemisa*, Altdorf. 1720. 4. Disp.

J. A.

- J. A. SLEVOGT de *Gentiana*. Jen. 1720. 4. Disp.
 A. VATER de *balsamo de Mecha*. VVittemb. 1720. 4. Disp.
 G. W. WEDEL de *Sambuco*. 1720. 4. Disp.
 ALROT de *Geftricia*. Uptal. 1720. Habet etiam stirpes indigenas. *
 GOTTLÖB SCHÖBER de *periculo a seminibus liliaceis & secalinis nigris corruptis cum farina commistis, & loco alimenti adsumptis*. A. E. 1723. p. 446.
 J. FRID. HENKEL *flora saturnizans, oder verwandtschaft der Pflanzen mit dem Mineral-Reich*. Lips. 1721. 8. Paulum BOHEMIANUS, archæum terræ statuit & futuram orbis terrarum vitrificationem. Ortum spontaneum plantarum defendit. Salicorniam descripsit, ejus herbæ dedit analysin chemicam, inque ea salem marinum invenit cum sale fixo, ex isto cum acido spiritu cœruleum colorem obtinuit.
 JOH. CHRISTIANI BUXBAUM *enumeratio plantarum agri Hallensis accuratior*. Hall. 1721. 8. Vernilior paulum, & morum dissolutiorum; cæterum minime contemnendum numerum, nec ubique vulgare stirpium, circa Halam invenit, in quibus etiam novæ aliquæ, earumque nonnullæ ex cryptogamia existant: cum iconibus paucis. Properato vero studio Librum edidit, quem COSCHWIZIUM noverat sibi subrepturum.
 CHRISTOPHORI HELWIG *monatliche Kräuter lust oder neu angelegter nutz und lustgarten*, Zittau. 1721. 8. In primo opusculo plantas & secundum mentes, & alphabetico ordine, cum brevi virium enumeratione: tum exotica ex eo opere excerpta tradit, quod statim dicam. Nempe EJ. *Exotica curiosa oder beschreibung der ausländischen dinge aus dem naturreiche* prodiit F. Lips. 1719. 8. simplicia medicamenta secundum alphabeti ordinem disponit, rapsodus. EJ. sub nomine VAL. KRAUTERMANN, est *blumen und Kräuter buch* F. Lips. 1733. 8. Aliqua de plantarum figura & viribus, vulgaria.
 J. C. SPIES de *Vanigliis* Helmstatt. 1721. 4. de *radicibus antinephriticis* 1722. de *fructibus & arboribus antinephriticis* 1722. *herbis & floribus antinephriticis* 1722. de *valeriana* 1724.
 J. CHRISTOPH. SCHMIDT de *analogia regni vegetabilis cum animali*, Basl. 1721. 4.
 MOOR'S *Englands interest or the gentleman and farmers friend*, Lond. 1721. 8. HARL.
 L. P. THUMMIG de *anatomye foliorum*. A. ERUD. 1721. Jan.
 L. P. THUMMIG etiam sunt *meletemata varii argumenti*, Brunsvvic. 1721. 4. de arboribus ex foliis educandis &c. quæ fuit disquisitione *de arboribus ex foliis educandis*, Hall. 1721. 4.
 W. B. NEBEL etiam est *de plantis doriferis*, Heidelberg. 1721. 4.
 LEONH. FRID. MEISNER de *Thea, Coffea, Chocolate*. Nuremb. 1721. 8. Est disputatio inauguralis Prægæ defensa ex SPONIO, BREYNO & aliis compilata
 R. BRADLEY *the virtue and use of Coffee*. Londini 1721. 8. Historia Coffeæ ex Auctoribus variis. Satis negligens.
 CHRIST. LUD. WILHELM *Colchicum Alexipharmacum & Venenum*. Lips. 1721. 4. Vatum satis Opusculum.
 G. W. WEDEL de *Polypodio*. Jen. 1721. 4.
 W. B. NEBEL de *Helleboro nigro*. Basl. 1721. 4. Disp.
 ANTONII van LEEUWENHOECK observationes huc refero, quod eo anno ultimæ, nisi fallor, prodierint. Pertinent ad fabricam subtilem ligni, medullæ, corticis, seminum, gallarum. Ecce brevem catalogum.
 PH. TR. 1676. de *textura arborum & Vite*.
 N. 136. de *Moxa*.
 N. 148. de *apparatu vasorum in plantis*.
 N. 205. de *variis feminibus*.
 N. 213. de *diversitate ligni pro diverso tempore quo cæditur*.
 N. 235. de *radicibus vegetabilium*.
 N. 287. de *femine Aurantiorum & ejus germinatione*.
 N. 296. de *cortice arborum*.
 N. 297. de *capulis feminalibus Polypodii*.
 N. 316. de *Coralliis rubris*.
 N. 367. de *vasis ligni & de seminibus plantarum*.
 N. 369. de *spiraculis foliorum Buxi*. Sed tota Opera evolvere oportet.

SEBASTIANUS VAILLANT obiit an. 1722. Huc ergo pertinet *Botanicon Parisiense*. Leidæ 1727. fol. curante BOERHAAVIO editum, qui schedas confusas & oppignoras icones, redemit & quantum potuit ordinavit. Icones pulcherrimæ & Muscorum plurimæ, & optimæ, plantæ subtiliores numerosæ, multum characterum & observationum. Dolendum est autem, adeo multa confuse, vitiose edita, icones absque interpretatione relictas, plantæ repetitas, vitia passim intercurrisse in descriptionibus.

JOH. BARTH. ADAMI BERINGERI *Plantarum exoticarum perennium catalogus*. Herbi-pol. 1722. fol. Brevis & foliorum nominum.

J. AHLICH. *hortus Succitus*. Stokh. 1722. 8. hortulani Opus. *

JOH. GEORG. DUVERNOI *designatio plantarum circa arcem Tubingensem florentium*. Tubing. 1722. 8. Nomina Tournefortiana: plantæ, ut in angusto loco, paucæ, raræ tamen aliquæ.

A. VATER *Catalogus horti Wittembergenfis*. VVittemberg. 1722. 4. & 1738. 8. cum icone.

LAUR. HEISTER de *collectione simplicium*, Helmst. 1722. 4.

J. HENRICISCHULZII, non quidem botanici, eruditi tamen viri numerosissimæ sunt disputationes botanicæ, ut de *elavero*, Altdorf. 1722. sub nomine EVERHARDI. De *aloë* ibid. 1723. de *colocynthide*, Hall. 1734. de *ruta medicamento & veneno*. 1735. 4. de *persicaria acida* JUNGERMANNI. 1735. de *fructibus borais* 1737. de *scilla* 1739. de *melissa* 1739. de *asaro* 1739. de *radice iridis* 1739. de *chamamelo* 1739. de *oleo olivarum* 1740. de *lilio convallium* 1742. de *convenientia kermes & cochennilla* 1743. de *ypocacoantha Americana* 1744. de *rubo idæo* 1744.

J. MILLER *Compendious herbal*. Londini. 1722. 8.

Le SAUSSAY *Tr. des Jardinages*. Paris. 1722. 12. *

Anonymi *conjectures physiques sur les raisons pourquoi on laboure les terres*. J. de TREV. 1722. p. 509. ut nempe secundum Auctorem aer terræ misceatur.

MICHAELIS ANGELI TILLI *Hortus Pisanus*. Florent. 1723. fol. Per Africam itinera fecerat (REDI vol. Op. V. p. 128.) felix horti Pisani restaurator. Excellit in primis in stirpibus Italicis, ab indefesso MICHELIO congestis. Accedit J. PONTEDEERÆ epistola, in qua sexus ope Acetosas a Lapathis distinguit. Sed repugnat natura, cum acido sapore & androgynæ & dioica dentur Lapatha. Miror apud Tillium numerum stirpium, & quod nulla fere eorum desit, quas habet TOURNEFORTIUS, etiam quas certo novi, nusquam in rerum natura existere.

JOH. JACOBI SCHEUCHZER *novem itinera per Alpina regiones facta*. Leid. 1723. 4. 2. vol. Hac editione priora continentur itinera, cum iisdem iconibus: acceperunt vero sex alia, quorum in Alpes sunt quatuor priora, & easdem observationes botanicas habent, plurimas tamen & pulchriores sextum. Vix alias unquam Auctor longioribus itineribus Alpes percurrit, & majorem partem earum vidit, maxime Rhæticas stirpium rariorum feracissimas. Hinc multa cum videret primus, & plantas invenit & characteres perfecit. Meditabatur historiam stirpium Helvetiæ, sed ea cum ejus vita intercidit. Cum immensa suscepisset Opera, passim ultima desideratur manus.

CHRIST. HENR. ENRDTL *plantarum circa thermas Teplicenses elenchus*, Norimb. 1723. 4. prodiit cum EJUS *αἰροσχηδία* de iis thermis.

J. ALB. GESNER. de *zingibere*, Altdorf. 1723. 4.

CHRISTIAN GOTTFRID STENZEL de *salvia in infuso adhibenda*, VVitteb. 1723. 4.

JACQUES BOULLAI *Manière de bien cultiver la Vigne*. Orleans 1723. 8. Vinitoris Opus. *

GEORG. KNOWLES *materia medica*. Londini 1723. fol. Plantæ exoticæ quadringentæ poetice describuntur.

JOH. MAR. ROSSI de *interpretandis Simplicium facultatibus*. Patav. 1723. 4. ex Act. Erud. *

P. A. MICHELI *relazione dell'erba Orobanche*. Florenz. 1723. 8. 1743. 8. Modum indicat, quo hæc noxia planta possit deleri.

SEBASTIANI VAILLANT *Botanicon Parisiense*. Leid. 1723. 8. Est prodromus magni Operis.

LUD. THUMMIG *versuch einer gründlichen Erläuterung, &c.* Hall. 1723. 8. De arboribus ex foliis educandis: de modo flores & fructus in arena conservandi: de plantatione arborum inverfa.

PATRICK BLAIR *Pharmaco-botanologia*. Decad. I. ad VII. Lond. 1723. & 1728. 4. Meum exemplar in Hedera definit, & una pauciorum partem habet **SEGUIER**, ut credam ibi Opus abruptum fuisse. Descriptiones stirpium, quæ in officinis videntur, virium enumeratio ex propriis nonnunquam experimentis. Croci fusa historia.

J. FRANCI de *Urtica*. Diling. 1723. 8. *

THOMÆ DALE de *Paveira brava*. Leid. 1723. 4. Disp. Compilatio; absque proprio experimento.

The natural history of chocolate, Lond. 1724. 8. * **HARL.**

RICHARD BRADLEY *new improvements of planting and gardening*. Lond. 1724. 8. In tres partes divisus Liber. In primo Auctor defendit circulationem succi: varietates tribuit miscelæ pollinis masculini diversarum. In altero enumerat hortenses stirpes, quæ ornatui servantur, & cultum præcipit. In tertio cultum stirpium exoticarum in hybernaculis tradit: præcoces plantæ ut obtineantur docet. Viridarium Herefordiense satis utile videtur. Sed quidem.

EJUSDEM *Treatise concerning the manner of fallowing ground, raising of grass seeds, and training of line and hemp*. Lond. 1724. 4. *

EJUSDEM *new experiments and observations relating to the generation of plants*. Lond. 1724. 8. *

J. M. VERDRIES *pulvisculi staminum*. A. ERUD. 1724. p. 409.

JOH. RAII *synopsis methodica stirpium Britannicarum*. Ed. III. Lond. 500. plantis auctior. 1724. 8. Editor **DILLENII**, quinquagesimo, & quod accedit, a prima editione catalogi anno, Librum recolens, addidit observationes numerosissimarum amatorum rei herbariæ, qui in omnibus Angliæ angulis interim stirpes erant rimati. Adjecit plurimos inprimis Muscos, icones bene multas, propria manu sculptas, notas characteristicas, varietates demum, justo frequentius pro speciebus habitas.

COCK *the manner of raising ordering and improving forest trees*, Lond. 1728. 8. *
Treatise concerning the manner of fallowing ground raising of grass seeds and training of Lint and Hemp, Lond. 1724. 8.

HIERONYMI LUDOLF de *fabis Caffæ*, Erfurt. 1724. 4.

N. K. P. S. *der edle scharboks oder fieberklee*, Gorliz. 1724. 8. Plurimæ historiæ curatiuum ope mesyanthis. peractarum.

JOH. CASPARI GEMEINHART *Catalogus plantarum circa Laubam nascentium*. Budissin. 1724. 8. Minime dives flora, cryptogamia omnino destituta, male aucta hortensibus plantis.

CHRISTOPHORI CONRADI SICELLI *diatr. de Belladonna*. Jenæ 1724. 8. Propriam de noxia vi hujus plantæ observationem habet.

C. COMMELIN *horti medici Amstelodamensis planta usuales*. Amstelod. 1724. 8.

Index materia medica. Lond. 1724. 4. Habet nomina plantarum.

STEPHEN SWITZERS *practical fruitgardener*. Lond. 1724. 8. *

R. CHAMBERS de *Ribes Arabum & Ligno Rhodio*. Leid. Disp. 1724.

B. STÆHELINI *specimen anatomico botanicum*. Basil. 1724. 4.

JACOBI DOUGLAS *Lilium Sarniense*. Lond. 1725. fol. Duo sunt Libelli viri eruditissimi, & in omnibus laboribus patientissimi. Primo unicam plantam fufissime describit, historice & botanice. Altero baccam Coffæ bilocularem dipyrenam, cum Synonymis.

STEPH. SWITZER *practical Kirchengardener*. Lond. 1725. 8. *

LUD. FERN. MARSIGLI *histoire physique de la Mer*. Amstelod. 1725. fol. Splendido Opere varia quidem continentur, sed inprimis multæ Coralliorum icones, cum ea observatione expansionis floris, quæ nunc ad Polypos traducitur.

LOUIS FEUILLEE *Journal d'un voyage du Sud*. Paris. 1714. 4. Suite du Journal. Ibid. 1725. 4. In utroque tomo nitidissimas icones habet plantarum Peruvianarum; quas prope mare nascentes reperit.

De la **FERRIERE** *le menage universel de la ville & des champs; & le jardinier au gout du temps*, Bruxell. 1725. 8. *

CHRIST. WOLF II. *phenomenon singulare de malo pomifero absque floribus ad rationes phycas revocatum*, Marburgi 1727. 4. huc etiam facit.

DESHIZIAUK *mémoires &c. adde: & description d'un voyage fait à Petersbourg*.

CHRISTIAN WOLFENS *entdeckungen der wahren ursache der vermehrung des getreydes*. Hall.

Hall. 1725. 4. & *Erläuterung der Entdeckung*. Lipsi. 1730. 4. Inventum est, augeri fecunditatem Tritici, & Cerealis, quando & raro feruntur, & profunde, aut nodi aliquot terræ immerguntur: ita fieri, ut tot culmi repullulent, quot nodi radices egerint. Altero Opusculo objectiones resolvit. Anglice versum Opus prodit Londini 1734. 8.

J. F. Unterfuchung der Sonnenblume (Helianthe). Ulm. 1725. 8. *

MATTHÆI HILLER *Hierophyticum*. Ultrajecti 1725. 4. Collectio ex herbariis & anti-quariis, cum catalogo plantarum in Palaestina nascentium.

DESHIZIAUK *Mémoires pour l'histoire naturelle des plantes de Russie*. Petrop. 1725. 8. *

FR. E. BRUKMAN de *lapide violaceo*. VVolfenbuttel 1725. 4. Lichene nempe pulverulentus rubro, qui certæ lapidum speciei copiosissime adhæret in ea parte, quæ soli obvertitur, circa Andreasberg in Hercynia, & alibi frequens.

EJUSDEM de *Fungo hypoxyleo digitato*. 1725. 4.

J. JAC. FICK de *rore marino*. Jen. 1725. 4.

Hoc etiam anno lego impressum esse **BEATI FR. LANGII** *catalogum plantarum circa Lucernam Helvetia collectarum cum descriptione itineris in Monte Pilati*. Sed negat amici unquam impressum esse, etsi passim in Diariis recensetur & habeat **SEGUIER**. ad annum 1724.

JOH. LAWRENCE *new System of agriculture*. Lond. 1726. fol. Libris quinque describit omne arborum genus, sive sylvestrium five hortensium, plantas porro olitorias, & aliquas coronarias, cum cultu & utilitatibus. Multa etiam & magna non raro fragmenta aliana de collegit. In artificii Hortulanorum diligens & multus est.

RICHARD BRADLEY *Survey of antient husbandry*. Lond. 1726. 8. Hic Auctor plurima scripsit de re rustica, sed paulo plura ex lectis Libris & aliorum sermonibus, quam ex proprio experimento. In hoc Opere describit veteres Georgicos, satis nonnunquam ruditer, ita ut usus, ut ad Angliæ solum ditandum adplicet omnia, properatis nonnunquam usus consiliis, ut in eo loco, ubi Vires jubet ferere in nimis boreali, & humida regione.

EJUSDEM *general treatise on husbandry and gardening*. Lond. 1726. 8. T. I. Parte prima de villa instruenda præcepta tradit, quæ ad curam Animalium. ad ferenda Trifolia, ad fecundandum quodcunque ingratum soli genus, & hujusmodi adminicula telluris pertinent. In altera parte varia compilat, de sexu, circulatione succi. T. II. Arborum fructiferarum locos natales, species ex Gallia repetitas laudatioris, earum cultum tradit, & ignis in præcipitando tempore ferendi fructus efficaciam. Ananassæ porro cultum, & Coffæ; utilitates pulveris coriacii, thermometri usum ad imitationem climatum docet.

JOH. MARTYN *Tabula synoptica plantarum ad methodum Rajanam*. Lond. 1726. fol. brevissime. *

PAOLO BARTOLOMEO CLARICI *istoria e cultura delle piante più ragguardevoli pe' l'fiore*. Ven. 1726. 4. Sacerdotis Opus posthumum. Eruditionis satis abunde, botanicæ utilitatis minus, florum plenorum plurimum. Tournefortium vero sequitur. In Hesperidum cultu fufus.

COSMA TRINCI *l'Agricoltura sperimentata, che insegna la maniera la più sicura di piantar piante utili, &c.* Lucca 1726. 8. 1736. 8. **SEG.** quod maxima pars in arborum cultu versetur.

P. Le Breton *Observations sur la plante qui porte le Caffè*. J. de **TREV.** 1726. p. 466. Cujus etiam aliæ observationes contra **LABATUM** in eodem Diario plurimæ habentur.

In **IUDOVICI FERDINANDI MARSILII** *Danubio Pannonico Mysico*, Hagæ 1726. folio max. edito, Tomus VI. continet catalogum plantarum spontanearum Hungariæ, pauperem & suspectum, valde enim dubium videtur, Malvam v. gr. arboream provenire Budæ.

JOH. JACOBI BAÏER *historia horti medici Altdorfni*. Altdorf. 1726. 4.

GEORGII ANDRÆ HELVING *supplementum flora Prussica*. Gedani 1726. 4. Theologi quidem, neque tamen imperiti in artificii ad colligendas & conservandas stirpes pertinentibus. Pleraque plantæ, hic recensentur, varietates sunt omnino: icones aliquas adjecit.

DAVID WIPACHER *flora Lipsiensis*. Lipsi. 1726. 4. Methodus Rivini, plantæ aliquæ raræ, novæ nullæ, nomina mala.

J. E. HEBENSTREIT de *continuanda Rivinorum industria*. Lipsi. 1726. 4. **RIVINI** posthumas tabulas schedasque scribit.

BATTY LANGLEY *Pomona*. London. 1727. fol. magn. In theoria ab **HALESIO** recepta, quod folia

folia attrahant succum, ejusque adscensum accelerent. Inde multa concludit ad methodum corrigendi luxuriam foliorum, ad amputationem, &c. Icones porro & descriptiones dedit optimarum specierum ex omni genere arborum fructiferarum, cum foliis. Adjecta est *HUGONIS STRAFFORD* Diff. de optimis speciebus pomorum ex quibus fiat Sicera, agreffibus nempe vel spontaneis, vel certe ex feminibus natis.

JACOBI DOUGLAS description and history of the Coffeytree. London. 1727. fol. Eruditissima collectio omnium fere, quæ de Coffea scripta sunt, descriptione partium omnium, & cultus, & historia invalescentis sensim bibendi moris, &c.

S. J. The vineyard in 4. parts. Lond. 1727. 8. Vini novum proventum in Anglia & parandi modum describit in P. III. *

STEPHEN HALES vegetable Statics. London. 1727. 8. & Gallice redditæ a D. de *BUFFON*. Paris. 1733. 4. nuper vero Germanice. Hall. 1747. 4. Eximium Opus & unicum. Experimentis novis, repetitis, ad summam certitudinem evexit transpirationem stirpium: vim qua succum attrahunt radices, qua idem ascendit, qua a foliis attrahitur: directionem succi, alternatim adscendentis in calore, in frigore descendens per eadem vasa: attractionem aeris. Ea occasione aeris fixi in corporibus copiam infinitis experimentis demonstrat: aliqua etiam de acidulis addit.

RICHARDI BRADLEY history of succulent plants. London. 1717. ad 1727. Quinque sunt Decades iconum, totidem plantarum ex genere succulento, cum dictione Latina valde barbara.

EJUSDEM compleat body of husbandry. London. 1727. 8. Plurima de arte emendandi solum, de variis generibus fumi, de solorum indole, de correctione paludum, ericetorum utilitate, necessitate mutandorum per annos seminum, &c.

CALEB THRELKELD synopsis stirpium Hibernicarum. Dublin. 1727. 8. Neque dives flora, neque casta, scripta ab Auctore, qui vix unquam domum reliquit, sed collatis undique stirpibus & manu *D. MOLYNEAUX* scriptis codicibus usus est, rudis in generibus difficilioribus, & tamen temerarius, in definiendo de synonymis, in corrigendo *DILLENIO*. In appendice pulchriores & rariores existant stirpes *D. MOLYNEAUX*. Nomina tamen *fissa* non invenies apud *THRELKELDUM*.

JOH. MARTYN Methodus plantarum circa Cantabrigiam nascentium. Londin. 1727. 12. Species Rajani catalogi, dispositæ in ordinem *BOERHAAVII*, characteres adjecti, nomina generum nova, aliqua inventa.

ICONUM REGIARUM hoc anno in *Commentariis Academia Regia Scientiarum* historia existat. Nihil pulchrius vel cogitari potest, cum a summis artificibus & pingantur, & sculpantur. Sed pretium tantum est, ut apud privatos vix possint expectari. Inceptæ sunt jubente *GASTONE BORBONIO* a *ROBERTO*, continuatæ a *D. JOUBERT* & *AUBRIE* (*GARIDEL* præf.)

HERMANNI BOERHAAVE historia plantarum. 1727. cum falso titulo *Roma*. Turpissimus est codex prælectionum *BOERHAAVIANARUM* in horto Academico habitatum, neque tamen absque utilibus rum practicis, tum botanicis observationibus.

JOH. HIERONYMI ZANICHELLI de Rusco. Venet. 1727. 8. Baccas Rusci tostas, & ad modum Coffeæ paratas, gratum præbere potum, & valde diureticum expertus est. Icones addidit.

J. de la CROIX connubia florum. Paris. 1728. *

JEAN BOUILLET Lettre écrite au sujet de la Rubarde. Beziers 1727. 4.

C. J. TREW. beschreibung der grossen Americanischen Aloe. Nuremberg. 1727. 4.

C. J. TREW citata aloës descriptio valde accurata est, cum iconibus characteribus in flore, staminibus & fructu, & tabulis diurni incrementi.

MATTHIÆ ERNESTI BORETII de analoga plantarum & animalium anatome, Regiomont. 1727. 4.

PETRI HAMNERJN de viribus plantarum indigenarum, Upsal. 1727. 4.

MART. ANASTASII ORTH montes Franconia vitibus fertilissimi, VVurtzburg 1727. 4.

BATTY LANGLEY new principles of gardening adde: or the laying out and planting pastures, groves, wildernesses, labyrinths, Parks, &c.

J. ADOLPHI JACOBI de structura & vegetatione plantarum. Hafn. 1727. 8. LINN. *

M A-

MAGNI STRIDYBERG grundelig Kunskap om Svenska akerbruken. Stokh. 1727. 8. SEG. *

F. E. BRUCKMAN de fructu *Coscodrevina*. Brunsv. 1727. 4. Est *Pinus humilis*.

EJUSDEM de Arbore *Limbovee Drwovo*. ibid. Est *Pinaster Bellonii*.

BATTY LANGLEY sine method of improving Estates by plantation of oak elm, &c. Londini 1728. 8. Valde commendat sylvas, laudat raram sationem, quæ transpirationem expediat, experimenta aliqua sua adducit, modum meliorem metiendorum lignorum docet. *EJUSDEM* new principles of gardening. Londini 1728. 4. SEG.

JOH. MARTYN historia plantarum rariorum. Lond. 1728. fol. Hujus splendoris Operis Decades quinque, nisi fallor, prodierunt, vivis expressæ coloribus, exoticæ pleræque.

R. BRADLEY Dictionarium Botanicum. Lond. 1728. 8.

JOHAN. DIETRICI LEOPOLD delicia sylvestres flora *Ulmensis*. Ulm. 1728. 8. Plantæ multæ, absque tamen cryptogamia, aliquæ etiam raræ, ordo alphabeticus, observatio nulla.

JOHANNIS LINDER flora *Wikstergensis*. Stokholm 1728. 8. Ingeniosus cæterum Medicus, sed Botanicæ pene ignarus. Nomina perversa, species falsæ, varietates infinitæ.

JOHAN. GEORG. HENRICI KRAMER tentamen Botanicum, sive methodus *Tournefortiana Riviniana*. Dresdæ 1728. 8. auctius recusum 1733. & fol. 1744. Viennæ. Plantas in tabulas disponere conatur, a situ florum desumfit methodum, quæ omnia genera, etiam maxime naturalia, lacerat, & a minima varietate loci cultusve mutat. Præfationem addidit valde iracundam, & vitium varietates, vinaque *Austriaca* descripsit. An credibile quemquam ab usu *split* rejuvenescere? An vere *CÆSALPINUS* an. 1603. natus est, qui anno 1583. de plantis scripsit? An datur *Alfrantia* aliqua luteo flore? & quæ alia hujusmodi.

FRANCISCI BALTHASARIS de *LINDERTOURNEFORTII* *Alsaticus*. Argentor. 1728. 8. qui auctior titulo *horti Alsatici* proditit 1747. 8. In beata regione plantas multas, elegantes, aliquas etiam novas, ex aquaticarum genere, detexit, & in priori editione delineavit, in altera alias adjecit icones, quarum vim collegit immensam. Hæc etiam in eo melior est, quod loca natalia adjecta habeat.

JOH. CHRISTIANI BUXBAUM plantarum minus cognitatarum *Centuria V.* Editæ sunt *Petro-*

poli ab an. 1728. ad 1740. Plantas descripsit itineris *Thracici*, *Bithynici*, *Armeniæ*, tum *Muscos*, fungosque *Europæos*. Descriptiones brevissimæ, icones minimarum non bonæ.

Ab eo anno etiam inceperunt edi *ACTA PETROPOLITANA*, quorum nuper *decimus*

Tomus prodit, cum primus an. 1728. impressus sit. In iis multa *Botanica*, & novarum plantarum descriptiones, a *BUXBAUMIO* primum, deinde ab *AMMANNO* suppeditatæ.

Aliqua etiam ad *Fungos* habet *BUXBAUMIUS*.

CASPARI BOSE de motu plantarum sensu amulo. Lips. 1728. 4.

CHRISTOPH DANIEL METZGER de coralliis, Regiomont. 1728. 4.

GIOV. BATTISTA FELICI parere intorno all' uso della cioccolata, Firenze 1728. 4. Contra usum *Chocolatæ* ut nimis calidæ viscidæ & indigestæ.

LAUR. SERAFINI (anonymi) lettera in cui si esamina le ragioni addotte da *G. BATT. FELICI* nel suo parere sopra la cioccolata, Firenze 1728. 4.

F. C. C. S. J. altro parere intorno alla natura ed all' uso della cioccolata, Firenze 1728. 4.

GIUSEPPE AVANZINI lezione accademica in lode della cioccolata, Firenze 1728. 4. Omnis contra *Felicem*, & pro innocentia *chocolatæ*.

In *Bibliotheca Italica*, quæ circa tempora edita est, in T. XI. p. 192. *GARCINUS* scripsit contra *D. PINGRE* novum systema *Botanicæ* adfectantem, & mediocriter *Botanices* peritum.

PETRI ANTONII MICHELII nova plantarum genera. Florent. 1729. 4. Olitoris equidem & illiterati hominis Opus, & pauperis (*COCCHII Opusc. scientif.* vol. 19. qui *calamum* suum commodavit), cujusque alter *tomus* intercidit, (de quo vide *TARGIONI* promissa in *Comm. Lit. Nar.* 1739. heb. I.) *marinas* plantas & itinera *Botanica* comprehensus, immensa vis habetur *Lichenum*, & *Fungorum*, & tota *cryptogamia* (exceptis *Muscis*) ex fundamentis subruta in nova genera disposita est, adhibito *microscopio*, quo *feminalem* fabricam detegeret. Alia etiam passim genera ad *TOURNEFORTIANUM* *pinacem* complendum adjecta sunt. Varietates pro speciebus paulo liberalius adhibuit. Aliqua ad vitam *MICHELII* pertinentia habet *SCIPIO MAFFEI* in *Diarii* sui quod *Veronæ* prodit T. III.

tum de *horris medicis* *Europæ* quædam.

J. H.

J. H. SPREKELSEN *Tucca Draconis folio*. Hamburg 1729. fol. Unica pagina cum iconē, quæ recusa est cum DILLENII H. E.

Der neu angekommene Holländische gärtner. Nuremberg. 1729. 12. Prima parte florum bulbosorum, altera arborum cultus describitur, vere, ut videtur, & perite.

JOH. MARTYN *first lecture of a course of botany being an introduction to the rest*, Lond. 1729. 8. Breves definitiones partium plantarum cum iconibus Tournefortianis.

R. BRADLEY *explanation of the richness of a hopgarden*. Lond. 1729. 8.*

EJUSDEM *true account of the Aloe Americana which is in blossom in Couvels garden*. Londini 1729. 8.*

JOH. MARTYN *lectio botanica prima*. Lond. 1729. 8. cum ic. LINN.

JOH. COLBATCH *of misspeltæ*. Londinensis editio mea anni numerum additum nullum habet. Parisiis hoc anno in 12. forma prodiit Laudes Visci ad Epilepsiam & ad morbos convulsivos extollit.

J. COLBATCH nunc lego Londini prodiisse 1729. 8.

A. V. ROYEN *oratio qua commendatur ars botanica*, Leid. 1729. 4.

V. LEAULTE *Ergo SAGOU phisicis prodest*, Paris. 1729. 4. An idem P. J. MALOUIN *an sagon phisicis prodest*, ibidi. 1734. 4.

PHILIP. MILLER *catalogus plantarum officinalium &c. plantæ sunt 518. earumque multæ exoticæ*, cum uno cognomine C. BAUHINI aut simili aliquo, enumeratæ.

PH. MILLER *Catalogus plantarum officinalium horti Chelseyanii*. Lond. 1730. 8.

THOMÆ SHORT *of Tea*. Lond. 1730. 4. Ac. ER. Laudat Theam, floris petala sex facit, Japonensem inprimis describit.*

SAMUEL DALE *post history and antiquities of Harwich and Dovercourt*. Lond. 1730. 4. Continet plantarum sponte in ea vicinia nascentium catalogum. Pleraque marinae sunt, neque numerus magnus est.

JOH. HIER. ZANICHELLI *Opera posthuma*. Venet. 1730. 4. Quinque sunt itinera Auctoris, unum in Istriam, alterum in Montem Caballum Bellunenium, tertium in Vettarum Montes, quartum in Montem Baldum, quintum in Summanum. Pulchræ plantæ ubique, & aliquæ, ut videtur, novæ, sed absque observationibus.

EJUSDEM *Istoria delle piante de' lidi Veneti accresciuta dal figliuolo GIANJACOBO*. Venet. 1735. fol. Obierat Auctor an. 1729. Hic in præfatione enumeratione florum habetur, deinde descriptiones stirpium paucarum, quæ, cum viribus, sæpe ex TOURNEFORTII Catalogo Plantarum circa Parisios nascentium desumuntur, icones 311. non optimæ. Novi vix quidquam adest, neque stirpium numerus, quæ in beata regione expectares.

EJUSDEM *de Hippocastano*. Venet. 1733. 4. Edidit posthimum Libellum filius JOH. JACOBUS. Experimenta exhibet, per quæ constitit, easdem fere in Hippocastano vires esse, quæ sunt in Cortice Peruviano, & ad febres æque valere.

JOSEPHUS LANZONUS an. 1730. extinctus, *de venenis* Librum posthimum reliquit, compilatitium.

JOSEPH SEKER *lettera sopra le bevande del Caffè Europeo*, &c. Veron. 1730. 12. Commendat succedanea quædam Coffeæ ex Secali tosto, Theæ vero loco folia Rosæ caninæ.*

JUL. PONTEDERA in *Diario Veneto Albrizziano* hujus anni egregia varia botanici argumenti habet.*

H. TEICHMEYER *de caupoba s. paucira brava*, Jen. 1730. 4.

In COMMENTARIIS AC. BONON., quæ hoc anno inceperunt prodire, multa huc faciunt, de gummi populi, vite Caroliniana, convolvulis, florum pulchritudine servanda. POZZI de malo Punico, & opere fecundationis, de florum in coralliis absentia &c.

CASP. NEUMANN *de opio, caryophyllis aromaticis*, Berolin. 1730. 4.

CHRISTIANI HENRICI ERNDTEL *Paravia physice illustrata; accessit Viridarium*. Dresd. 1730. 4. Stirpes paucæ: fungi ex M. HOFMANNO exscripti, & pro VVarlavienisibus venditati.

THOMÆ COWELL *curious and profitable gardener*. Lond. 1730. 8. Cultus in varia tellure: cultus Bananæ, Ananasæ, Guajavæ, breviter & simpliciter: commendatio sativonis stirpium bulbosorum ut novæ obtineantur species (aut potius varietates), observationes de arboribus pomiferis: Aloes Americanæ historia, & Cerei sexangularis. Olitoria descriptio Oxyacanthæ bifloræ. Simplex homo, & candidus.

THEO-

THEODORI KLEIN *an Tibhymaloides*. Gedan. 1730. 4. Plantam succulentam, adfinem Cacaliæ, egregie describit & pingit, quæ nunc KLEINIA vocatur.

LAURENTII HEISTER *Catalogus plantarum horti Academia Julia*, annis 1730. 1731. 1732. 1733. editus. Horti cultissimi dives catalogus: genera subjecta nova, eo fere consilio, ut minuantur nimis ampla genera.

Grundriss till Plante kaereningen of Elvebemes. Upsal. 1730. forma minima. Sunt classium Tournefortianarum in ligno sculpræ icones.

L. HEISTER *de medicamentis Germania indigenis*. Helmst. 1730. 4. Disp. Ref. HENGST-MANNO. Gallice versa est & edita Parisiis.

JETHRO TULL *new horse hoeing husbandry or an essay on the principles of tillage and vegetation*, Lond. 1731. 4. & EJ. *supplement to the essay on the horse hoeing husbandry*, ibid.

1734. f. Gallice versa cum titulo *traité de la culture des terres suivant les principes de M. TULL par M. du HAMEL du MONCEAU*, Paris 1750. 12. Princeps inventum TULLII est,

agrum non totum ferere, sed relictis satis latis fasciis alterne incultis, in quas possint se radices cerealium dimittere. Porro arationem frequentem idem quod sinus credit præstare, ut nempe terra laxetur & rarefcat. Varia intercurrunt contra circulationem succi nutritii, contra vim radicum, quæ sibi aptum succum solum de terra trahunt, contra opinionem, cuilibet herbæ diversum succum convenire, pro usu citæ seminariæ &c. IDEM

de cannabe egit in l. *de la fabrique des manœuvres pour les vaisseaux*.

MARCI CATESBY *natural history of Carolina*. Lond. fol. 1731. Cœpit edi an. 1731. inde sensum prodiit magnificum Opus, cui nuper an. 1748. viginti tabularum appendix accessit.

Mihi in duobus tomis an. 1731. & 1743. editis sunt ducentæ tabulæ animalium Carolinae, quarum quælibet, paucis exceptis, adjunctam habet imaginem plantæ alicujus in ea regione natæ, quam Auctor sua depinxit manu, in duobus quæ eo suscepit itineribus.

Etsi artificium Sculptoris omnino desit, magnæ tamen & fideles sunt icones plantarum parum notarum, quarum maximus in arte medica usus est, uti v. gr. Cascarillæ, Elemiferæ, Serpentariæ Virginianæ, Sassafras, Myrti ceriferæ, Corticis VVinterani, Ligni rubri & Brasilitto, Campechiani, Mahogany, Pattatas veræ, Liquidambar, Mancanillæ, &c. Colores in pictis exemplaribus viridissimi. In charactere sæpe deficit. Ad finem subjicitur historia naturalis aeris, aquarum & locorum.

PAULI HERMANNI *Cynosura materia medica* ab HENNINGERO an. 1710. edita, & ab EDUARDO STROTHER Anglice versa, 1727. 8., diffusius explanata a JOH. BOECLERO cum *Continuatione I. & II.* Primum volumen an. 1728. tertium an. 1731. prodiit Argentina 4. Codex Materiæ medicæ vitiosus satis, neque pro fama tanti viri, exceptus est ab aliquo discipulorum. Eum in immensum auxit BOECLERUS, descriptionibus, characteribus, virium collectionibus, adjectis etiam iis simplicibus medicamentis, quæ raro & nunquam in medicina adhibentur.

STEPHANI HENRICI GEOFFROY *Materia medica*. Paris. 1741. 3. vol. 8. ANTONIUS de JUSSIEU, Auctoris an. 1731. extincti, codicem conservavit, adjecit ad exotica varia ex recentissimis itineribus, & documentis: periit tamen pars dimidia stirpium indigenarum, & omne animale regnum. Ad singulas stirpes analyses habentur ex Academia Scientiarum thesauris excerptæ, & in exoticis multa, quæ apud alios deficiunt.

S. SWITZER *diff. on the Cyrtus of the antients*. Lond. 1731. 8.*

GIO. BAT. CIVININI *Storia del Caffè*. Turin. 1731. 4. cum icone florentis plantæ.

J. J. SCHEUCHZER hoc anno consilium suum edendi historiam stirpium Helvetiæ publicavit in *Phil. Trans.* n. 421. Sed morte interruptus nihil edidit, præter icones varias stirpium exoticarum Operi Biblico insertarum.

JOH. PHILIPPI BREYNI *historia Cocci radicum*. Gedan. 1731. 4. Continet historiam insecti, quod radicibus Knavel perennis innascitur.

J. CHRISTOPH. LISCHWITZ *de virgibus aureis genuinis & spuris*, Lips. 1731. 4. de plantis anthelminticis, Kiel. 1742. 4.

MELCHIOR SCHERB *de loco & situ plantarum*, Basil. 1731. 4.

P. MILLER *Gardeners Kalendar* prodiit etiam Lond. 1748. 8. Dublini vero 1735. 8. Nunc vero a CL. BUTTNERO Germanice Gotting. 1751. 8. recusum est.

Hoc anno inceptit COMMERCIIUM LITTERARIUM PHYSICO-TECHNICO-MEDICUM, quod

quod praesidente Operi C. J. TREWIO quindecim annis continuatum est. Egregia in eo botanica exstant, Aloes flores, aliarumque bulbosarum, Musæ, Epipactidis, de nova etiam methodo cogitatio, a calyce desumpta simplici, duplici, triplici, deinde perianthio, &c.

OL. CELSII flora Upsaliensis. A. SUEC. 1732.

OL. RÜDBEK f. *Scoparium Carolinum*. Upsal. 1731. 4. Disp.

B. STÆHELIN specimen anatomico-botanicum. Basil. 1731. 4.

AIGNAN an Ananas alimentum medicamentosum. Paris. 1731. Disp.

J. E. HEBENSTREIT definitiones plantarum. Lips. 1731. 4. Disp.

J. E. HEBENSTREIT disputatio citata RIVINIANAM continet methodum.

J. FRID. SCHREIBER frutex ad verum suum genus redactus. ACT. ERUD. 1731. Kleinia descriptio.

J. JAC. DILLENII hortus Elthamensis JACOBI SHERARD. Londini 1732. fol. maj. Descriptiones per omnes partes & anni ætates perfectæ stirpium 437. cum totidem figuris, propria Auctoris manu pictis & sculptis, synonymorum plenissima collectione, dijudicatione. Pleraque hæc stirpes Indicæ fuerunt: multæ novæ Americanæ. Acerrime, & subtilius quam quifquam alius minimas specierum differentias pervidit.

P. MILLER Gardeners Kalendar Lond. 1732. 8. 1734. 8. Opera rustica cujusque mensis pro hortulanis recenset.

JULII BERNHARD von ROHR geschichte der Bäume in Teutschland. Lips. 1732. fol. Prodiit cum CARLOWIZII nova editione. Non satis & ipse Botanicus fuit ROHRRIUS, qui eas plantas, de quibus agit, neque nominare noverit, neque ita describere, ut agnoscas. Utilitates œconomicas imprimis persequitur.

JOH. BOECLER de fœniculo, Argent. 1732. 4. de neglecto usu vegetabilium circa Argentinam nascentium 1732. de chocolata Indor. 1736. de coriandro 1739.

In VALISNERIANIS operibus, quorum collectio Ven. 1732. fol. prodiit, huc pertinent varia: historia muscæ rosiferæ & adeo conservæ Rosarum DILL. de gallis: plantis indicis: Kermes: Lenticulæ arcan: femine: pino VALISNERIANA, MASSONNEAU de cascarilla, quæ fit verus cortex febrifugus, DIACINTO CESTONI de sarsapariglia, &c.

JOH. GER. WAGNER arbori sacri specimen sistens Laurum. Helmst. 1732. 8. A. ER. *

AUG. FRID. COELER de Usnea, sive Musco cranii humani. Leid. 1732. Disp. Plantam suam non satis desinit.

LAUR. HEISTER de foliorum utilitate in constituendis generibus. Helmst. 1732. 4. Disp.

B. FELDMAN comparatio plantarum & animalium. Leid. 1732. 4. Disp.

A. van. ROYEN de plantarum amoribus carmen. Leid. 1732. 4.

De la BAISSE sur la circulation de la sève des plantes. Bourdeaux. 1732. 12. Inter omnes in hoc Diario repositas Dissertationes excellit. Plantarum vim forbitricem, fucci nutritii per vasa lignosa iter, in medullam, reditum probabilem fucci lactei, & nutritii, denique per experimenta adstruxit.

JOH. PHIL. BURGGRAV Lexicon Medicum. Tom. I. A. B. Francof. 1733. fol. Plantarum descriptiones ex J. BAUHINO cum copioso virium catalogo habet.

JAMES ALLEYNE English dispensatory in 4 parts. Londin. 1733. 8. Brevem catalogum continet stirpium medicatarum methodo BOERHAAVIANA, absque solita encomiorum farragine.

A treatise Shewing the nature and method of planting manuring and diering of a vineyard by a Gentleman. Lond. 1733. 8. *

FRIDERICI RUYSCHII præparationes selectorum fructuum & foliorum, cryptarum in plantis aliisque hujusmodi huc pertinent.

F. E. BRUKMAN sendschreiben an D. J. HIERONYMUM KNIPHOF. VVolfenbuttel 1733. 4. & KNIPHOFII antwort auf H. BRUKMANS schreiben. Erfort. 1733. 4. Agitur de arte plantas imprimendi, ad ipsa viva specimina, cujusmodi collectionem KNIPHOFIUS edidit cum nomine lebendiges officinal Kraüterbuch. Erfort. 1733. fol. Sed levia folia, & character a fuligine vix exprimuntur. De eadem arte anno 1730. in BUCANERI miscellaneis p. 1346. uterque egit. Vide etiam 1729. p. 179.

LEONH. DAV. HERMANN gedanken uber F. E. BRUKMANN Ocymastrum, Massel 1733. fol. OL.

OL. RÜDBEK tr. om. Dudaim, Upsal. 1733. esse rubum ballon.

HERMANN PAUL JUCHI de genuino amygdalarum usu medico, Erfurt. 1733. 4. de coram popo saluberrimo coeliacorum acerario 1739. de ebulo 1145. 4. de analyse rhabarbari 1745. 4.

J. RUD. TIDEMANN historia sambuci vulgaris, Groning. 1733. 4.

The flower garden displayed in above 400. repres. &c. lego etiam anno 1732. 4. prodiisse HARL.

GEORGII CIVININI della storia degli Agrumi. Florent. 1734. 4. Diligenter & eleganter in eo Opere versatus est brevi tamen omnino.

GEORGIUS CIVININI l. cit. ostendere vult, citrea nostra malum medicum esse, & paulo ante ALEXANDRI tempora in Græcia innotuisse, mala vero aurea Africana esse aurantia.

EICHRÖHTII & THRANII horri Carolinubensis Catalogus 1733. 8. nuper cura CL. RISLERI Loeraci recusus 1747. 8. Ex pulcherrimis Germaniæ hortis, Africanis a THRANIO relatis spoliis dives, sed multum continet varietatum.

LEONHARD DAVID HERMANN'S gedanken uber F. E. BRUKMANN Ocymastrum flora viridi. Massel. 1733. quod in folio cum icone ediderat CL. BRUKMANN. *

AMBROSII ZEIGER vernünftige Einleitung zur Oeconomie. Eisleben. 1733. 4. Multa ad agriculturam sed nimis laudes muriæ nitrosæ. *

KORONZAI de erroribus ex ignorantia Botanices ortis. Hall. 1733. 4. Disp.

C. BOSE de Calice Tournefortiano. Lips. 1733. 4. Disp.

D. PLAZ historia Radicum. Lips. 1733. 4. Disp.

ALBERTI SEBASTIANI thesaurus rerum naturalium. Amstelod. 1734. 1735. fol. max. Passim intercurrunt icones plantarum Indicarum, sed rudiores.

HENR. CANNÉGIETTER de herba Britannica in Procopio memorata cum notis ad MURTINGII de eadem l. Hag. 1734. 4. SEG. *

The flower garden displayed in above 400. representations of flowers with the history of the plant. London. 1734. 4. Icones rudes, in magna mulcaria & eropæa congestæ. Descriptiones breves, aliqua tamen ad cognoscendas non inutilia plantas, quas hoc sæculo vulgo a mant. Adjecta est ars aquæ ope media hyeme hortos floridos educandi.

The Practical husbandman and planter monthly continued by a Society of husbandmen and farmers. London. 1733. 8. Apud hortulanum STEPHANUM Swoitzerum venit Opus non optimum. Ridicula eruditionis ostentatio in mediis erroribus. Mayz pro re nova. Spergula pro Esparsette (Onobrychide) habita. Generatio spontanea defensa. Continentur tamen aliqua utilia, ut LAWSONI Catalogus stirpium novæ Angliæ, de Croci cultu consilia, & Rubiæ, & Glycyrrhizæ, & Trifolii, & Glasti, &c.

JOH. JULII HECKER Einleitung in die Botanik. Hall. 1734. 8. Methodus Riviniana in tabulis proposita. Catalogus stirpium medicatarum.

Icon Musa sive Pisang qua in horro Casparis Bossi floruit. ACT. ERUD. 1734.

JOH. HIER. KNIPHOF Botanica in originali. Erfort. 1734. 1736. Trecentæ sunt imagines stirpium artificiose ad ipsas siccas plantas nigro colore expressæ quas supra jam citavi.

C. REICHART lebendiges kraüterbuch, Erfurt. 1734. fol. Nunquam satis plene prodiit & multæ a bibliopola recusa fuerunt in kern anserlesener wissenschaften Libro, qui prodiit Erf. 1745. 8. 2. v.

J. BAPT. KARCHER de anerbo, Argent. 1734. 4.

S. SWITZER compendious method for the raising of the Italian Broccoli, Spanish Cardon, Celeria Finocchi and other foreign kitchen vegetables, Lond. 1735. 8. Semina vendebat auctor, hinc plurima ex aliena fide laudat. De cytiso (Marantæ) fuscè differit, quem pro optimo pabulo jumentorum seri suadet, absque certo experimento.

CHRISTIAN ERNST KUNHOLD dem tractate HEN. ZIEGERS entgegengesetzte œconomia experimentalis, Erfurt. 1735. 4.

WOLFG. ADOLPH SCHROENII syntagma de rebus rusticis, Erfurt. 1735. 8. Collectio ex veteribus.

BURCH. DAV. MAUCHART de butyro cacao, Tubing. 1735. 4.

AUGUSTINI FRIDERICI WALTHER designatio plantarum horri sui (qui nunc est LUDWIGIANUS) Lips. 1735. 8. Ditissimus hortus: nomina sæpe paulum detorta, icones mediocres: observationes vix ullæ.

CAROLI LINNÆI *historia natura*. Leidæ 1735. fol. Holmiæ 1740. 8. Parisiis 1740. 8. & alibi. Hoc primum Opere innotuit celeberrimus Auctor, qui fortissimo consilio Botanice funditus eruere, & ordinare de integro sibi sumit. Hoc Opere totam naturam in nova genera novaque classes redegit, in animalibus & mineralibus idem, quod in plantis, secutus consilium. Nova ab eo tempore epocha in Botanicis numerari potest in qua auctoritas traducta ad stamina tubasque, & varietates undique proscriptæ sunt, & ad novas leges nova nomina excogitata, proscriptis iis, quæ regnaverant, **TOURNEFORTIANIS**.

Eodem anno, ut priori 1732. in Upsaliensibus Actis itineris sui Laponici plantas nominibus designavit.

Catalogue des arbres & arbrisseaux qui peuvent se cultiver en pleine terre. Parisiis 1735. 8. *

J. H. SCHULZE de *persicaria acida Jungermanni*. Hall. 1735. 4. Disp.

JOH. GEORGI SIEGEBECK de *Majanthema*. Petropoli 1736. 8. Libellus.

EJUSDEM *Primitia flora Petropolitana*. Rigæ 1736. 4. Genera naturalia in subalternas familias disposuit, hinc nova nomina passim excogitavit, stirpes aliquas novas in Siberia lectas primus recensuit.

CAROLI LINNÆI *Musa Cliffortiana*. Leid. 1736. 4. Musa nitidissime sculpta: constituta classe *Spathacearum* sive *Palmarum*, ea solo habitu naturali.

EJUSDEM *Bibliotheca Botanica & fundamenta Botanica aphoristica*. Amstelod. 1736. 8. prodierunt. Illius ingeniose quidem, sed paulo minori cum otio scriptæ, defectus promittit corrigendos Auctor in A. E. Lipsiensibus April. 1736.

Hoc anno, nisi fallor, cœpit scribere non minimus in agricultura practica Auctor **WILLIAM ELLIS**, variis Operibus clarus. Ejus *modern husbandman or the practice of farming* continet duodecim Libellos pro singulis in anno mensibus, quibus partim eorum mentium Opera, sed multa tamen alia continentur, quibus nihil cum his mensibus commune est, nova nempe præsidia in agri, hortique cultura. Deinde ejus *Agriculture improved* etiam an. 1736. cœpit iterum secundum menses edi, & Maio, Junio, Julio, Augusto respondet. Porro pro quinto tomo ad *Modern husbandman* accessit *the Timber tree improved in two parts*. Lond. 1742. & 1747. 8. quibus cultum sylvarum ad materiam docet: & aliud denique volumen *containing chitern and wale farming explained*. Londini reculum 1747. 8. quo cultus agri quibusdam provinciis peculiaris describitur. Expertus ubique colonus, omnia ruminans, quibus majori compendio ditior ex agro proventus possit obtineri. Paulum tamen mihi in suis inventis confidenter videtur, & nonnullis non satis firmis nimis tribuere, exemplo formularum, quas ad istum locum impense laudat, & ob nomina unice popularia sæpe vix potest intelligi.

RICHARD BRADLEY *the country, Gentlemen and farmers monthly director*. Lond. 1736. 8. Sexta editio est, sed prima destituta. Non inelegans certe Libellus, de avium educatione, & apum, & isatidis cultu: ita ut sis magis omnia ad cælum Anglicum pertinere, quo video, scæna præcocius, frumenta tardius, quam in Helvetia maturari.

EJUSDEM Auctoris, valde polygraphi, posthumum codicem sub nomine, *Course of Botanical lectures explaining the principles of vegetation*. Cum iconibus possidet **ILLIS** de **BERGER**.

C. de **AQUINO** *nomenclator agricultura*, Rom. 1736. 4.

JOHANNIS WILHELMI WEINMANN *Phytanthozaiiconographia* cœpit edi hoc anno, & quarto cum tomo finit an. 1745. Ratisbonæ. Continentur eo Opere 1025. Tabulæ iconum vivis coloribus pictarum. Vitia hujus Operis non mei est detegere, qui sim præfatus. In Belgicam linguam redditum cœpit edi an. 1736. Amstelodami; an absolutum sit, non satis novi.

JULII BERNARD von ROHR *vom Nutzen und der benennung der Gewächse*. Coburg. 1736. 8. Habet aliqua vulgaria de usu œconomico, tinctorio, medico, plantarum: deinde sua mirifica de mutandis nominibus consilia, quæ jubet a radice, foliis, &c. perinde sumi & folia ipsis præfert floribus, ut etiam eas plantas jubeat separari, quæ flore, & fructu consentiunt, dummodo foliis discrepent.

In **P. DU HALDE** descriptione Chinæ, herbarium Chinense *Chin Nong* continetur, & citantur alia ut *song seu song*, plantæ etiam aliquæ describuntur.

JAC. FRANCO. VANDERMANDE & de **SAINT VAST**. *Ergoinfirmis a morbo viribus reparandis Ginseng*, Paris. 1736. 4.

In

In *Spektacle de la Nature* etiam stirpes plusculæ eleganter pictæ exstant. **GOTTFRID HENRICH BURGHARD** *Reise auf den Zorenberg*. Breslau 1736. 8. Catalogum stirpium fati egenum continet, lectarum in eo monte.

ALB. HALLER de *methodico studio Botanice*. Goting. 1736. 4. Occasione data explicata est familia Gentiarum: posita fundamenta *Diplostemonum*, *Mejostemonum*, &c.

LUDWIG de *vegetatione plantarum marinarum*. Lips. 1736. 4. Disp. cum icone.

PLAZ *historia Seminum*, Lips. 1736. 4. Disp.

J. JACOB KIRSTEN de *styrace*, Altdorf. 1736. 4. de *areca Indorum* 1739. 4.

CAROLI LINNÆI *hortus Cliffortianus*. Amstelod. 1737. fol. splendido Opere continentur stirpes & floridi, & siccii horti **GEORGI CLIFFORT**. Species plantarum ad genera Linnæana ductæ methodum declarant, & aliquæ in rarioribus observationes intercedunt. nana ductæ methodum declarant, & aliquæ in rarioribus observationes intercedunt.

EJUSDEM *Genera plantarum earumque characteres naturales*. Leid. 1737. 8. cum *Corollario* auctius recusa an. 1742. Characteres sunt naturales generum omnium, in quæ plantas hactenus cognitatas disposuit **LINNÆUS**. Perinde vero omni methodo inserviunt, cum nulla pars fructificationis prætermittatur.

EJUSDEM *flora Laponica*. Amstelod. 1737. 8. In eam regionem itinere facto an. 1732. collegit ibi stirpes 536. paucas quidem, sed raras & novas plusculas, vireque œconomicas & medicas diligenter adpersit.

EJUSDEM *critica Botanica*. Leid. 1737. 8. Acutissimus Auctor proponit hic rationes, quare nomina & in generibus & in speciebus mutare necesse sit.

GEORGI SIEGESBÆK de *tetrangolo Hippocraris*. Petropoli 1737. 5. Habet pro Larice.

EJUSDEM *botanosophia verioris sciagraphia*. ibid. eodem anno. In prima parte **RIVINI** methodum contra **DILLENIIUM** tuetur. In altera **LINNÆUM** accusat. Idem an. 1729. in **BUCHNERI** miscellaneis aliqua contra methodos dijudicandi vires attulerat, & an. 1730. p. 1330. de sexu plantarum. Flora vero *Seehusana*, quam promittit **BRESL. SAML.** 1726. in Mart. ea quidem non prodit.

PHILIP. MILLER *Gardeners Dictionary*. Lond. 1737. fol. & 1742. fol. Belgice 1746. fol. secunda est editio. Habet cultum stirpium, maxime vero *Vinæ*, species *Boerhaavianas* cum multis varietatibus.

P. MILLER *gardeners dictionary* prius prodit Lond. 1731. fol. Idem liber *Norimbergæ* Germanice editur, versus a **CL. GEORGIO LEONHARTOHWYTH**. Primus tomus prodit 1750. fol.

J. BLACKSTONE *fasciculus plantarum circa Harefield sponte nascentium*, Lond. 1737. 12. II.

JACOB BERLU *Treasure of Drugs unlokd.* Lond. 1737. 12. est altera editio. *

DE MONTVILLE in *Diario Trivultionis*. 1737. p. 827. consilia sua aperuit de modo præparandi ad usum fructus *Cacao*, quem optimum ait nasci in *Cayenna*.

J. FRANCO. LE FEVRE de *natura, usu & abusu Caffæ, Theæ, Chocolatæ*. Vefuntione 1737. 4. Practice.

D. BAZIN *Observations sur les Plantes & sur leur analogie avec les Insectes*. Strásburg. 1737. 8. Radicum directionem unice refert ad attractionem humidi, & experimenta sua in eam sententiam profert: incrementum vero plantarum ab aeris in conicis tracheis compressi elatere.

JOHANNUS BURMANNI *Thesaurus Ceylanicus*. Amstelod. 1737. 4. Splendidum Opus natum est ex herbariis vivis variis ab **HERMANNO** & **HARTOGIO** Amstelodamum missis. Plurimæ novæ & rarissimæ stirpes hic describuntur, depinguntur, & synonymis illustrantur.

CAR. FRANCO. EICHROHT de *tertianaria herba*, Basil. 1737. 4.

BALTHASAR EHRHARD *Zugabe zu Lonicer's Kräuterbuch*. Ulm. 1737. fol. Practicas & œconomicas plantarum utilitates continet.

CHRISTIANI GOTTLIEB LUDWIG *definitiones plantarum*. Lipsiæ 1737. 8. Sed multo auctius editæ 1747. ibid. Genera sunt plantarum, per characteres definita, tum Linnæanos, tum naturales, & disposita in ordinem partim **RIVINI**, partim **LINNÆI**.

JOH. GOTTLIEB GLEDITSCH *Catalogus plantarum quæ in horro D. de ZIETEN, tum in vicinis locis sponte nascuntur*. Lip. 1737. 8. Ingens enumeratio, in qua multæ etiam varietates, & quam brevissima nomina.

- PAULI HENRICI MOEHRING *prima linea horri privati*. Oldenburg. 1737. 8. Rariores etiam palustres & septentrionales aliquas recenset, & nonnulla nova genera proponit.
- D. WOYT *Gazophylacium*. Königsberg. 1737. 4. In hoc materiae medicae compendio etiam plantae officinales cum suis viribus recensentur.
- C. G. LUDWIG *de sexu plantarum*. Lipsi. 1737. 4. Progr.
- A. HALLER *de Veronica Alpina specimen I. II. & de pedicularibus*. Gotting. 1737. 4. Specimina sunt enumerationis stirpium.
- HENRICI SENKENBERG *de Lilio convallium*. Gotting. 1737. 4. Vires antifebriles & antilepticas baccharum laudat, varietates in flore recenset.
- A. VATER *de Lauroceraso*. VVittemb. 1737. 4. Disp.
- THOMAE SHAW *travels to Barbary, &c.* Oxon. 1738. fol. & *Supplementum* 1746. fol. Insignem numerum stirpium in Africa maritima legit, quarum & nomina addidit DILLENIIUS. Icones aliquae adjectae sunt. Is etiam catalogus seorsim prodiit Oxon. 1738. fol.
- C. DEERING *Catalogue of plants naturally growing in England more specially about Nottingham*. Nottingham 1738. 8. Adjutus ab Amicis, plantas enumeravit pauciores, Muscos tamen, & Fungos aliquos, quos pro novis habet, aut certe omissis in synopsi RAJANA. Observationes aliquas adpersit.
- JEAN ASTRUC *histoire naturelle du Languedoc*. Parisiis 1738. 4. Celtidis cultum & vires oeconomicas, & pauca alia descripsit; huc facientia.
- JOH. BURMAN *plantarum Africanarum Dedaces X*. Amstelod. 1738. 4. Icones pulchrae ex HERMANNIANIS, ut alibi dictum.
- CAROLI LINNÆI *classes & systemata plantarum*. Leid. 1738. 8. Primo systematum omnium analysin & dispositionem generum adfert. Deinde fragmenta naturalis methodi; denique harmoniam generum, qua cuique plantarum generi nomen ejus generis opponitur, quo a TOURNEFORTIO, RAJO, aliisque methodicis Scriptoribus est appellata.
- D. ROSCHMAN *regnum animale, vegetabile, minerale, Tyroli Comitatus*. Oeniponti 1738. 4. A. ER. *
- H. TEICHMETER *fundamenta Botanica*. Jen. 1738. 8. RIVINI Auditor fuit, & ejus ordinem recepit.
- JOH. ERNST. PROBST *Verzeichnis der ausländischen Bäume, Stauden und Sommer Gewächse des Boffischen Gartens*. Lipsi. 1738. 8. Prius ab AMMANNO & FLIA PEIN descriptus hortus, hic recentissime recensetur, dives certe, si plantae omnes adfunt, quas designat. Adjecta icon Boscae.
- J. E. PROBST *verzeichnis, &c.* prodiit etiam Lipsi. 1747. 8.
- LUDWIG PHIL. KRAUSE *kluger und sorgfältiger Gärtner*, Langensalz 1738. 8. 1741. 8. Plantarum & arborum & elegantiarum etiam horti curam docet hortulanus, cujus longa in arte experientia est.
- DE LA RIVIERE & DU MOULIN *Méthode pour bien cultiver les Arbres a fruit & pour élever les Treilles*. Parisiis 1738. 12. Bonum compendium eorum, quae alii optima observarunt. *
- Dictionnaire Botanique & Pharmaceutique, contenant les propriétés des Minéraux, Animaux & Végétaux*. Parisiis 1738. 8. *
- DE LA RIVIERE & DU MOULIN *méthode, &c.* prodiit etiam Ultrajecti 1738. 12. iterumque nihil mutato libro 1739. 12.
- PETRI HOTTON *Thesaurus Phytologicus*. Norimberg. 1738. 4. Germanice. Nomen fraudae adjectum, & Liber idem qui Zornianus 1714.
- FRANC. JAC. SACHS *de ulmo*, Argent. 1738. 4.
- LAUR. ROBERG *de generatione plantarum*, Uplal. 1738. 4.
- GEORG. AUG. LANGGUTH *antiquitates plantarum feralium*, Lipsi. 1738. 4.
- JOH. ENGSTROEM *de quercu*, Londini 1738. 4. philologia.
- ALBERTI HALLER *Iter Hercynicum*. Gotting. 1738. 4. Aliquot plantarum rariores historias criticas continet, & iconem Sisymbrii post THALIIUM nemini dicti.
- P. A. BOEHMER *de Cascarilla*. Hall. 1738. 4. Disp.
- ELISABETH BLACKWELL *curious herbal*. Lond. 1739. 2. vol. fol. Cum maritus per tristia fata notissimus, in carcere langueret, optima foemina vitam ex pingendis plantis alebat, quas accipiebat a RANDIO & MILLERO. Quingentas ergo ad naturam cum caractere delineavit, & propria manu

- manu in aere aqua forti designavit, & coloribus vivis illustravit. Multae inter eas rarissime alias in Europa floruerunt. Sermo brevis ex MILLERO. Hoc idem Opus C. TREWIIUS emendatus & auctius Norimbergae edere cepit an. 1747. cujus nunc triginta plantae prodierunt.
- Catalogue of American trees and shrubs that will bear the Climate of England*. Lond. 1739. fol. Icones plantarum Americanarum cum vivis coloribus. *
- E. BLACKWELL *curious herbal a TREWIO emendatus & auctius editi*, nunc omnino, dum haec scribo, 105. plantae prodierunt, ornatus sculptae, tum characteribus stirpium, tum synonymis & descriptionibus auctae.
- JOHANNIS AMMAN (J. C. F.) *icones & descriptiones stirpium rariores Ruthenicarum*. Petrop. 1739. 4. Opus natum est ex siccis plantis ab HEINZELMANNO, MESSERSCHMIDIO & GRELINO ad Academiam missis. Hinc in characteribus nonnunquam laborat. Multa vero & rara & nova habet.
- JOH. FRID. GRONOVII *flora Virginica exhibens plantas a JOHANNES CLAYTONO lectas*. Leid. 1739. 8. & Tom. II. an. 1743. Stirpes Virginicas, partim similes Europaeis, partim novas rarisque in catalogum secundum methodum LINNÆI disposuit, adseclarum novi systematis primus, & addidit descriptiones ex LINNÆANIS legibus factas.
- ISAACI RAND *Index horti Chelseyani*. Lond. 1739. 8. Alphabeticus & dives nomenclator horti inter pulcherrimos eminentis.
- SAMUEL TROWEL *of husbandry, gardening, &c.* Lond. 1739. 8. *
- SAM. TROWEL Germanice nunc prodiit Lipsi. 1750. 8.
- JOH. EBERHARDI FERBER *Hortus Agerumenfis*. Holmiae 1739. 8. Videtur potius JOH. ROHTMANNI quam FERBERI Pharmacopolae Opus esse. Nomina cum unico synonymo secundum LINNÆI methodum disposita.
7. RUD. AHLEFELD *de Fungis ex Salice nascentibus*. ACT. ER. 1739. p. 336.
- JOH. LINDER *de Venenis a STENZELIO auctor editus*. Lipsiæ 1739. 8. Collectio, ad plantas venenatas.
- C. FRID. LOEUW *ad floram Pannonicam invitatio* Sempron. 1739. 4. & in E. N. C. vol. V. Append. Effectum nullum habuisse videtur.
- Parnassus hortensis oder vollkommene gartenschule*, Magdeburg. 1739.
- CHRIST. HENR. HÆNDEL *de camphora*, Leid. 1739. 4. practica.
- SALOMON de MONCHY *de opio*, Leid. 1739. 4.
- D. ERNSTING *de Phellandrio*. Brunsvv. 1739. 4. Descriptio fabricae & virium cum icone.
- W. B. NEBEL *de Acemella Palatina (varietate Bidentis)*. Heidelberg. 1739. 4. Disp. Credit vires inesse Acemellae, & analysin dat.
- D. KRATZ *de Onopordo*. Francof. ad Viadr. 1739. 4. Disp.
- MICH. ALBERTI *de Belladonna tanquam specifico in cancro*. Hall. Disp. 1739. 4.
- D. KIRSTEN *de Areca Indorum*. Altdorf. 1739. 4. Disp.
- ADR. van ROYEN *flora Leidensis prodromus*. Leid. 1740. 8. Elegantissimo Libro divitiae verae horti enumerantur, exclusis varietatibus. Rarissimas plurimas primus aut indicavit, aut definiit. Genera & nomina LINNÆI recepit, sed classes naturales secutus est: iis nomina nova, simplicia fecit.
- JULII PONTEDERÆ *antiquitatum Latinarum Gracarumque enarrationes & emendationes praecipue ad veteris anni rationem pertinentes*. Patav. 1740. Eruditissimum Opus viri in Hetrusca, Osca & antiquissima Italiae reliquis linguis expertissimi. In Catonem, Varro nem & Columellam emendationes plurimas profert, & nomina ab ALDO corrupta adque recentioris linguae similitudinem distorta, ubique restituit, sic de Agricultura Romanorum multa utilia adspersit.
- MATTHIEU FABREGOU *description des Plantes qui naissent autour de Paris*. Parisiis 1740. 6. vol. 12. Pessimus Librorum, hominis imperiti, & perinde temerarii: miscantis exotica indigenis, exscribit TOURNEFORTIUM & VAILLANTIUM, dum uterque carpitur. Ita rudis Auctor ut v. gr. Frangulam velit vocari *Alnus prunas ferens*.
- JOHANNIS FRANCISCI SEGUIER *Bibliotheca Botanica; accessit OVIDII MONTALBANI Bibliotheca Botanica*. Hag. 1740. 4. Laude certe dignus Liber, quo vis enormis continetur librorum, ad plantarum enumerationem, vires, & cultum pertinentium, decerptorum ex Regia Gallica, Sloanea, aliisque ditissimis Bibliothecis, quas vidit Auctor, cum per Europae regio-

regiones varias iter faceret, socius SCIPIONIS MAFFEI; tum ex Diariis, catalogis RIVINII, aliorumque. Ordo alphabeticus, judicia nulla, menda, ut in magnis Operibus fit, tamen aliqua, in NEUMANNI Operibus plurima ad analysin plantarum earumque partes resinofas & aquofas definiendas pertinentia habentur.

J. A. KULBEL *sur la fertilité des terres*, Dresd. 1740. 4. quo scripto Burdigalæ præmium reulit.

ERN. EHRENFRIED GEYER *de vestigiis potus Caffea apud Hebraeos*, VVittemb. 1740. 4.

HENR. CASP. ABEL *medizinisches krauter paradies gärtlein*, Francof. 1740. 8.

J. CASP. FEISTL *vegetabilia recentia sicca præferenda esse*, Altdorf. 1740. 4.

J. LUDW. MILHAU *de carvo*, Argent. 1740. 4.

GEDANKEN *über das reich der Blumen*. Dresd. 1740. 8. Auctor est JOH. CHRIST. BENEMANN. Theologice magis & Philologicè scripsit, quam Botanice.

BARRERE *question de Medicine, si la connoissance des Plantes est necessaire à un Medecin*. Perpignan 1740. 16. Recte monet pleraque medicamenta omnino a plantis sumi. *

JOH. GOTTLIEB GLEDITSCH *consideratio Epicriseos Siegerbeckiana*. Berolini 1740. 8. Linnaeanum systema ruetur, defendit feminum & staminum dignitatem.

ALBERTI HALLER *Iter Helveticum*. Gotting. 1740. 4. Musci aliqui hic primum describuntur, & evolvuntur stirpium aliquot Synonymiæ.

J. E. HEBENSTREIT *de methodo ex fructu optima*. Lips. 1740. 4.

CHR. GOTTL. LUDWIG *de minuendis speciebus plantarum*. Lips. 1740. 4.

D. PLAZ *historia florum*. Lips. 1740. 4. Disp.

JOH. GEORGI SIEGEBECK *vaniloquentia Gleditschiana specimen*. Petropol. 1741. 4. Argumenta contra seminis dignitatem sumit a cryptogamia, a stolonum vi reparabili, a feminibus evanidis. Nomina mutata, ut Droseram, Oenotheram, damnat p. 50. Generum conjunctiones improbat, e. gr. Cuscutæ cum Basella, Cucubali cum Been, Vaccinii cum Oxyocco, Convallariæ cum Unifolio, Chamadaphnes cum Poliifolia. p. 40. seqq.

JOH. JAC. DILLENII *historia Muscorum*. Londin. 1741. 4. Nulla pars Botanices nunc illustrior est, quam ea, quæ fuerat obscurissima. Muscorum, Lichenum & adfinium species fere 600. pleraque indigenas, aliquas tamen Americanas, aut aliis ex terris advectas, accurate in species digestit, depinxit, per omnes plantæ partes, nomina omnia evoluit. An licet de opere omni laude dignissimo addere, varietates aliquando in specierum honorem constitui, exemplo Lichenis corniculati: a MICHELIO dubias, aliquas stirpes repeti, deficere Lichenes ex genere subtiliori pulverulento?

A new method of improving cold wet and barren land particularly clayey grounds practised in North Britain, Lond. 1741. 8. Auctor est celebris ille infortunio suo ALEXAND. BLACKWELL. Contra eum virum, nescio autem an contra idem scriptum prodiit LARSUL KULLINUS *ovvåldige Tankar ofvver A. B. för sok till Land bruckets bättring*, Upsal. 17... 4. BLACKWELLIUS finem omnem rejicit, & omnia compendia agriculturæ refert ad terræ friabilitatem & repetitam arationem fere ut TULLIUS KULLINUS ostendit, salem marino affinem in destillata humo contineri, & finem habere partes aliquas essentielles plantarum.

HIERONYMI BARUFFALDI *il Canapaio*. Bonon. 1741. 4. Poema de cultu Cannabis. *

HERBARIUM AMBOINENSE *continens plantas in ea & adjacentibus Insulis*, opera GEORGI EBERHARDI RUMPHII *edidit & latine reddidit JOHANNES BURMANNUS* Amstelod. fol. T. I. 1741. T. II. 1743. five Libri VI. Rumphii vita habetur E. N. C. Dec. II. ann. I. obs. 21. Exemplar, in Europam missum, teste J. HOTTONO, periit naufragio. Aliud, ex thesauris Societatis Indicæ acceptum, hic cum sua versione edidit J. BURMANNUS, Synonymis & observationibus additis. Continet plantas Indicæ maritimæ five insulanæ, calidioris quam Malabarica, hinc diversas arbores numerosissimas, sæpe tamen caractere destitutas, Palmas, Cocos, Sagu, Manga, Mangostan, pomiferas Indicas omnes: tum Aromata, Caryophyllos, Nucem moschatam, Culilavam, Cajeputi, Colubrinum, Tamaringos: arbores conspicuo flore, Corallodendra: arbores lactiferas, inter quas venenata illa Macassarica; arbores alias miscellas, inter quas Ebenus. Tum fructices, inter quas Arundines Indicæ sunt. Reliqua expectamus.

G. E. RUMPHII *herbarium Amboinense* a BURMANNO tum temporis nondum totum editum erat, nunc vero anno 1750. totum opus completum est, & in ultimis duobus tomis stirpes non arbo.

arbores interque eas prinina medicata traduntur. Scripsit etiam libellum belgicum de plantis Moluccarum & Amboina jam AMMANNO dictum in *Charact. Natur.*

PIERRE BARRERE *Essai sur l'histoire naturelle de la France Equinoxiale*. Parisiis 1741. 12. Enumeratio plantarum hoc utili Libello continetur, inter quas Ypecacoanha, Simarouba, Mechoacanha, & alia medicata sunt. Promittit majus Opus cum iconibus.

MAGNI OLAI NORDENBERG *kort anledning huru gråsvaxten ook mulbeten kan förbättras*, &c. Stokholm. 1741. 4. Serotina damnat pascua, commendat divisionem pratorum, ut alternatim & requiescant plantæ, & radices convalescant. Vinum ex Rubo Idæo casu detectum, valde laudat, & cultum hujus Rubi commendat Civibus.

F. E. BRUKMANN *Centuria Epistolarum* I. Brunsvic. 1741. 4. Huc pertinent Epistolæ ad DILLENIUM, ad GRONOVIIUM, ad LINNÆUM, ad me, ad alios, quibus in Pinacem C. B. animadversiones, & Musci aliqui describuntur: porro itineris Hungarici descriptio & aliqua alia sparsa.

F. E. BRUKMANN *Centuria Ep.* 1. quam citavimus eo loco, continet etiam animadversiones in RAIUM, KÄMPFERUM, KNAUTIUM, in RUPPIUM denique meum. Ad illas ad RUPPIUM certe minus æquas carptiones respondi in *Nov. Lit. Gorr.* 1749. p. 766.

Anonymi wörterbuch worinne der krauter nahmen beywoorte ins teutsche ubertragen sind nebst einer kurzen beschreibung von den geschlechtern der krauter, Lips. 1741. 8.

Die Tulpe zum rühm ihres schöpfers beschrieben. Dresd. 1741. 8. Simile priori BENEMANNI Opusculum.

LAUR. HEISTER *Animadversiones in methodum Linnaeanam*. Helmst. 1741. 4. Disp.

EJUSDEM *de nominum mutatione noxia*. ibid. Disp.

EJUSDEM *de Aurantiis*. ibid. Ad methodum pleraque pertinent. Disp.

J. ANDR. UNGEBAUER *de cultura plantarum*, Lips. 1741. 4.

ANDRÆ ELIÆ BUCHNER *de arnica*, Erfurt. 1741. 4. *de fraxinella* ibid. 1742. 4. *de nucis juglandis* 1743. 4. *de ypecacoanha* 1745. 4. *de genuinis viribus tabaci* 1746 *de curcuma officinarum*, Hall. 1748. 4. *de genuinis opii effectibus in corpore humano*, ibid. 1748.

JOH. GESNER *de Vegetabilibus*. Diss. II. Tiguri 1740. & 1741. 4. recusæ sunt an. 1743. Leidæ 8.

Dictionaire universel du Commerce ex editione Genevensi 1742. fol. 4. vol. Egregia ad usus œconomicos pertinentia hic habentur, & multa, quæ spectant ad Indiæ plantas, communicata a Cl. GARCINO.

MARCI MAPPI *catalogus plantarum Alsaticarum*. Edidit EHRMANNUS. Argent. 1742. 4. Plantæ multæ, etiam rariores, cum paucis iconibus, varietates plurimæ, nomina Tournefortiana, ordo alphabeticus. Opus, etsi posthumum, satis tamen perfectum.

ALB. HALLER *enumeratio plantarum indigenarum Helvetie*. Gotting. 1742. fol. In nulla regione hactenus idem numerus stirpium repertus est. Sed non novi solum, sed & monui in præf. idem mihi, quod omnibus aliis systematum Auctoribus, accidisse, ut & omitant multa, & de multis loqui cogantur, quæ non perspexerint. Confer. PHIL. TRANS. n. 468.

HANS EGEDE *gamle Grönlands nye perustration*. Hafniæ 1742. 4. Continet etiam icones aliquas plantarum indigenarum.

C. GOTTL. LUDWIG *Institutiones regni vegetabilis*. Lips. 1742. 8. Egregium Opus, parte prima agit de methodo, altera describit œconomiam vegetabilem, de germine, vi seminali, cellulosa tela, vasis retifoliorum, & præclara multa & nova habet.

JOHN TENNENT *Epistle to RICHARD MEAD concerning the efficacy of seneca snackeroot*. Edimburg. 1742. 8. Polygalæ speciem, a sylvicolis Indis Seneca dictis, ad morsum Viperæ caudifonæ laudatam ad peripneumoniam, pleuritidis & podagræ curationem transfudit, ea felicitate, ut imitati Galli similem fere in Nostrate Polygala ad pleuritidem virtutem detexerint.

J. G. GLEDITSCH *de methodo Botanica*. Francof. Oder. 1742. 4. & Lips. 1742. 4. LINNÆUM sequitur.

F. JOS. de OPERKAMP *de remediis specificis imprimis de simarouba*, VVürtzburg. 1742. 4.

LAURENT. ANTON. DERCUM *fundamenta rei herbaria*. VVürtzburg. 1742. 4. ex Tournefortio.

D. KOENIG *de Lamio Plinii*. Argentor. 1742. 4. cum icone Melissophylli.

Lettre sur les arbres des Indes qui portent la Toile. TREVOUX 1742 p. 978.

FR. M. MAZZUOLI de *Coralliorum natura & Fungorum origine*, dissertationem anno 1742. in *Opusculi scientifici* edidit, recusam in memorie di Lucca.

PHIL. CONR. FABRICII *primitia flora Burisbacensis*. VVetzlar. 1743. 8. Continet supplementum ad floram Gieffensem DILLENII, deinde descriptiones plantarum quarumdam rariorum, maxime ex genere cryptogamiæ, inter quas BUXBAUMIA: denique subtiles animadversiones in characteres DILLENII & LINNÆI.

BERN. de JUSSIEU & PERSON, Ergo ut in America sic in hac regione Apalachines potus salubris, Paris. 1743. 4.

CADWALLADER GOLDEN plantæ Coldinghamiæ in Act. Soc. Reg. Ups. 1743. huc omnino pertinent.

FRANC. PRINCE de vino Neocomensis, Basil. 1743. 4. cum analysi.

J. G. GLEDISCH de Fuco subgloboso molli. Berolini 1743. 4.

VINCENTII LAGUSII *Erbario Italo Siciliano di moltissime Piante*. Palermo 1743. SEG.*

Die Rose zum rhum des Schöpfers beschrieben. Lips. 1743. 8. Eiusdem Auctoris, qui de Tulipa scripsit.

JOHANNIS BROWALL *epicriseos Siegesbeckiana exam.en.* Leid. 1743. 8. defendit LINNÆUM, genera subordinata Siegesbeckiana adgreditur.

C. LINNÆI de utilitate peregrinationis per patriam. Eodem anno ibidem recusa est.

EJUSDEM de Betula nana Suecorum. Upsal. 1743. 4. cum icone Disp.

J. BAPTISTÆ MORANDI *historia botanographica stirpium atque herbarum*. Mediolan. 1744. fol. Pictor, qui tamen plantas amavit, vimque magnam in suos hortos collegit, dedit hic icones novas, sed parvas, neque optimas stirpium officinalium 600. dispositas in BOERHAVII ordinem.

J. CHRIST. RIEGER *historia naturalium & artefactorum*. Hagæ 1744. 4. 2. vol. ad Literam C. in plantis parciore fuit.

D. Le MONNIER *observationes editæ cum CASSINI Méridienne de l'Observatoire de Paris*. Paris. 1744. 4. continet plantas Bituricensis Agri, montium Arvernæ, & Ruscinonensis Comitatus, cum observationibus Botanicis.

P. CHARLEVOIX ad tomum II. *historia America septentrionalis icones & descriptiones stirpium* 98. addidit, quarum pleræque ex CORNUTO sumptæ sunt, & D. CATESBY. Prodiit Paris. 1744. 4.

CAROLI AUGUSTI a BERGEN *Catalogus stirpium quas complectitur hortus medicus Academia Viadrina*. Francof. Viadr. 1744. 4. Nomina ex meo Opere & LINNÆO. Observationes ad characteres pertinentes passim adpersæ.

CAR. AUG. a BERGEN huc pertinet etiam programma *utrum TOURNEFORTII vel LINNÆI systema preferendum*, Francof. ad Viadr. 1742. 4. EJ. etiam est *lapis lydius medicamentorum vegetabilium I. & II.* ibid. 1744. 1746. 4.

SEYFFERT de Fungis. Jenæ 1744. 4. Habet meas divisiones, & mea genera, cum aliis nominibus, nullibi me citato.

J. JUNKER de masticatione tabaci, Hall. 1744. 4.

LECHE *primitia flora Scanica*. Leradin. 1744. 4. Continet multas stirpes, ab Auctore primum in Suecico solo lectas cum LINNÆANIS nominibus.

EBERHARD ROSEN de Cortice Peruviano. Londini 1744. 4. Disp.

C. LINNÆI de Peloria (mira nempe mutatione Linariæ vulgarissimæ in aliud toto flore diversum genus.) Upsal. 1744. 4. Disp.

LIBERATI SABBATI *synopsis plantarum quæ in solo Romano luxuriantur*. Rom. 1745. 4. Superstitiosus, methodo Tournefortiana usus, plantas depinxit vulgares, exoticas pro Romanis dedit,

JOH. FR. SEGUIER *Planta Veronenses*. Veron. 1745. 8. 2. vol. Cum ibi dudum vivat vir Cl. in Montem Baldum & beatum Agrum Veronensem excurrit frequenter, collegit stirpes, ordinavit secundum methodum JULII PONTFEDERÆ, figuras rariorum addidit. Adjecit indicem stirpium dubiarum: alterum Chalceolarianum, ultimo appendicem ad Bibliothecam suam.

J. FRID. CARTHEUSER *disputatio de cassia aromatica*, Francofurti ad Viadr. 1745. 4. EJ. de *eximia mirra genuina virtute medica*, ibid. 1746. 4.

CHRI-

CHRISTIANI CAROLI SCHARMER *gedanken über die conservation der alten und anlegung der neuen holzungen*, Francof. 1745. 8. Experimenta in Hollatia facta sunt. Quercetum autumnalium glandium ope serere docet, indeque tondere, transferre, resecta parte radicis medix. Alias etiam arbores laudat, salices inprimis. Adjectæ sunt notæ Agricolaæ expertis.

Traité de la culture des Pêches. Parisiis. 1745. 12. Laudem meretur a styli elegantia, & consiliorum fide.

Libri, quem sub titulo *traité de la culture des Pêches* citavimus, auctor est DECOMBE. JACOBI PARSONS *microscopical theatre of seeds*. Lond. 1745. 4. Semina officinalium stirpium per microscopium picta, modice augens. Bona passim aliqua, ut capsulæ balsamiferae in gymnodispermis, fructificatio Filicis, &c.

CAROLI LINNÆI *Oelandska ock Gorbländska Resa*. Stokholm. 1745. 8. Plantas primotinctorias, & ad œconomiam utiles, deinde etiam alias raras, denique omnes obvias fere descripsit, ut floram patriæ perficeret.

EJUSDEM *Corallia Baltica*. Disp. Upsal. 1745. 4. Disp.

EJUSDEM de Ficu ejusque fecundatione per Culices. ibid. Disp.

EJUSDEM *hortus Upsaliensis*. ibid. Disp.

EJUSDEM *Passi flora*. ibid. Disp.

EJUSDEM *Acrostichum*. ibid. Disp.

CAR. LINNÆI etiam est *Flora Suecica*, Upsal. 1745. 8. enumeratio nempe stirpium spontaneorum.

OLAI CELSII *hierobotanicon* P. I. Upsal. 1745. 8. P. II. ibid. 1747. 8. Theologus, Orientalium linguarum peritissimus stirpes biblicas in Arabum inprimis, & inter eos ex ABUL FADLI M. S. codice de stirpibus medicis illustravit.

GUSTAV. WESTBECK *ytterligare underrättelse om en posunnen tvvånne slags Bomull som ymnest växer ofver hela Riket*, Stokholm 1745. 4. Laudat pappum falicis luteæ folio crenato, pro vestibus faciendis, ellychniis faciendis, tum pappum epilobii flore difformi ad faciendam tibialia, denique usneam viridem pro duplicandis vestibus in quibus rigiditas requiritur.

DAVID de GORTER J. F. *flora Gelrica*, Harderovic. 1745. 8. Methodus catalogi LINNÆANA, numerus stirpium 601. characterem Antherici emendavit.

Musei Imperialis Petropolitani Vol. I. Petrop. 1745. 8. continet catalogos herbarii vivi Ruyschiani & Ammanniani, quod rarioribus inprimis americanis abundat.

GUALI H. van LIS de aloë, Ultraj. 1745. 4.

ARNOLD FRIDERICH von HARTENFELS *Gartensaal*. Francof. 1745. 8. Auctor neque Hortulanus, neque Botanicus, dedit tamen catalogos plantarum bulbosarum, tuberosarum, fibrosarum, perennium, annuarum, culinarianum, coronarianum, cum cultu. Rarioris miscet aliquas an veras? Caryophyllum aromaticum, arborem meloniferam, cucumiferam. Experimenta fere ex aliis, neque satis fida.

JULII BERNH. von ROHR *Phytorheologia*. 1745. 8. editio II. nam priorem ignoro. Collectio utilitatum œconomicarum, & medicarum, ex itinerum Scriptoribus aliisque.

JULII HERCULIS MULLER *catalogus plantarum horri sui*. Ulm. 1745. 8. Nomina plurima vitiosa.

ALBERTI HALLER de *Allii genere naturali*. Gotting. 1745. 4. Allium officinarum esse staminibus alterne semitrifidis: idem saepe in Cæpa vulgari reperiri, non ergo separari posse tria genera Allii, Porri, & Cepæ.

In POCOCCI *historia Orientis*, Londini 1745. fol. plurimæ arbores & plantæ ab EHRETO delineatæ reperiuntur.

De MILHAU in *trois dissertations* editis Monspel. 1746. descripsit florem Cacao, aliter quam TOURNEFORTIUS.

De RATTE ibid. in *Artis Societates* explicavit velox Aloes incrementum.

D'ARDENNES *Traité des Renoncules*. Paris. 1746. 8. cultum & hortensium varietatum historiam dedit.

B. de MONTAUCON *Diff. sopra la pianta dinominata papiro*, recusa est seorsim. Venet. 1747. 4.

J. BLACKSTONE *Specimen Botanicum, quo plantarum plurium rariorum Angliæ indigenarum loci natales illustrantur*. Lond. 1746. 8. Continet plantas in synopsis Rajana omittas, fere ex genere cryptogamio.

PP

JOHN

JOHN MARTYN in sua editione Georgicorum Virgilii, Londini 1746. 8. & eruditum, & Botanicum commentarium adjecit, & in isto plantas Virgilianas declarare, iconibus illustrare, operas agricultorias exponere admissus est.

JOH. MARTYN nuper 1749. 4. simili modo quo Georgica VIRGILII edidisse diximus, Eclogas ejusdem auctoris splendide edidit.

D. STEVENSON *gentleman's gardeners director*. Lond. 1746. 8. Cultum arborum, oleorum florumque dat.

JAMES *sr. on tobacco, tea, coffee and chocolate*, Lond. 1746. 8. *

FEHR KALM *Wästgötha ock Bahusländska Resa*. Stokholm. 1746. 8. Auctor, nunc Professor Oeconomiae Aboensis, plura jam itinera Botanica suscepit, & nunc se ad Canadense iter præparat: Idem Peloniam invenit. Hic plantas itineris sui an. 1745. facti recenset, vires addit medicas, tinctorias, ad alenda armenta, descriptiones nullas.

MICHAELIS MATTHIÆ LUDOLF *Catalogus plantarum Berolini demonstratarum*. Berolin. 1746. 8. Plantas horti Regii, & aliorum Berolini florentium habet. Nomina TOURNEFORTIANA, ordo alphabeticus. Subjuncta Dissertatio de methodo, in qua sexum & cotyledones rejicit.

Vom Kornregen. Tiguri 1746. 4. Est explicatio physica miraculosa, ut videbatur, pluviae frumenti. Erant denudatae radices Chelidonii minoris, cujus icon adjecta est.

L. HEISTER & J. S. LEINKER *de Simarouba*. Helmst. 1746. 4. Disp.

CAR. LINNÆI *sponsalia plantarum*. Upsal. 1746. 4. Disp.

WHALTHER *de Silphio*. Lips. 1746. 4.

De ELSHOLZII Iconibus & plantis ficcis, aliisque M. S. & stirpibus Bibliothecæ Berolinensis videatur J. C. W. MOEHNEN in epistola. Berol. 1746. 4.

PETRI KRETSCHMAR *oekonomische vorschläge wie das holz zu vermehren*, Lips. 1746. 8. insignis novorum inventorum auctor, nondum, quantum novi, faventem experientiam habuit. EJUSD. *oekonomische practica*, Lips. 1749. 8. Laudat duplices facere in arando sulcos, ut terra nuper consista sepeliatur, nova exponatur aëri.

HEINRICH WILHELM DOEBELS *jägerpractica*, Lips. 1746. fol. Arborea sylvarum germanicarum etiam recenset foliis cum vernaculis nominibus, ut ægre dignoscas, quæ velit.

In J. GODESCH. WALLERII hydrologia succi etiam plantarum varii recensentur. Succos acres, ut tithymali, habet pro alcalinis.

J. GEORG. GMELIN *flora Sibirica* T. I. Petrop. 1747. 4. Ex amplissimo itinerum Botanicorum, quæ unquam facta sunt, decenni, in novas, & a nemine scrutatas regiones suscepto, comitibus Pictoribus, & fodalibus Botanicis gnaris, inprimis STOELLERO & MARTINIO, Opus natum est primi ordinis, cujus hæc quinta fere pars est. Continet stirpes ordine ROYENIANO, cum descriptionibus, & synonymorum excussione, & rariorum iconibus pulcherrime pictis. Non alibi plus novi reperitur.

CAROLI LINNÆI *Wästgötha Resa*. Stokholm. 1747. 8. Simile priori iter, cum plantarum etiam observationibus & icone Zosteræ.

EJUSDEM *flora Ceylanica*, de qua alibi.

EJUSDEM *nova plantarum genera*, partim nata ex Ceylanicis, partim ex aliis, aliqua tamen etiam communicata a GMELINO, D. de SAUVAGES, aliis. in disp. 1747. 4.

CAR. LINNÆI etiam sunt *vires plantarum*, Upsal. 1747. 4.

CAR. FRID. MENANDRI *disputatio de foliis plantarum*, Abo 1747. 4. *de radicibus plantarum*, ibid. 1748. 4.

J. GEORG. KOELDERER *de visco*, Argent. 1747. 4. bona disputatio.

J. HIERONYMI KNIPHOF *disputatio de succedaneis corticis peruviani*, Erfurt. 1747. 4.

S. PAUL HILSCHER *de gramine dactylo seu manna*, Jen. 1747. 4.

J. ERNST. PROBSTENS *gärtners vörterbuch*, Lips. 1747. Exponit methodum RIPPINI, dat catalogum vocum latinarum & germanicarum, quæ ad hortorum cultum pertinent, tum stirpium quæ in horto Bosiano anno 1747. vixerunt.

J. WOLFG. WEDEL *tentamen botanicum flores plantarum in classes dividendo*, &c. Jen. 1747. 4. & iterum 1749. 4. emendatius. Methodum proponit ex RIVINIANA & LINNÆANA mistam, ex solo flore, excluso a prima editione fructu, quem in altera recepit.

In

In RONCALLI *Europa medica*, Brix. 1747. fol. continetur catalogus stirpium indigenarum agri Brixiani.

In *Actis Societatis Columbaria* lego CL. de BAILLOU refutare flores coralliorum, & polyporum in iis gignendis efficaciam.

JAMES WHEELER *the modern Druid containing instructions for the better culture of young Oaks*, Lond. 1747. 8. Ramos minores, anulum excorticando vel contundendo germina, jubet delere ut recta arbor crescat: auget incrementum longis scarificationibus corticis.

XAVERIUS MANETTI horti Florentini præfectus solet quotannis edere *catalogum plantarum nonnullarum horti Academia Physico-botanica Florentina* qui unico folio continetur.

THOMÆ SHORT *Medicina Britannica*. Londin. 1747. 8. Catalogus stirpium officinalium cum collectione virium.

CHRIST. LUD. ROLOFF *Index plantarum qua continentur in horto Krausiano*. Berolin. 1747. 8. Plantarum alphabetica recensio cum iconibus rariorum.

CHRIST. LUD. WILLIG. *Observationes Botanico-medica*. Gotting. 1747. 4. Lichenis agrici species nova, & de Myrrhida tuberosa observationes, & alia ad characteres pertinentia diligenter notata.

D. HEINZE *de Muscorum notis & salubritate*. Gotting. 1747. 4. Disp.

J. GEORG. HEINZE etiam est *de incrementis botanices ex consideratione muscorum* 1747.

P. C. FABRICII *Sciagraphia historia naturalis Butisbaci*. VVezlar. 1747. 8. Adjecit observationes, inter quas flos Charæ describitur.

WAITMILL *Kalendarium universale*. London. 1747. 8. Opera hortensia secundum mentes descripta.

TOBIÆ CONRAD HOPPE *bericht von den Erdäpfeln*. VVolfenbittel. 1747. 4. Historia Solani tuberosi.

TOB. CONR. HOPPE edidit etiam *nachricht von den weiden und den rosen*, Lips. 1748. 4. & defensionem *von den weiden rosen*, Gera 1748. 4.

In *versuch einer beschreibung historischer und natürlicher merkwürdigkeiten der landschaft Basel*, cujus ab anno 1748. quatuor partes Basileæ 8. prodierunt, multa huc faciunt, inprimis ad fungos, & plantas agri Basiliensis rariores. Eas CL. FRIDERICUS ZWINGERUS fere recenset.

De incremento plantarum ex aqua in *Actis Acad. Berol.* hujus anni experimenta sua proposuit CL. ELLERUS.

ARTHUR CONRAD ERNSTING *prima principia botanica*, VVolfenbittel 1748. 8. Explicatio vocum technicarum rei herbariæ; catalogus præcipuorum scriptorum eo pertinentium: methodorum clavis, cum sua, simili BOERHAAVIANÆ.

LAURENTII HEISTER *systema plantarum generale ex fructificatione*, Helmstadt. 1748. 8. bis excusum. Defendit methodum naturalem & characterem ex foliis desumptum. Nomina LINNÆANA accusat, methodum BOERHAAVIANÆ similem proponit.

CAROLI LINNÆI *flora oeconomica*, Upsal. 1748. 8. Suecice recusa, Holmiæ 1749. 8.

CAROLI DAHLMAN *enledning til svenska humle gardskogs ock ængskörfel*, Holm. 1748. 8. sylvestres laudat lupulos, cultumque hujus plantæ describit. Pratorum cultum docet, laudat Lathyri lutei utilitatem.

ULRICI RUDENSCHIOLD *tal om skogaener ryttiande ock vvard*, Holm. 1748. 8. Ad Politicam equidem inprimis pertinet, docet tamen utilitates oeconomicas sylvarum, modumque quo sylva destructa reparantur.

PETRI GERIKE *de usu medico camphora*, Helmstadt. 1748. 4.

GEORG SAMUEL KECHELEN *de genesi & raffinazione camphora*, Argentor. 1748. 4. bona disp.

CAROLI LINNÆI *amœnitates academica*, Stokholm 1749. 8. Octodecim sunt disputationes, quarum multa botanica, cum variis augmentis, cæterum jam indicata, Leidæ eod. anno 8. recusa sunt. *EJ. materia medica ex plantis*, Holm. 1749. 8. qua plurimæ officinarum plantæ ad sua genera primum relatae sunt, cum brevibus virium indicia. *EJ. disp. cui titulus lignum colubrinum*, Upsal. 1749. 4. cum descriptione trium plantarum quæ economice veniunt. *EJ. radix senega*, ibid. eod. anno, nempe species polygalæ antipleuritica. *EJ. aut respondentis LÖFLINGII gemma arborum* ibid. eod. anno bona disp.

Pp 2

EBER-

BERHARDI ROSEN *observationes botanicae circa plantas quasdam Scania non ubivis obvias*, Londini 1749. 4. Stirpes multas raras accurate secundum flores & fructus describit.

Nögen försök om skogsplanteringen och skötsel, Holm. 1749. 4. sylvarum rationem, cultumque docet, & jubet decidere folia, lignaque in sylvis relinquere.

CAROLI SWEDENSTIERNÆ *medel och urvåge til rikets uphölpande genom landbäckers upodling*, Stockholm 1749. 4. Laudat cultum pratorum, eumque promovere jubet, effossa terra, fossis lapidibus repletis, terra iterum super strata, quam egregie fecundam esse observavit, quod inventum etiam habet **TROWEL**. Alia ad agri cultum consilia proponit.

BIOERNE PAULI *specimen observationum qua circa plantarum quarundam maris Islandici & speciatim Alge saccharifera dicta originem, partes & usus collegit*, Hafn. 1749. 4.

GEORGII DIONYSII EHRET *icones stirpium*, quarum 16. tabulæ prodierunt, pulchras & raras stirpes splendide & fideliter exprimunt. Cum **WILKESII** papilionibus etiam icones arborum & stirpium ad naturam delineatæ prodierunt.

DALIBARD *flora Parisiensis prodromus*, Paris. 1749. 8. secundum **LINNÆI** methodum.

DAVID. de GORTER *Elementa botanica*, Harderovic. 1749. 8. ad mentem **LINNÆI**, ut tamen faciem alicujus momenti esse agnoscit.

ALBERTI HALLER *opuscula botanica*, Gotting. 1749. 8. Itinera Alpina duo, Hercynicum unum, disp. de methodo discendi botanice, & de aliis libellum hunc ornatus & emendatius recusum dedi.

J. GEORGII GMELIN *sermo Academicus de novorum vegetabilium post creationem exortu*, Tubing. 1749. 8. Varietates noviter pronasci, etiam hybridas species, ex planta mare & femina diversi generis, ostendit exemplo Delphinii, verbenæ.

GEORG. RUD. BOEHMER *disp. de plantis caule bulbifero*, Lips. 1749. 4.

Kurze anweisung wie die weissen manbeerbäume von den saamen gezogen, gepflanzt und geuwartet werden sollen, Stuttgart 1749. 8. Cultus mororum qualis VVürtenbergicis teris convenit.

J. A. HERZOG *neue ackertheorie*, Magdeburg 1749. 4. aliquæ in methodum **KRETSCHMARI** animadvertiones.

J. FRIEDER. NEUMANN *erfahrungsmässiger beweis von dem ungemeyn schlechten kornbau. EJ. Discurs über seinen beweis*, Berolin. 1748. 4. *EJ. Vorschlag der möglichen verbesserung des ackerbaues*, ibid. 1749. 4. Profundam arationem commendat, ut plures nodos pars culmi defossa generet.

DECOMBE *Ecole du jardin potager qui comprend la description exacte de toutes les plantes potageres*, Paris 1750. 12. 2. vol. Fimo calefactas primum areolas fuscæ describit, tunc stirpes oleraceas & earum varietates, ad propria, quantum video, experimenta.

C. LINNÆI & LAUR. MONTIN *splachnum* (novum musci genus), Upsal. 1749. 4.

C. J. TREW *selectarum plantarum decades*, August Vindel. 1750. fol. Egregiæ rationem stirpium, fere ab **EHRETIO** paratæ icones. **IDEM** Norimbergæ edere cepit *amanissimorum florum imagines*, fol. nempe hortensium varietatum flore pleno.

CAR. AUG. a BERGEN *Flora Francofurtana*, Francof. Viadr. 1750. 8. Post lexicon botanicum habet enumerationem stirpium spontanearum agri sui multo quam **JÖHRENIUS**, pleniorum cum synonymis recentissimis, methodo dispositam, quæ **TOURNEFORTIANÆ** prior fit, cum generum characteribus. Hortenses plantas adjecit.

GEORG. RUDOLPH BOEHMER *Flora Lipsia indigena*, Lips. 1750. 8. Methodus est, quæ **LUDWIGII**, adfinis **LINNÆANÆ** & **RIVINIANÆ**, observationes multæ, tum in doriferis fungis & graminibus **GLEDITSCHIANÆ** experimenta, synonyma etiam selecta adhibuit.

PHIL. CONRAD. FABRICIUS in disp. continente *observationes quasdam circa constitutionem epidemicam* anno 1750. Helmstad. 1750. 4. dedit catalogum stirpium sponte circa eam urbem nascentium.

J. SIGISMUNDUS POPOWITSCH in *untersuchung vom Meere*, Norimb. 1750. 4. dedit aliquas in **LINNÆUM** animadvertiones, & de fungis in alium ordinem constituendis prodromum.

J. AUGUST. GROTIAN *physicalische winter belustigung*, Nordhausen 1750. 8. De artificii quibus hyberno tempore plantæ in aqua florere coguntur, & inprimis Hyacinthi.

Bonum

Bonum cultum dedit **Caryophyllorum hortensium** & **leuciorum hybernorum**, senam viridem vivandivandi rejicit, utilis & expertus auctor.

SENDSCHREIBEN *an Herrn KRETSCHMAR* Berolin. 1750. 4. Laudat, ad Anglorum exemplum, rationem naporum ad agros arenosos.

TOBLAS CONRAD HOPPE *von den grossen nutzen der Linagrostis und... dem wurzelthee*, Berolin. 1750. 4. Linagrostidis vires ad ambustionem laudat.

CHRISTIAN REICHARDT *abhandlung von allerhand saamenwerk*, Erfurt 1751. 8. rationis modum & seminarii condendi rationem docet, & multa artificia ad semina immatura maturantia; femina minora tuto terræ committenda; vitanda infecta, &c.

Les agréments de la campagne, Leyde. 1750. 4. Plenum opus de omni opere hortensi, etiam de vite, & hesperidibus, cum nonnullarum iconibus.

HUGHES GRIFFITH *natural history of Barbados*, Lond. 1750. fol. maxima ex parte botanici argumenti est.

THOMÆ SHORT *discourse on the sugar milk tobacco*, Londin. 1750. 8. magis ad dieteticam pertinet, & de thea inprimis fusius agit.

CAROLI LINNÆI *semina muscorum*, Upsal. 1750. 4. nempe in **Polytrichis** scobs illa fusca, tum in **Moriis**.

VITALIANO DONATI *flora naturale marina dell' Adriatico*, Venet. 1750. 4. Eximius liber, quo triplex classis marinarum stirpium, fucorum, coralliorum, & spongiarum in methodum naturalem ex intimo characterè disponuntur, & inprimis polypos coralliorum incolat. **LEONARDUS SESLER** nomini **CL. VIRI** Vitalianam, novum genus, inscripsit.

Plantas aliquas marinas descripsit, viresque laudavit **CL. RUSSEL** in *Libro de rabe glandulari*.

LAUR. HEISTER & BRUKMAN *been album*, Helmstad. 1750. 4.

LAUR. HEISTERI præfatio ad **BURCKHARDI** Epistolam jam dictam, multa habet ad commendationem botanicorum Germanorum, maxime **JOACH. CAMERARII** & **J. JUNGII**; & nova duo genera stirpium, **JUNGLIAM** atque **BURCKHARDIAM**.

CL. GLEDITSCH in *actis Berolinensibus* 1747. de saccharo dauci & sisari, anno 1748. de semine & flore fungorum egit.

In nuperis diariis Germanicis multa botanica sunt, ut in *Hamburger Magazin* **MOELLERI** argumenta contra stirpium sexum, & pro eo **CL. KÆSTNERI**, &c. *Neue Oeconomische nachrichten* quæ anno 1749. Lips. 8. edi ceperunt, & etiam nunc continuantur, tota huc pertinent, ad varia artificia pro cultu sylvarum, agrorum, medicæ, de vario fimo-rum genere, animadvertiones in **CARLOWITZII** & **ROHRII** culturam sylvarum, in **REAUMURII** de eadem re consilia, &c. in *Oeconomische samlungen* quæ Stuttgartiæ edi ceperant 1749. 8. aliqua huc faciunt de sylvarum satu, inoculatione vitium, torfa.

EVER. JAC. VAN WÄCHENDORFF *horti Ultrajectini index*. Ultraject. 1747. 8. Plus in Libro est quam promittebat titulus, plenum nempe novum systema Botanicum, cujus classes ex sexu, ex ratione staminum ad petala, ex situ floris in fructu vel super fructum, ex numero staminum, ex naturalibus tribubus collectæ sunt, ut interim petalorum minor, quam vulgo, habita sit ratio. Genera & species pleræque ex **LINNÆO**.

D. GUETTARD *observations sur les Plantes*. Parisiis 1747. 12. 2. vol. Catalogum plantarum Stampensium **D. DESCURAIN**, Aurelianensium **D. CHAMBRAI**, & Gallicarum ex variis Provinciis Galliæ, proprio labore lectarum tradit. Pilos prioribus diligentius rimatus, ex iis, varie ramosis, aut figuratis, classium ordines minores constituere suscepit.

ERNEST GOTTLÖB BOSE *de nodis plantarum*. Lips. 1747. Diff.

J. V. W. (van VVyck) *Vertoog, betreffende ongemeene schadelyke planten*. Rotterdam 1747. 8. cum maximis erroribus.

Beschreibung historischer und natürlicher Merkwürdigheiten der Landschaft Basel. Erstes stük. Basl. 1748. 8. Continet vitiosum catalogum plantarum Montis Muteti.

MARK CATESBY *Appendix to the natural history of Carolina*. London. 1748. fol. Viginti sunt plantæ, quarum plures Londini in hortis curiosorum floruerunt, interque eas nobilissima **Ginseng**, tum **Stevvardia**, **Meadia**, aliaque.


CAROLI LINNÆI *Hortus Upsaliensis exhibens plantas exoticas horto Upsaliensi a sese illatas ab anno 1742. ad 1748*. Stockholm. 1748. 8. Multæ plantæ hic primum deter-

determinantur, multæ ex prioribus mutantur & in speciebus, & in nominibus specificis.


CASIMIRI CHRISTOPHORI SCHMIEDEL Icones plantarum & analyses partium æri incisa, adjectis indicibus nominum, figurarum explicationibus, & brevibus animadversionibus. Norimberg. 1748. fol. Tres tabulas vidi, perpulchras, cum ditissima omnino partium fructificationis anatome, & egregiis iconibus.

C. J. TREWII icones posthuma Gesneriana. Norimberg. 1748. fol. Ducentæ & 16. Icones jam ligno inculptæ fuerunt; earum ligneos typos redemit vir ILL. & edidit, nihil cedentes reliquis Gesneri operibus. Spes est, etiam reliquas figuras, quæ vel in ligno delineatæ fuerant, vel in charta descriptæ, hujus præstantissimi viri cura prodituras.

JOHANNIS MICHAELIS SELIGMANN Nahrungsgesäße an den Blättern der Bäume nach ihrer unterschiedlichen Austheilung und Zusammenfügung abgedruckt. Norimberg. 1748. fol. Sceleta sunt foliorum ex diversis arboribus, per macerationem parata. Præfationis loco historiam hujus artificii pro sua eruditione præmisit C. F. TREWIUS.



CAN-



C A N D I D O
L E C T O R I
ALBERTUS HALLER,
S.




ÆC VII. pars, qua anatomici Auctores continentur, fusior est omnino reliquis. Sed veniam me impetraturum spes est, cum æquum videatur in eo studio me paulum luxuriasse, in quo maximam partem vitæ meæ trivi. Et ne sic quidem permisi mihi, ut vel ea scripta omnia reciperem, quæ in mea Bibliotheca sunt: omisi Disputationes quarum immensa vis in Germania prodiit, neque exigua in Gallia Belgioque, & selegi, quantum licuit eas, quæ plus habere utilitatis viderentur. In ordine mihi aliquam libertatem indulsi. De Theoria nempe medica Partem primam, qua Physiologia continetur, evulsam ad

Ana-

Anatomen transtuli, quod ea ratio videretur & analogiæ studiorum convenire, & mihi magni laboris faceret compendium. In Theoreticis scriptis, de Anima, ejus sede, imperio, aliisque jam pene metaphysicis, brevissimus fui. Repetitiones omnino non potui evitare, cum & Auctores ipsi uno Libro de multis Anatomies partibus dixerint, & ita me jusserit ordo BOERHAAVII. Humoribus in corpore humano historiam adjeci organis, in quibus parantur.

Dedi die 25. Octobris 1748.



ME-

M E T H O D I S T U D I I M E D I C I P A R S V I I

Consilia Anatomica.



Medicus, prædictis cognitionibus imbutus, instructus est iis dotibus, quæ in ipso requiruntur, ut possit cum fructu suum proprium studium aggredi. Dixi jam antea, quid ipsum ex mathematicis meris scire oporteat, tum quid ex physico-mathematicis, tum ex physicis ipsis, tum postea, quid sciendum sit ex illis, quæ materia medica præscribit ex tribus classibus, & quo ordine se instruere hac disciplina debeat. Verum hæcenus de studio medico nihil dixi, nam ea, quæ recensuimus, æque pertinent ad Philosophum, quam ad Medicum. Nunc ipsum studium medicum, strictè dictum, dicendum est, quod rationem eo deducit, ut sciat, quid sit corpus humanum, quo modo constructum sit, quid & quomodo agat, quando exorbitet in actionibus suis, quibus remediis instructum corpus pergat agere, quibus modis destruat. In hac parte artis medicæ requiritur, ut sciamus, quid discendum habeat Medicus, & quo ordine discere debeat. Itaque indicandum est:

1. Quomodo labore facillimo,
2. Impensis minimis,
3. Tempore minimo,
4. Cum maximis memoriæ sublevamentis, scitu necessaria absolventur possit Medicus.

Quicumque has omnes dictas perpendit conditiones, & ad omnia, quæ in medicina se offerunt, cognoscenda attendit, videbit facile, primum omnium, quæ discere debet, esse anatomen. Hanc magnus RIOLANUS vocabulo optimo *Anthropographiam* vocat; nam *anatome* tantum *disectionem* significat, nos autem quærimus proprie sic dictam *ἄνθρωπογραφίαν*, hoc est, descriptionem hominis seu corporis humani, quæ per *ἀνατομὴν* innotescit. Vocari quoque posset jure merito *ἰατροσοματολογία*, hoc est, *sermo de corpore humano seu de corporis humani fabrica*, uti etiam magnus VESALIUS suum Librum inscripsit, quem vocat *corporis humani fabricam*.

Omnes enim Medici fere conveniunt, incipiendum esse studium medicum proprie dictum ab illa scientia, sine qua nihil potest Medicus, & omnia tantum tumultuarie agit. Reperiuntur equidem, qui contrarium dicant, sed eorum ab eruditioribus exploditur ubique sententia; nec igitur argumenta,

Q q

qui-

quibus sententiam nostram confirmare possumus, afferemus, cum satis per se pateat veritas.

Per *Anthropographiam* intelligimus descriptionem materiæ, figuræ, structuræ, nexus illarum partium, quæ corpus humanum vivum constituunt, quantum manu artificiosa, ipsi oculo exercitato exponi possunt.

Dico, quantum artificiosa manus hæc omnia ipsi oculo in corpore exponit; non ergo, quæ per ratiocinia indagat, sed quæ dissecando corpus artificiose, oculo partes detegendas ita præbet ut describi possint. Hoc nobis est studium anatomicum; & de eo studio nunc dabimus consilia, quo modo acquiri possit, quod certe non nisi multa lectione & magna meditatione fit.

Vel detegit illa artificiosa sectio partes in toto corpore firmas, & cohærentes, quæ vocabulo usu recepto nunc vocantur solidæ, inventivæ partes, quas magnus HIPPOCRATES τὰ ἰσχυρὰ, hoc est, *continentia*, id est *partes continentēs & coercentes* vocavit. Vel in nostro corpore deteguntur per anatomiam partes fluidæ, quæ vocantur Latinis *humores*, & hodie vocabulo minus Romano, *liquida* seu *fluida*, & HIPPOCRATI τὰ ἐπιχόμενα, ut optime FOESIUS emendavit, id est, *intus contenta*. Hisce addidit idem HIPPOCRATES τὸ ἐνορμόν, seu *impetum faciens*. Nos autem credimus HIPPOCRATEM (a) intellexisse impetum, quem facit mens, quum aliqua pars movetur. Ita, quum movetur digitus, requiritur motus solidorum & fluidorum, (nempe ut fluida copiosius in vasa fluant), & simul mentis directio, qua moveantur solida & fluida. In hac actione quod nobis ignotum est, & quod mens non mechanice, sed incognita ratione in solida nostra & fluida agit, credo HIPPOCRATEM intellexisse per τὸ ἐνορμόν. Neque enim noverat spiritus animales, sed ὄρμη significat *impetum cum desiderio*, qualem etiam habet mens, quando partes corporis nostri movet.

Anatome ipsa dividitur in duas partes.

1. In partes solidas (recepto nunc, sed minus apto vocabulo, fluidorum enim partes etiam sunt solidæ) dictas: firmæ vocantur Latinis, & hæc sunt partes *continentes*.

2. In reliqua *contenta*, quæ intra hæc vasa sunt. Si nunc velimus etiam cum Scholasticis addere τὸ ἐνορμόν, habebimus liquidum tenuissimum totius corporis, id est spiritus animales.

Ergo tota anatomia pro diversitate harum duarum partium detectarum, etiam se ipsam distribuit. Consilia igitur circa hoc studium erunt, quo modo discamus cognoscere τὰ ἰσχυρὰ, tunc quo modo τὰ ἐπιχόμενα, & apud quos Auctores ea quam facillime discantur.

Prima ergo anatomix pars detegit sectione, describit verbis, materiam, figuram

(a) Locus exstat in Libro spurio, nempe *sexto Epidemicorum* Sect. 8. aph. 19. ed. Foes. Graves autem sunt rationes, quæ non suadeant τὰ ὄρμωνα aliter intelligere quam de spiritibus. Nam & GALENUS ita sumit, adeo propior Hippocrati, & ARETÆUS simillima loca habet, in quibus σπερὰ & πνεύματα manifesto Hippocraticis vocibus substituuntur. Vide FOESII dictum commentarium ad Epidemicos loc. citato; tum in *Oeconomia* ad vocem ἰσχυρὰ, & adde plurali numero ὄρμωνων de voluntate non posse dici, ut quidem ἐνορμόν paulo probabilius liceret sumere.

guram, structuram, nexum partium firmarum, quæ ad constitutionem hujus corporis concurrunt. Invenitur ergo primo in his partibus materies. Per *materiem* intelligimus omnes partes, quæ concurrunt ad constituendam unam firmam partem corporis, sensibus detectam. Hæc materies nondum; ab anatomicis descripta est. Quando enim *musculum* describunt, dicunt corpus esse hoc dato modo apparens, constans arteriis, venis, nervis. Verum si nunc rogem, quid *arteria* sit, dicunt esse corpus constans membrana inflexa cavum conicum formante. Sed rogo iterum; quid est illa membrana? & si eadem ratione pergam quærere, pervenio ad ultimam simplicissimam partem hunc musculum constituentem, quam cognoscere deberem, sed nullibi descriptam invenio ab anatomicis. Anatomici vero de his ultimis minime solliciti, quando arteriam describunt, non membranam simplicem, sed vas constans ex membrana aliis vasis conflata describunt, & hinc errarunt, quando materiam descriperunt. Aliud dabo exemplum in simplicissimo corpore; rogo anatomicos, quid sit os? dicunt os esse corpus durissimum, firmissimum, ad sustinendum corpus ipsum factum. Si nunc rogo, quænam est *ossis materies*? dicunt, si os per chemiam examinetur, dat aquam, salem, oleum, terram, hanc adeo materiem ossis esse. Sed certe errant quam maxime, nam docemur in cœmeteriis ossa sole exsiccata, pluvia humectata, sole iterum exsiccata, rore iterum humectata, tumque vento & sole iterum exsiccata, tamen adhuc ossa esse. Si tunc chemici velint ex hujusmodi multiplici aeris ævique labore præparatis ossibus educere salia & oleum, non possunt, sed materies manet fixa, omni sale & oleo privata, & tamen os adhuc erat integrum. Ergo patet, quid sit materies ossis, terra nempe, quam anatomici nunquam curarunt. Alterum exemplum est, si rogaverim anatomicos, quid est *vas*, dicunt, membranam esse sic involutam, ut canalem conicum formet, & sic faciat vas arteriosum. Tunc rogo, quid est *membrana*? debent dicere rogati, esse texturam vasorum plurimorum arteriosorum, venosorum, &c. quæ liquida ferunt, & transudant humores, & iterum forsan aliorum adhuc vasorum quidem, quod ignoro. Ut sciamus ergo materiam membranæ, debeo tollere omnè fluidum, & patet, materiam membranæ iterum terram esse, æque ac in osse.

Dixi in definitione, figuram etiam debere describi, & in hoc unus BELLINUS ex sola consideratione arteriæ plus perfecit, quam reliqui anatomici sua descriptione.

Sed *structura* etiam examinanda est, quæ est accommodatio materiæ. Nam figura est tantum superficiæ definitio, sed structura est compositio. Hoc etiam per solum MALPIGHIIUM & RUYSCHIIUM descriptum est, quod suo loco dicemus.

Nexus etiam est considerandus, quod iterum multum facit.

Nunc operam dedi meditaturo, ut consilia darem fidelia, ex quibus discerent tirones, apud quos Auctores anatomiam invenire possint; & si audeam jactare, supplebo hic quosdam Auctorum defectus.

Ut ordine procedam, revocandum est animo, me nuperrime, de dirigendo

studio anatomico dixisse, oportere omnium primo examinare partium firmarum naturam; nunc consilia dabo, quo modo hoc peragendum sit.

Ut addiscat tiro quam felicissime harum firmarum partium totam naturam, oportet ut prius cognoscat illas partes, ex quibus minimis omnes componuntur majores, & in quas rursus resolvuntur corpora. Disputatio acerrima certe hic est, neque unquam lis adhuc composita fuit, quænam sint elementa corporum, ex quibus corpora conflantur. Per *elementum* etiam intelligimus partis cujuscumque firmam originem & stamina. Illa, inquam, firma immutabilia quibus tanquam rerum natura persistit, prima exordia, primas particulas, quæ sua aggregatione corpora constituunt, vocamus elementa rerum. Sunt ergo quædam partes primæ minimæ, quæ nostras partes firmas constituunt, nam pars sensibilis nobis in corpore non est unica pars, sed plures aggregatæ partes; has ergo cognoscere debemus, ut naturam partis cognoscamus.

S E C T I O I.

De solidis partibus.

HÆ partes sunt corpuscula exigua, satis inter se similia; simplicissima, terrestria, ex fluidis humoribus advectis ad singula loca secreta, & adposita cunctis partibus, & hæc sunt prima elementa, ex quibus hoc nostrum corpus fit. Si rogetur, quænam sint *ultima stamina* minimarum partium nostrarum; dicemus corpora esse exigua, & hoc clare demonstratur apud anatomicos, nam maxima pars corporis fit ex vasis, vasa fiunt ex membranis, quæ involutæ faciunt cavum; hæc etiam membranæ fiunt iterum ex vasis, quæ vasa membranam constituentia iterum constant membranis, hæc iterum ex vasis; donec ad ultimum vas perveniamus, quod habet membranam, non ex vasis jam amplius (aliter enim non esset ultimum vas), sed ex fibris compositam, quæ ergo fibræ, ultimam membranam constituentes, non sunt cavæ, aliter essent vasa, sed mera filamenta solida (a). Hæc vero fibræ (b) constant ex me-

(a) Non necesse est fusc hic repetere quæ alibi dixi de membranarum compositione. Eæ certe neque omnes, neque sola vasa, habent, ex quibus componantur. In Arachnoidea membrana, adeo magna, quæ post duram Membranam longissima sit in corpore humano, vasa nulla demonstrata sunt. Deinde membranæ veræ, quæ vasa habent, pinguntur & percurruntur, vasis non constant. Maceratio vero, analogia cum membranis per morbos natis, similitudo cum laminis cellulosis, demonstrant membranæ ex brevibus filis cellulosis fieri, in se invicem stipatis, atque se comprehendentibus, sive nunc præterea vasa ad membranæ constituendas accedant sive secus. Vide nostros commentarios in *Inst. Boerh.* n. CCCCXXXIX. CCCI. &c. & DAVIDIS CHRISTOPHORI SCHOBINGERI *Diff. de re cellulosa dignitate*. Gotting. 1748. 4. & video nunc ex CL. ROGAAR *Diff. de nutritione eandem mentem esse* B. S. ALBINO.

(b) Fibræ veteribus satis neglectam & sub ipsa simplicitate sua latentem FRANCISCUS GLISSONIUS primus contemplatus est; & de fibra ejusque natura animali irritabili in *L. de Ventriculo & intestinis* dixit.

Deinde LAURENTIUS BELLINUS *L. de contractione naturali* præter vim irritabilem, per

expe-

neris partibus solidis minimis, exiguis, &c. Ultimæ ergo partes nostrorum solidorum particulæ valde exiguæ sunt, quod erat demonstrandum. Sed præterea hæc partes sunt inter se *satis similes*, nam certe examinavi per ignem chemicum ultimum solidum omnium fere animalium, & constitit, si os omni membrana sua, omni liquido suo orbatum fuisset, idemque tam diu coqueretur in aqua donec aqua tandem adfusa æque clara & insipida inde rediret; tunc semper fibras solidas sibi ubique similes remanere. Idem etiam verum erat de aliis partibus, v. gr. sumo muscoli unciam unam, & coquo in aqua; & coquendo repeto, tam diu addendo nempe continuo novam aquam, priori adfusa, donec ebulliens cum musculo aqua, æque insipida, & pellucida inde redeat, tunc certe supersunt fibræ vasorum, sed omni materie in aqua solubili privata.

Neque hoc tantum verum est, sed maxima mutatione, quæ in natura contingere potest, ad eandem simplicitatem omnia solida redeunt. Quando musculum comburo, non destruuntur hæc fibræ, sed rectæ & extensæ manent quasi integræ, & ubique in una parte & in omnibus eadem sunt. Nam & ex osse, & ex arteria, vena, musculo, pilo capitis, &c. ubique eadem fibræ habentur, eandemque præbent in conspectu materiem. Adeoque id, quod nostro corpori firmitatem dat, fere ubique idem est. Hoc mirum videbitur iis, qui putarunt singulæ parti corporis humani adesse singularem firmitatem, seu singularem materiem pro singulari firmitate danda. Verum & ratio & experimentum nobiscum pugnant. Si ipsum embryonem iisdem experimentis subjeceris, arteriæ ejus ipsæ fibræ dabunt, & membranæ usque eadem elementa demonstrabunt, quæ membranæ in adulto, & ex omni denique parte, utcunque diversa,

eadem

experimenta cognitam, etiam hypothesin de fibræ fabrica mechanica pro ea vi explicanda proposuit. Eum virum plerique recentiorum imitati sunt.

JOHANNES QUINCY in *III. Essay*, qui prodiit cum commentario in traspirationem Sanctorii, fere sequitur BELLINUM.

De fibris earumque intervallis & ex nervis origine etiam conjecturam adfert GUILIELMUS COLE.

J. DOMIN. SANCTORINUS in *Opere de struttura, & motu fibra* & in *Tractatu de nutritione*, Venet. 1705. 8. Fibræ omnem habuit pro vase nerveo minimo, & ejus fabricam fere Belliniano more contemplatus est.

GEORGIUS BAGLIVUS in *L. de fibra morrice & morbosa*, Rom. 1702. Ultrajecti 1703. 8. edito, fibras membranæ duræ & musculorum inprimis considerat.

HERMANNUS BOERHAAVE de fibra mere terrea, cum glutine aqueo & oleoso, ejusque compositione in vasa & membranæ & rigescencia successiva, theoriam novam & in hoc nostro opere proposuit, & in aphorismis. Eum Cl. a SWIETEN & plurimi recentiorum secuti sunt.

GEORGIUS CHEYNE de *fibræ natura ejusque laxa morbis*. Lond. 1725. 8.

G. CHEYNE libro hic citato dat theoriam fibræ, quam nervosus succus extus irroret, &c.

MICH. ALBERTI *theoria generalis motus partium solidar.* C. H. Hall. 1730. 4.

CL. WEISS de *discrimine motus elastici & vitalis fibrarum*. Altdorf. 1735. Diff.

JOH. de GORTER in *Exercitatione de motu vitali*. Amstel. 1737. 4. stamen sive fibræ primigeniam describit, ejusque vim contractilem distractioni musculosæ oppositam, unde omnis in corpore humano alterna motuum series & perpetuitas in motu oriatur.

J. H. SCHULZE de *tono partium* C. H. Hall. 1737. 4.

HIERONIMUS DAVID GAUBIUS in *Diff. Inaug. de solidis corporis humani partibus*, Leidæ 1725. 4. nitido sermone Præceptoris sententiam proposuit.

J. F.

eadem semper habetur materies, five in adulto, five in embryone fuerit. Ergo id, quod maximum & firmissimum est in corpore, constituitur ex eadem materie, ex qua id fit, quod in corpore minime firmum est: nam membrana ex vasis lymphaticis constans, est ex eadem materie facta, qua maximum os, & partes nostræ firmæ majori unice minorive aggestione & compositione eorum minimorum corpusculorum differunt. Hinc ergo tuto concludimus, ultima corpora, ex quibus majores nostræ partes constant, esse corpora valde parva, & satis inter se similia.

Verum 3. dico, hæc elementa corporis satis simplicia esse. Quod nempe in omni corporis puncto præbet eandem materiam, illud vocatur *simplicissimum* five illud vocatur *simplicissimum*, cujus pars est ejusdem cum tota massa naturæ.

Verum partes corpus nostrum constituentes, sunt etiam in hac ipsa definitione *simplicissima*. Si enim arteriam sumserim & simul os aliquod, & utrumque combusserim igne, remanebit pars fibrosa in utroque, ubique, eadem simillima.

Tandem dico *partes terrestres* esse, & hoc vocabulo utor, quia melius non novi, quo hanc materiem exprimam, nam chemici vocant *terrestria corpora*, seu *partes terrestres*, quæ neque igne, neque aqua solvi possunt, sed immutabiles sunt in utroque. *Salinas partes* vocant, quæ igne & aqua solvuntur, iterumque coeunt in materiem lapideam. *Olea* denique vocant corpora, quæ igne solvuntur & comburuntur, sed cum aqua non miscentur.

Spiritus sunt corpora aquæ miscibilia, & combustibilia ad ignem. *Aqua est corpus*, quod ad minimum ignem liquefcit, & avolat absque odore & sapore. Atqui nullis nostrarum ultimarum partium hi characteres conveniunt, cum in igne & aqua insolubiles sint, hinc eas partes terrestres vocare cogimur.

Si jam quærat, quid sint partes in nobis simplicissimæ: Veteres dixerunt *partes elementales*, sed ex partes elementales sunt terrestres; nam has ultimas partes unice in omni parte easdem, similesque ubique, & immutabiles invenimus, eæque dant firmitatem nostro corpori. Recentiores equidem aliqui (ut

JO.

J. F. SCHREIBER de fibra, glutine, causa firmitatis, & debilitatis, compositione fibræ, in *Elementis* suis acute dixit.

PHILIPPI CARON, Ergo a vario fibrarum contextu & elatere diversa temperies, Paris. 1741. 4.

CLEFTON WINTRINGHAM in *enquiry into the exility of the vessels in human body*, London. 1743. 4. stamina corporis humani & minima, & perpetua facit, certe magna ex parte & fundamentum esse *natura individuum*, & specierum perennitatis.

CL. KAAU in *L. de perspirat.* versus finem, gluten fibræque describit. 957. 961.

JACOBI VERDELHAN des MOLES, Ergo temperamenti diversitas a diversa fibrarum constitutione, Paris. 1744. 4.

J. CHRISTIAN LEONHART de *constitutione fibrarum naturali & præpostera*, Erlang. 1743. Disputat. *

CL. BROWNE LANGRISH in nuperrimis Cutlerianis lectionibus anni 1747. aliqua de fibra habet.

JOSEPHUS DUVERNEY, quod miror, nam eum certe pro principe anatomicorum habeo) dixerunt, partem simplicissimam corporis os esse: verum profecto in osse sunt adhuc membranæ, medulla, lymphæ &c. quibus omnibus, si privetur os, remaneret tantum pro ultimis staminibus pars fibrosa terrestris, ut in omni alia corporis parte.

Denique dico *ex fluidis adveſta*, novimus enim, hoc nostrum corpus, quod nunc tantæ molis est, antea fuisse minimum, & millesies minus uno grano fabuli, & ex tantilla molecula adcrevisse; hocque omne factum esse adpositione minimæ moleculæ ad priores, nam si fibræ non adponerentur aliæ partes, longior ea fieri non posset, & una in partibus suis coherere; ergo hujusmodi adpositione partium increvit hæc machina, hæc omnia fuerunt elongata, aucta, ampliata, vasa, unde & reliquæ partes componuntur. Cum autem omnia vasa debuerint increſcere ita æquabiliter, ut videmus; hinc ad singula vasa distinctæ debuerint adplicari particule, quod fieri non potuisset, nisi illæ partes cum fluido, per vasa recta eo deductæ fuissent.

De natura harum ultimarum partium nulli Auctores scripserunt, quantum novi; forte possem commendare hic. 1. Ea quæ hinc inde in theoreticis & institutionibus meis habeo. Tum 2. ea quæ in praxi præmisi ad historiam morborum de morbis fibrarum, nec non. 3. Tertium, quartum, & quintum processum nostri collegii chemici, ubi omni accuratione (a), qua possum in ultima rerum stamina inquirō.

Alios quos novi, super hac re, non possum commendare Auctores.

Postquam anatomes tiro percepit hæc, tunc demonstranda & explicanda clarissime est fibra minima partium firmarum, quæ non potest ulterius resolvi, nisi in elementa modo descripta, ex quibus fibris cum aliis compositis minimæ membranulæ oriuntur, & quidem simplicissimæ.

Quæritur ex quibus constet hæc ultima fibra, ex qua, per combustionem, constat constitui minimum vas. Respondetur, minima membrana constat ex fibris (per antecedentia) illa membrana convoluta facit minimum vas; ergo minimum vas constat ex minima membrana, quæ ex minimis fibris fit, quæ fibræ ex mera terra constant; ergo fibræ minimæ sunt terrestres. Nunc hæc fibræ, ex terra factæ, sunt filamenta solida, oblonga, non cava, quæ sibi mutuo applicata cum aliis fibris conjunguntur & intertextuntur. & sic faciunt membranam, uti fila lini intertextata lineæ efficiunt; hæc membrana convoluta facit cavum, sicque jam habemus minimum vas, minimum autem vas, diu coctum cum aqua, semper repetita adfusionem recentis aquæ, soluto sic omni solubili, orbatum denique omni suo succo, & arefactum omnino, si deinceps eum suis partibus firmis oculo exponatur, & microscopio examinatur demum, nos docet,

(a) *Aphorismi de cognoscend. & curand. morb.* n. 21. 38. 39. cum suis commentariis. *Element. Chem.* II. p. 360. 361. Ed. Leid. *Institut. Medic.* cap. de *nutritio*ne inprimis n. CCCCLIII. Confer. Cl. KAAU de *perspirat.* n. 957. ad 961. & alibi, & SCHOBINGERI nostri *Disputationem* modo citatam.

BARTHOLOMÆI MURRY, Ergo in celluloso textu frequentius morbi & morborum curationes, Paris. 1749. 4. Omne humanum corpus ex cellulositate fieri nobiscum adierit.

cet, quid ultimum vas sit. Si pilum comburamus ad flammam alcoholis, nō inquinatio fiat, dissipantur liquidissimæ partes, & si tenacula subtiliter teneatur pilus, exterius adhuc cohærebit, retinebit figuram pristinam tenaciter, & hinc liquet, ultimum vas habere membranam constantem fibris, quæ constant partibus, nec aqua, nec igne, solubilibus; ergo terrestribus.

Super hac re, Auctores qui ad manus meas pervenere, nulli omnino scripserunt.

Verum tribus locis, supra citatis, in exercitationibus nostris hæc iterum poterunt inveniri.

Postea docenda erit canalium minimorum, antea descriptorum, textura varia, secundum varios modos, quibus fibræ vel canaliculi sibi mutuo attexuntur, cursu nempe parallelo, cursu intertexto, & cursu spirali. Jam diximus, quo modo vasa ex membranis, &c. constant, sic enim se habet negotium. Materies ultima terrestris constituit primo fibras, hæc sibi mutuo applicantur, & constituunt simplicem membranam, hæc simplex membrana constituit, si involvatur, vas, quod primum est & minimum. Hujusmodi vasa jam plura sumamus, ex intertextu suo constituent membranam, jam non ex fibris, sed ex vasis, constantem, illa involuta faciet etiam vas: hujusmodi nunc vasa plurima ex membranis non fibris, sed vasculosis constantia, si sumamus, & intertexamus, fiunt iterum membranæ, inde iterum vasa, & sic porro.

Intertextus horum vasorum, æque ac in linteis & pannis triplici modo fit (a) 1. Nonnulla vascula parallelo situ decurrunt, & ad se invicem cohærent. 2. Alia vascula inter illa parallela decurrunt recta, situ opposito, & angulos varios priora secant. 3. Alia sunt, quæ spiralliter intorquentur, & ita præcedentia decurrunt. Hocque vasorum intertextu fiunt majores membranæ, unde vasa majora, unde viscera & reliquæ partes. Si fibræ tantum sibi applicantur per parallelismum, tunc membrana fit simplicissima, & respectu fibrarum & nexus. Si vero fibræ sibi interferantur cursu intertexto, tunc membrana respectu nexus non est adeo simplex, ac præcedens. Et si denique fibræ spiralliter se mutuo involvant, tunc fibra est maxime composita.

Videbimus etiam, quid sit vas simplicissimum. Vas est omne illud, quod format cavum, in quo contineri potest aliud corpus, & ut plurimum fluidum. Ergo simplicissimum vas est, quod componitur ex membrana minima, & simplicissima, convoluta, sic ut cavum formet. Substantia hujus vasis sunt fibræ simplicissimæ, non iterum cavæ. Hic jam est finis vasorum, nam in infinitum hoc non progreditur, nullus enim alioquin terminus daretur nostro corpori, ergo nulla figura.

Jam intelligitur simplex membrana. Dicendum nunc, quid sint aliæ membranæ compositæ. Eæ non ex fibris compositæ sunt, alioquin essent membrana simplex.

Si

(a) Anatome nullum hujusmodi intertextum invenit. Pleræque membranæ, & maxime ipsa cutis, unice stipato villosi celluloso fiunt, absque ulla fibrarum longitudinem sequentium suspicione, & longe magis absque intertextis fibris. Eæ membranæ vero, quibus conspicuæ fibræ sunt, & inter quas sunt dura membrana cerebri, valvulæ arteriarum majorum, eæ alium omnino modum texture nactæ sunt, neque intertextum, neque spiralem, sed varie dispersæ per inorganicam membranam tendinæ fibræ modo parallelæ sibi adjacent, modo se secant, vario, & inconstanti modo.

Si vero penultima membrana fuerit, ea constabit ex vasis, quorum membranæ sunt simplicissimæ, hoc est ex fibris constantes. Hæc vascula jam iterum & secundum parallelismum decussim contortimque sibi mutuo applicata inveniuntur.

Membrana, quæ jam sequetur penultimam, constabit ex vasis, quorum membranæ non ex fibris, sed ex minimis vasculis constant, hanc jam membranam constituentia vasculosa vasa rursus secundum triplicem dictum modum intertextata esse possunt. Et tali modo pergimus ad crassissimas membranas, quæ ex maximis constant vasis, & intortu suo iterum maxima vasa constituunt, & viscera & reliquas corporis partes.

Hæc est omnium accuratissima idea, quæ de natura solidorum tradi potest. Anatomici enim nunquam vasa minima, nunquam membranas minimas, vel fibras minimas, sed tantum partes, quæ ex hisce comparantur, demonstrant.

Si nunc quæritur, quanam sit causa roboris in homine; respondetur facile, oriri a compressione, & propinqua adunatione vasculorum minorum, expulso suo liquido concretorum, & constituentium fibram fortiolem, ita ut plurimæ fibræ, fiant in unam fibram, quæ tanto robustior erit, quo plures canales ex fibris constantes proinde plures fibræ concreverint. Tunc enim sequitur, unam chordam, si ex 100. prius fibris constaret, nunc constare ex 1000 fibris, adeoque 10000^{ies} nunc fortiolem esse, idemque in toto corpore fieri.

Vascula minima corporis humani neque oculis nudis, neque per microscopia visibilia reddi possunt; quare accurato tantum argumento, ex majoribus vasis cognititis deprompto possunt indagari. Demonstrari debet severissimo argumento, in corpore humano vasa esse, nimis minuta, quam quæ microscopiis videri queant. Ut id faciam, oportet, ut advocem microscopiorum opem.

Sit ergo A unus pollex geometricus, hic dividi potest in 100 partes geometricas adhuc conspicuas; sumo hujusmodi centesimam partem pollicis, ea sit B. Hoc posito sume corpus cubicum, cujus longitudo sit ea $\frac{1}{100}$ pars pollicis, & pone ante microscopium, deinde ejus magnitudinem visam retine. Ut nunc videas, quot vasa in hoc spatio contineri possint, invenies diametrum unius globuli rubri, in sanguine conspicui, esse centuplo minorem diametro talis cubi B, vel granuli fabuli, hoc est, diameter hujus globuli centies repetitus æquabit tunc diametrum grani fabuli, quale granum æquat $\frac{1}{100}$ partem pollicis (a). Ergo globus sanguineus habebit diametrum decies millesimæ partis pollicis, hoc est, si 10000 globuli ponerentur juxta se invicem efficerent lineam æqualem pollicis. Ergo 10000. 0000. poterunt in uno quadrato pollice contineri globuli. Hinc demonstratur, quot vasa, quæ unicum globulum sanguinis capiunt, in uno pollice contineri possint. Nempe ostendit EUCLIDES, superficies esse ut quadrata diametrorum, ergo in spatio quadrato pollicis possunt contineri 100, 000, 000 vasorum, quæ singula adhuc capiunt unum globum sanguinis.

R r

Cum

(a) Diametrum æqualem facit $\frac{1}{1240}$ uncia HALESIUS *H&Mastat.* p. 58. & totum globulum $\frac{1}{10000}$ arenulæ LEEUWENHOEKIUS *Phil. Transf.* n. 106. Sed hoc loco non quæritur de arithmetica certitudine, quo unice exemplum traditur.

Cum enim vasis minimi membrana tenerrima sit, negligi poterit, & tot adsumi vasa in dato spatio, quot sunt globuli.

Hæc sunt quæ oculus microscopio adjutus, quoniam sunt opaca, videt. Verum, si nunc 100. milliones vasorum videt in uno quadrato pollicis, non tamen ea sunt minima, vehunt enim sanguinem. Hæc ergo vasa adhuc maxima sunt in nostro corpore, quod longe minora sanguineis continet. Id inde patet, quia hæc, quæ videmus, rubra vasa, edunt vasa lymphatica, quæ liquorem ferunt de lato in angustum. Videmus enim venas lymphaticas, quæ ab arteriis lymphaticis recipiunt, & necessario recipere debent. Verum LEEUWENHOEKIUS demonstrat, globulum lymphæ habere diametrum sextuplo minorem diametro globuli sanguinis; ergo vasa lymphatica tanto minora erunt sanguineis. Deinde serum sponte exhalans, multo adhuc est lympa tenuius, quæ coagulatur ad ignem, cum serum ad ignem exhalando evanescat. Ergo vasa, quæ hoc tenue liquidum vehunt, parvitatem vasorum rubrorum immense superant, ita ut numerus incredibilis vasorum seri exhalantis capacium, possit contineri in spatio, in quo centum milliones vasorum sanguiferorum continentur. Quin denique his vasis multo minora adhuc & liquida & solida in corpore reperiuntur. Ita de tenuitate filamentorum cerebri videatur LEEUWENHOEK in epistola ad Societatem Anglicanam, in primi Tomi suarum epistolarum quarta parte aut circiter (a). Hic egregius vir dicit sibi constitisse experimentis sensibilibus, microscopii ope, filamenta in cerebro esse tam parva, ut in spatio unius pollicis quadrati contineri possint 409600000000, qui calculus, etiamsi non sit Auctoris, deductus est tamen exactissime, ex ejus primis calculis. Verum, si quæras nunc, an sint minima, in nobis & in animalibus? respondebo adhuc differre a minimis vasis, nihilo minori ratione, quam ea, qua terra differt a grano sabuli, & hoc jam demonstraturus sum. Ponamus, quod constat per experimentum Domini GOKKORS (b), animalculum in femine deprehensum esse basin totius nostræ machinæ; horum animalculorum, quæ in femine deprehenduntur, diameter, deprehensa per microscopium, est $\frac{1}{1000}$ unius pollicis. Queritur nunc, quot ergo esse possunt in pollice cubico. Si multiplicentur in cubum, hoc est, ter in se ipsa ducantur, dabunt numerum $\frac{1000^3}{1000 \times 1000 \times 1000}$. Nunc in hoc animalculo, quod basis est corporis humani, probabile est contineri id, quod dicitur oculus, auris, nasus, &c. Si quis objecerit ex MALPIGHIO, in foetu partes non ita contineri fabricatas, quales in adultis conspiciuntur, non disputabo, sed id saltem non negabunt adversarii, esse in illo animalculo illam partem, quæ fiet olim oculus, & sic porro, adeoque omnia discrimina rerum, quæ in hoc animalculo adsunt, & cum tempore tantum sensibilia fiunt, constant ex diversis vasis & distinctis, quæ cum tempore extenduntur. Si enim rudimenta ista non constarent ex vasis, quomodo crescere possent? Cogitemus ergo, qualia illa vasa esse debeant, & quot

(a) Credo velle PRÆCEPTOREM locum in *Anatom. & Contemplar.* p. 31. ubi vasa cerebri 512^{es}. minora globulo sanguineo facit, quæ ratio si sumatur cubica, utique valde magna est.

(b) Neque novi, quis sit Auctor, neque aliam conjecturam habeo, nisi GARDENIUM voluerit PRÆCEPTOR, cujus nomen parum bene expressit ignarus Discipulus.

& quot hujusmodi vasorum milliones in uno pollice contineri possint. Si nunc mihi aliquis peritissimus Anatomicus diceret, dum demonstraret mihi vasa summo artificio repleta, en ibi vasa minima, & ea microscopio demonstraret, nunquam concederem ipsi hæc minima vasa esse, id unice darem, esse vasa rubra minima: ea vero non sunt minima, nisi in suo genere, nam habemus adhuc vasa lymphatica, quæ videri non possunt, & præterea adhuc minora, quæ perspirabile SANCTORII vehunt, & forte adhuc minora.

Hoc ergo modo conficitur nostra machina ex infinite fere tenero, & quasi tremulo opere, nam utcunque nos putamus stabiles, ex his tamen tenerrimis elementis constamus.

His præmissis pergam in historia injectionum. Totum studium anatomicum, tironi tantum dabit vasa oculo conspicua, sive per se, sive per liquidum opacum injectum. Hoc dico, ne quis putet cum magnis nonnullis viris, injectiones nobis vasa minima in conspectum præbere. Id enim minime verum est, nam jam olim GALENUS, & inter recentiores SWAMMERDAMIUS, & alii postea, ut RUYSCHEIUS, inceperunt injicere materiem aliquam in vasa majora, tanta vi, ut distenderent vasa extra statum naturalem; alii injecerunt liquidum crassum, opacum qualis cera est, cum oleo terebintinæ mista, alii alia. Sed optimi inter istos artifices viri fassi sunt, se nihil, quam maxima minimorum vasorum replevisse, ut nunc vi aliqua distenta, & liquido opaco repleta, melius visui se præbeant, quam ante. Inter eos tamen Anatomicos nonnulli sunt, qui negant alia dari vasa, præter ea, quæ repleta demonstrant, eaque inter omnia minima ajunt esse. Cogitent ii, injectionem tantum id posse, ut distendat hæc vasa, quæ satis magna sunt, ut crassam hanc materiem recipere possint, quæ injicitur; raro quidem ea materies ad sanguifera minima vasa pervenire potest, cum ne ex mille injectionibus semel ex arteriis in venas perveniat (a). Quo modo ergo ad minima omnium vasa perveniret, quod ad sanguifera minima non perveniat? Deinde demonstravimus a priori, præter hæc rubra minima vasa, esse adhuc infinitas minora, si minus id verum esset, unde ergo exhalaret perspirabile SANCTORII? & si illud vas SANCTORIANUM esset æque magnum, ac vas minimum sanguiferum, cur sanguis non exiret ipse ex vasis exhalantibus? Ergo vasa, quæ replentur injectionibus, nondum minima sunt. Si vero ceræ loco per vasa trajiciatur mercurius vivus, nihilo fere plus perficietur, quam cum cera, neque multo plura detegi poterunt. Ergo concludo, totum studium anatomicum nos nihil docere, quam vasa, quæ & per se spectabilia sunt, & liquido opaco injecto spectabilia fiunt.

Totum hoc nunc studium anatomicum, ut a nobis recte addiscatur, in quatuor partes divido. Prima pars agit de ossibus, horumque propriis partibus. Secunda de musculis, & partibus eo spectantibus. Tertia, de visceribus eo & partibus spectantibus. Quarta, de vasis extra ossa, musculos & viscera,

R r 2

in

(a) Res ipsa, quam tuentur PRÆCEPTOR vera est, etsi certum sit, materiem ceraceam absque ulla difficultate & in vasa minora sanguiferis urgeri, v. gr. in vasa iridis, & in venas rubras longe facilius, quam Anatomicis sit commodum, cum hæc ipsa facilitas felicitati injectionum plurimum noceat.

in corpore humano deprehensis. En conspectum totius studii anatomici. Prima pars anatomes debet agere de *ossibus* horumque propriis partibus. Ordinis hujus hæc ratio est, ut Anatomicus omnium primo ideam excitet loci, situs, & mensuræ partium de quibus scribit, & quas demonstrat. Ita, si de corde dixerit, dicere eum oportet, ex quibus partibus firmis pendeat, & inter quos retineatur. Verum hæc omnia, a quibus cor cum vasibus suis firmatur, ossa sunt, vertebræ, sternum, costæ & earum cartilagines. Si cerebri situs requiratur, ossa adsignare oportet, inter quæ ponitur. Ergo nullius partis in corpore situs potest adsignari, nisi respectu ossium. Nemo itaque proficere potest in studio anatomes, nisi ab ossibus inceperit, & ejus sunt sententiæ maximi quique Medici, ut HIPPOCRATES, ORIBASIIUS, PAULUS ÆGINE-TA, VESALIUS, & multi alii. Verum præterea ossium cognitio est basis totius praxeos Medicæ, cum basis indagandi locum adfectum in corpore pendeat ab accurata ossium cognitione.

Hæc pars anatomes vocatur *Osteologia*. *ὄσσειον* est *os* & *λόγος* sermo. *Osteologia* igitur est tractatus de ossibus, hanc absolvam, ubi dixerò tres partes continere, quibus continentur omnia, quæ ad ossa pertinent. Prima pars osteologiæ dicitur *Osteogenia*, quæ designat 1. quænam sit materies ossium, 2. quæ origo, 3. quæ conditio ossium in sua substantia, quando jam formata sunt. Secunda pars osteologiæ est *Osteographia*, quæ cognitionem dat structuræ, qualis in adultis est, hinc delineat fabricam & diversitatem partium in ipso osse perfecto. Tertia pars est *Synosteologia* seu *Synosteographia* (a), quæ explicat omnes partes in osse, quæ faciunt, ut os ossi adnectatur, cum motu & sine motu, cum cartilagine & sine ea.

Alteram partem anatomes dicitur *Myographia* seu *Myologia*. Musculus nempe, hæc pars carnosam mobilis, & ossa movens, similis est muri, habet enim corpus, & caudam, & quum *μῆς* apud Græcos sit illud animalculum quadrupes, hinc Latine *musculum* vocant partem carnosam muri similem; & doctrina de musculis est *Myologia*. Hæc pars continet duas partes.

Prima est *Sarcologia*, hoc est, descriptio carnis. Secunda est *Aponevrosiologia* (b) id est, descriptio tendinum, seu partium, quæ musculos alligant ossibus, & punctis fixis; *Ἀπνεύρωσις* enim est carnis musculosæ mutatio in nervum, & nervi nomine intelligunt veteres tendinem, hinc *Ἀπνεύρωσιολογία* est descriptio tendinum.

Tertia pars anatomie agit de visceribus: *Visceris* nomine intelligitur corpus notabili magnitudine, una superficie communi descriptum, constans vasibus plurimis, & ut plurimum glandulis, in unum corpus adunatis, in effectum mutationis insignis & secretionis cujusdam. Anatomes vero pars, quæ de visceribus agit, vocatur *Splanchnologia* a *σπλάνχνον*, *viscus*, dicta, quæ situm, nexum, figuram, vasa adducentia, reducentia, deducentia, &c. describit. Huc referuntur cerebrum, cerebellum, pulmones, ventriculus, pancreas, hepar, lien, intestina, mesenterium, &c.

(a) Huc referimus descriptionem ossium recentium cum suis cartilaginibus & ligamentis, qua *Synostologia* continetur & *Osteologia recentior* WINSLOWI.

(b) Insolita nomina, cum aponevroses soleant misceri in myologiam.

In feminis etiam uterus. Si quis requirat, quare cor non vocemus viscus, respondeo, quia viscus non est, sed musculus, hinc ad musculi descriptionem refertur.

Quarta pars anatomie est, quæ agit de vasibus, adeoque occupatur in descriptione vasorum. Per *vasa* hic intelligo canales, qui ponuntur extra ossa, extra musculos, extra viscera, nam reliqua angiologiæ seu descriptionis vasorum pars invenitur in descriptione viscerum; hic autem intelligimus *vasa nuda*, quatenus nempe hic quaeritur, unde orientur, quo modo fulciantur, ubi alias partes intrent. Nomen *ἀγγειολογία* est ab *ἀγγείον*, vas (a).

Oritur hic illud dubium, quorsum nervos referamus, an ad viscerum historiam, an ad *Angiologiam*? Sane, cum nobis omnes nervi mediate, & immediate sint veræ productiones cerebri & cerebelli, hinc ad descriptionem horum viscerum possunt referri. Si vero seorsim nomen volueris imponere huic scientiæ, dices *Neurographiam* seu *Neurologiam*. Denique cum nervi, mea sententia, etiam sint vasa, liquidum ferentia, etiam nervos possumus referre ad *Angiologiam*; ita tamen, ut quivis pro arbitrio, ad viscera vel vasa referre, aut proprio loco eorum historiam describere possit.

SECTIO II.

DE OSSIBUS CORPORIS HUMANI.

CAPUT I.

de Osteogenia.

Osteogenia est descriptio omnium mutationum, quæ a primo conceptu in ovo, usque ad ultimam hominis proceritatem, in ossibus observantur. Tradit autem, 1. originem materiemque ossium; 2. seriem successivam omnium mutationum, quæ unicuique ossi a prima origine & materie ad ultimum incrementum, usque accedunt. En hæc duo requiruntur in hac parte osteologiæ. Si scire volueris, quid ex labore tot Auctorum acquirendum sit in hac historia, en hæc sunt. *Os* vocatur, omni durissima, candidissima, levissima, seu minime ponderosa corporis pars; ergo ubi has notas quis inveniet, erit os. Quaeritur, quo modo os factum sit. Ad obscuram hanc quaestionem respondebo. Primo observatum est, nullum os factum fuisse, quin, antequam esset os, fuerit cartilago (b) *Cartilago*

(a) Truncos nempe majores vasorum a corde adusque eas partes, quibus alendis destinantur. Divisio vero vasorum in ipsis iis partibus, a WINSLOWO aliisque, utique in *splanchnologiam* rejicitur.

(b) Hanc totam de ossium fabrica tractationem, satis eo tempore, quo scripta est, novam, relinquo, ab eo ævo multa addita sunt, quæ ad anatomem pertinent, non ad anatomes historiam. Neque hanc controversam regulam *PRÆCEPTORIS* credo necesse esse deferere. Nam in ipsis ossibus sincipitis & frontis, quæ negant nonnulli cartilaginea fuisse, vidi fibras osseas radiatas in extremitate, ubi futurarum est locus, flexiles, plicatiles, cartilagineas fieri, demumque ultimam extremitatem incurvam membranescere.

tilago vero est corpus duritie ossi proximum, magis plicabile, & inter omnes partes in nostro corpore maxime elasticum. Cum vero ita plicabilis & elastica sit cartilago, habet usus incomparabiles in corpore. Ita, exempli loco, si vis trahens, seu motus perennis esse debet, ibi est cartilago, nam ubicunque cavitas est recipiens tuber ossis, ibi cartilaginea crusta obducitur os, tam ad epiphysin, quam ad apophysin, ut motu artus peracto, & illa crusta cartilaginea distenta, resiliat eadem, & sic motum perennet. Absque cartilagine os extra locum quasi maneret, nunc vero retropellitur in situm. Ita porro ad nostras costas posuit DEUS cartilagineas, ad angulum obtusum, ut, cum in inspiratione cartilagineas costarum vim patiuntur, eadem, desinente nunc vim musculorum distrahente, se restituant, & costas iterum deprimant, sicque motus continuo fieri queat, quæ unica vera causa est, quare respiratio in nobis fiat tempore somni. Ergo cartilago est pars duritie ossi proxima, sed maxime elastica, & nulla pars est in corpore, unde globi tornando fieri possint, quæ æque resiliant, resiliunt enim in incredibili certe elatere.

Versamur nunc porro in eo, ut describamus omnes mutationes observatas in osse, dum crescebat.

Tertia series mutationis hæc est, omnis cartilago, sive omnis *χόνδρος*, antequam cartilago sit, proximum fuit membranæ. Sic in fetu unius mensis nullum invenitur os, sed pauca puncta cartilaginea, quæ fiunt ossæ, proximum vero corpus cartilagini est membrana.

Membrana Græcis vocatur *μῆνις* (ita enim non solum claustrum illud virginitatis, sed omnis membrana vocatur) vel *μῆνις*, neque enim tantum cerebri & cerebelli membranæ dura & tenuis illud nomen meningis merentur, sed eadem omnibus corporis membranæ convenit. Hoc vero nomine dicitur corpus plicabile admodum, atque proximum cartilagini; aliter definire non possum membranam; inciderem in descriptionem alteri parti applicabilem.

Verum quarto, dico omnis membranæ sic cognita est textura & vasorum & fibrarum. Constat enim ex vasis, uti linteam ex filis intertextis, quæ adunata simplici modo inter se membranam constituunt, ita nostræ membranæ ex fibris & vasis implicatis constant; ex his fiunt reliqua.

Adeoque hic est ordo, primo habetur os, secundo illud os semper prius fuit cartilago, tertio cartilago antea fuit membrana, quarto hæc membrana fuit ex vasis & fibris composita. Ergo os fit ex vasis & fibris, verum jam membrana fuit ex vasis & fibris composita. Ergo os fit ex vasis & fibris, verum jam membranæ horum vasorum, unde os dico componi, fiunt ex aliis iterum vasis & fibris, & si me rogaveris, quid ea vasa sint, quæ suo intertextu membranam sensibilem constituunt? respondebo, esse membranas minores, similes majoribus, quæ etiam ex minoribus vasis constant; sed ita sunt involutæ, ut cavum contineant. Sed etiam hæc minora, nunc citata vasa, iterum constant ex membranæ, quæ ex aliis minoribus vasis constantur, & ultimæ membrana, primum vas constituens, non amplius est vasculosa, sed fibrosa. Per *fibræ* enim intelligimus corpus oblongum, non cavum; huiusmodi fibræ plurimæ constituunt membranam primorum vasorum. Demonstravimus, partes fibrarum esse

esse terrestres, absque oleo, & sale; ergo ultima materies ossis est terra, quod jam antea clare docuimus.

Postquam ex principiis hæc repetivimus, redimus ad cartilaginem. Cartilago est duritie ossi proximum, sed magis plicabile, & valde elasticum corpus, uti supra definivimus. Hæc cartilago paulo prius membrana fuit, & omnis membrana nihil fuit paulo prius, nisi vasa soluta; quæ vasa ex aliis vasis, tandem ex fibris componuntur; omnis autem fibra fuit ante materies soluta, intra solida contenta, unaque cum humoribus nostris fluens, & fibris applicata, estque illa materies nutritiva materies terrestris. Omne vas, sive ex vasis, sive ex fibris constat, sit fibra hac ratione. 1. Si exprimatur omne liquidum, quod efficiebat, ut latus a latere distaret. 2. Si ejus latera ad se invicem adprimantur. 3. Si ea latera cocant, & concrecant inter se. Hæc tres conditiones, ubi adsunt, fibræ ex vase facere possunt. Hæc ergo fibra erit tanto plus elastica, quanto ejus crassities est major prima crassities. Si v. gr. minimum vas in embryone constat ex mille filamentis, exprimatur, latera concrecant, fiet ex hoc vase una fibra, ergo mille fibræ fient una fibra: verum elasticitas semper hæret innata in unaquaque harum fibrarum, singulæ adhuc sua vi agunt, ergo in una fibra jam mille vires junctæ agunt; ergo erit millies plus sui situs tenax hæc ultima fibra, ita ex mille aliis composita, quam erat ante, & crassior erit, & plus renitens, ergo plus resiliens etiam, & plus elastica. Hinc iterum videmus, si membrana aliqua, textura talium vasorum constat, & plurima vasa fiant in fibras, tunc hæc membrana fiet solidior, durior, candidior, magis elastica, & tunc est cartilago.

Cartilago fit hac ratione, quando vascula, quæ sua textura faciebant membranam, non manent vasa, sed concrecant & solidescunt. Hæc nunc verissima esse videmus, quod plurimis potest probari exemplis. Ita docet MALPIGHIUS in osse bregmatis, quod in foetu adhuc membranosum est, in medio nasci stellam albam, ex qua exeant radii albi. Si nunc microscopium applicetur, videbitur, illam stellam, & illos radios ibi poni, ubi vasa plus compingi incipiunt, & ibi etiam majores arterias pulsantes adesse, quæ hanc compressionem excitent.

Ultimo dico in hac cartilagine, dum hoc modo ex membrana fit, strata quædam fieri ex vasis compressis, & simul alia strata adesse vasorum non compressorum, sed comprimentium; nam per hæc fluunt liquida pulsantia. Ergo cartilago constat stratis solidis perfectis, & intercapedine stratorum, in qua vasa sunt, quæ vasa liquido adhuc plena motu suo & pressione reliqua compresserunt vasa, ex qua vi comprimente illa strata perfecte solida conflata sunt. Et sic lamellatim conflatur cartilago, ita ut inter lamellas solidas sint vasa liquidum ferentia. Si nunc illa strata cartilaginea magis magisque comprimuntur inter se, tunc fiunt corpora candidissima, durissima, compactissima, siccissima, & vocantur *ossa*. Os nunc nihil aliud est, quam conflatio & adunatio plurium membranarum, quæ lamellatim sibi mutuo incumbabant, & quarum nonnullæ jam consolidatæ erant, & lamellas duras componebant, inter

quas



quas lamellas intercapedines sunt, ubi vasa, adhuc tuto suum liquidum ferentia, continentur, & totum os nihil aliud est.

Si quæras, cur os in medio solidius sit, quam ad epiphyfes; respondebo, quia semper in medio incipit durescere. Verum cur incipit in medio prius durescere? Demonstravit CLOPTON HAVERSIUS, in medio esse maximam arteriam, hinc ibi maximum esse pulsus, ibi adeo omnium primo fieri cartilaginem, quam pergit comprimere illa arteria; & hinc in medio ossa ubique durissima, & compactissima sunt. Cur vero etiam ibi tenuissima? quia ibi os citissime durum factum non crescit ultra in infante, sed statim consolidatur, dum reliquæ ossis partes adhuc molles, extendi pergunt.

Postquam explicata fuit ratio, cur omnes cartilagines, & quæ inde fiunt ossa, diversis consent sibi mutuo incumbentibus stratis, ulterius videndum & examinandum est, an inter strata & lamellas sint in nonnullis locis decurrentia vasa majora, plusque liquidi vehentia quam reliqua, quæ distendant a se invicem lamellas, & forment quædam cava. Ego vero hujusmodi vasa inter strata ea & lamellas ossium demonstrari dico anatomice. Quare, cum in nonnullis locis decurrant vasa majora, quam in reliquis partibus, adeoque, quæ velociori & copiosiori fluido trajiciuntur; sequitur ut ibi ubi hæc vasa sunt, major sit distentio partium, inter quas decurrunt, quam alibi: ideoque illa strata, inter quæ decurrunt illa majora vasa, magis a se invicem removentur; dum id fit, fiunt aliqui quasi sinus, qui, mirabile dictu, in primordiis non adsunt in osse, sed diu post os factum ibi reperiuntur. In exemplo hoc patet. Qui Osteographiam norunt, sciunt, os frontis constare uno osse, & norunt ex Osteogenia, os frontis, contra naturam aliorum ossium, hic supra supercilia prius ossefcere, cum in aliis ossibus, ut in osse bregmatis, in medio primo stella ossea appareat; sed os frontis hic ad inferiora prius incipit naturam induere osseam. Nunc, si in infante trium & quatuor annorum os frontis examinetur, infra supercilia non invenies sinus, nullamque cavitatem; verum si postea in homine viginti annorum & ultra illud os examinaveris, invenies sinus infra supercilia, qui in prima origine nondum adfuerunt, sed, postquam jam os factum est, ibi nascuntur. Præterea os maxillæ superius in infantibus nullum conspicuum habet cavum, sed post sexdecim & ultra annos, hoc, quod prius tuberculum cavum in eo osse erat, jam specus capax & cavum mucum continens fit, & mirum hoc est, in infante cavum ibi nullum esse, cum adsit in adulto. Adeo non mirum in Osteogenia est, quod lamellæ, quæ prius erant complicatæ, nunc ipso ab incremento ossis a se invicem removeantur, qua remotione fit intercapedo, quæ est ipse sinus. In osse basilari, sub sella turcica, in infante pariter os est ad nostros sensus solidissimum, nam perfecte solidum non est: verum in adulto, si inquirimus, erit ibi os excavatum uno & duobus sinibus, septo intermedio accurate distinctis, qui sinus investiuntur intus membrana, plena glandulis, & quidem mucum stillantibus, ad nares determinatum, ut defendat nervos olfactorios.

Ergo clare videmus, vasa sanguinea in ossibus ipsis maxima inesse, & ibi sensim

sensim incipere pulsu suo dilatare a se mutuo lamellas, & licet sint pulsus molles, arteriosi, & os jam durum sit, nihilo minus, cum illi ictus bis milles repetantur una hora, quod 48000 est una die, sensim fieri cavum: sic etiam nascuntur sinus & cavernæ medullosæ; nam cavitates ossium medullosæ non sunt tam magnæ in infante pro corporis portione, quam in adulto: rum ossibus, sed ipsæ arteriæ medullares extendunt spatia, quibus continentur, & sic tandem majores fiunt cavitates.

Dedi nunc schema totius Osteogeniæ, & quidquid ex Auctoribus ad hanc rem spectat, exposui, nempe dixi materiam ossium terram esse, quæ per canales minimos cum fluido adveheretur, & fibris applicaretur; ex ea dixi fibram fieri, ex qua, cum aliis sui similibus intertexta, fiunt membranæ, ex quibus membranæ convolutis fiunt vasa, ex quibus vasis hæcenus minimis fit membrana penultima, ex qua alia vasa, ex quibus aliæ membranæ, ex quibus strata membranosa, quæ, si emungantur suo succo, duriora fiunt, unde strata fiunt cartilaginea; quæ, cum ad se mutuo comprimuntur, osseas faciunt lamellas, quæ nonnullis locis arterias minores, aliis majores habent; hinc, in uno loco statim consolidescunt, alio loco serius.

Objici posset aliter rem se habere, si fides habenda sit magno MALPIGHIO, qui in operibus posthumis, ubi tractat Osteogeniam, concipit os constare ex lamellis, nec de vasis loquitur, sed dicit, succum osseum ibi intra has lamellas stillare extravasatum, eumque succum tanquam gluten ferruminare unam lamellam ad aliam. Verum magnus ille vir hæc coactus fuit credere, cum attenderet animum ad regenerationem ossium fractorum; nam in ossibus fractis observatur liquorem quemdam effundi circa fracturam (a), & intra lamellas extravasari, unde major oritur in sede calli tumor, qui tandem, coalito iterum osse, durior est osse ipso; his argumentis bonus ille vir, naturæ fidus indagator, credidit succum osseum adferri, & os concrefcere. Sed succus ille osseus nullibi est, quam ubi fracti sunt fines arteriarum, ibi ubique ad fracturam rupta sunt vasa, & ibi tumor fit. Cum porro ex HAVERSIUS constat, millenas lamellarum unum componere os, & vasa inter lamellas nunc sint rupta, manifestum est tumorem oriri, quia vasa illa, solutis ipsis lamellis, minus comprimuntur, hinc distendantur magis, & ipsas lamellas cogunt plus adsurgere, ut necesse est, quam ante fiebat; hinc series lamellarum omnes elevantur hic ad locum ruptum, & inde fit tumor; qui ergo non designat succum osseum effundi inter lamellas, sed vasa in statu naturali compressa inter lamellas jam libera esse, unde tument, & faciunt omnia tumere.

Porro dixi, os incipere durescere in eo loco, in quo stella alba nascitur. Id vidi in osse tibiæ, in medio erat punctum album cartilagineum, circaque fines os adhuc erat membranofum; post mensem vero aderat in eadem tibia stella cum radiis,

S f

diis,

(a) Siccum istum osseum omnino non admitti a præstantissimo HAMELIO, & totam fabricam renascentis ossis unice tribui crascenti & durescenti perioste, notissimum est. Sed ad hanc totam theoriam Osteogeniæ nimis longum fuisset commentari, & multa sunt quæ possunt objici, aliqua etiam nuper objicit. CLAR. VIR BENJAMIN BOEHMER, Lipsiensis, in Progr. de callo ossium. 1748. 4.

diis in medio ossea, & versus fines cartilaginea, cum nempe radii inciperent durefcere, & ad fines adhuc cartilaginei essent, ad extremas vero radiorum partes adhuc erant membranosa. Id fit in omni osse, & ubique primo cartilagine nascuntur, quæ sensim durefcunt in osseam naturam.

Hanc Osteogeniam methodo descripta addiscere ex scriptis & Libris non est adeo commodum, ob inopiam bonorum auctorum, habent enim observata quædam, sed vix ordinem observant, & quæ inde sequuntur corollaria non deducunt. Dicam tamen ordine, qui de hac re scripserunt.

THEODORUS KERKRINGIUS (a), Amstelodamensis, vir anatomia pariter & chemia clarus, edidit anno 1670. optima quædam opuscula, quæ iterum impressa sunt an. 1673. Tractatus in quarto est, cui titulus *Spicilegium anatomicum & Osteogenia fetuum*. Prima editio melior est, ultima habet figuras meliores sed in hanc plurima vitia, ut plerumque fit, irrepsert. In hoc tractatu describit, (non perfecte, sed quantum fere ullus alius anatomicus fecit,

(a) Ante KERKRINGIUM Osteogeniam scripserunt, princeps FALLOPIUS, qui primus eam adtigisse videtur, & accuratius observavisse ossium ex cartilaginibus indurationes, quæ epiphyfes dicuntur, & plurimum in fetu ossium in unum coalitum. Experimenta existant in principio observationum.

ANDREAS VESALIUS de punctis a quibus ordiatur ossifcencia, & a quibus principiis paulatim progrediens mutatio cartilagineam excludat, aliqua habet in *Fallopianarum obs. ex canine*.

B. EUSTACHIUS varias observationes ex ossibus teneribus tabulis suis inseruit, ut sterne fetus figuras. Aliqua etiam habet in *ossium examine*, ad excusandum GALENUM, tum de dentibus fetus & eorum generatione in proprio Libello.

Plura edidit VOLCHERUS COITER. Primus etiam icones dedit ossium fetus. Existunt in ejus *tabulis anatomicis*. Norimb. 1572. E. ubi Systema omnium ossium fetus, tum Sceleton infantis dimidii anni bis depictum dedit, atque duas figuras capitis infantis seorsim expressas, & observationes ad omnem Osteogeniam, natas in sceletis Bononiæ a se ipso paratis. Eas tabulas de ossibus & partibus externis clam Bononiæ impressas esse, uti ipse ediderat eas Auctor, GUILLEMINUS filius in nupera oratione ex proprio exemplare testatur.

JOH. RIOLANUS in *Osteologia*. Paris. 1614. 8. in prima parte opusculi ita describit Osteogeniam, ut mutationes ossium ad septimum usque annum contineat. IDEM in *Exhibido Anatomico Pathologico* L. I. subijcit ossium descriptioni eorum ex fetu initia a c. 26. ad finem, quo prior Libellus repetitus habetur, quem in magna operum collectione omiserat, quæ in folio prodiit.

HENRICI EYSSON de ossibus infantis cognoscendis & curandis. Groning. 1659. 12. Unico quidem, neque eo satis pleno sceletio infanti potitus, diligenter tamen & veraciter peculiarem conditionem ossium maturi fetus observavit. Recudi curavit Libellum COITERI supra relatum.

THEODORUS KERKRINGIUS, singularis homo, qui decimum octavum annum agens demum Latine didicerit (*Præf. ad Licet L. de Monstr.*); deinde mutata religione, non absque suspitione occisæ propriæ uxoris, ut ejus sororem sibi jungeret, Hamburgi vixit, cum Legati Florentini titulo, ibique ejus thesauri anatomici etiam nunc venales servantur. PINÆUM quidem exscripsisse non credo DRELINCOURTIO, (*de Fœm. ovis* p. 602. edit. an. 1727.) sed usum esse industria Ruyschiana in præparandis partibus, vel ex iis constat, quæ in utriusque viri scriptis reperiuntur, sceletio cacodæmonis aliisque. Sunt qui solum PECHLINO tribuant. Osteogeniam, quod attinet, nata, ut testatur de se ipso KERKRINGIUS, ex septuaginta fetuum dissectionibus, ordinata habet per singulos menses fetuum incrementa, ut seriem mutationum majorem, quam ullus alius, ab ipsis primordiis adducat: in quibus tamen plerumque videtur ætates fetibus justo teneriores tribuisse. Icones paucæ, neque valde bonæ. Prodiit cum *spicilegio observationum* an. 1670. 4. Amstelodami.

In *Anthropogenia*, quæ an. 1671, prodiit, teneriorum fetuum sceleti aliqui habentur. Observationes ad Osteogeniam pertinentes omnes exscripsit in anatome STEPHANUS BLANCARD.

fecit, alii enim minus fecerunt) originem ossium, & quæ mutationes ipsis accidant ab embryone usque ad integram perfectionem. Edidit etiam idem Auctor anno 1670. alium tractatum in quarto, cujus titulus est, *Anthropogenia ichnographia*, hoc est, delineatio describens hominis genesin successivam; in eo opere describit, ab ovo secundo usque ad nonum mensem, successivam corporis humani mutationem. Tractatus hi elegantissimi sunt, sed non soli Auctori adscribendi, neque enim iis temporibus unus homo ita perfecte callebat anatomiam. KERKRINGIUS autem usus est multis observationibus anatomicis aliorum, qui Amstelodami tunc vivebant, unde hæc opera construxit. Ejus etiam Opera, jam citata, possunt inveniri in *Bibliotheca anatomica* a MANGETO conscripta.

Tunc ad eam rem legi potest MALPIGHIUS, qui optimus est in *Tractatu posthumo*, ubi commentatur de natura ossium, tum etiam in historia illa, ubi de cornu, in collo bovino crescente, scribit. Ibi optime docet, papillas nerveas complicari, & protrudi, & sic complicatas in os abire, unde quidem videmus, ossa prius ex vasis constitisse. MALPIGHIUS equidem nondum cogitavit de hac re, sed ex ejus tamen systemate deduci potest, ossa prius fuisse vasa nervea. Erat nempe bos jugo adæuetus, ibi loci, ubi jugum imponebatur, filamenta nervea prius adfuerant ad sensum, quæ sensim compressa, ab inferioribus protrudebantur, & sic tandem ad superiora, continuo magis & magis compressa, iterum etiam extrudebantur, ut denique ea pars ad collum, quæ nervea fuerat, superius cartilaginea, & hic ad fines ossea, cum tempore omnino tota ossea facta fuerit. Hunc virum oportet super hac re videre primo in *Posthumis*, tum in *Epistola ad SPONIUM* (a), ubi scribit de illo cornu, quod in thesauro ALDROVANDINO adservabatur, denique in scriptis de *Ovo incubato*, ubi persuaſorie narrat, quo modo ossa fiant in pullo.

Videatur etiam CAROLUS DRELINCOURTIUS in tractatu in 12., hic Lugduni Batavorum edito apud Boutestein, anno 1685., cujus titulus est *Conceptus de Conceptu humano* (b), egregius certe est supra hac re Libellus; ibidem etiam habemus diversitates plurimas circa ossa notatas.

Omnium optima super hac re dixit DUVERNEY (c), vir incomparabilis in anatomia, sed dolendum est, magnum virum tantum de suo otio fumere noluisse,

S f 2 se,

(a) MARCELLUS MALPIGHIUS in *Posthumis* in primis ossium generationem persecutus est, ex reticulatis fibris, quarum intervalla succus replet ossis. Dentis etiam, & unguis, & cornua, & pennas, analogia ossium corpora, descripsit.

Pauca præterea sunt, quæ de *monstroſo cornu* in propria ad JACOBUM SPONIUM epistola habentur, & de unguis, in ea de *tractus organo*. In historia ovi incubati ossa vix adigit.

(b) Nihil quidquam ibi invenio.

(c) DUVERNEYI inventa enarrantur in Libello Parisiis in diario *Journal des Savans* 1689. & seorsim ibidem 1689. 4. impresso, sub titulo, *Lettre a Monsieur * **, contenant plusieurs nouvelles observations sur l'Osteologie, qui quasi appendix est prioris dissertationis. Agit de periosteio, ejus petiolis nervosis & vasculosis in os defixis, de modo quo ossa fiunt ex fibris teneris membranis, non ex tendinibus, &c. Magis autem, uti inferius apparebit, ad historiam ossium jam formatorum, quam ad Osteogeniam pertinet.

*Lettre a Mr. * **, &c. hic dictam recudi feci in VI. tomo Disp. Anat.

se, ut inventa sua in lucem ederet. Discipuli vero hinc inde, plura inventa ejus, suppresso semper magni viri nomine ediderunt, inter quos est.

Le CLERC, qui scripsit *la Chirurgie complete (a)*. In hujus Libri parte osteo-

(a) Plenam satis Osteologiam laudabimus. Ad Osteogeniam vero vix quidquam habet. Cæterum plurima huc pertinentia habet DOMINICUS GAGLIARDI Medicus Romanus, cujus opusculum, *Anatome nempe ossium*, Romæ prodiit an. 1689. 8. & nuper Leidæ 1723. 8. Fabricam ossium subtilem & maxime laminarum ordinem seriemque exposuit. Deinde ad Osteogeniam omnino pertinent hi superiores scriptores, CLOPTON HAVERS in opere proxime uberius dicendo, cujus secunda Lectio huc imprimis facit, ubi incrementum ossium singulari satis modo exponit, ex viscida nempe materia, quam arteriæ adferunt, nervi vero circumgyratione propria circa axin suam cogunt proximis parietibus adherere. J. BAPTISTA VERDUC in *nouvelle Osteologie*, Parisiis anno 1690. & iterum 1693. in 8. excusa, Osteogeniam ex KERKRINGIO exscripsit.

ULR. SIGISM. NIMTSCH de *fontanella infantum*, Altdorf. 1695. 4. FRIDERICUS RUYSCHIIUS multa passim ad hanc rem adspersit, maxime vero in *Museo rariorum*, in quo passim sceletos fetuum ita describit, ut breviter notet ea quæ eo mente magis notabilia visa sint, aut ab adulti hominis fabrica recesserint.

A. VATER de *ossium in corpore humano generatione & diminutione in alveolis imprimis dentium obliterationis*. Progr. VVittemb. 1728. 4. * & *Diss. de Osteogenia*. ibid. 1730. 4.

ALEXANDRI MONROO of *human bones* multa huc pertinentia habet.

JOH. BASTER de *Osteogenia*. Leid. 1731. 4. Nunquam vidi, sed nihil mediocre ab eo Auctore expecto.

JOH. BASTER citata de *osteogenia* disp. egregia est, recusa nunc in VII. Disp. mearum volumine.

J. B. WINSLOW Osteogeniam non dedit, sed ad fabricam ossium multa utilia in expositione sua docuit.

ROBERTI NESBIT *Osteogeny*. Londini 1736. 8. max. Ossa ex cartilagine fieri negat, sed nasci ex succo osseo vel inter membranas, vel inter cartilagineas deposito, cartilagineam vicinam protrudente, arctante, absque mutatione naturæ cartilagineæ in osseam. In altera parte semestria incrementa ossium, fusius longe quam KERKRINGIUS, a primis rudimentis per subsequentes gradus maturitatis deducit, & iconibus numerosis exprimit, non tamen perinde artificiosis. Egregius in universum Auctor.

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI *Icones ossium fetus*, Leidæ an. 1737. editæ ad miraculum pulchræ sunt, cum nova arte, ad ipsum objectum sculptæ, tenerrimis ductibus naturam ipsam talem expriment, qualem se peritissimo anatomico ipsa ostendit. Augmenta etiam ossium & successivam formationem ex cartilagine novis experimentis demonstrat. Etates in descriptione varias, in iconibus paucas exprimit. Cartilagineas summo artificio depingit. Sterni historiam fusius, quam alias, est persecutus. Princeps in his rebus Auctor.

J. FRIDERICUS CASSEBOHM in suis de *Aure humana tractatibus*, incrementa successiva ossium ad auditus organum pertinentium, minute exprimit.

G. CHESELDEN in *anatomy of human body* & in splendido opere *Osteography* de originibus & formatione ossium aliqua habet.

J. E. HEBENSTREIT progr. de *Præcipuis ossium momentis*, in quo variæ observationes extant, fetus octimestris, cui sternum perfectum fuit, fonticuli in adulto capite in os undique circumscriptum mutatio, & aliæ. in Progr. de *diploe ossium* etiam alia ad fabricam adtulit.

Huc etiam pertinet experimentum factum cum rubia tinctorum, quæ ossa animalium, facula hujus radice pastorum, profunde tinxit. Extant in *Phil. Trans.* n. 442. 443. & repetita a D. DU HAMEL, valdeque sollicitè capta *Mém. de l'Acad. Royal. des Sc.* 1739.

Sed imprimis DU HAMELII monumenta Academiæ Parisinæ missa an. 1742. 1743. magnam in Osteogenia mutationem induxerunt, cum succum osseum omnem neget, & incrementum earum partium, atque calli regenerationem periostei laminis, sensim in cartilagineam, tunc in osseas laminas abeuntibus, post plurima in vivis animalibus capta experimenta

osteologica, omnia sunt DUVERNEY, sed tamen gratias illi debemus, quod nobis tradiderit inventa hujus magni viri. Osteologia ejus ceterum bona non est, nam VESALIANA melior est. Verum Osteogenia egregia multa habet, de mense enim ad mensum ossa adnotat, & indicat, quo tempore ossa adsunt, & quo modo stella fiat.

Quantum nunc hæc ad praxin faciant, nemo non videt, mederi enim ossium morbis in infante non poterimus, si nesciamus, quo modo se ossa ibi habeant, aliter enim infantis ossa tractanda sunt, aliter adultorum ossa. Qui hæc scire recusant, nunquam certe perfecti erunt medici; ergo, qui progressus in hoc studio facere cupiunt, hac methodo primam historiæ ossium partem adgrediantur.

C A P U T II.

De Osteographia.

Quum noverit Medicus, quo modo ossa nascantur, nunc opus habet, ut cognoscat, qualis ossibus jam factis structura sit: hoc est, quo modo os sit unum corpus; nondum enim os consideramus, quatenus jungitur alteri.

Ut Medicus cognoscat fabricam ossium, debet statim distinguere os, 1. in corpus ossis. 2. in adnatum ossi. *Corpus ossis* vocamus, quod una fibrarum serie a stella illa ossea enascitur. *Adnatum ossis* est, quod ad juncturas ponitur, id est, illud caput cartilagineum, quod cartilagineam naturam conservat.

Corpus ossis consideratur dupliciter, 1. ut durum solidum, 2. ut cavum. Volo os humeri examinare, ergo epiphysin ad scapulam, alterumque ad radium examino. His capitibus excussis considero corpus ossis, illud habet 1. partes solidas. 2. cavas. Primum inter partes ossis occurrit velamentum externum, quod est periosteum, græcum nomen, quod significat aliquid circa os (*περι ὀστέου*). Id ergo periosteum est 1. æquabile. 2. inæquabile.

Si æquabile est, tunc est omnium vasorum se intra os immergentium & ex eo emergente textura. Textura ergo vasorum est, quæ os intrat ad ejus vitalitatem & nutritionem; sed præterea est textura exeuntium venarum rubrarum & lymphaticarum. Nervos etiam hic recensui, quia in ipsa medulla sensus acutus est, adeoque & nervus. Æquabilis membrana dicitur periosteum, ubi sine tumore æquabiliter ubique ejus fibræ decurrunt, & sic æquabiliter os involvit; id fit, ubi nullus musculus periosteo incumbit, neque ulli adnectitur musculo, nam si musculus adnectatur, æquabile non est.

Quid inæquabile vero sit periosteum, nunc dicam. Concipiamus periosteum æquabile, deinde ponamus musculum ossi adfigi; hoc fit per tendinem, qui sæpe paral-

menta tribuat. Alteram autem speciem incrementi refert ad crassecentiam laminarum ossearum natam ab introsuscepto succo nutritio. Primam vero originem ossium fibris membraneis reticulatis, gelatina quadam conjunctis, tribuit, quæ & ipsa, & una fibræ sensim indurescant.

Osteologiæ denique scriptores plerique aliquid habent, quod huc pertinet, aut certe ad fabricam & incrementa ossis illustranda faciunt.

Osteogeniam, ad modum fere DU HAMELII tradidit CL. DAUBENTON, *deser. du Caïn. du Roi III.* p. 23. 1799.

parallelo situ adumbit periosteo, tunc suas fibras illi jungit, & saepe se subducit infra periosteum; unde periosteum hic crassius videtur. Quo plures nunc & minores muscoli circa aliquam partem sunt, eo periosteum plus & minus inaequabile est; hinc intelligitur quaestio anatomica, de periosteo, & pericranio, nam pericranium ubique est idem, sed ubi muscoli, v. gr. temporales, sunt, ibi eorum tendines se jungunt pericranio, hinc crassius fit, unde plura nomina membranae circa ossa capitis, ut periostei, pericranii, sed quod variet pericranium, causa unica est, quam diximus.

Auctor jam qui hoc primus animadvertit, & descripsit, fuit RIOLANUS, sed nemo accurate descripsit praeter CLOPTON HAVERS in suis *Praelectionibus ad Societatem Britannicam* datis.

Sequitur nunc, ut consideremus os, prius tanquam solidam substantiam, deinde ut cavum, porroque ut apophyses habens, & denique ut aliis junctum. Descriptionem ossium incepimus ab iis, quae extrinsece ossi adhaerent, vasaque ossi adferunt, & ex eo deferunt: verum nunc, quomodo ipsam ossium descriptionem addiscere debeamus, demonstrare pergo. In ipso ossis corpore, spectatur ipsa ossium substantia dicta, hoc nomine intelligo hoc durum, siccum, friabile, leve seu minus ponderosum, omnibus vasis orbatur, corpus, quod vocamus os. Haec ossium substantia (hacce definitione primo intellecta) est in medio corporis ossis. 1. semper & ubique solidissima, 2. maxime compacta, 3. maxime unita. Verum ad loca extrema, ubi juncturae sunt, & ubi os alteri ossi necitur; ibi ipsa ossium substantia minus solida est, valde porosa, atque multis intercapedinibus, hoc est spatiis vacuis intermediis, interrupta. Ibi ergo prope circa juncturae (hocque in omni semper osse observabitur) ea substantia non est unita, quia spatia intermedia sunt. Hic tantum ossea propria substantia consideratur, nihil de vasis sanguiferis, medullofis, lymphaticis, &c. dicendo.

Nunc, quae dixi, de ossea illa substantia, vera sunt. Si vero quaesiveris, unde contingat, quod os, v. gr. femoris, in medio suo solidissimum & compactissimum sit & ponderosissimum? Responsum nullus Auctor adfert, nisi optimus HAVERSIUS, qui demonstrat, omnia ossa, ut in Osteogenia visum est, fuisse strata membranacea, sibi mutuo imposita; haec strata per vim arteriarum fuisse compacta ad se mutuo, quatenus arteriae periostei, & quatenus arteriae per illas membranas percurrentes, pulsu suo omnia illa strata ad se mutuo compingere valent. Ergo ubi illae vires pulsantes validissimae fuerunt, ibi illa compactio erit maxima. Demonstrat autem CL. HAVERS, arterias periostei & ad medullam pergentes in medio ossis maximas esse; ergo illae hoc stratum medium condensantes compingent (a); hinc in medio suo ossa durissima & solidissima sunt. Verum circa juncturas arteriae divisae sunt in ramos minores; hinc ibi causa

com-

(a) Nolo omnino me hoc loco diffundere in ossium anatomem. Certum tamen est, neque in medio osse arteriam magnam medullae, neque unicam in magnis ossibus, neque videri, quae tantula sit, multum posse in mutandis ossibus. Musculos, quorum carnes validae mediis ossibus, graciles tendines epiphysibus adjacent, mallem advocare, quos certum est, & absque dubio, ossa longa ex terete figura, quae in fetu est, in triangularem deprimere, valere ergo in mutanda ossium forma.

comprimentes minores sunt, hinc ex ea mechanica, uti patet, sequitur, solidam ossis substantiam in medio ossis solidissimam esse, maxime unitam & durissimam. Huc accedit quod observat Auctor, si os aliquod longum, v. gr. femoris sumseris, & fideris per medium juxta totam longitudinem, tunc in medio ossis aequae multas lamellas esse sibi mutuo impositas, quam circa extrema ossis, cum tamen circa extrema os maxime in sua substantia expansum sit, & majorem diametrum habeat. Sed eadem lamellae hic ad extrema minus compactae sunt; hinc magis distant, plus spatii occupant: ergo ossa ibi plus sunt expansa; hinc quo majus est os, ceteris paribus, eo magis distant eorum lamellae. Hinc deducit hic vir clarissimus, quare ossium structura sit in medio densissima, quod nempe arteriae in medio lamellas magis comprimant, sed versus extrema singuli arteriosi rami dispersi intra lamellas eas disjungant, & faciant os & crassius, & minus solidum. Hisce nunc positae sequitur, in loco ossium medio & densissimo, ubi perfecta sunt ossa, primo vasa decurrere omnium minima inter lamellas, sed ubi lamellae remotae sunt, ibi vasa sanguifera habent spatium, ut se maxime extendant; etenim ubi vasa ita compressa sunt propter lamellas tam firmiter ad se invicem complicatas, ibi ea vasa omnium minima esse oportet. Sed lamellae proxime sibi incumbunt in medio osse; hinc videmus in omnibus ossibus, si ea findamus juxta longitudinem, ibi in media ossea substantia vix vasa etiam microscopio reperiri, sed ad ossium extrema plurima apparent vasa inter lamellarum spatia, quae omnia vasis plena sunt. Non tamen, quod in ipsa origine ossis, in medio non aequae magna vasa fuerint, id enim praeter verum adfirmaretur, ut apparet ex iis quae KERKRINGIUS de hac re observavit, sed propter causas, statim enarratas, comprimuntur ibi vascula, suo liquido emunguntur, & concresecunt. Ubi vero lamellae minus comprimuntur, ibi vascula se expandunt.

In substantia durissima ossis est candor, & ad extrema rubedo. Findatur iterum os quodcumque, uti femoris os, per medium, videbitur, in medio ossis substantiam esse solidissimam & candidam, circa juncturas vero, ubi cellulosa & spongiosa est substantia, ibi ea apparet rubra, propter vasa plurima sanguifera, ibi adhuc plena suo sanguine.

In medio ossis nunc durities summa, circa juncturas compages mollissima natura est, nam ibi ossa facile possunt in pulverem conteri; ergo friabilia sunt. Queritur, quid boni hoc faciat? Mechanices peritus facile respondebit, si quis velit baculum frangere, & illum in medio apprehenderit, non poterit frangere. Si vero utrumque bacilli extremum apprehenderit, & in medio sustentaculum apposuerit, jamque vim faciat in illud sustentaculum, tunc rumpitur utique baculus. Eadem ratione ossa nostra se ut vectes habent, ad utraque extrema retinentur, interim moventur, & in medio maximam vim recipiunt, unde facile ibi frangerentur, nisi essent durissima.

Ido nunc deinde posito sequitur, quod ultimo loco dictum est; in medio vix aliquid deprehenditur liquidi inter lamellas, circa extrema vero omnia vasa & sanguine plena sunt. Si iterum findatur os, & sumatur etiam microscopium, & inspicatur substantia ossis circa medium, vix aliquid observabitur liquidi. Videatur

dein-

deinde, quo modo circa extrema se habeat, reperiuntur certè omnia liquidò sanguineo osseo, medulloso plena. In medio tamen osse etiam liquida sunt & vasa, sed vasa ita compacta, ut vix videri queant, & liquida tam tenuia, ut vix appareant. Ut demonstraretur autem, etiam in medii ossis substantia hæere vasa, hoc agat Anatomicus, sumat os femoris animalis, curet fragmentum ex scindi securi, liberet illud ab omnibus externis incumbentibus vasibus & membranis; sumat microscopium, videbit liquidum adesse; conjiciat tunc illud fragmentum in ignem, videbit ardere, transsudare medullam, & cum combustum sit os, habebit spatia intermedia in sua substantia; unde liquet prius ibi fuisse vasa.

Ultima proprietas & consideratio est hæc, quod ossa in medio cavum reliquant, ad fines minime. Ita se res habet, lamellæ omnes in medio osse sic compressæ sunt ad se invicem, ut solidissimum ibi os sit, & tamen æque magna copia lamellarum, ac versus fines adest; ergo, si plus comprimantur ossa, quam ad fines, ibi cavitas remanere debet. Circa fines vero non una cavitas adest, sed plures, inter duas quasque vicinas lamellas; hinc ossa in medio habent puram cavitatem, ad fines vero non puræ sunt cavitates; ergo medulla apparet in medio, non ad fines, ubi tamen adest medulla, sed magis dispersa inter lamellas; hinc in medio medulla in unam aggregatur molem, sed ad fines apparet minus olei, & plus vasorum liquidum fecernentium.

Hæc nunc sunt, quæ Medicus scire debet de ossibus, neque scio quid ultra desiderari possit de substantia ossium. Eadem etiam sunt fundamenta in chirurgicis ad morbos ossium, hinc enim patet, cur os circa medium ruptum facile reponatur, & concreascit. Cur facilius circa fines putrescat. Cur caries ossis tenacissima hæreat in medio, sed facilius abradatur, circa fines vero dissiliat, & plurima in hunc sensum. Reliqua, quæ ex his deduci possunt, facile dabit meditatio.

Nunc si quæ in Osteogenia dicta sunt, conferantur cum hisce, habebitur clara structura ossium cognitio. Verum in corpore ossis non est tantum 1. substantia illa media solida, & 2. porosa ad extrema, sed 3. sunt etiam clavi intermedii ossei, in ipsa media substantia detecti. Si quis voluerit medullam ex ossium cavis educere, cultro suo aliquando ad fines usque provenire nequit; quia adsunt trabes & clavi in cavo ossis, quæ ab una parte cavitatis ad alteram vergunt, & lamellas ita sustinent, ut os non facile frangatur, neque recedere lamellæ a se invicem possint, eodem certe artificio, quo architecti in extruendis ædificiis utuntur: hi enim cauturi, ne paries ad oppositum parietem ruinam faciat, interponunt trabes, quæ impediunt. Noster autem OPIFEX ossibus tales trabes dedit, omnibus quidem, sed illis tamen, quæ sustentant pondus corporis, ut ossi femoris, tibiæ; non ita radio atque ulnæ, nam hæc ossa etiam si exerceant motum, pondus tamen majus sustinere non debent. Quid sint hi clavi & hæc trabes, solus demonstrat HAVERS, nempe laterales quædam series lamellarum ossearum quando nondum omnino ossæ sunt, deprimuntur propter incumbens corporis pondus; nam si quodcumque corpus fibrosum sustineat totum pondus, facile fit, ut hæc & illa fibra deprimatur. Sic itidem hic interne, in ossibus illis, aliqua pars laminarum depressa, si alteri occurrat ab altera parte

parte ossis similiter depressa, tunc oriuntur hujusmodi trabes. Hi iidem sunt illi clavi, qui intus in quibusdam ossibus reperiuntur, absque ordine dispositi, sed tamen omnes ex stratis dictis ita depressis nati.

Nunc considerari debet medulla, de qua dabo, quæ exactissima cogitatione adsecutus sum circa rem, de qua aliis plurimum disputatur. Omnia ossa motui destinata, habent duplex cavum, ut vidimus. Si enim os findatur, reperitur majus cavum in medio ossis, & aliud genus cavitatum in ipsa ossea substantia. Illud cavum intermedium continet inter se in omni animali sano, quiescente, bene saginato, & juvenili, suavissimum, blandissimum, tenuissimum, insulsissimum, subtilissimumque sanguinis oleum. Sed ossa duplex cavum habent, nempe 1. in medio, & 2. circa juncturas in substantia ossea. In iis scilicet ossibus, quæ motibus destinata sunt, si sanum, quiescens, juvenile, (hæc enim omnia requiruntur), fuerit animal, tunc cavitas illa media repletur materie, quæ dicitur medulla, & oleum est blandissimum, minime acre, subtilissimum, id est, in toto sanguine oleum tam mobile, flexile non reperitur, & præterea nullum oleum tam insulsum, quam illud datur quod medullam dicimus. Hæc nunc tota est medullæ historia. Ex periosteio, per densitatem lamellarum, facta sunt foramina obliqua, per quæ foramina arteriæ magnæ ex periosteio exeuntes se insinuant, & ultimo desinunt in cavitatem internam & mediam ossium. Quando hæc arteriæ per cava ipsa ossea se insinuarunt, applicant ramos suos superficiem concavæ ossis, atque furculis, intertextis innumeris faciunt membranam crassam, quæ est periosteum internum ossis, & totum cavum ossis internum & medium obvelat. Sumatur enim ex ovillo armo, & ex ovilla coxa, os femoris & coccygis, apparebit membranam in osse per medium fisso, superficiem concavæ adhærere, rubram, sanguineam, in cujus medio cavo medulla est. Ex hac membrana, ita facta, rami infiniti excurrunt, qui anastomosibus suis faciunt globos, & sphaeras membranaceas cavas. Ex sphaerulæ fiunt a membranis quibusdam, quæ eadem sunt ipsum intertextum harum arteriolarum opus. Porro sanguis arteriosus, eo delatus per vasa perforantia ossis substantiam, quæ fecerunt periosteum internum, adfert tenuissimam suam partem versus has membranas, in medio suo cavas, quæ recipiunt oleum descriptum, quatuor illis proprietatibus donatum, quas diximus, idque his sacculis continetur. Hi nunc sacculi omnes communicationem inter se habent, & deponunt tandem illud oleum per quosdam canales, sed quo versus? Omnia emissaria horum sacculorum se ad periosteum internum applicant, & novam sic adunatam membranam faciunt, quæ medullam vestit. Ita medulla ponitur in vagina membranosa, quæ tenuissima est, & constat ex emissariis medullofis intertextis, & unica est illa ordinata omnium medulloforum emissariorum adgestio. Ita arteriæ feruntur ex periosteio externo versus interiora ossis, & tandem usque ad medullam, ubi, ut in aliis omnibus arteriis fit, secedunt, & deponunt succum tenuissimum (a).

T t

Quo-

(a) Medulla continetur in vera cellulositate, qualis pinguedo est, sed quæ magna ex parte non solum membranis, sed ossibus etiam fiat cellulis. Vasa has cellulas pingunt, non constituunt.

Quonam versus feruntur nunc venæ & ubi hærent? Respondetur facile, venæ incipiunt, ubi arteriæ desinunt, ergo recipiunt sanguinem hoc oleo privatum; hinc constituitur membrana illa interna, seu periosteum internum, ex venis & arteriis; arteriæ pergunt, ut dictum est, venæ etiam iterum exeunt per alia cava, quam per quæ arteriæ transeunt, & desinunt in periosteum externum.

Quæritur nunc, ubi maneat medulla, & quo versus deferatur? Possent plures meditationes meas supra hanc rem adferre, sed unum tantum experimentum citabo. Sint in castris duo equi, si eorum alter bene saginatus fuerit, & forte vulneratus perierit, ossa ipsi erunt plena medullæ. Verum alterum equum perinde sanum, pone celerrimum iter fecisse per tres quatuorve dies, deinde etiam ex vulnere læsum periisse, hujus certe os, quodcumque sumferis, nunquam habebit cavum medulla repletum, sed simplici sero tenui. Si vero idem animal, post cursum, per aliquot dies in stabulo quievisset, habuisset, rursus medullam in ossibus. Ita docemur, oleum hoc posse expelli, si multum moveatur animal, neque in ossibus manere, sed distribui, idque ad triplicem, quem dicemus, locum.

1. Per lamellas suas, ad vasa sua, sed nobis invisibilia; hinc transfudare nobis apparet medulla. Sumatur enim armi ovilli os, quod nobis os humeri est, privetur ab omni involucre, quod externe adhæserit, tunc ad ignem calefiat, videbitur oculis per substantiam ossis transfudare medullam. Si objeceris, inde non patere, ferri medullam per ipsum os, sed id unice apparere, transfudare utique ex cavo medio versus exteriora, sumatur ergo hoc secundum exemplum. Os fissum privetur omni medulla, & omnibus membranis internis, imponatur carbonibus ardentibus, tunc videbitur, etiam nunc transfudare ad exteriora; id quidem non fieret, nisi essent ibi vasa. Si enim liberum adesset oleum, utique per locum apertum posset exhalare. In sceletis idem experimentum fieri potest. Postquam ossa bene depurata sunt, ut albescant, post mensem iterum incipiunt flavescere, ita ut inter lamellas clare appareat oleum. Ex his exemplis nunc videmus, medullam ex suis vasibus ad membranam illam tenuem, medullam investientem, arachnoidem, omnino deferri in periosteum internum, & sic tandem ad lamellas ossis venire. Hoc est primum iter medullæ, & facit, ne ossa fragilia, fiant, nam os siccum potest conteri, si vero os illud exsiccatum immergatur oleo, non frangetur & duritiem priorem recuperabit. Sumatur iterum os ovillum, comburatur, erit os friabile; mittatur idem in aquam, jam durius fiet, si vero in oleum merferis, longe melius iterum erit, & integrius.

2. Versus periosteum, nam eo ferri & redire in venas patet, cum osse cremato appareant foramina, per quæ fertur medulla ad periosteum. Quando animal multum currit, oleum illud versus extrema hæret. Hoc oleum facit, ne sacculi membranacei contra se mutuo conterantur.

3. Tertium iter hujus medullæ, & illud maxime notabile, & maxima copia, est versus cava juncturarum, eo etiam defertur, ut lubricentur & meabiles ibi sint partes conjunctæ, & mobiles supra se mutuo, ut sine attritu & sine dolore supra se invicem commode moveri queant, hinc nunc, quo animal movetur plus, eo plus indiget hoc oleo, quia eo celerius consumitur medulla, adeo ut tandem defi-

deficere incipiat, ut fieri sentimus post validissimos & diuturnos motus, tunc enim rigidæ incipiunt fieri illæ partes, cum incipiat deficere medulla, & aliquando crepitant ossa articulata, ut in rotis curruum. Quando enim incipit deficere illud serum, quo illiniri solent rotæ, tunc incipiunt crepitare; si pergatur, adteritur axis & rota, & utraque sæpe inflammatur.

Causa medullam adferens, est arteriosus succus. Loca eam continentia sunt acini medullofi. Causæ, quæ medullam factam propellunt ad tria loca enarrata sunt; omnis nempe motus quicumque validus arteriarum, qui semper increfcit, quando valido motu movetur animal. Hæc medulla adjuvat motus animalis & sanguinem oblitit, ne acer fiat motu suo, eodem tempore, quo motus animalis viget, & augetur etiam motus per vasa ossium & medullæ.

De medulla etiam, si quis velit legere Auctores, hi sequentes sunt eligendi. Palmam omnibus præripuit clarissimus ille Medicus Britannicus CLOPTON HAVERS in *Osteologia* sua, edita Londini in 8. anno 1691. qui Liber habet tractatum unum dicatum medullæ describendæ (a).

Tum Clarissimus DUVERNEY, sed tantum in privatis suis scriptis (b); unde tantum a nonnullis ejus discipulis, inventa clari viri, habere debemur, proinde inveniuntur ea DUVERNEYANA in primis Tomis *du Journal des Savans*. Deinde apud PALFINUM in sua *Osteologia*, tum etiam in memorato jam libello Domini le CERC, nempe *la Chirurgie complete*, quod opus etiam in primis DUVERNEYO debetur. (c)

Scriptit etiam de hac re MALPIGHIVS in *Posthumis*, hinc inde, sed tamen non ita absolvit, uti reliqua sua polire solebat (d).

Adgredior nunc alteram partem ossium, nempe *epiphyses*. In omnibus ergo ossibus fere ad extrema, atque etiam hinc inde ad latera, adhærent ossa adcreta quæ *epiphyses* dicuntur ab Anatomicis.

Dico præter ea, quæ dicta sunt de periosteo, de ossis corpore, de medulla, de capite ejus, sunt inquam, adhuc alia officula adcreta ossi, & dicuntur *epiphyses*. Adcrefcunt duobus locis diversis, primo ad extrema ossium, & dein etiam ad latera. *Epiphysis* est vox Græca, & significat *aliquid supernatum*, est ergo ac si diceret, *os ossi supernatum & superadcretum*. *Epiphysis* suo ossi adhæret ope juncturæ, quæ ex natura sua vocari debet *indentatio*; si enim sumas femur, v. gr. ovis

T t 2 vide-

(a) In *Discursu* III. Naturam cellulofam docuit, & exudationem in cavitatem articulationis.

(b) Observaciones ejus de medulla continentur in *Journal des Savans*, 1689 n. 19. *Mém. de l'Acad. Royale des Sciences* 1700 p. 202. Non alere demonstrat, transpirare, obstare fragilitati. Dudum autem non alere scripserat JACOBUS de MARQUE in *Paradoxe ou Traité medullaire*, auquel il est amplement prouvé que la moelle n'est pas la nourriture des os. Paris. 1609. 8. (DOUGL.)

Contra JAC. de MARQUE prodiit Réponse au paradoxe de JACQUES de MARQUE où il dit que la moelle n'est pas la nourriture des os 1607. 4 *

(c) Paucas habet paginas, 15. seu 16. & minus quidem plenas.

(d) In *Tractatu de Omento & adiposis ductibus* cellulofam fabricam habet, & negat alere. Adde nunc Diss. L. LEMERY de la nourriture des os, qui experimento ostendit, per motum dissipari medullam, eamque a gelatina nutritia ossium distinguit. Porro RUYSCHIVM in *Advers.* III. n. IX qui & in mediis ossibus, & in epiphysi repertam medullam, nihil differre a sebo demonstravit, WINSLOWIVM, & alios Osteographos, & FRANCISCI GRUTZMACHER de ossium medulla Diss. Lips. 1748. 4. qui medullæ fabricam, vasa, analysin chemicam, utilitatem in alendo, diversitatem ab adipe demonstravit.

videbis caput istius ossis posse excuti, illa tunc excussa pars vocatur *Epiphyses*; hanc examina epiphysin, patebit ex parte, ubi adcretum erat illud caput ossi femoris, adesse plura cava, & plures eminere dentes in tota illa separata superficie, ut & ad margines; sic tunc etiam os, cui adhærebat hoc caput, si examinetur, inveniuntur in ea parte, ubi separatio facta est, plura cava & similes dentes eminentes, uti in capitulo dictum est, adeoque unum recipit alterum, & recipitur simul ab altero, & fibræ sunt inter hos dentes, nectentes unum ad alterum. Hæc una species est epiphyses, quæ nempe ad extrema ossium hæret.

Altera species epiphyses est, quando ad latera ossium supernascuntur alia ossicula, ut in osse femoris, ubi nempe duo tubercula sunt, unum, quod dicitur trochanter major, alterum vero trochanter minor, reperiuntur infra cervicem istius ossis; hæc tubercula etiam in indentationibus adnexa sunt ossibus majoribus.

Hæc epiphyses ergo per indentationem, & partim etiam per cartilaginem adhærent, & ille nexus ope cartilaginis vocatur *Synchondrosis*. Verum cum adolevit os, tunc omnia ita comprimuntur, ut totum fiat osseum, quod prius erat cartilago, & junctura etiam disparet, tunc vero epiphysis ea vocatur *Apophysis*, quia os adnatum est alteri ossi, non per juncturam, sed per continuitatem, & in quodam processu. His conceptis intelligitur, quænam sint epiphyses, sunt nempe ossa circa juncturas, & ossa circa insertionem juncturarum adnata; ergo de epiphysibus notanda sunt duo: primo modus jugendi cum aliis ossibus, qui est indentatio; deinde ope cartilaginis, quæ se interfert.

Si finem requiras, quare epiphyses factæ sint? Optime certe magnus ille Anatomicus COLUMBUS (a) primus hoc considerasse videtur. Ubi scilicet os alteri ossi jungitur, adest ligamentum, quod semper diversum est a periosteo, nam periosteum est membrana continens vasa intrantia os, & osse exeuntia, ergo differt multum a ligamento; hoc ergo ligamentum, quod circa juncturas reperitur, non procedit ex periosteo (b), juxta longitudinem ossi adnatum, verum inter epiphysin & os, ubi conjunguntur, exeunt, fibræ, quæ amplectuntur epiphysin alterius ossis, & se inserunt juncturae utriusque ossis, & sic fibræ illæ ligamentum constituentes, nectunt unum alteri. Ratio etiam, cur hæc fibræ radicanter in juncturis apophysium, non ad extrema ossium, est, ne occalescant facile, cum motus partium exercitatur. Finis ergo apophysium est duplex, primo, ut os nectant ossi, secundo, ut tendines musculorum nectant ossi, quæ altera est speculatio. Ubi scilicet musculi adfixuri sunt tendinem suum validum alicui ossi, ibi excrescit tuber osseum. Vide modo trochanteres in osse femoris, finemque inquire, propter quem adsunt, ut nempe punctum directionis emergat super reliquum os, hisce enim tuberculis adfiguntur tendines musculorum,

(a) De re anatomica L. I. p. 5. Sed eam sententiam dudum refutavit ALBINUS icon. off. fer. & demonstravit nihil sani in iis utilitatibus esse p. 158. & epiphyses lege naturæ necessario nasci, tanquam imperfectionis in osse signa, & nondum absolutæ ossescentiæ. Si vero aliqua utilitas assignari potest, ea erit, quod in ossibus longis oporteat plura centra esse ossescentiæ, ne nimis longa cartilago consumi non possit a subnascente ossea parte: deinde, ne prius perfectus & rigidus esset fetus, quam in lucem educatur.

(b) Repugnat anatome, quæ manifesto demonstrat præcipuum stratum periostei capsulas articulationum constituere, quod in fetu facile est demonstratum.

lorum; qui debent femur invertere tum ad interiora tum ad exteriora. Quum ergo puncta hæc ita emineant, demonstratur facile ex mechanicis, directionem tractionis longe faciliorem & meliorem fieri, quam si chorda & tendo trahens plano ossi applicaretur. Id patet in pluribus ossibus. Epiphyses hæc ad extrema ossium teguntur cartilagine, ne coalescant facile inter se juncturae, quod etiam non fit, nisi in valde vetulis animalibus. Sed cartilagine hæc sunt elasticæ; hinc facile resiliunt ab omni compressione, inde fit, ut non facile compressæ ibi maneat partes, sed se restituant, & ut major sit mobilitas.

Non ossescunt tam cito illæ cartilagine, propter liquidum ibi adfluens, nempe 1. mucosum ex glandulis mucosis ibi positis, & 2. medullosum ex medulla eo delata, ut docuit HAVERSIUS.

Super hanc rem legi potest REALDUS COLUMBUS capite de epiphysi, & junctura ossium.

Omnia nunc descripta de periosteo, ossium substantia duplici, de epiphysibus, apophysibus, huc usque tractata, vera sunt, de omnibus ossibus, ea lege, variis locis, variis formis & modis, eadem se ubique habeant, ut v. gr. videre est in ossibus cranii. In cranio dicitur vulgo cerebrum se habere pro medulla cranii, sed falsissimum est, nam singulum os cranii est proprium os, cum periosteo suo interno & externo, & unum os cranii est epiphysis radiatim adhærens alteri. Sed prius ex iis, quæ docuimus, erat ibi in prima formatione hominis intermedia membrana, quæ cartilaginea facta est, postea ossea, & tali modo constituta, ut indentata iterum ibi fiat junctura; & hac ratione omnia magna cranii ossa coherent. Loca vero ubi junguntur, vocantur futurae, & illæ sunt in hunc finem constituta, ut exitus daretur vasorum ex cranio vergentium ad periosteum externum, & ex partibus anterioribus ad periosteum internum & ad sinus duræ matris tendentium. Medulla vero horum ossium in diploe est. Si secatur os cranii aliquod transversim, tunc adparet clare constitui os ex duplici lamella, & inter utrasque lamellas esse cellulosa & medullosa substantiam, quæ diploe dicitur.

Hisce nunc probe instructus animus accingat se synosteologiæ addiscendæ.

Synosteologia nempe cum *synostosis* est ossium inter se pro efficiendis motibus connexio. Considerari hic debent sequentia, 1. considerari debent epiphyses (consideratio etiam ossis ipsius hic non multum facit ad intelligendas juncturas, nam horum ope non fiunt), 2. apophyses, 3. tubera, 4. capita, 7. ossium cava, 6. ossium carinæ seu *κρύλαι*, ut vocarunt Græci, 7. crustæ cartilagineæ, quibus capita obducuntur, 8. ligamenta, & denique, 9. modi juncturarum. Hæc omnia consideranda sunt, antequam tiro claram ideam juncturarum habere possit, nam omnis junctura fit per extrema ossium, sed extremitas ossis semper est epiphysis, quæ postea fit apophysis; ergo nemo intelliget juncturas, nisi apophyses cognoscat, & sic optime, qui discendæ anatomix se tradit, poterit demonstrare, quo modo ejus prima pars, sive *osteologia*, in partes dividatur, & has iterum partes dicto modo adsequi, ut clara sit cognitio.

Tum 3. cognoscenda sunt tubera, 4. carinæ, cava, & *κρύλαι*, sic optime scripserunt veteres. Omne os, quod movetur, motum eum perficit cum summa facilitate, adeo ut nullibi in natura a priore demonstret ullus mechanicus hujusmodi

di instrumentum, quod ad usum motumque adeo egregie accommodatum fit; ut v. gr. videmus in scapula; ibi non est cavum, sed est aliquod planum potius, cui os humeri committitur, quod est adeo rotundum, ut in motu suo caput rotetur super hoc plano facillime, & uno tantum puncto semper acetabulum contingat, unde motus facillimus est. Sed exorbitaret jam facile de suo loco. Verum apposuit DEUS *cartilagineas*, corpora nempe elastica, quæ eam luxationem impediunt. Hæ nempe cartilagineas, cotylas, seu carinas efformantes, exsurgunt e latere supercilii ossis, & sic os movendum ad latera, in substantia semper reprimente, hæret, adeo ut, cum humerus motus appellat ad hæc latera, ab iis in locum reprimatur. Tum addidit etiam DEUS, ut dixi, duplex liquidum, glandulorum scilicet & medullosum. Porro *Ligamenta* perspicienda sunt, in quibus aliquid mirabile est, nempe glandulæ, quæ iis adherent ea parte, qua ossa spectant, non enim tantum sunt fibræ, uti veteres putarunt, quæ ossi os nectunt, sed ut CLOPTON HAVERS demonstravit, habent ligamenta glandulas in ea parte, qua spectant juncturas, quæ stillent liquidum lubricans; ergo sic ligamenta debent cognosci; modi quoque, quo modo jungantur ossa, facillime & distinguendi & concipiendi sunt: verum si aliter fiat, hic certe magna erit confusio.

Quando os jungitur alteri & minimum tantum habet modum, conjunctio ea vocatur *articulatio*, quæ dicitur fieri 1. per *συσσάρκωσιν*, hoc est, per intermediam carnem, ut v. gr. scapula adnectitur costis ope musculorum: verum ille non est nexus, qui vocari possit articulatio. Nam scapula tantum costis nectitur, ut trahi possit, & tamen manere in loco, non vero articulatur cum costis ad motum; ergo proprie non datur hujusmodi species juncturæ, quamvis veteres ita dixerint. 2. Per *συνεύρωσιν*, hoc est per vinculum & ligamentum medium, sed neque hujusmodi species nota est. 3. Per *συχόνδρωσιν*, hoc est, per cartilagineam, id est, quod cartilago intermedia ex uno osse in aliud transeat. Verum hi tres modi, non possunt dici modi, ad nectenda ossa movenda pertinentes, sed simpliciter ad nectenda ossa aliis ossibus referuntur, absque respectu ad motum. Ergo non videntur referri ad articulationes. Nunc vero omnium ossium, quæ ad motum exercendum junguntur, juncturarum modus hic est; 1. vel modus tantummodo flexus & extensionis. 2. Rotationis, & tunc semper, si modus jungendi sit ad rotationem, unum cavum est in uno osse, quod recipit, & unum caput extuberans in altero osse, quod recipitur. Hæc junctura proprie vocatur *ἐνάρθρωσις*, five inarticulatio, uti est ossis femoris cum acetabulo, ut & ossium metacarpi supra carpum. In priori vero, quem diximus, modo, scopus tantum fuit, ut flectantur retrorsum & antrorsum membra; sed tunc duo sunt cava, & duo capitula, quæ recipiuntur, ut fit ad motum digitorum super os metacarpi, & in junctura cubiti ad os ulnæ cum osse humeri, & vocantur hæ juncturæ *γυγγλυμοί*, *ginglymi*.

Reliquæ juncturæ ab antiquis dictæ sunt, quando junguntur ossa sine motu, ut futuræ, symphyse, harmoniæ, gomphosæ. Sutura dicitur, quando unum os dentibus emissis occupatur ab altero osse in cavo aliquo. Symphysis dicitur, quando unum os alteri increfcit, non dentatim, sed superpositione ut os temporale

rale cum osse bregmatis, sed proprie talis junctura nulla est, nam etiam hic dentes sunt, quæ juncturam faciunt. Harmoniæ etiam nullum exemplum est, nam iterum per indentationem fit. Gomphosis dicitur, quando unum longum corpus in quodam cavo insertum juncturam facit, uti contingit inter dentes & maxillas.

Sed alia supersunt, de juncturis ossium dicenda. Observatum est ab omni sæculo, inter extremas ossium partes, & lubricas cartilagineas, quæ ibi apponuntur, inveniri liquidum quoddam, quod nec aquosum, nec sapidum, nec oleosum, nec etiam glutinosum est, sed quod inter digitos tractatum utique etiam lubricum & tenax apparet, sed tamen non cum magna cohesione, pellucidum præterea. Id inter omnes juncturas quorumcunque animalium reperitur. Si vero defecerit, advertitur juncturas crepitare in motu, & motum earum etiam retardari, ut artus moveri nequeant, quod contingit in scorbuto, in morbo hypochondriaco diuturno, ut & in lue Neapolitana frequenter. Egregius ille anatomicus CLOPTON HAVERS hujus liquidi naturam invenit, cujus doctrina circa hoc negotium ista est. Ossium structuræ duplici se habent modo: 1. Vel sinum habent exsculptum, in medio cavo, inter juncturas, ut os unum ab osse moto contingi nequeat. 2. Vel sinum habent nullum, ita ut os motum ubique contingat alterum in suo motu.

Os femoris v. gr. jungitur ita cum osse coxendicis, ut caput suum intra cotylam recondat; sed in medio cavo illo (quod cavum fit a juncturis ossium) ibi in medio cavo istius ossis innominati est cavum aliud, quod retrocedit, ut innascatur ligamentum teres, quod jungit os femoris acetabulo medio; intra hunc recessum, sic exsculptum, hærent glandulæ, quæ tantum digito pressæ transudant liquidum unctuosum, nullo modo tamen oleosum, sed pellucidum, quod liquidum, dum movetur os, lente sic exprimi solet. Idem liquidum, ita expressum, miscetur oleo medulloso, quod transudat per ossa, dum major fit motus ejus partis; ergo etiam partes ossis tunc moventur. Hoc oleum medullæ occurrit illi glutini & intime permiscetur, eaque liquida permista, constituunt oleum ambo ossa lubricans, ne in motu se mutuo conterant, adterant, & calecant a nimio motu.

Alia ossa ita junguntur, ut se immediate contingant, ubi os humeri cum plano in homoplata cotyla, & majore supercilio cartilagineo retinetur; sed ibi nullum cavum reperitur, præter hoc magnum cavum, quod cotylam diximus, secus ac in ossis coxendicis cum osse femoris articulatione, nam hic mutuo ossa se contingunt, & in medio cavo nullus est recessus simile ligamentum recipiens, nec glandulas continens; sic etiam, ubi os femoris ossi tibiæ nectitur, nullum cavum in medio cavitatis os femoris recipientis habetur.

Porro in omnibus ossibus sic conjunctis, ut cavum os recipiens in se alterum sinum non habeat, ibi ligamenta sunt, que nectunt os recipiens ossi recepto, & in his ligamentis, qua parte os spectant, sunt glandulæ, quæ liquidum hoc fundunt, ita ut ligamentum hujusmodi, prudenter solutum, si paululum prematur digitis, transudet hoc liquidum mucilaginosum, dictum ab HAVERSIO. Hæ sunt illæ glandulæ mucilaginosæ, huic viro dictæ. Ergo glandulæ in hoc ligamento, quod ossa inter se nectit, semper adsunt; sed ubi ligamentum est in cavo acetabuli, ibi in utroque sunt glandulæ, nempe & in cavo, & circa

ca cavum; ubi vero ligamentum teres intra cavum non adest, ibi hæ glandulæ sunt in parte interiore ligamentorum ossa necentium.

Harum nunc glandularum effectus est, separare hunc mucum, nam plane hujusmodi, insipidus, pellucidus, moderate tenax liquor est. Hujus liquoris nunc est utilitas. 1. Derivare hoc liquidum intra cava juncturarum. Quando ossa circa ligamenta moventur, tunc exprimitur hoc liquidum, & fluit intra cava juncturarum. 2. Effectus est misceri cum oleo medulloso. 3. Effectus est, cum ita intime admixtus est ope motus ossis, cum oleo medulloso, componere tertium corpus, quod neque unice oleosum, neque mucosum est, sed constatum ex hisce duobus. 4. Hoc liquidum compositum motu ossium fit subtilius, motu enim debet atteri, & attenuari; ita vero attenuatum hoc liquidum per vasa resorbentia aufertur, & miscetur iterum sanguini, quod si non fieret, oriretur hydrops interosseus, & colligeretur ibi liquor, ut in practicis sæpe observatur.

Videatur ergo de hisce CLOPTON HAVERS, vel in *Actis Londinensibus*, ubi per partes prælegit hanc doctrinam Societati Londinensi, vel etiam in suo Libello, edito sub titulo *Osteologia nova & glandularum mucosarum descriptionis (a)*.

Hisce omnibus peractis de Osteogenia (b), Osteographia, & Synosteologia, & his omnibus bene explicatis, superest, ut dicam de præcipuis Auctoribus sub uno capite, qui hic requiruntur. 1. Primarius omnium est ANDREAS VESALIUS

(a) *Discourse* IV. post brevem memoriam harum glandularum apud C. STEPHANUM, (citata tam a MORGAGNO, qui suas etiam observationes adjecit ad has glandulas *Advers. II. anim. 23.*) Ad earum etiam historiam pertinet diff. CL. PITSCHEL de *Axungia articularum*. Lips. 1740. 4. A. KAAU de *perspiratione* n. 870. 871. J. Z. PLATNER in *Chirurg.* n. 1133. ad costarum articulationes. CAJETANUS TACCONUS in *Comment. Bononiensibus*. COWPERUS, alique.

Ad glandularum mucosarum historiam pertinet etiam HENRIC CHRISTIAN, ANGLLO-CRATOR de *glandulis HAVERSII mucilaginosi*, Marburg. 1695. 4.

(b) Osteologia in universon plurimi existant Auctores, cum multa facilia habent, & nihil in preparatione, si a quibusdam ossibus capitis recesseris, valde difficile. HIPPOCRATES ossa non ignoravit, ex cujus operibus integram Osteologiam excerpserit RIOLANUS, & qui sceleton æncum Delphis dedicaverit. PAUSANIAS L. X. Inprimis autem scripsit *de ossium natura*, brevem & in universon, si subtiliora non requisiveris, satis verum. Sed in *L. de articulationibus* & in *mochlico* multa passim, etiam melioris notæ, ad Osteologiam pertinent.

A. CORNELII CELSI Liber VIII. de ossibus unice agit, eleganter equidem, ut ea atate, vere, si non subtiliter. Eum Libellum PAVIUS cum commentario recudit sub nomine *succenturiati anatomici*. Leid. 1616. 4.

Et GALENUS Libellum de ossibus reliquit, in quem existat JOH. SYLVII, GABRIELIS FALLOPII, J. PHIL. INGRASSIÆ, & JOHANNIS RIOLANI Commentarius, plenissimum cæterum erroribus, ut abunde in Lib. de *radicis china usu* demonstravit VESALIUS, & nec ipse potest dissimulare EUSTACHIUS, GALENI Patronus.

GALENI de ossibus libellus excusus etiam est Helmstad. 1549. 8. & gallice versus a JO. CANAPE, Lyon. 1583. 4.

RUFUS aliqua habet, quæ ad eam historiam pertinent.

ORIBASIVS, uti notum, GALENUM sequitur, tum Arabes, Sed & JACOBUS BERENGARIUS aliqua huc spectantia habet & rudia quædam AL. ACHILLINUS, proprii tamen experimenti, & icones nonnullas JOHANNES DRYANDER.

JACOBI SYLVII, quem modo dixi, *Commentarius*, prodiit Parisiis 1561. 8. eruditus est, sed plenus præjudiciis, cum os incisivum, distinctum ab osse maxillæ, uno die quater se vidisse, contra omnem experimentorum consensum dicat, & quæ similia sunt. Habet tamen aliqua

LIUS (a), *Bruxellensis*, incomparabilis anatomie restaurator, cujus Libri de *corpore fabrica* nunquam satis commendari possunt, ita ut bibliotheca Medici illis carere nequeat, quin primario instrumento se instruendi privetur. Editus est ejus Liber in folio *Basileæ* apud *Oporinum*, anno 1543., & iterum ibidem apud eundem, anno 1555. Primæ editionis figuræ & icones sunt nitidissimæ, etiam si ligneæ sint, & præferendæ sunt figuris alterius editionis, nam in secunda editione crenæ, quæ umbras facere debent, magis sunt confusæ, unde sæpe maculas habent loco linearum (b). Verum in secunda editione hoc damnum facile compenatur, nam textus est accuratus, & emendatior multo, quam in prima editione. Supervixerat Auctor scilicet 12. annos primo suo operi, objectiones plurimas audiverat, hinc supplevit plurima, emendavit alia, & nitidius fecit opus hinc, quæ utramque editionem sibi comparare possit, secundæ textum & tabulas primæ, consulere deberet. VESALII nunc Liber primus de fabrica ossium elegantissimus est, & nullum opus in medicina unquam plures laudes meruit, quam hic tractatus; nam ibi habetur, quidquid vetustas unquam de ossibus noverat.

V u

2. RE-

aliqua propria & ex brutis Animalibus & ex sceletis. Deinde *calumniarum depulso* an. 1551. (DOUGL.) Parisiis edita, maxima ex parte contra VESALIUM, & quidem pro GALENI L. de ossibus scripta est, quam autem vana sit, dudum innotuit, cum sternum antiquis quam nobis longius fuisse non erubuerit adfirmare, ipsum plerumque VESALIUM excusabat, dum cum quam sævissime carpit. Sinus tamen sphenoides melius describit. In *dissectionibus* denique cum *Isagoge* editis. Parisiis 1561. 8. aliquas proprias ad Osteologiam pertinentes observationes habet.

CAROLUS STEPHANUS in L. III. de *dissectionibus corporis humani* Parisiis an. 1545. fol. Latine, & an. 1546. Gallice editis. L. I. Ossium historiam tradit, quæ pars Libri optima est, & icones magis tolerabiles, quam CARPLANÆ sunt. Aliqua etiam habet peculiararia, ut glandulas nonnullas HAVERSII, meniscum maxillæ inferioris, &c.

(a) ANDREAS VESALIUS in magni operis L. I. eximiam Osteologiam dedit, cum figuris, ossium artuum inprimis, nitidis, firmis, artificio summo sculptis, quas omnes fere posteriores Anatomici imitati sunt. Doctus pariter sermo, & minime contemnendæ sedulitatis, si a capite recesseris. Nam in ea historia utique, cum ossa non dissolveret, minutiolem divisionem ossium superioris maxillæ, & subtiliores particulas non attigit. Deinde in epistola de *radicis China usu* Basileæ an. 1546. fol. min. & Lugduni an. 1547. 16. edita, GALENI Osteologicos errores refutat. In *Examine* denique *observationum Fallopii*, Venet. an. 1564. 4. excuso, aliqua miscet ad ossa pertinentia, fere ex brutis animalibus, cum in Hispania ne cranium quidem reperiret. Auditus organum ex animalibus describit. Nitidissimæ denique sceletorum imagines in ejus Chirurgia magna habentur. De Epitome alias dicetur.

(b) In Iconibus utriusque editionis longe minorem diversitatem reperio, quam putarem, dum comparo utramque. Posterior vero 1555. in folio multo plenior, & nitidior prodiit. Cavendum autem esse moneo ab omnibus editionibus alibi factis, Veneta anni 1568. fol. Parisina anni 1564. f. 1569. f. Antverpiensi anni 1572. f. parv. Norimbergenfi 1551. fol. quæ omnes penes me sunt. Nupera vero, ALBINO & BOERHAAVIO procurante. Leidæ, 1725. fol. edita est, in qua præter VESALII Opera Anatomico-Chirurgica etiam Fallopii, Cunei, Heneri, & alia opuscula habentur. Hæc editio artificiosissimas habet icones.

LEONHARDI FUCHS *Epistola Anatomica* L. I. (& II.) Tubingæ prodiit an. 1551. 8. (non Lugduni ut DOUGL.) Ex VESALIO totus Libellus est, ne ipse diffidente Auctore. AMBROSIVS PAREUS in *Administrationibus Anatomicis*. Paris. 1549. 8. fere VESALIUM sequitur. Sub finem sceletopceiam addit. In collectione operum fusior ejus est anatomie.

LUDOVICUS COLLADO in *enarrationibus* GALENI L. de ossibus. Valent. 1555. 8. (DOUGL.)* FRANCISCI MARTINI de CASTRILLO de *dentitione & ordine quo dentes prodeunt*. Pincia 1557. 8. Madrit, 1570. 8. (DOUGLAS).*

2. REALDUS COLUMBUS, Cremonensis (a), qui discipulus fuit VESALII. VESALIUS quidem plerumque degebat Patavii, neque tamen ibi Professor fuit, verum patiebatur se accersi, modo in hanc, modo in illam Academiam, ad quam

(a) REALDUS COLUMBUS ex Pharmacopola auditor JOH. ANTONII PLATII Chirurgi (p. 24. L. I.), & VESALII (p. 43. L. I.) hinc anatomes anno 1544. Professor evasit. Scripsit de re anatomica L. XV. Venetiis an. 1559. fol. deinde Parisiis 1572. 8. (DOUGL.) denique Francofurti an. 1596. & 1593. 8. editos, quæ ultima editio laudem meretur, ab adjectis observationibus anatomis JOHANNIS POSTHII. Eum virum CARCANUS valde parvi fecit, inciumque & indoctum fuisse scribit: Et utique vani quid habuit, nimiumque fuit omnium aliorum Anatomicorum, ipsiusque VESALII contemtor. Ad Osteologiam L. I. & IV. ad cartilagineas L. II. ad ligamenta L. III. pertinet. Inter ossa stapedem sibi tribuit, sed paucis consentientibus. Cartilagineas (sive, ut loqui amat), Larynges numerat quinque. Os sacrum diligenter descripsit. Sceletorum fabricam docuit.

GABRIEL FALLOPIUS hic laudandus est. Et primo *observationes anatomica* huc spectant, quæ Venetiis 1561. in 8. minori, inde variis locis editæ a J. SIEGFRIEDO in ordinem conjunctæ, & an. 1585. Helmstadii excusæ, nuper cum VESALIANORUM operum editione conjunctæ prodierunt; quo opere nullum facile præstantius ante hæc nostra tempora prodit, adeo multa, & adeo bene, in minoribus correxit in ipso restauratore anatomes VESALIO, vir simplex, candidus & diligentissimus in humana anatome, Pisanus & Patavinus, post COLUMBUM Professor. Ante diem obiit, annos non amplius 39. natus, quod contra DOUGLASSIUM, qui septuagenarium facit, observare oportet. Ad ossa pertinet pars prima. Articulationum novam tabulam adornavit, adjecit trochoidem ginglymum. Stapedem suo Marte invenit an. 1548. gloria tamen inventi cessit INGRASSIÆ, fenestras tympani constituit, aquæductum, canales semicirculares, vestibulum; partes ossis cribrosi & os spongiosum superius primus vere descripsit. Osteogeniæ, uti dixi, primus est Auctor. Deinde in posthumo L. an. 1570. Venet. 4. a FRANCISCO MICHINO de S. ANGELO edito (DOUGL.) cum nomine *expositionis* in GAL. de ossibus, & in L. de partibus similibus, pariter posthumo, utroque valde incomta dictione edito, eadem ossa retractat.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS, Anatomicorum sui sæculi facile princeps, qui copia, subtilitate, observationum longe omnes superaverit, Osteologiæ & ipse multis modis profuit. Primo quidem in L. de ossium examine GALENUM contra VESALIUM docte tueretur, & ostendit minime Simias ab eo viro describi: etsi nimium ibi studium non probem, cum nihilo minus sit vitium ubicunque hominem non vere describit GALENUS; etsi Simias ibi non habet præ oculis. Tarsi certe octo ossa & sacri ossis tres partes tueretur EUSTACHIUS, quod non decebat virum candidum. De articulatione capitis cum occipite, brachii cum carpo fusius agit, & de sesamoideis ossibus aliisque. Deinde in L. de auditus organo tubam, stapedemque describit, quem sibi tribuit. In L. de dentibus eam materiem pene exhaustit, & accuratissimi Libri dedit exemplar. In iconibus denique posthumis præter emendatiora sceletos & figuras ossium capitis dissolutorum egregias, maxime ossis multiformis, ossis palati, alia etiam ad hominis & animalium Osteologiam pertinentia inseruit. Cæterum opuscula priora prodierunt Venetiis, & conjuncta quidem an. 1564. 4. quæ editio ob præfationes & adnotationes PINI quibus continentur antiquorum scriptorum loci ab EUSTACHIO absque nomine citati, multo melior est, quam BOERHAAVIANA, Delphis 1707. 8. recusa.

VIDUS VIDIVS Parisiis docuit, & an. 1567. diem obiit. Diu a morte Libri VII. de Anatomie corporis humani, Venetiis an. 1611. in fol. prodierunt. FALLOPIANA habet inventa, eaque iconibus declarat, quas nullas dederat ejus Præceptor. Icones novæ quidem pleræque, sed incomtæ & rudes. Os palati tamen cum portione orbitaria, os cribrosum cum septo & ossibus papyraceis, vomeremque seorsim a reliquis ossibus primus expressit.

VOLCÆRUS COITER Groningensis, FALLOPII etiam discipulus, plurimum Osteologia delectatus est. Ejus duo exstant volumina. Primo titulus est *externarum & internarum partium corporis humani tabula*, Norimb. 1572. fol. In iis ad rem nostram pertinent *tabula ossium corporis humani*, cum quatuor iconibus adjectis, quæ VESALIANÆ sunt. Deinde *analogia ossium humanorum similia & vera & cadavera*, cum istius iconæ, ad GALENI loca intelligenda non inuti-

quam iter faceret, & ibi per sex aut octo septimanas anatomiam doceret, & tunc omnia, quæ docuit, in unum illum egregium Librum transtulit. Habuit etiam plures alios auditores, ut GABRIELEM FALLOPIUM, & hunc COLUMBUM. Hicce Liber de re anatomica ter editus est. Primo uno volumine in folio, Venetiis anno 1559. quæ editio est rarissima, sed absque figuris. Potest etiam comparari editio ejus in 8. apud Wechelium, celebrem illum Typographum, quæ facile acquiritur.

3. Memorari hic etiam debet JOHANNES PHILIPPUS (a) INGRASSIAS, Siculus; scripsit enim *Commentaria in GALENUM de ossibus*, qui Liber forte rarissimus omnium, quos quærimus. Editus est anno 1603., Panormi in Sicilia, apud Johannem Baptistam Maringham, & iterum Venetiis in folio apud Societatem

Vu 2

tem

inutilis, sed ex EUSTACHIO fere desumptus Libellus. Porro de *auditus organo*, alibi dicemus. De Osteogenia dictum est. Alterum opus COITERI cum hoc titulo prodit *Lectiones Fallopii de partibus similibus Corporis humani*, Norimb. 1575. fol. Eo opere plusculi sceleti avium & quadrupedum continentur, egregie depicti. Denique COITERI de *Cartilaginibus Tabulas* V. Bononiæ 1566. fol. editas memorat DOUGLASSIUS, quas non vidi. JASOLINI *Osteologia parva* cum 1. *Questione* prodit. Neapoli 1573. 8. * & recusa est Hanoviæ 1654. 4. Francofurti 1668. 4.

(a) JOHANNES PHILIPPUS INGRASSIAS Rachalbutensis Siculus, Neapoli docuit, & obiit senex an. 1580. cum 34. antea annis invenisset stapedem. Ejus *Commentarii in L. GALENI de ossibus* edidit Messanæ Nepos NICOLAUS an. 1603. in folio. Doctus Liber, inprimis Galenice: neque absque candore, cum in VESALIUM, ubi vera dixit minus, quam reliqui coævi Anatomici, cavilletur. In minutiis, divisionibus, numeris, linearum descriptione, processibus valde studiosus fuit. Iconibus usus est VESALIANIS, præter rudem sui stapedis imaginem. Utilis Scriptor. Os cribrosum bene descripsit. In EUSTACHIUM, cum quo de praxi differerat, valde iniquus est.

URBANI HEMARD *recherches de la voye anatomie des dents, & propriétés d'icelles, avec les maladies, qui leur adviennent*. Lyon 1582. 12. Non ignarus homo, qui semina dentium in alveolis puerorum teneriorum quæserit, & duplicem descripserit eorum ordinem.

FELICIS PLATERI de corporis humani *structura & usu Tabula*. Basil. 1583. fol. min. Icones equidem ex VESALIO sunt, paucissimis additis ad organum auditus. Ossa fetus ex propria industria descripsit PLATERUS, icones recepit a COITERO. Descriptiones ferè ubique VESALIANÆ sunt, in tabulas concisæ, ne ipsæ tamen absque suis additamentis.

SALOMON ALBERTI in *historia plerarumque partium corporis humani* VVittembergæ an. 1585. & denuo an. 1601. edita in 8. præter VESALIANAS icones aliquot etiam a propria industria profectas addidit ad organa auditus, officula, fenestras, cochleam pertinentes, quam, si EUSTACHIUM omiseris, primus icone expressit. Idem L. GALENI de ossibus, VVittembergæ anno 1579. in 8. cum præfatione edidit (LEHMANN BIBL.)

JULII CASSERI Placentini varia Opera plena artificiosis iconibus, quas ad cadavera a pictore proprio exprimi jussit, rarissimo eo seculo instituto, quo omnes ferè VESALIUM recudebant. Dedit etiam multas icones in Tr. de *Larynge & vocis organo & de auditus organo*. Ferrar. 1600. fol. reg. In posteriori organo novas icones & hominis & animalium plurimas proposuit, non quidem perfectissimas, multo tamen, quam descriptiones, meliores, quæ obscura & theoriis obruta solent esse. In priori os hyoides & larynx inprimis multis figuris & ex multis pariter animalibus exprimitur. in L. III. de sensibus narium fabricam osseam expressit. Aurium historiam non mutatam repetiit. Magnæ tabulæ posthumæ ex VESALIO desumptæ sunt.

ULYSSES ALDROVANDUS passim, & maxime in Ornithologia, sceletos habet animalium. JOH. MATTHÆI VIRINGI *tabula anatomica ossium corporis humani*. Duaci 1597. in fol. (DOUGLAS).

JAC.

tem anno 1604. nam mox per totam Europam venditus fuit, sed iterum editus. Commentatus est in GALENUM de ossibus, sed nullus Liber est, qui curiosius collecta omnia veterum contineat; verum raro habetur, nam latet hinc inde in bibliothecis, & vix spes est eum iterum impressum iri, propter magnitudinem voluminis; hinc si acquirere quis potest, emat; sed non auctor essem, ut tanto pretio emeret, nam RIOLANUS, qui quadraginta & septem annis postea vixit, collegit etiam omnia ex eo, inde omnia, quæ optima habet INGRASSIAS in RIOLANO inveniuntur, unde nescio, cur periti viri tanto labore eum quærant, & tanto pretio emant, quia omne, quod eximii habuit, in suum opus traxerunt RIOLANUS.

4. JOHANNES RIOLANUS (a) Parisiensis, filius (pater enim ejus fuit Professor

JAC. HORST de aureo dente maxillari pueri Silesiaci, Lips. 1595. 4. vix potest huc revocari, cum fabulæ nimis credulus eventum nunquam visum laboriosus explicet.

JEAN HEROARD hippostologie ou discours des os du cheval, Paris 1599. 4.

BAPTISTÆ CODRONCHI de morbo novo, sive prolapsu cartilaginis mucronata. Bon. 1603. 4. cum commentariis de morbis Imola grassantibus prodit. Habet descriptionem ejus cartilaginis.

JOHANNES JESSENI de JESSEN L. de ossibus. VVittemb. 1603. 8. Eruditus vir, plurimum usus est VESALIO.

Osteologie du Corps humain. 1604. 8. bene spissum volumen, incerti Auctoris apud Nobilem Virum J. S. a BERGER vidi.

(a) JOHANNIS RIOLANI Osteologia anno jam 1614. Parisiis in 8. prodit. Ea continentur isagogica de Ossibus tractatio, cum Osteologia adusque septennium: Commentarius J. SYLVII in L. Galeni de ossibus, & J. RIOLANI explanationes apologeticae pro Galeno: Simia Osteologia, & hominis Osteologia ex Hippocrate collecta. In magno opere omissa est prima pars, sed inserta enchiridio RIOLANI Parisiis 1648. 12. (DOUGL.), & Leidæ an. 1649. 8. edita. Altera, rejecto SYLVII & GALENI textu, ut vocant, retractata & ornatior in magnam operum collectionem an. 1649. editam recepta est. Sic ultimæ duæ, non mutata. Cæterum ad Osteologiam RIOLANUS plurimam eruditionem attulit, & undique ex GRÆCIS, & recentioribus ornamenta adspersit sermoni. Nova vix ulla sua arte invenit, & in subtilioribus, ut auditus organo, crassissimis erroribus se implicavit. GALENI in univertum studiosior, quam cura veri pateretur.

In Enchiridio, modo dicto, sextus Liber iterum Osteologiam continet, sed recentem; officium musculis suis modo nudatorum, cum cartilaginibus & ligamentis, utile, & novum eo tempore compendium. Officula etiam dixit, peculiaria insidentia ossibus petrosi ad transitum carotidis. Ipsi etiam tribuitur Gigantologie, ou histoire de la grandeur des Geans. Paris. 1618. opposita HABICOSIO. Ea in collectione operum omissa est.

POST RIOLANUM PETRUS PAVIUS, conditor Leidensis Theatri, de ossibus primitias anatomicas scripsit. Leidæ 1615. 4. cum figuris quibusdam sinuum cranii propriis, non cæterum ditissimus propriis observationibus. Ejus in CELSUM Commentarium alibi excitavi.

HIERONYMI FABRICII ab AQUAPENDENTE de ossium dearticulatione Libellus cum L. de musculorum artificio, anno 1614. Patavii editus, senile & Galenicum opus est. Idem in L. de gressu, Patav. 1618. 4. aliqua omnino notatu digna habet ad anatomem comparatam, ad femoris historiam, &c.

CAROLI GUILLEMEAU ostomyologie ou discours des os & des muscles, Paris 1615. 8. satis spissum volumen collectitium.

Cum BARTHOL. CABROLII Alphabeto Osteologia etiam contracta prodit, Monsp. 1604. 4.

CASP. BAUHINUS in anatomico theatro, Francofurti an. 1621. excuso diligentissime, ut solet, observationes clarorum virorum ad ossa congestit, VESALIANUS quidem in propriis verbis in sermone usus, tum FALLOPIANUS in notis. Observationes interspersit chirurgicas aliasque.

C. BARTHOLIN de Unicornu. Hafn. 1621. 8. recenset & auctor, cura filii prodit.

NICO-

essor Regius). Ejus opera anatomica in folio edita sunt Parisiis, anno 1649. Illo Libro nemo Medicus etiam carere debet, & si vel munus Professoris anatomiae conferretur Medico, nihil haberet, cur erubesceret, si tantum ordinem hujus Auctoris

NICOLAI HABICOT Gigantologie an. 1613. edita, & ejus discours apologetique contre la Gigantomachie. Paris. 1615. & Antigigantologie ou contre-discours de la grandeur des Geans, Paris. 1618. Riolano oppositus, pertinent ad fabulosum scæleton Regis Teutobochi, cujus ossa vere humana & Gigantis fuisse male defendit HABICOT. Neutrum vidi. IDEM ligamenta passim in carpo & alibi in sua septimana describit.

ANONYMUS contra HABICOTUM scripserat Gigantomachie, pour répondre a la Gigantologie. 1613. 8.

GUIL. FABRICII HILDANI beschreibung der furetsichtigkeit der Anatomie. Bern. 1624. 8. Magna pars in Osteologia versatur. Modum sceletos nitidos parandi describit, supellectilem Osteologicam suam recenset, & in eam observationes adspersit. Sceletos varios compexit, tres Coloniae (p. 139.), Bernæ unum, in quo fractæ a tortura scapulæ. Idem alibi iconem dedit patellæ. in Epistolis ad PAVIUM varia de sceleti fabrica habet.

C. HOFMANNI perpetua annotationes in L. de ossibus Galeni. Francof. 1630. & ejusdem L. de thorace exstat. Francof. 1627. f. Grammatica aliqua ipse expertus anatomes.

LUDOVICUS SEPTALIUS de morbis ex mucronata cartilagine provenientibus. Mediol. 1632. 4. (DOUGL.)*

CÆCILII FOLII nova Auris interna delineatio. Venet. 1645. 4. Rarissimus Libellus, minime malas figuras habet, inter quas musculus & processus anterior mallei, & cochleæ melior figura.

JOH. VESLINGII syntagma anatomicum. Patav. 1641. 12. & 1647. 4. In elegantissimo, quod alibi laudabo, compendio anatomico, etiam varia ad Osteogeniam & Osteologiam habentur, & auris internæ cum processu FOLIANO, cochleæque Icones.

In JOHANNIS FABRI additionibus ad Librum FRANCISCI HERNANDEZ. Rom. 1651. excusa varia Osteologica, & sceleti animalium continentur. Eos paraverat THEOPHILUS MOLITOR p. 488. & sculptos dedit PHILIPPUS de LEANO p. 530.

CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI plurimæ dissertationes huc pertinent de capite. VVittemberg. 1643. dissertatio Osteologica 1649. de osse frontis 1650. de ossibus sincipitis 1653. 8. de osse temporum ib. eodem anno, tum de osse occipitis, doctæ omnes, neque absque experimentis in sceletis adultorum hominum & puerorum captis. Tædio sunt fusa fragmenta aliorum Scriptorum, qua passim suo sermone inseruit, Ejus demonstratio osteologica habet sceletopoiien. EJUSDEM de osse cribriformi L. 1655. 8. describit ossa spongiosa variorum animalium. De sinu frontali varietates habet. Pervium hoc os esse aut vapores ad cerebrum admittere negat; tum neque fordes cerebri per os cribriformum ad nares deponi permittit.

In opere doctissimo C. V. SCHNEIDERI de catarrhis pertinet huc etiam L. I. . . de osse unciformi per quod catarrhi decurrere finguntur, VVittemberg. 1660. 4. Erudite de antiquitatibus ossis sphenoidis, deque foraminibus veris & falsis sellæ Turcicæ, & contra vias catarrhorum ad palatum ducentes scribit. E. J. L. II. quo Galenici meatus catarrhorum perspicue falsi evincuntur, ibid. eod. anno. Duram membranam cerebri cranio pertinaciter innasci docet, foramina cribriformi ossis a natura accurate claudi, neque a ventriculis cerebri ad glandulam pituitariam viam patere, neque adesse VESALII vias, aut alias, quæ a cavea cranii in fauces ducant.

MELCHIORIS SEBIZ de dentibus Disp. 4. Argentor. 1645. 4. Eruditus vir, parum usus propriis experimentis.

NATHANAEI HIGMOR sinum nemini veterum ignotum ea felicitate descripsit, ut proprium nomen impositum retinuerit.

In JOHANNIS ANTONIDÆ VAN DER LINDEN Medicina physiologica, quæ Amstelodami an. 1653. 4. prodit, plurima eruditio Græca de ossibus habetur, aliqua etiam subtilia & propria v. gr. de officulis auditus.

SIMON PAULI proprium Libellum edidit cum titulo machina anatomica, sive descriptiones instrumenti ad ossa. Hafn. 1668. fol. 1673. 4. & in Act. Hafn. II. sua consilia publicavit.

DOMI-

storis sequeretur; nam ibi reperitur quidquid ad eruditum Anatomicum pertinet; ibi enim inveniuntur ea, quibus alii se ornaverunt. Editio illa in folio præ reliquis commendanda est, licet decies forte fuerit impressus Liber, id enim semper

DOMINICI de MARCHETTIS *Anatomia*, Patavii an. 1654. excusa & sæpe typis in Belgio edita, multa ad Osteologiam & ad ligamenta pertinentia, etiam propria habet.

INTER GUERNERI ROLFINK *dissertationes anatomicas*, Jenæ 1656. 4. editas Dissertatio II. de ossibus agit erudita potius quam anatomica.

HERMANNI CONRING *de natura & dolore dentium*, Helmstad. 1662. 4. erudita. dissertatio.

ARNOLDI SENGUERD *Osteologia Corporis humani*, Amstelodami 1662. proprias observationes vix habet, litium plurimum.

CL. GALENI de ossibus L. Gr. Lat. *Accedunt Vesalii, Eustachii, Sylvii, Heneri exercitationes*. Hæc collectio recusa est Leidæ 1665. 12.

MICHAELIS LYSER culter anatomicus eodem anno Hafniæ excusus est in 8. Plurima habet anatomica, & imprimis modum parandi sceleti, nomina ossium carpi. Variis annis recusus est.

GODOFR. MOEBII *Odontologia*, five *de dentium statu naturali & præternaturali*. Jen. 1661. 4.

HIERONYMI SIGISMUNDI SCHILLING *Osteologia* excusa, Dresdæ 1668. 4. omnino inanis & inutilis.

H. MEIBOHM de ossium constitutione naturali & præternaturali, Helmst. 1668. 4. aliqua conservatu digna habet.

In *TRANSACTIONIBUS PHILOSOPHICIS* varia huc pertinentia extant.

ANTONII van LEEUWENHOEK de ossibus n. 102. 366. & de fabrica, dentium ossium, eboris, in *Phil. Collect. and Lectur. HOOKII* an. 1678.

Caput giganteum *Phil. Trans.* n. 285.

Ossa humana amplissima *Phil. Trans.* n. 333.

Sceletus amplissimus n. 400. petrefactus n. 391.

P. BLAIR organum auditus elephantis n. 358.

WASSE & BECKET de longitudine corporis variabili ab elatere cartilaginum inter corpora vertebrarum positarum n. 383.

Cornua bovis extraordinaria *Phil. Trans.* n. 426.

Sceletus amplissimus n. 400.

HUNTER de fabrica cartilaginum n. 470.

Bregma Gigantum n. 456.

PETRUS ANTONIUS MOLINETTI in *Dissertationibus Anatomico-pathologicis* non absque observationibus est, quibus ossa declarentur.

De **THOMÆ BARTHOLINI** *anatomie QUARTUM renovata* Leid. 1674. 8. alibi fufus: Pars Osteologica minus plena est.

Idem in *domo anatomica, historicis Epistolis* sparsim, aliquas observationes habet, & in istis **FOLII** epistolam.

In Parisinis animalium dissectionibus multa ad historiam ossium ex anatomie comparata pertinent, imprimis ex elephanto, cujus in cranio cellulas observarunt.

G. W. WEDEL *Diff. de dentitione infantum*. Jen. 1678. 4. *

C. BARTHOLINUS in *Diff. de olfactus organo* edita Hafniæ 1679. 4. habet cornicula ossis cribrosi ex animalibus.

J. HENR. GLASER in L. posthumo *de cerebro*, Basileæ 1680. 8. edito habet Osteologiam capitis, & eam, cui nomen dedit, fissuram in circulo, qui membranam tympani comprehendit.

CL. PERRAULT in *Libro du bruit* icones minus pulchras organorum auditus habet, etiam massarum, quæ cavitatibus infusæ impressionem retinuerunt.

Idem in III. Tomo *tentaminum physicorum* de dentibus ex anatomie comparata erudite & utiliter agit.

D A

per cum multis erroribus fieri contigit. Ceterum avidissime contra **HARVEJUM** scripsit, sed tandem circa finem vitæ illi cedere debuit, & edidit hoc opus, tuncque emendavit optime. In eo volumine tractatus unus est, quem vocavit *Commen-*

DANIEL BARTOLI in L. *del suono*, Venetiis 1680. 4. habet etiam icones aliquas ad organum auditus spectantes.

B. MARTIN *Diff. sur les dents*, Paris. 1679. 12. * Brevis & absque operationibus (**FAUCHARD**).

CORNELII van DYCK *geruamden van dieren*. Amstelod. 1680. 8. Pharmacopola, viginti sceletos satis ruditer expressit cum explanatione nullius momenti. An idem opus est, quod in *Bibl. Rivini* citatur sub nomine, *Sceletographia variorum animalium* Hagæ Com. 1682. 4.

Het pratyk der Medicynen en een korte beschryvinge van een sceleton, Amstel. 1690. 8. Auctor unice se designat L. S. M. D.

In **G. BLASII** *anatomie animalium* compilatitia Amstelodami an. 1681. 8. excusa, multa sceleta & osteologica observationes habentur.

NEHEMÆ GREW *musæum Greshamense*, Londini 1681 f. varia rariora osteologica ex homine & brutis animalibus continet.

DIONYSII PAPINI Liber *de emolliendis ossibus* omnino conferri meretur ad analysin & gelatinam, quæ ossium partium gluten est.

JOSEPHI DUVERNEYI L. *de l'organe de l'ouïe*. Paris. 1683. 12. habet **SEBASTIANI CLERICI** pulcherrimas icones organi auditus. Vide suo loco.

GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI L. *de auditu*, Leidæ 1684. 4. editus, minus anatomicus quam physicus est, & **DUVERNEYI** de tuba lapsum corrigit, adeo cæterum rudis, ut nec stapedis musculum, nec chordam tympani post tot aliorum scriptorum descriptiones reperire potuerit.

In **GODOFREDI BIDLOO** *Anatomie corporis humani*, Amstelodami 1685. fol. edita, multæ & nitidæ icones habentur ossium, quas in theatrum anatomicum transtulit **MANGETUS**. Veritas tamen anatomica deficit, & in universum nimis teretia & levia pinguntur.

In **RAMUNDI VIEUSSENI** *Neurographia universali*, Lugduni 1685. fol. impressa, sinus ethmoidi alique describuntur.

Anatomie ISBRANDI van DIEMERBROEK eodem anno Ultrajecti edita fol. observationes aliquas rariores sparsim continet. Sic in magno *Systemate anatomico SAMUELIS COLLINI*, Londini 1685. excuso de vasis ossium aliqua reperi.

GEORG. BALTHASAR MIZGER *sciographia futurarum cranii humani, earumque versus*. Tubing. 1684. Disp. *

EJUSDEM *anatomie dentium humanorum*. ibid. 1685. *

STEPHANUS BLANCARD in sua *hervormde ontleekkonst*, Amstelodami 1686. 8. & alias edita, Latine vero an. 1688. 8. merus est compilator *animadv. in Malp. polib.* p. 321. 322.

ANDREAS SNAPE in sua equi *anatomie anatomy of a horse quæ*. Londini 1686. fol. edita est. Osteologia suspecti alias Libri fidem videtur mereri.

ANTONII de HEYDE *anatomia Myruli & observationes medica*. Amstel. 1686. 8. In his observationibus habentur experimenta, de modo, quo ossa fracta ranæ coaluerunt.

M. LAMI *explication de l'ame sensitive*. Paris. 1687. 12. Ad finem adnexa est descriptio auris internæ cum iconibus, **MERYI** opus, quod videtur jam an. 1677. ante **DUVERNEYUM** scriptum esse. In eo cochlea integra, liberata a cortice osseo habetur, & scalarum cochleæ ope foraminuli communicatio, & lamina spiralis semiossea, & semicartilaginea.

Anatomia Chirurgica, five Istoria anatomica dell'ossa, e muscoli e vasi del Corpo umano di **BERNARDINO GENGA**. Rom. 1687. 8. Anatomie non maximi momenti, sed observationes Chirurgicæ utiles.

Curious observations on that part of Chirurgery relating to the teeth. Londini 1687. 4. * **DOMINICI GAGLIARDI** *Anatomie ossium*, Romæ 1689. Leidæ 1723. 8. recusa, tota est in subtili fabrica harum partium. Sola ossa sicca contemplatur: laminas in varia genera distinxit, claviculos excogitavit, quadruplices, qui conjungerent laminas. Ossium etiam diversorum diversam fabricam persecutus est.

L e t t e r e

mentaria in **GALENUM**. Qui ergo cupit videre plura, quam **VESALIUS** dixit, videat eum, nam, cum ejus opera edita sint fere centum annis post **VESALIUM**, habet ex eo, & ex aliis, quidquid boni apud omnes reperit. Valde de-

ditus
Lettre ostéologique supra citata, edita Parisiis 1689. 4. continet imprimis dentium ex variis animalibus historiam. *EJUS* compendium exstat & in *VERDUCI* Osteologia & apud *VAUGUYON* Tr. des opérations de Chirurgie, p. 650. *IDEM* D. *VAUGUYON* habet etiam historiam foraminum Cranii p. 315. cum nonnullis rarioribus.

BERNARDINO GENGA anatomia, &c. Romæ 1691. fol. Paravit corpora *GENGA*, fermonem addidit *J. M. LANCIUSIUS*. Icones ossium novæ, nitidæ, nimis tamen teretes, & pictoriæ.

CLOPTON HAYERS Osteologia nova, Londini 1691. 8. a *GEUDERO* primum versa Ulm: 1692. 8. deinde a *J. F. SCHREIBERO* Latine reddita, recusa est, & nuper Londini, fermonem patrio an. 1729. 4. Fabricam ossium laminatam, medullam, mucilaginis fontes & glandulas, tum compositas, tum disgregatas, & cartilaginum fabricam descripsit, per experimenta. Miras admiscuit Theorias de liene fecernente mucum articulare.

DIEDERICH GOTTSCHALK de ossium generatione & corruptione interna. Leid. 1691. 8. Anatomie nulla est: aliqua sed neque ea maximi momenti Chirurgica habet.

M. HOFMAN de futuris cranii. R. Dan. Henr. *MEIBOM* Altd. 1691.

G. BAPTISTÆ VERDUC nouvelle Ostéologie, Paris. 1690. & denuo 1693. 8. avec une dissertation sur la machine de l'homme. Plagiarius est. Motum animale describit ex *BORELLO*, icones habet ex *VESALIO*, *COITERO*. Contra hanc Osteologiam *Mr. DROUIN* censuram, & aliam descriptionem foraminum cranii dedit in *JOURNAL* des SAVANS 1690. n. 27.

J. JAC. RAU de ortu & regeneratione dentium. Leid. 1694. 4.

J. J. RAU citata disputatio recusa est in collect. Disp. nostr. T. VI.

J. PHIL. VERHEYEN Corporis humani anatomie. Lovan. 1693. 4. & auctius Bruxell. 1710. 4. In celebri compendio, quod alibi recensetur, pars non pessima est Osteologia, 4^{ta} proprias etiam de Sinubus pituitariis, & de osse sacro observationes & icones habet.

WILLIAM COWPER Anatomy of human body. Oxon. 1697. & Leidæ 1737. fol. magn. Tabulas priores 105. *BIDLOI* esse satis constat, quodcumque contra suadere tentaverit *COWPERUS*. In appendice sceleti propriæ icones, quæ etiam cum Myotome anno 1695. prodierant, in qua imprimis asperitates circa Epiphyses, & insertiones musculorum exprimuntur.

DAN. HENR. MEIBOM de patella. Franeker 1697. 4.

D. H. MEIBOM disp. de patella etiam excusam dedi in collect. Disp. T. VI.

FRID. SCHRADER de brutorum armatura, Helmstad. 1697. 4. describit dentes variorum animalium.

In *MALPIGHII* posthumis ossium fabrica subtilis describitur, dentium imprimis.

FRID. HOFMANNI historia dentium physiológica & pathologica. Han. 1698. 4.

EDMUNDI TYSON Anatomy of a pigmy. Londini 1699. 4. In elegantissimo Libro etiam Osteologia animalis, hominis simillimi, cum humana & cum Pygmæi Osteologia comparatur.

G. E. STAHL de cornu cervi deciduo, Hall. 1699. 4. omnino legatur ad anatomem & historiam cornuum.

De *PRE'* in *Journal des Savans* 1699. describit ligamenta vertebrarum.

In Monumentis Academiae Regiæ Scientiarum plurima existant osteologici argumenti.

PHIL. de la *HIRE* de fabrica dentium 1699.

DÜVERNEY de fabrica Medullæ anno 1700.

REAUMUR de Turcoide, quam gemmam ad ossa animalium refert 1715.

EJUSDEM de ortu testaceorum, quæ multa cum ossibus habent communia 1716.

J. B. WINSLOW descriptio cartilaginum semilunarium tibiæ 1719.

EJUSDEM de variis ossibus corporis humani, osse palati, vertebris, costis, futuris cranii 1720. & denuo 1722. de scapula, osse humeri, cubiti, radii, manus, tibiæ situ, & de cranio hominis Americani.

MO.

ditus fuit **GALENO**, neque facile aliis cedit; hinc omnia detorsit in sententiam **GALENI**, quem volebat omnia scivisse; sed hoc facile huic condonamus, propter usum, quem præstitit in anatomia ingentem. Si quis huic addat **VESALIUM**, optime faciet, nam **RIOLANUS** figuras nullas habet; hinc debet addere **VESALIUM** pro figuris, & **RIOLANI** textum legere, tum in **RIOLANO**, quidquid ad perfectionem studii in hoc casu desiderari potest; reperiet.

5. Hisce Auctoribus addatur exiguus Libellus Medici Regii *Dn. le CLERC*, editus: titulus *Ostéologie complete* anno 1706. Parisiis in octavo (a). Nullus est omnium

Xx

omnium

MORAND de ossibus narium in quadrupedibus. 1725. & Caput Hippopotami *ANT.* de *JUSSIEU* eodem anno.

SLOANE de ossibus subterraneis. 1727.

HUNAU observ. de ossibus cranii 1730. & aliqua 1734.

Varia *EJUSDEM* ad formationem ossium 1740.

DU HAMEL de ossium incremento. an. 1742. 1743.

Observatio de osse parietali crassissimo 1742.

A. FERREIN an. 1744. fusè scripsit de articulatione, ligamentis, motu maxillæ inferioris, & eodem anno *J. E. BERTIN* duo officula, quæ in maturiori ætate cum sphenoidis coalescunt, accurate profectus est.

ANDRÉE JUL. BOETTICHER de ossibus Dissp. III. Helmst. 1699. seqq. & de cranii ossibus anno 1718.

JOHANNIS PALFYN beschryving van de beenderen. Gandavi an. 1702. 8. & Leidæ 1727. 8. Auctior 80. paginis recusa, tum Germanice. Breslav. 1730. 8. & Gallice. Paris. 1731.

8. Bonus Auctor solebat per itinera colligere novas observationes anatomicas & Chirurgicas. Varia ergo hic habet Parisiis, & a *RAVIO* tradita. Icones pulchræ ossium cranii, in cujus etiam descriptione fufior est, in artubus imprimis brevissimus. In priori editione *RAVIANAM* articulationem maxillæ inferioris habet, in altera, monitus ab *ALBINO*, receptam sententiam restituit. Gallicam editionem Auctor, qui anno 1730. obiit, ipse ad prælum paraverat. In ea aliqua accesserunt, quæ ad observationes Chirurgicas pertinent.

JOSEPH. de la *CHARRIERE* anatomie de la tête de l'homme. Paris. 1703. 8. Ad Osteologiam tum aliqua communia de fabrica ossium pertinent, tum historia ossium capitis.

JOH. SAM. CARL. Lapis Lydius ossium fossilium. Francof. 1703. 8. Distinguere docet vera animalium ossa a mineralibus, quod illa alcalina volatilia principia fundant destillata.

J. SAM. CARL. lapidis Lydiæ &c. editionis Francof. alii annum habent 1704.

LOUIS LEMERY de la nourriture des os. Paris. 1704. 12. Leidæ recusa an. 1709. 8. Medullam non nutrire docet, ut supra diximus.

L. LEMERY germanice prodit Dresd. 1711. 8.

ANTONII MARIE VALSALVA de aure humana L. Bonon. 1704. 4. tum Ultrajecti 1707. 4. & alias, & cum additamentis *MORGAGNII*, Venetiis 1740. 4. 2. vol. Præter organa auditus, in quibus multa minutius descripsit, etiam aliqua ad Osteologiam capitis habet, ut v. gr. foramen Mastoideum.

JOH. JOSEPH COURTIAL nouvelles observations anatomiques sur les os. Paris. 1705. 12. Leidæ 1709. 8. cum *PETITO*. Quæ ad fabricam pertinent, non maximi momenti sunt: Meliora quæ ad morbos, optimæ, quæ subjectæ sunt operi, observationes Medico-Chirurgicæ. Multa tamen ab aliis habet.

GE. DESHARDING de fontanelle infantum. Rostoch. 1705. Disp.

R. WILH. CRAUSE de dentium sensu. Jen. 1704. Disp.

(a) *LE CLERC* Chirurgie complete Tom. II. contenant l'Ostéologie exacte & complete. Paris. 1706. 12. Omnino ex *DÜVERNEY* codicibus manuscriptis desumpta, ut monet Auctor Præf. ad *PALFYN* Osteologiam Gallicæ editionis. Adeo vero crassis mistam esse erroribus, ut ibi

omnium Librorum, qui brevius inservire possit memoriae ejus, qui priores novit. Neutiquam aptus est pro discipulis instruendis, nam caret figuris, & brevissimus est textu, sed incomparabilis est Liber ei, qui Osteologiam jam novit, nam egregie reficit memoriam. Duo vero praecipua habet ille Libellus. 1. Ubique accuratissime nova inventa habet, ut non norim aliquid deficere, & habet emendatissime ea omnia, ita ut VESALIO, RIOLANO, COLUMBO anteponendus sit. 2. Sed alterum est egregium in eo, quod nempe designat ad apicem digiti, ubi aponeuroses seu tendines musculorum se ossibus inserunt, & hoc brevissime peragit. Nam non potest unum verbum demi, quin statim pereat totus sensus, & hoc consulo, ut non semel quis eum perlegat, sed si adcuratus sit, saepius hoc faciat, & charta alba, si involutum habeat, pro adversario inservire poterit eorum, quae leguntur apud Auctores.

6. Editus est similis Libellus, nempe opus PALFYNI, Lugduni Batavorum, titulo *Osteologiae*, apud Viviè impressum, & antea Gandavi. Omnia etiam DUVERNEYI inventa continet, uti *Dn. le CLERC*.

7. Hisce addatur CLOPTON HAVERS *Osteologia nova*, Londini an. 1691. utilior autem est iis, qui linguam Anglicam norunt, nam editio, quae translata est in linguam Latinam, hinc inde deficit, quod translator non adsequutus fuerit textum Auctoris (a).

HI

ut ibi additur, nondum reperi. Mihi vero prima alicujus momenti Osteologia post VESALIIUM visa est, qua plenissime recensentur omnes ossium foveae, asperitates, insertiones musculorum, &c. Multa, quae passim pro novis habentur, ibi reperies, v. gr. ascendentes partes ossis palati. Ad morbos etiam utilissimae observationes adjiciuntur. Quantavis pretii Liber & immerito rarus.

(a) OLIGER JACOBÆUS in *diff. de distinguendis cadaveribus per cranialia*. Hafn. 1709. 4. Varia habet non vulgaria de Suturis jam in bimestri infante visis, de futuris sponte descendentibus, &c.

J. BAPTISTÆ MORGAGNI *Adversaria Anatomica*. Prima pars prodit Bononiae 1706. 4. Reliquae ex ordine Patavii, ad usque annum 1719. 4. Nullam non partem anatomes attingit vir praestantissimus, neque Osteologiam inornatam reliquit, maxime in VI. *Adversario*, quo capitis habetur anatome, & narium sectio representatur, & ossa spongiosa supra constituntur. Sed etiam ad HAVERSII glandulas, ad articulationem tibiae ejusque cartilagineas semilunares, ad meniscum & articulationem inferioris maxillae aliasque ossium partes observationes adiecit.

JAMES DRAKE *new system of Anatomy*. Lond. 1707. 2. vol. 8. aut *Anthropologia nova* Vol. II. 1727. 2. vol. 8. 1737. 3. vol. 8. Ex COWPERO habet sceletos, anatomem narium cum nova ratione curandae ozæne evulso dente molari, & adacta terebra in sinum Highmori, ubi mali sedes.

PHIL. BALESTRINI *l'anatomia moderna dell'osse, delle cartilagini, de' ligamenti*, Genova 1708. MANG. *

GUIL. COWPER *Myotomia reformata*. Londin. 1724. fol. Plurima habet ad Osteologiam, sceletos, insertiones musculorum, ossicula auditus, aliaque ossa per occasionem depicta.

In *Miscellaneis Berolinensibus*, quorum primus tomus anno 1710. Berolini prodit, septimus an. 1743. *Continuatio* II. habet Clar. BUDÆI egregiam descriptionem & icones novas sinuum cranii: *Continuatio* IV. Eiusdem Dissertationem de modo quo ossa praternaturalia, vel concretiones ossibus similes generantur.

C. H.

Hi sunt Libelli, quibus carere non debent Medici tirones. Si hoc ordine eos legant, habebunt intra bimestre tempus, cognitionem eorum omnium, quae Medici hactenus de ossibus sciverunt, & si possint videre simul sceleta, quae
Xx 2 juncun-

C. H. ERNDL in *tinore Anglico-batavo* an. 1711. edito, varia ad Ravii mentem habet de dentibus, articulatione maxillae inferioris, carpo, &c.

PATRIK EL AIR *Osteographia Elephantina* seorsim etiam prodit. Londini 1711. 4. Animalis vastissimi, quod in Scotia perierat, brevem anatomem, sed doctam & diligentem Osteologiam tradit Chirurgus.

Suite de la nouvelle Osteologie, contenant un Traité de Myologie. Parisiis 1711. 12. Auctor est FERDUCIUS Chirurgus. Editor Frater J. Baptista, Medicus, qui historiolas aliquas intermiscuit. Nihil aut exquisitum, aut novum. Adjecta aliqua de ligamentis corporis humani.

D. MUSTINGERI *Diff. inaug. de articulationibus artuum*. Argentor. 1712. 4. Ex optimis, ad ligamenta, & articulationes.

CARL. FRANC. a VOLCKERSHOVE *de juncturis ossium*. Leid. 1713. 4. dentium fabricam subtilem ad RAVII nutum describit, & articulationem maxillae inferioris Raviano more, uti simili modo descripsit D. ARDINOIS *Diff. de medicina fundamento anatomia* pag. 18.

CHRISTIANUS FOISIUS *de ossibus*. Hafn. 1714. 4.

AUG. CAROL. CUMME *dentium historia*. Helmst. 1716. 4. aliquas observationes habet.

C. N. LANGIUS in *lap. helv.* describit costas aliquot bifidas.

In GUILIELMI DERHAM *physico-theology*. Lond. 1713. & sequentibus saepe annis excussa, extat descriptio organi auditus variorum animalium.

C. JAC. TRAW. in *Diff. inaugurali de chylo fetus*. Altdorf. 1715. 4. aliqua de ossibus sesamoideis rarioribus habet, quibus etiam usus est HEISTERUS.

In GOUËY *Chirurgien véritable* habentur ejus nova inventa sur *l'ostéologie & la Myologie*. Rotomagi 1716. 8.

GOUËY nova nomina aliqua habet. Articulationem femoris synneuroen arthrodialem, in humero synneuroarthrodialem vocat, &c.

AUGUST. CARL. GEORG. CUMME *dentium historia*, Helmstad. 1716. 4.

WAGRET in *obss. de médecine & de chirurgie*, Paris 1717. 8. habet longissimam digressionem de ossibus.

S. REININGER *de cavitatibus ossium cranii* scriptum est J. H. SCHULZII.

DAVID HERMAN *Tabula osteologica* BUDISSIN 1717. 4. Foveas inprimis & depressiones ossium diligenter enumerat.

HERMAN *Tabula osteologica* cum spurio titulo CHRISTIANI HEISTER *anatomia succincta corporis humani*, Freybergae 1726. 4. recusa sunt.

JACOBI MANGET *Theatrum Anatomicum* habet ad ossa icones BIDLOI.

J. SALZMAN & REISSEISEN *de articulationibus analogis* (sive post fracturam nascentibus). Argent. 1718. 4.

MICH. BERNARDI VALENTINI *Amphitheatrum Zoomicum*. Francof. 1719. & 1742. fol. praeter sceletos & dissectiones animalium habet inprimis appendicem, in quam receptus est lectio J. JAC. RAVII codex eo anno notatus, quo Auctor obiit (p. 114.): cujus pars de ossibus agit, minime certe inutilis.

SCHMIDT *de periosteo ossiculorum auditus*. Leid. 1719. 4. Satis rudes habet figuras variorum in iis ossiculis.

ARENT CANT *impetus anatomici primi*. Leid. 1721. fol. Juvenis primi conatus: icones propria Auctoris manu pictae. Sexta tabula varia habet huc pertinentia, iconum processus longissimi mallei: ossis palati integri, articulationes aliquas.

In ANTONII van LEEUWENHOEK epistolis, variis & sparsis locis anatome ossium traditur. Plerosque ex *Transactionibus Philosophicis* citavimus.

J. DOMINICI SANCTORINI *Observationes anatomica*. Venet. 1723. 4. multa habent ad

jucundissime & optime omnia brevi cognoscant, quæ hic requiruntur; hinc si quis sibi proponeret intra paucas septimanas Osteologiam omnino cognoscere, quotidie deberet tantum binas horas impendere in hisce Aucto.

ad foramina cranii, ossa vomeris, palati, spongiosa, laryngis subtilem dissectionem; &c.

SEBAST. REININGER de cavitatibus ossium cranii. Atdorf. 1722. 4. Describit ad naturam sinus maxime ethmoideos & alia minime inutilia.

LUD. PH. THUMMIG *versuch einer gründlichen erläuterung*, &c. Hall. 1723. Habet etiam de succi ossi motu secundum longitudinem fibrarum, circulatione sanguinis per ossa, &c.

In BERNHARDI SIEGFRIIDI ALBINI *Indice suppellectilis Raviana*, Leid. 1725. 8. maxima pars de ossibus agit, quorum multæ rariores mensuræ & formæ hic describuntur.

EJUSDEM de ossibus corporis humani L. Leid. 1726. 8. recusus Viennæ 1746. 8. Purissima & Celsiana dictio, descriptiones quasi picturæ sunt ossium. Artus imprimis, male vulgo neglecti, & thorax hic follicite describuntur & reliologiæ adduntur.

WIL. CHESELDEN *Anatomy of human body*. Lond. 1726. 8. & 1741. 8. In prioribus editionibus satis adhuc rudes icones ossium, in posteriori valde nitidæ habentur, & multæ explicationes & observationes de causa fabricæ.

In *Actis Literariis Suecicis* an. 1726. aliqua Osteologica exstant de ossibus sesamoideis rarioribus.

CL. a DEVENTER in *postumo L. de ossium morbis* aliqua ad fabricam habet. Medullam valde dolere punctam expertus est.

In *actis Petropolitans*, quorum X. Tomus nunc editus est, bonæ habentur CL. WEITBRECHT de ossibus carpi, metacarpi, costis, sterni, &c. in Tom. V. observationes, & eximia Osteologia Cameli Bactriani in X.

D. PETSCHÉ *sylloge observationum anatomicarum*. Hall. 1727. 4.

HENRICI FAUCHART *Chirurgien dentiste*. Paris. 1728. & 1746. 8. 2. vol. Plurima habet ad dentium rariora, & repositi dentis facile comprehensi historiam, &c.

D. LOESCHER de *dentibus sapientia eorumque morbis*. VVittemb. 1728. Disp.

AUG. FRID. WALTHERI de *articulis & ligamentis pedis*. Lips. 1729. 4. cum iconibus ligamentorum. Supplementum adjecit an. 1731. 4. ibid.

JEAN BAGET *Ostéologie, Premier Traité*. Paris. 1731. 12. Prima tantum pars hujus operis videtur lucem vidisse, qua Osteologia sicca continetur. Etsi pro tironibus unice scriptum esse legam in *Journal des Savans*, non tamen credo id nos iudicium sequi debere. Diligenter certe ossium eminentias, foveolas, confinia describit. Paradoxus tamen, quæ v. gr. Ossibus etiam cranii articulationes veras tribuat, nec absque vitiis, cum os sphenoides ad articulationem maxillæ inferioris processum dicat mittere.

Ecole de Cavalerie, contenant l'Ostéologie, &c. par de la GUERINIÈRE. Paris. 1731. 12.*

ALEXANDRI MONROO *Anatomy of human bones*. Edinburg an. 1732. 8. (& prius 1726. & nuper 1741.) Egregius labor, ad capituli historiam, ad articulationes, ad varietates, ad vasa & membranas ossium recentium, non adeo ad artus. Editio 1731. prior melior est, nuptera nihil auctior.

In *examen de divers points d'Anatomie, de Chirurgie*... Paris. 1725. 12. & in *Diff. au sujet du Livre sur les maladies des os*. Paris. 1726. 12. minutius multa in PETITO carpuntur, & defenditur articulatio maxillæ inferioris cum tuberculo ossis temporum.

JAQUES BENIGNE WINSLOW *Exposition Anatomique*. Paris. 1732. 4. & 12. nuper emendatior Amstelod. 1743. 12. 4. vol. Primus Tomus eximiam habet Osteologiam, in qua imprimis pars posterior sive recentium ossium descriptio, & cartilaginum, & ligamentorum, ab ipso retro ROLANO fere a nemine tacta, ab Auctore vero nostro perfectioni proxima reddita est.

In J. ADAMI KULMI *anatomici tabulis*. Lips. 1732. 8. & alias editis passim etiam ligamenta subjiciuntur ossium descriptioni.

MAT -

Auctoribus, & bis in septimana adire theatrum anatomicum publicum, colligendo & conferendo ibi in sceletis ea quæ legit, & in memoriam revocando, an invenire possit, quod legit, & hoc modo brevi haberet scientiam perfe-

MATTHIÆ SAS de *partibus manducationi inservientibus*, Harderovic. 1743. 4.
CAROLI PAYEN, *estne eadem in ossibus quam in aliis partibus nutritionis ratio?* Paris. 1736. 4.

W. CHESELDEN *Osteographia* in titulo annum præfert 1733. licet tabulæ diu antea confectæ fuerint. Splendidissimus certe Liber, iconibus ad naturam ope lucernæ magicæ paratis, copiosis, amplissimis, egregie sculptis, ornatur etiam sceletis animalium nitidissimis, & figuris Ossium morborum. Plurimæ etiam observationes mechanicæ & reliologicæ interspersæ sunt. Ligamenta etiam aliqua pinxit.

Contra hunc Librum JOHANNES DOUGLAS anno 1735. 8. edidit Londini Libellum Satyricum cum titulo *Remarks on a late pompous work*, quo ejus vitia, sunt enim non pauca, produntur. Nam descriptiones fere nullæ, icones etiam non satis anatomicæ, & in minutis vitiosæ sunt, ut in ossibus, quæ caput componunt, & in historia anatomes non exigui errores hæserunt, cum v. gr. credat CHESELDENIUS alios Anatomicos ossa maxillæ superioris pro uno osse habuisse.

Cæterum in DOUGLASSII Libello proponitur editio Osteologiæ a fratre ipsius JACOBO edendæ, cujus jactura eo tristior est, quo major hujus viri ardor, & quo ampliora subsidia fuerant, quibus suffultus anatomen ornabat. Vidi ipse apud virum humanissimum sceletos recentes in muria conservatos, flexiles, ossa humana infinitis modis secta & divisa, figuras copiosissimas ossium & ligamentorum. Regia etiam liberalitate 500. annuarum Librarum sublevabatur in conatibus (vide ipsius DOUGLASSII verba post L. de *litho sarniensis*.) Sed dilapsus ad amorem humaniorum Literarum, subitoque ereptus est rebus humanis, neque quidquam præter descriptionem patellæ reliquit, parvo in fol. vol. editam, qua invitissimus careo.

In Edinburgensis Societatis Actis, quæ an. 1733. prodire cœperunt; multa huc pertinentia exstant, maxime AL. MONROI de articulatione maxillæ inferioris observationes. In I. Tom. etiam de robore ossium calculus habetur.

In FRIDERICI RUYSCHII, an. 1733. mortui, operibus plurima sparsis locis non ad Osteogeniam solam, sed ad vasa, membranas, medullam, morbos ossium pertinentia reperiuntur. Infecta quæ in mediis ossibus reperit, sunt scarabeoli, inimicissimi præparationibus anatomicis, quorum vermes hujusmodi hirsutas exuvias relinquunt. Diploen esse in tibia inter medias duas tabulas passim docuit & Thes. VIII. n. 8.

GEORGI THOMSON *Anatomy of human bones*. London. 1734. 8. In tractatu de ossibus plerumque ipsa WINSLOWI verba exscribit.

JEAN PALFFY *Anatomie Chirurgicale augmentée & refondue par M. BOUDON*. Paris. 1734. 8. In secundo tomo Osteologia habetur, cum iconibus ex Osteologia PALFFYI, & descriptione fere ad WINSLOWUM imitata.

JOH. FRIDERICUS CASSEBOHM in Libellis de *aure humana*, qui an. 1734. & sequentibus prodierunt, præter organa auditus etiam os temporum ex adulto, ex fetu, & ex nostro descripsit, magna, ut solebat, diligentia.

A. OTTOM. GOELICKE de *ossium structura & usu*, Francof. Viadr. 1735. 4.

M. ALBERTI de *dentibus serotinis*, Hall. 1737. 4.

ANDRÆ OORTMAN disp. de *dentibus*, Ultrajecti 1738. 4.

De ROBERTI NESBIT & B. S. ALBINI Osteogenia diximus.

In postrema parte Ichthyographiæ ARTEDIANÆ, quæ Leidæ an. 1738. prodiit 8. etiam Osteologia piscium egregia habetur.

GOTTLIEB METII de *construendo sceletis*. Disp. Erfort. 1736. 4.

J. ZACH. PLATNER de *ossium epiphysibus*. Disp. Lips. 1736. 4.

J. LUD. PETIT in L. de *morbis ossium*. Paris. an. 1705. 8. & 1736. 12. tertio recuso multa passim utilia ad ossium fabricam adpersit.

GE-

perfectissimam eorum , quæ hætenus haberi possunt pro morbis ossium a Chirurgis & Medicis ; dico eorum , quæ hætenus haberi possunt , nam scopus hoc tantum est , omnia , quæ hætenus nota sunt , demonstrare , & viam indicare , quo modo ea acquirenda sint ; de iis autem , quæ postea inventiuntur

- GERAUDLY *art de conserver les dents*. Paris. 1737. *
- KNOLLE de *luxationibus artuum superiorum*. Disp. Argent. 1738. 4. Anatomem etiam habet & ligamenta.
- M. VERDIER (Chirurgi Parisini) *Abregé de l'anatomie du corps humain*. Paris. 1739. 8. 2. vol. Fere WINSLOWUM in compendium redegit. Germanice etiam versus existat.
- J. H. SCHULZE de *consideratione ossium recentium utili & necessaria resp. CAR. WILH. KOLBE*, Hall. 1739. 4.
- B. S. ALBINI Tabulæ ossium corporis humani. Tres sceleti icones hætenus vidi pulcherrimas , ut omnia solent , quæ ab eo Viro profecta sunt. Sequuntur , ut audio , reliqua ossa singulatim.
- In NIC. ROSEN *beskrifning of belæ människan cropp*. Stokh. 1738. 8. Osteologia varias utiles observationes habet.
- ABRAHAM KAAU de modo , quo periosteum se ad articulationes habet , egit in L. *de perspir.* n. 856. &c. & alibi de ossibus utiliter meruit.
- J. E. HEBENSTREIT de *dentitione secundæ juniorum*. Lips. 1738. 4. cum iconibus.
- IDEM de *ossium diploe* jam laudatus est.
- IDEM de *basi calvaria* describit foramen vicinum meatui auditorio interno , in duas quasi cameras divisum , quarum altera cum aquæductus fissura conspirat.
- IDEM de *capitonibus difficili partu nascentibus*. Lips. 1743. 4.
- Inter icones anatomicas , quas ADMIRALIVS edidit an. 1738. & seq. est etiam icon capsulæ articulationis femoris , duæque figuræ valorum duræ Meningis , sive periostei interni cranii.
- UNGEBAUR de *ossium trunci corporis humani Epiphysibus*. Lips. 1739. 4.
- J. A. UNGEBAUR disp. recusam dedi in *collect. Disp.* Vol. VI.
- J. B. MORGAGNI editio Operum A. M. VALSALVÆ. Venet. 1740. 4. 2. vol. Undecim Epistolæ ad Tr. de aure humana pertinent , quibus ossæ minutæ hujus organidescribuntur , & historia inventorum suppeditatur.
- JOH. JAC. GRAMBS *Osteologische tabellen*. Francofurt. 1740. 8. Compendium tabulare.
- D. PITSCHEL de *Axungia articularum*. Lips. 1740. 4. Disp. Continet multa ad glandulas Haverfii.
- GIUSEPPE LARINI Tr. *sopra le qualità de' denti, e'l modo di cavarli*, &c. Firenze 1740. 4. Aliquas in radicibus dentium varietates habet , quas nimis urget & extollit.
- J. THEOD. KLEIN *historia piscium missus*. I. Gedan. 1740. 4. Continet descriptionem organi auditus piscium & lapillorum , quos habet pro ossiculis ad auditum pertinentibus.
- LAURENTII HEISTERI *Compendium anatomicum* ultimo an. 1741. editum Norimbergæ 8. ab Osteologia etiam incipit , iconesque habet aliquas ossiculorum sesamoideorum rariorum , &c. Ductum incisivum recte negat apertum esse.
- C. A. a BERGEN de *methodo ossa cranii dissuendi*. Francof. Od. 1741. 4. Machinam ad eum scopum invenit.
- JOSIÆ WEITBRECHT *Syndesmologia*. Petropol. 1742. 4. Eximii laboris Opus , quo solo icones habentur omnium in corpore humano ligamentorum , & descriptiones ad naturam factæ.
- In D. LIEUTAUD *Essais Anatomiques* , quæ anno 1742. Parisiis prodierunt , Osteologiæ compendium minime malum habetur , ut viri , qui 1200. cadavera secuerit , cum administratione organi auditus , &c.
- CL. HUNAUUD in dissertatione de *anchylosi* edita 1742. describit ligamenta intervertebralia.
- CL. HENSING de *Apophysibus*. Gieff. 1742. 4. Docta Disputatio.

HEN-

tur adhuc fermo hic non est. Absolvi pensum illud de studio anatomie ad discendo de ossibus.

- HENSING disp. recusam dedi in *collect. mea* Tom. VI.
- D. FISCHER de modo quo ossa se accomodant partibus. Leid. 1743. 4. cum iconibus craniorum ex variis gentibus barbaris.
- NICOLAI ROSEN de *ossibus calvaria* P. I. Upsal. 1746. 4.
- AUGUSTI SCHAARSCHMIDT *Tabula Osteologica*. Berolin. 1746. 8. compendii loco inservire possunt , & muscutorum etiam insertiones indicatas habent.
- J. FRID. CRELL Disp. de *ossibus sesamoideis*. Helmst. 1747. 4.
- J. F. CRELL in *programmate* etiam anno 1742. edito peculiarem canalem pro carotide a processibus clinodeis factum & alias varietates describit.
- THOMAS SCHWENKE in *perpulchra hamatologia* Hagæ 1743. 8. edita , ligamenti tere-tis femoris novam descriptionem dedit.
- In *syllabo partium corporis humani* Petropoli ante paucos annos edito multæ peculiæ habentur & propriæ ossium imagines.
- EUNON in *Essai d'Odontechnie*. Paris. 1743. 8. & in *expériences & démonstrations*. Paris. 1746. 8. varia adtulit de modo quo dentes secundarii priores expellunt : quo radices consumuntur : quo eroduntur in ipsis alveolis suis : de dentium radicibus , crassitie partis vitreæ , septo alveolorum , &c.
- CL. LANGGUTH de *luxatione patella* , ligamentum a muscutorum tendine distinxit , quod exterior est.
- Cranium enormiter crassum descripsit CL. SCHAARSCHMIDT in nupero Tomo VI. *Berliner Nachrichten*.
- B. D. MAUCHART in *Diff. de articulatione capitis cum prima vertebra* , & in ea de *luxatione Nucha*. Tubingæ an. 1747. habitis , multa in iis ligamentis correxit & noviter invenit , & de motu capitis erudite disputavit.
- BERNHARDI JELGERSMA de *dentibus*, Leidæ 1747. 4.
- MATTHEI BAZZANI de *artificio ossium per radicem rubia colerandorum Comm. Bonon.* T. II. p. 124.
- HIERONIMI LUDOLF de *mirabili fabrica articulationis maxilla inferioris cum ossibus remporum*, Erfurt. 1749. 4. Pro nostra sententia.
- GOTTFRIED WILHELM MÜLLER *vier und zwanzig kupfer tafeln welche die knochen des ganzen menschlichen körpers vorstellen*, Francof. 1749. 4. Præter tabulas CASSERII etiam in s. habet feruum , ossis sphenoidæ , orbitalium , cavitatis narium , vomeris , ossis palati & aliorum.
- Multa CL. DAUBENTON habet ad sceleta , in primis morbosa in T. III. *descr. du Cab. du Roi*.
- CAROLI ERN. AUGUSTI IOSSAU de *optima ossium in sceleto artificiose jungendorum ratione*, Erfurt. 1749. 4. bona disp.
- Inter expectata opera sunt JOSEPHI EXUPERII BERTIN *Osteologia* , cujus primam partem , quæ capitis continebit ossa , eximia curiositate descriptam possideo . Plurima bona tristissimus morbus hujus Anatomici nobis invidet.
- C. JAC. TREWII splendida tabulæ Osteologicæ sculptæ totæ , dudum & avide expectantur. Inter meas icones , si mea licet citare , icon ossium narium non mala existat.

SE.

ORdo nunc exigit, ut futurus Medicus addiscat omnia, quæ spectant musculos, & hæc pars anatomicae scientiæ vocatur *Myologia*. Nempe græcis est *mus*, notaverunt etiam Latini hoc nomine animalculum quadrupes, & ab hoc nomine vocaverunt *musculos*, eas partes, quas alii anatomici vocarunt lacertos carneos.

Nomen hoc musculis dederunt, quia musculus cum tendinibus suis separatim non absurde formam muris exhibet, nam brevis tendo est, quasi caput, tum est pars carnosæ eminentis, quasi corpus representans, & cauda representatur per tendinem longiorem.

Ex hac nunc vocis origine dividerunt medici musculum, nempe dixerunt, est *mus*, hinc habet caput, hoc nomine intelligebant brevior tendinem, habet corpus, hoc nomine intelligebant partem carnosam eminentem, & habet caudam, seu tendinem longiorem.

Omnia consilia ad studium anatomicum dirigendum, quatenus musculos spectat, dividuntur in duas partes. I. In *Myologiam* seu *Myographiam*, hoc est descriptionem omnium eorum, quæ pertinent ad historiam musculorum. 2. I. *Myotomiam*, illa est descriptio accurata ordinis & modi, quo cadavera debent tractari, ut musculi non turbati possint reddi conspicui.

Prima pars myographiæ, hoc est, descriptionis omnium eorum, quæ pertinent ad musculos, docet musculorum materiem.

Illa materies est primo arteria, deinde nervus, tum lymphatica vasa, quæ sæpe voco arteriosa & venosa, porro tendines, & pinguedo cum suis vasibus tandem membranæ. Hæc considerantur ut materies constituens musculum. Arteria in musculis dividitur, uti alibi in corpore, in sanguiferas & lymphaticas, & forte etiam in spirituosas. Ut rem ita dicam, uti se habet, arteriæ plurimæ ad musculos feruntur, dividuntur in ramos, sunt tum ubique venæ, quibus occurrunt, & in quas abeunt. Sed alii rami arteriarum abeunt in lymphatica vasa arteriosa, & forte ad eorum fines sunt etiam tandem spirituosæ arteriæ; ut enim id suspicer, rationes plurimæ sunt, quæ me hoc credere instigant. Ubi nempe in cerebro sunt arteriæ ultimæ, quæ spiritus ferunt, si nunc ubique ad ultimum tubulum arteriosum oriatur canaliculus, qui tam tenuis est, ut unice liquidum ferat tam tenue ac spiritus

ritus est, et si hujus modi canalis nunquam detegatur, (nam sunt plures rationes, quæ instigant, ut hoc adferamus), tunc arteria ista erit vas spirituosum, & venæ erunt etiam spirituosæ, quæ arteriæ respondeant (a).

Nervi etiam ad musculos veniunt, & fibrillæ eorum junguntur cum aliis fibrillis, unde oritur structura musculi nervosa. Pinguedinosa vasa adfunt, quæ inter fibras carneas inseruntur, uti medulla inter lamellas osseas, & idem utrobique usus est, nempe, cum moveantur inter se mutuo fibræ, possunt atteri & ex parte exficari. Sed exprimitur pinguedo, dum motus exercetur, ut defendantur fibræ ab attritu, & motus facilitetur. Inter has fibras decurrunt membranæ, quæ fiunt ex vasculis minimis intertextis, & reliqua, quæ in musculo sunt, vocantur fibræ, quæ tantum sunt ultima vasa recta & minima.

De structura hac enarrata musculorum legendi sunt sequentes Auctores (b).

Y y

I. RI-

(a) Ita credo intelligendum esse *PRÆCEPTOREM*, & hic, & in *Institutionum Medicarum* n. CCCIII. ut arteriæ spirituosæ sint arteriæ minimæ. Nam veros spiritus motores in musculis parari, & experimento, & ipsi *BOERHAAVII* testatissimæ menti omnino advertatur. Confer CCCCI. CCCII. CCCIII.

(b) Fabrica musculorum veteribus omnino ignota fuit. Carnem enim pro parenchymate habuerunt, circumfuso fibris, quas ipsas efficeret nervus, ex principio musculi divisus, in fine iterum collectus in tendinem. Cæterum *GALENUS* in L. II. de motu musculorum dudum minime mala experimenta dederat, quibus & antagonismi naturam, & nervorum in movendis musculis efficaciam demonstravit. In fabrica omnino in aliena abiit. Liber etiam spurius exstat de moribus manifestis & obscuris.

GALENI lib. de motu musculorum exstat etiam a *JOH. CANAPE* versus Paris. 1541. 4. Eos libros citat *GALENUS* in Lib. de propriis scriptis.

JAC. FONTANI responsio ad disp. *SEPILLONII* de motu musculorum, Avenione 1603. 8.* *HIERONYMUS FABRICIUS* ab *AQUAPENDENTE* scripsit unum de motu locali animalium L. Patav. 1618. 4. quo hominis gressus, & femoris musculosa vis, & animalium, imprimis vero avium, modus quo corpora transferuntur, satis bene describitur. Sed altero imprimis Libro de musculi artificio, Vicetiæ 1614. 4. edito, multos veterum errores refutavit, & imprimis ostendit, fibras musculares non oriri a ligamento, uti *GALENO* visum, neque nervos unice in principium musculi se immittere, verum tendinem esse, qui ab osse oriatur, in fibras abeat laxatus, & in tendinem alterum iterum contrahatur.

J. D. HORSTII de natura motus animalis & voluntarii exercitatio singularis. Giesf. 1617. 4.* *FRANCISCI ANTONII CASERTÆ* de natura & symptomatibus motus animalis, Neapoli 1620. 4. vacuus omnino fructu Liber est.

RENATUS CARTESIUS in Libro de homine a *FLORENTIO SCHUYL* Leidæ an. 1662. 4. a *LUDOVICO* vero de la *FORGE* plenius anno 1677. 4. Amstelodami edito, habet theoriam motus muscularis cum gratuitis valvulosis ductibus communicantibus inter antagonistas musculos.

QUALTHERUS CHARLETON in history of nutrition life and animal motion. Lond. 1659. 4. & in exerc. phys. anat. de Oeconomia animali. Leidæ 1659. 12. etiam de motu musculari Libellum habet, cum aliquo matheos usu & observationibus teleologicis.

D. CROONE Libellum exiguum de ratione motus musculorum edidit, Londini 1664. 4. quem Belgæ cum editione *VVillisiani* de cerebro Libri an. 1664. recuderunt, tum an. 1667. 12. ut lego, etiam auctiorem, neque enim ipse vidi. Aliqua mathematica habet, ut augmentum virium natum ex majori tumore musculi, quam est moti ossis circa hypomochlion iter. Cæterum nihil invenit in fabrica musculi, & falsam attulit hypothesein motus nempe originem esse a stagnante & rarefacto in fibrarum intervallis nerveo cum sanguine liquido. Ejusdem viri lego an 1695. produisse an hypothesis of the structure of a muscle and the reason of its contraction, eundemque in *Phil. Collections* n. II. suas de musculis observationes retractasse & correxisse: sed ea legisse non contigit.

1. RICHARDUS LOWERUS (a) in Tractatu suo de corde. Primus enim fere ideam dedit claram, quam ratione omnis fibra carnosae abiret in unam fibram tendinosam & carnosam, & tendines suos partibus adpositis semper adfixos haberet, quod nemo ante eum æque exacte fecerat.

2. Videndus super hac re pariter GUILIELMUS COWPERUS (b), Anatomicus Britannus. Edidit Libellum in 8. Londini an. 1694. Anglico idiomate, in cuius præfatione de structura ultimorum musculorum plura egregia habet.

3. Huic addatur HENRICUS RIDLEIUS, pariter Britannus. Edidit

CROONE de ratione motus muscularis Belgicam editionem anno 1667. quam auctiorem esse legeram, nunc video, non auctiorem esse, nisi epistola & nomine CROONII. JOH. CONRADI STETTERI Oppenheimensis Censura argumentorum GALENI de motu musculorum. Francof. 1665. 8. Inutilis Auctor, qui animam ait non musculorum ope sed ab-que medio ossa movere.

In Phil. Transactionibus varia huc pertinentia habentur inprimis.

JACOB KEIL de viribus cordis n. 361.

De iisdem JURIN n. 358. 359.

In EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM JOHANNES CHRISTOPHORUS STURMIUS Borelliana theoremata experimentis, ad imitationem naturæ captis, confirmavit, quæ exstant in Decuria II. Ann. II. III. V.

N. STENONIS in Tr. de muscul. & gland. p. 14. carnem a fibris minime differre ostendit, fabricam etiam musculi in unum, tum cordis, linguæ, musculorum respiratoriis servientium describere est adgressus. Idem in Elementorum Myologiae Specimine, Florentiæ 1667. 4. & Amstelodami 1669. 8. edito, inprimis compositionem musculorum demonstravit, quæ nempe ratione fibræ carneæ in tendinem vel continuarentur, vel insererentur ad angulos obliquos, quos musculos dixit pennatos, vel in multos lacertos ordinatæ in unum tendinem consentirent. Theoriam etiam ad explicationem motus musculorum obtulit, qua in mutatione angulorum fibrarum omne arcanum intumescentiæ musculorum poni credit. Verum dudum demonstratum est, non posse obliquangula parallelogramma in quadrata abire aut rectangula, quin vera materies accedat, qua eæ aræ repleantur. Plurima pulchra ad anatomem comparatam eo Libro continentur. Cæterum utique in præparatione musculorum exercitatus, duo corda coctione præparata, ut fibrarum decursus appareret, F. RUYSCHIO dono dedit. Catal. Mus. varior. p. 181.

(a) RICHARDUS LOWER in L. de corde, Londini 1669. 8. edito, pennatos etiam & compositos musculos describit, absque theoria. Fabricam cordis, sed vulgo nunc emendatam, ibidem proposuit.

(b) GUILIELMUS COWPER in myologicis inprimis scalpellum & ingenium exercuit. Et primo in Myotomia reformatæ, quæ in 8. an. 1694. Lond. prodit, sed uberior est cum eodem nomine editio, quam ex posthumis schedis edidit vir ornatissime doctus RICHARDUS MEAD. Huic præfixit CL. HENRICUS PEMBERTON Introductionem ad motus muscularis rationem, qua plurima in BORELLIANIS calculis carpuntur, aliqui etiam casus considerantur, ab eo viro omitti, & causa hujus actionis in dubio relinquitur.

Idem denique COWPERUS in Anthropographia sua, jam citata fabricam musculorum, & actionem leviter tangit. & in illa quidem cellulosam telam lacertis interjectam sibi passus est imponere. Omitto propriam theoriam COWPERI, qui a pondere sanguinis musculum distendi credidit.

RICHARDI BOULTON Tr. of the reason of muscular motion, Londin. 1697. 12. Explicavit motum musculi a spiritu copiosius veniente ad glandulas quasdam fibræ vicinas, & cum fibræ communicantes, inde in fibras erumpente quas distendat, quia plus advenit, quam venæ revehant.

(a) H.

dit Libellum in 8. quem vocat anatomiam cerebri (a), in eo ibidem habet caput

Y y 2

(a) H. RIDLEY in cerebri anatome, quam alibi laudabimus, theoriam dat fabricæ motusque musculorum a BOERHAAVIANA non valde diversam.

ANTONI DEIDIER de motu musculorum Diff. defensa Monspeli an. 1699. Refutat vvilisiam theoriam.

JOHANNES BERNOULLIUS de musculorum motu an. 1694. Groningæ disputationem edidit, quæ sæpe recusa fuit, & a P. A. MICHELLOTTO cum commentario suo subjecta Operi de separatione humorum. Theoriam causæ motus muscularis temporibus tribuo, sed mensuram contractionis fibræ, mensuram elevationum a datis dilatationibus vesiculæ muscularis definitam gratis adgnosco. Sed idem MICHELLOTTUS in apologia pro BERNOULLIO, Venet. 1727. edita 4. cum rarioris morbi uteri historia & appendice apologiæ A. E. 1728. p. 518. demonstravit, BERNOULLIUM fibræ motricis inflatæ curvaturam recte demonstrasse, & PEMBERTONI (RICHARDUM vocat MEAD editorem) objectionibus continuo dictis respondit.

G. BAGLIVI nauca habet de carne Leonina, vi contractili fibræ, &c.

JOHANNES ASTRUC in Diff. de motu musculari, Monspel. 1710. 12. & in MANGETI Theatro, suas de motu musculari cogitationes proposuit, vim nimiam ventriculi a PIT-CARNIO receptam refutavit, circulaem fibræ negavit constringi, experimentum Stenonianum explicavit unice ex compressis arteriis medullæ spinalis: theoriam dedit motus muscularis, a spiritibus vesicularum infantibus, a quibus magnum sequatur virium compendium, & majus robur requiri posuit ad motum minorem, quam pro ea ratione sequeretur ad motum majorem requiri, sic compendium fieri jacturæ spirituum.

ANTONIUS van LEEUWENHOEK in omnibus operibus, & in Transactionibus Philosophicis innumeris locis n. 252. 293. 334. 336. 339. 367. 368., &c. fabricam musculorum descripsit, ex variis animalibus, a balæna ad pulicem, & lacertos ex fibris, has ex minoribus constare filis, cellulositatem interponi singulis lacertis docuit, aliaque.

JACOBUS KEIL in tentaminum anno 1708. 8. editorum eo, quo motum muscularem explicat, theoriam novam dedit causæ, quæ inflat agentem musculum, defumtam ab aere rumpente bullas sanguinis, & vesiculam muscularem inflante. Vesicularum catenam recipit, contractionem minorem esse tertia parte longitudinis demonstrat, quod experimento manifesto repugnat.

JOHANNES GOTTSCHED in Diff. de motu musculorum, Regiom. an. 1715. proposita, Mathesin ad explicandum eum motum adhibuit, & probabilem sententiam confirmavit, a sola nempe inflatione fibræ explicari posse.

D. BERTRAND in Trivulino Diario an. 1712. m. April. edito theoriam suam de motu musculari proposuit, contractionem nempe esse naturalem actionem musculi, relaxationem statum violentum, in quo spiritus & sanguis musculum subeant, antagonistam vero contrahi suo robore absque spiritibus relaxato adversari, & in contractione vesiculas super se replicari, &c. In multis PERRALTUM sequitur.

JOHANNES TABOR in exercitationibus Medicis, quas, Londini an. 1724. 8. edidit, motum muscularem de integro consideravit. Vesiculas refutavit, cylindricas fistulas recepit, Contractionem a malo experimento nimis parvam definivit. Motum cordis ejusque vim a resistentia valvularum Aortæ facile definienda æstimavit.

DANIEL BERNOULLI in Aëtorum Petropolitanorum Vol. I. theoriam motus muscularis dedit, cujus vim deducit a nervis annularibus cylindricam fibræ strangulantibus, ut in vesiculas mutetur. Contractionis magnitudinem ex subtili experimento denuo æstimavit.

AUGUSTINI BUDDÆI de musculorum actione & antagonismo. Leidæ 1721. 4.

B. ROBINSON in æconomia animali etiam musculi actionem breviter attigit, & ad vibrationes elastici atheris reduxit, tendinem parum sensilem esse, & irritatum parum mutari experimento confirmavit.

JOH. POLENUS in fasciculo Epistolarum mathematicarum, Patavii 1729. 4. editarum unam habet, qua demonstrat recte æstimasse JOHANNEM BERNOULLIUM, duplicem, aut multiplicem elevationem ope fibræ factam minorem quam duplicem, vel æque multiplicem inflationem musculi requirere.

B. BER-

caput de musculari motione, in quo plurima egregia supra eadem docet.

D. BERTIER in Actis Burdigalensibus, ubi de respiratione agit, spiritus animales negat, muscoli inflationem a sanguine explicat, retento in arteria a nervo contracta, &c.

M. ALBERTI theoria generalis partium solidarum corporis humani, Hall. 1730. 4.

BROWNE LANGRISCH in nerv. essay on muscular motion founded on experiments and Newtonian Philosophy, Londini 1733. 8. explicavit muscularem motum a spiritibus æthereis augmentibus vim contractilem elementorum fibræ carneæ, ut in se ipsa retracta reduplicentur, ab arterioso autem sanguine & ab antagonista musculo in priorem statum restituantur. Aortæ ligaturam musculos resolvere docuit, non ita peculiaris aliamque arteriam.

IDEM vir Clar. in Croonian lectures on muscular motion, quæ pro supplemento adjectæ sunt Transf. Philos. n. 1747. eandem hypothesin ornavit, & subjecit aliqua de corde experimenta.

A. OTT. GOELIKE de tendinis structura & usu, Francof. ad Viadr. 1734. Disp.

BERNARDUS SIEGFRIED ALBINUS in historia musculorum hominis fabricam simpliciter & vere descripsit, quatenus humana industria & vero experimento potest erui.

FRIDERICUS WINTER in celeberrima Leidensi Academia nunc Medicinæ Professor, in inaugurali specimen de motu musculorum, Leidæ 1736. edito, & in collectione nostra recuso vol. III. mensuram contractionis muscularis correxit, ampliolem fecit, theorias non firmas ab ejus explanatione removit, simplicissimam ipse dedit, quam & ego, sed ejus opusculo non viso proposui.

ALEXANDRI STUART Diff. de structura & motu musculari. Lond. 1738. 8. Pretium retulit ab Academia Burdigalensi. Habet aliqua a Boerhaavio: habet etiam experimenta in nervis, & in vivis animalibus capta, musculos convelli, irritata medulla spinali, nervum non esse elasticum. Sed vesiculæ musculares, vis elastica sanguinis, motus musculorum compositus ex dilatatione arteriosa sanguinea, & nervea, & ex systole elastica vesicularum ea omnia in sola theoria fundantur. Eiusdem Libri quasi compendium pro appendice vol. XI. Transact. Philosoph. recusum est.

ALEX. STUART, cujus dissertationem de structura & motu musculari recensuimus, jam anno 1711. 4. Leidæ de eadem materia disputaverat.

J. B. WINSLOW de motu musculari aliqua habet Mémoires de l'Acad. 1720. & in BORELLUM dixit in Comment. Acad. Scient. an. 1738. & contra pro BORELLO in D. PARENT BERNARDINI in Giorn. de Letter. L. XVIII.

GUILIELMI WIERI MUYSI investigationis fabricæ musculorum Diff. I. de carne musculosa. Leid. 1738. 4. Ampli Libri, cujus dudum & in Trivultianis Januar. 1715. & in Journal des Savans 1718. & in Phil. Transf. n. 358. anno 1713. edito exstant primitivæ, & cujus impressio anno jam 1717. ad p. 120. deducta est, sculptæque tabulæ (MUYSI præf.) pars prima sola prodit. Continet enormi labore factam compilationem omnium, & Heydianorum experimentorum epicrisin; tum vero proprias microscopii ope factas observationes, ex quibus octo constantes ordines fibrillarum describit, successive in fibram majorem sub certa proportione unitarum: deinde proponit fibras laminares non cylindricas cordis & ventriculi, & linguæ, & reticulatas fibras cordis, has quidem cum LEEUWENHOEKIO.

STEPHANUS HALESIIUS de vasis musculorum, de vi constrictoria ope microscopii observata, aliquas utiles observationes habet.

R. JONES de motus muscularis causa, Leidæ 1735. 4. *

R. JONES loco citato motum muscularem explicat retardato motu spirituum, qui vulgo tribuitur accelerationi, inde enim villum, aucta laterali pressione, distendi contendit &c.

F. C. QUEISEN de musculorum structura & usu, Hardervic. 1736. 3.

ABRAHAMUS KAAU in L. de perspiratione, Leidæ an. 1738. edito 8. etiam ad musculorum fabricam & cellulositatem aliquas utiles observationes adjecit, & refutavit imprimis imaginarias nerveas fibras, quas carneas fibras circumambire dixerunt plerique.

MICHAEL JOSEPH. MAJALTI & le MONNIER, Ergo musculorum momentum a longitudine & dispositione fibrarum, Paris. 1738. 4.

ANTONIUS CÆLESTINUS COCCHI in lectione de musculis & de motu musculorum, Romæ an. 1741. habita, & an. 1743. 4. edita, nihil valde lucis huic materiæ attulit.

A. HERINGA de motu musculorum, Leidæ 1741. 4. *

JACOBUS PARSONS an. 1745. 4. edidit, recusas cum Phil. Transact., Croonian lectures on

Hi nunc primarii (a) sunt, quibus lectis multam referemus utilitatem, ut intelligatur historia musculorum, quatenus partes constituentes musculos quaerimus.

Alte-muscular motion. Cellulosas fibras facit, quas inflet spiritus animalis aereus, & cellulas dilatat. Ligamentum teres uteri pro musculo habet.

JULIANUS HINGANT in Diss. an actio muscularis a solis spiritibus, Paris. an. 1745. defensa explicavit experimentum STENONIANUM, ejusque vim a spirituum systemate repetit. In nupero tomo Act. Petr. X. habetur CL. WEITBRECHT Dissert. de viribus musculorum compositis.

J. THEOPHILUS DESAGULIERS in cursu naturalis Philosophia in adnot. ad lect. IV. varia ad instabilem vesiculas, ad virium veram mensuram in corpore humano, ad universam musculorum actionem attulit.

J. TH. DESAGULIERS l. c. theoremata quidem fere ex BORELLO sumit, experimentis autem ad mensuram roboris humani inveniendam propriis usus est, quam multo majorem invenit, quam CL. de la HIRE.

CL. SEGNERUS Gottingensis Professor, in editione nupera Operis NIEUWENTYDIANI novum calculum dedit virium, quas in agendo musculus frustra infumit, & figuras BORELLI correxit.

In nova editione Oeconomiae D. QUESNAI habetur explicatio motus muscularis a fibris plenis cylindricis, quas nervi circumligati stringant, ut repleantur vel sanguine vel lymphâ, fere uti D. BERNOULLIUS.

In Monumentis Academia Parisina, huc pertinent, præter priora.

ABB. de MOLIERES explicatio motus muscularis an. 1724.

Sed etiam in Anciens Mémoires de l'Académie, exstat systema JOHANNIS MERY defumtum a transversis fibris, pro tendineis habitis.

(a) THOMAS WILLISIIUS de accensione sanguinis & motu musculari scripsit, Lond. 1670. 8. & Leid. 1671. 12. Theoriam adfert, qua motus muscularis per effervescentiam inter sanguinem & spiritus explicatur.

JOHANNES MAYOW ex primariis est Auctoribus, qui huc pertinent. Inter tractatus nempe suos Oxonii an. 1676. 8. & recusus an. 1681. Hagæ 8. de motu musculorum non solum parum utilem theoriam, sed etiam experimenta ex dissectis brutis animalibus adducit.

In FRANCISCI GLISSONII L. de ventriculo & intestinis, Lond. 1676. 4. & Amstelod. 1677. 12. multa huc pertinent. De motu musculari celebre experimentum instituit, quo constitit musculi molem in universum sumtam in motu musculi potius decrescere: quod equidem experimentum alii CL. GODDARD tribuunt, & citant Register of the Royal Society vol. IV. p. 95. (B. LANGRISH) Irritabilitatem fibrarum inter primos vidit.

JOHANNES SWAMMERDAM in posthumis illis natura biblis habet in ranis capta experimenta, quibus musculos detumescere in contractione confirmat, & STENONIANUM illud pro efficacia arteriarum in motu musculari propositum refutat.

JOH. ALPHONSUS BORELLUS in Libro primo de motu animalium, Romæ 1680. 4. edito, primus motum muscularem ad matheos regulas examinavit. Causam quidem theoretice dedit minus veram, sed considerationem hujus efficaciae ex natura vectis, homochilii, funis repetitam, hinc estimationem virium impensarum, earumque discrimen ab effectu, qui obtinetur, per plurimos casus instituit. Rhomborum seriem, & multiplicata strata recepit ex hypothesi. In descriptione gressus, volatus, actionis cordis, &c. & in universum in II. L. Romæ 1681. 4. edito minus accurate versatus est. In Belgio sæpe recusus est, cum tabulis, in prioribus editionibus valde vitiosis. Multæ enim editiones prodierunt, in Belgio an. 1685. & Neapoli an. 1734. 4. 2. vol.

PETRUS PERPAULT in Essais de Physique novam theoriam produxit, qua motum muscularem explicat ex contractione naturali musculi, sequente dilatationem, quam in antagonista musculo spirituum influxus faciat.

ANTONIUS HEYDE in Experimentis circa sanguinis missionem, fibras motrices, urticam marinam, &c. Amstelodami 1686. 8. excussis, fibras musculares ex fibrillis minoribus componi ex insectorum fabrica demonstrat.

Altera pars Myographiæ docet musculorum nexus ad bases suas firmas, & ad partes movendas.

Prima pars explicuit quid sit musculus, quod Anatomico primo loco est sciendum; hoc factò, debet nunc demonstrare nexus musculorum ad suas bases, ubi immobiles quasi adhærent, & alios nexus musculorum ad partes, quas movent. Nimirum nullus est musculus major, demto corde, quin ossi cuidam adfigatur (a), & partes habeat præterea firmas, versus quas trahit. Solum cor, cum dicatum sit liquoribus movendis, non firmis partibus, nullum habet os, versus quod trahat. Reliqui musculi omnes, unam partem firmam habent, alteram mobilem, libere suspensam (b); iidemque, dum movent partem, semper partem mobiliorem versus alteram, firmam, quam basin vocamus, movent. Uterque finis, ubi musculi inferuntur, puncta vocantur, quamvis puncta non sint, fixum, alterum, alterum mobile. Itaque etiam Anatomicus debet hæc duo in musculis considerare.

Illæ partes musculorum, quæ junguntur ossibus, vocantur *Aponeuroses* (c); voce antiqua græca, veteres enim vocarunt tendinem *νῆρον*, scilicet nervum, quia GALENUS & alii putarunt tendinem nervum esse. Sed STENO demonstravit, tendinem non nervum esse (d), sed aggregationem tantum & compactionem fibrarum ipsius musculi. *Aponeurosis* musculi est ergo pars tendinosa, quæ basi nerveæ quasi, & puncto mobili musculi locis oppositis adfigit, & aponeurosis proprie notat *enervationem* seu exitum nervi; nam, uti modo dixi, putabant veteres illos tendines esse nervos. Nulla nunc pars accuratiori studio addiscenda est, quam hæc, nam scire locum, ubi inferuntur tendines, est habere animum instructum in Chirurgicis, & in Physiologicis, pro medicina faciendâ.

Scripterunt etiam de hac re multi Auctores anatomici. (e)

RAIMUNDUS VIEUSSENS in *Neurographia*, & theoriam motus muscularis, & aliqua experimenta eo facientia profert.

Sic LAURENTIUS BELLINI celebre de nervorum influxu experimentum, quod alibi laudabitur, hic etiam citari meretur.

IDEM LAURENTIUS BELLINUS breves Theses de motu musculorum proposuit, neque valde utiles, neque vera hypothese fultas.

EJUSDEM de motu musculorum sermo existat inter posthuma, Venet. an. 1742. edita.

CL. VARIGNON *Projet d'une nouvelle mécanique avec un examen de l'opinion de BORELLI sur les propriétés des poids suspendus par des cordes* prodit Paris. 1687. 4. quo imprimis duplicationem virium purarum musculorum refutat, &c.

Sic D. PARENT in *Recherches de Physique & de Mathématique*, T. II. contra aliquas propositiones BORELLI dubia movit.

Contra PARENTIUM, quem dubia movisse contra BORELLUM in *recherches* &c. diximus, CL. ZENDRINI pro BORELLO scripsit in *Giorn. de' letterati* Tom. XVIII.

J. B. LAMZWEERDE in *respirationis Swammerdamiana Expiratione* arteriarum ramos contractos a nervis musculum in tumorem attollere, &c. fuscè docet.

(a) Huc imprimis WINSLOWI faciunt dissertationes insertæ Commentariis Academicis, & ipsum magnum opus.

(b) Videatur ultima Nota præcedens (a).

(c) Solent nostris temporibus per aponeuroses intelligere latas tendineas membranas, in quas musculus aut tendo expanditur. Quæ vero teretes, firmæ, angustæque partes ossibus adhærent, eas tendines vocant.

(d) Ut supra Not. (b) pag. 353.

(e) Diximus scriptores fabricæ subtilis musculorum. Sequuntur ii, qui myologiam vulgarem, sive

I. VESALIUS (a), quo post GALENUM nullus melior, imo huc usque nullæ tabulæ editæ sunt, quæ magis naturam expriment ratione Myologiae & Osteologiae. *Secundus* ejus *Liber* dicatur musculis, quos egregie pertractat & demonstrat; verum habet unum & alterum errorem, ad quem attendendum est, uti est ille error de musculo recto abdominali (b) non condonandus certe viro, quæ ille error de musculo recto abdominali (b) non condonandus certe viro, quæ ubique insurgeret contra GALENUM, quod, ubi hominem describit, simia utique sit usus. Verum ipse bonus VESALIUS hunc musculum rectum depingens, describit, ac si recta usque ad clavículas seu supremam sterni partem transi-

sive musculorum majorum figuram, situm, directionem, officia, partes, descriptas dederunt, & quorum numerus multo major est. Lubenter vero omittimus eos, qui universum ambiguum anatomes complexi, musculos etiam, sed ita recensuerunt, ut non musculum propriæ observationis adjecerint.

Ante VESALIUM vero dicere oportet, GALENUM, qui antiquissimus est myologorum, amissis LYCI, & PELOPIS operibus, in musculorum cognitione excelluisse, & adjecisse varia prioribus, v. gr. latissimum colli musculum & rectum anteriorem lateralem, interosseos, lumbricales (de prop. lib.) &c. Legitimum de ea re Librum edidit de musculorum dissectione, ubi ex simiis, & brutis animalibus multa præter rem recepit, recti musculi abdominis ortum a summo thorace, levatoris scapulæ ab occipite, &c. Multa etiam sparsa existant in ejus L. de usu partium, de administrationibus anatomicis, de vocis instrumentis, alibi que.

Addi debet ORIBASIUS, qui Galenicis musculorum descriptiones in concinnum ordinem disposuit, vel ideo utilis, quod omittis tricus litibusque, anatomica pura suppeditat. Commoda editio est anatomicorum ORIBASII, quam GUILIELMUS DUNDASS emendatam, & collatam cum GALENI locis locupletiore, Leidæ edidit 1735. 4.

In P. de ABANO conciliatoris antiquis editionibus reperiuntur etiam figuræ musculorum abdominis ad differentiam 199.

JACOBUM BERENARIUM CARPENSEM ideo nomino, quia primus icones aliquas, etiam valde incommodas, musculorum in utroque opere *Isagoges* & *commentariorum* dedit, ut alias, non valde meliores, STEPHANUS RIVERIUS, quæ cum CAROLO STEPHANO existant. RIVERII enim esse, & lite apud Judicem mota ipsi vindicatas, cum descriptio relinquere STEPHANO, discimus & ex præfatione, &c. *Mémoires pour les D. Røgg. de la Faculté de Paris*, edito an. 1744. p. 105.

Musculos cæterum ex GALENO fere descripsit, icones & in systemate dedit, & seorsim separatorum de ossibus musculorum, rudis præcursor COWPERI & ALBINI. Pollicis etiam flexorem caput alterum habere ab ossis humeri condylo, extensoris pollicis pedis duos tendines esse, quorum alter in tarsum inferatur, & alia dudum vidit.

(a) ANDREAS VESALIUS in II. Libro tabulas dedit musculorum XVIII. inter quas vividum vitæ robur expriment I. II. III. & IX. quas adeo pro exemplaribus receperunt Pictores, & infinitis in Picturis imitati sunt. Interiores quæque, & quæ strata profunda representant, eæ minus accuratæ sunt, ut ad naturam factæ obiectis ossibus, neque finibus satis circumscriptis. In minoribus musculis oculi, partium genitalium, laryngis, & in universum in minutis minus fuit, ut in tavilla ætate, felix Anatomicus. Descriptiones egregiæ sunt, & longe accuratiores, quam vulgo post eum sunt factæ, & omnem circumscriptiorem situmque sollicitè expriment. Aliqua etiam ad motum musculorum experimenta existant in fine L. VII. Cæterum alias icones etiam musculorum dedit in *Epitome*, inverso stratorum ordine, & ex prioribus varie compositas.

De musculorum antiquissimorum temporum nominibus vide RUFFUM in *app.* I. pag. 35. 40.

(b) Lapsus memoriæ hic fuit. Nam pinxit quidem VESALIUS hanc recti musculi partem T. V. Sed in animalibus aliis reperiri, in homine vero nullum esse diserte monuit p. 336. edit. 1555. & etiam in icone finem verum insertionis quæ in homine est, definitivè apposita littera r. Sed in oculo utique erravit, cui musculum bulbosum, tribuit, ex bove descriptum, & etiam a FALLOPIO monitus noluit errorem deserere.

in brutis quidem verum est, non in hominibus. Porro VESALIUS describit musculus collum flectentem, & elevantem costas, qui quidem in brutis iterum reperitur, ubi claviculæ non adsunt, sed non in homine, in quo claviculæ adsunt, quæ costas elevat ope cujusdam musculi. His erroribus condonatis, Auctor ille optimus est in anatomicis, sed tamen non utilis tironibus, quia secundum eum memoria retinere non possunt musculos partibus singulis dicatos. Neque enim nomina musculis imposuit aut ex functione, aut ex partibus, quibus inferuntur, sed tantum ex ordine, quo sese exhibent secanti Anatomico. Ita VESALIO deltoides est primus musculus brachium elevans, & sic porro nomina a solo ordine petita sunt. Ita damnum intulit suo lectori, & inutile fere reddidit tantum Opus.

2. Habetur itaque, ut hoc damnum resarciatur, GABRIEL FALLOPIUS (a), qui accuratæ descriptionis nitore, non modo VESALIUM est adsecutus, sed fere prævit. Non vidi alium Auctorem, qui mentem suam clariore & distinctiore sermone proponeret. Idemque plurima invenit. Ejus Opera edita sunt tribus voluminibus, vel uno volumine, in folio an. 1584. Venetiis. Sed rara hæc est editio. Mox iterum edita sunt an. 1596. (b) itidem Venetiis, quæ editio perinde rara est. Tertia prodiit Francofurti apud heredes *Vvebellii* anno 1600. cum appendice adjecta, & hæc editio est commendatissima, quod plenissima sit. In eo Libro, qui naturam volunt addiscere musculorum, desidero

J. B. CANNANI citatam musculorum H. C. picturam dissectionem in *Biblioteca Dyakensi* exstare ab *ILL. MORGAGNO* disco, foliis sex constantem, tabulis æneis 27. in quarum singula singula etiam figura est; omnes vero ad musculos artus superioris pertinent, & ad latus tabellæ cuique sua explicatio additur. Non valde perfectæ sunt *MORGAGNO* judice in *litteris*.

(a) Ante *FALLOPIUM*, ut senior, dicendus est *EUSTACHIUS*, cujus tabulæ perpetua censura sunt *VESALIANARUM*, numerosæ utique & secundum strata dispositæ. Multo certe *VESALIO* curiosiorem fuisse, & in minutis rerum subtilibusque musculis extricandis veriorum, facile apparet, cum præter *VESALLANOS* musculos, habeat numerosissimos alios propriæ descriptionis in facie, uvula, larynge, manu, dorso, auricula, partibus genitalibus, osse hyoide, oculo, maxilla inferiori, &c. in quibus partibus plerisque etiam recentiorum Anatomicorum industriam prævenit. Sed id inprimis nobile habuit institutum, ut plerosque musculos cum ipsis suis ex ossium definita sede prodeuntibus originibus expresserit, quam industriam nemo ab ejus ævo ad *ALBINUM* est imitatus. Videtur autem omnino non ad naturam, sed ad præfixam sceleti iconem musculos transfuisse, atque adeo artificiose ex cadavere & ex icone suam figuram composuisse. Legendus est autem *B. EUSTACHIUS* cum *ALBINI* commentario, qui *Leidæ* prodiit an. 1744. fol.

FALLOPIUM quod attinet, ejus utique *observationes* plurimos in *VESALIO* errores emendant. Breviter, simpliciter, vere correxit musculos oculi, faucium, ossis hyoidis, colli, capitis, abdominis, & in universum cum *EUSTACHIO* consentit, & cum natura uterque. Ergo occipiti-frontalem, auriculæ musculos, palpebræ levatorem, pterygoideum externum, geniohyoideum, stylohyoidei insertionem in laryngem, circumflexum palati, levatorem ejus, rectum capitis anteriorem lateralem, trachelomastoideum, pyramidalem, aliosque primus descripsit.

(b) Editio optima *observationum* est Veneta 1561. 8. Opera autem omnia utique Venetiis an. 1584. & 1606. tribus in fol. voluminibus, Francofurti vero 1600. edita sunt, qua collectione plurima, ex ore magni viri excepta, satis deformia continentur, quo etiam *anatomicas institutiones*, & *de ossibus commentarios* refero. *Observationes* vero in methodicum ordinem redactæ, *Helmstadii* an. 1588. 8. recusæ sunt, & nuperæ editioni *Vesalianorum* operum adjectæ.

REAL-

rio suo satisfaciunt, & hoc habet boni, quod corrigat VESALIUM, & quæ nova invenerit, addat. *Observationes* inprimis in VESALIUM utilissimæ sunt, nam ibi, quidquid VESALIO deest, supplet, & ubi errat, corrigit. Sed neque FALLOPIUS facit, ut memoria retineantur musculi, licet utique, si habeamus cadaver, & in cadavere investigemus, omnia, quæ describit, inveniemus. In memoria vero eos musculos, quos describit, retinere difficillimum experimur, nam ipse FALLOPIUS similia musculis nomina tribuit, a numeris desumpta.

3. Hinc haberi simul debet JOHANNES RIOLANUS, filius, quo Medicus carere non potest. Opus est in folio editum Parisiis anno 1650. In hoc Libro *Anthropographiam* (a) habemus, in qua adquiescamus. RIOLANUS secuerat supra centum & quinquaginta cadavera, antequam hoc opus conscriberet; adverterat, non posse tot musculorum nomina retineri; vidit defecisse VESALIUM in eo, quod a serie numerorum musculis imposuerit nomina, in quo instituto nihil erat, memoriam quod firmat. Ut huic difficultati mederetur RIOLANUS, optima musculis nomina imposuit; hinc figuras VESALII, ejusque textum, & ex parte aliqua FALLOPII egregium textum consulere debemus, qui sua plurima addidit; apud RIOLANUM vero accuratissime excogitata, & vel a functione deducta, vel a basi firma, & parte movenda ficta nomina inveniemus. Ita styloglossum dixit musculus, qui adfigitur basi firmæ processus styliformis, & parti mobili laterum linguæ; nomen ergo finxit RIOLANUS ab hoc stilo, & a lingua, quæ Græce dicitur *γλῶσσα*: hoc nomine recepto, nemo facile hujus musculi obliviscetur unquam: Eadem ratione nominatur basioglossus, seu qui oriretur ad basin ossis hyoidis, & punctum mobile ad medium fere Linguæ haberet. Qui nunc ex osteologia novit, hæc puncta musculi, firmum & mobile, hoc est, qui ossa nota habet, idem percipiet claram rationem, cur hujusmodi nomina imposita fuerint; hæcque facile memoriæ suæ implantabit. Ita coracohyoidei musculi facile retinentur memoria, si tantum noverimus scapulam habere processum quemdam, quasi rostrum, quod Græce dicitur *κόραξ*, & sic cognoscamus os hyoides (b). Iste enim musculus coracohyoideus adfigitur puncto

Z z

fixo

REALDUM COLUMBUM ut antecessorem in officio *FALLOPII* addo, qui multa in *VESALIO* emendando est molitus. Occipiti frontalem etiam descripsit, sed longe infra priorum industriam substitit, passim ne graviorum quidem errorum contumeliam effugit.

LEONHARDUS FUCHSIUS in *L. de Musculis*, qui cum eo *de Ossibus* prodiit, unice *VESALIO* usus est.

(a) In *Enchiridio* utique & in *Anthropographia* L. V. musculis sibi notis nomina imposuit, quorum pleraque hactenus conservata fuerunt ab Anatomicis: adeo ab ea, quam sibi sumebat, perfectione remotus, ut ne *FALLOPIO* quidem & *GALENO* notos musculos omnes retinuerit, neque enim v. gr. rectos laterales, aut minores anticos habet, & scalenum unum facit, quem in tres diviserat *FALLOPII* industria. Utile cæterum institutum fuit, quo nomina imposuit, cum ante ea tempora a solis numeris arbitrariis, & nihil significantibus, sumerentur nomina, iisque numeri a diversis Auctoribus alii & alii adhiberentur.

(b) Aliqui musculi antiquissimis jam temporibus nomina habuerunt, deltoides, psoas, meseter, temporalis, &c. Aliqua, & inprimis in artu inferiori addidit utique *JACOBUS SYLVIUS* in *Iscogones An. L. II.* nempe carnem quadratam, originem recti tibiæ, quadrati femoris. Similia etiam musculos

cum

fixo illi rostro scapulæ, & puncto mobili ossis hyoidis; hinc musculus coracohyoideus est ille musculus, qui trahit os hyoides versus processum scapulæ. Hoc maximum commodum debemus magnifico illi viro, quod nomina musculorum tam egregia invenerit.

Non ignoro JACOBUM SYLVIVM (a), Anatomicum Parisinum, in *Isagoge sua*,

cum humanis comparavit. Alia nomina musculorum pharyngis, linguæ post J. SYLVIVM addidit MICHAEL MARESCOTUS, discipulus SYLVII, CASPARI vero BAUHINI Præceptor, qui Chirurgos Parisiis instruxit, & Anatomem docuit RIOLAN Schol. anat. præf. *Anthropogr.* p. 63. in SPIGEL. p. 742.

(a) Auctores vero eo seculo varii suos labores contulerunt ad illustrandam musculorum historiam. VIDUS VIDIVS Fallopiæ, ut solet, observationes iconibus illustravit. Earum aliqua ex VESALLIANIS sunt, pleræque novæ, sed hæc inprimis, paucis exceptis, rudes. Elevatorem palpebræ primus depinxit, & alios.

J. BAPTISTÆ CARCANI TEONIS *Anatomes* L. II. Ticin. 1574. 8. In secundo Libro musculos palpebrarum oculi describit. VESALIUM corrigit, aliqua etiam in Præceptore FALLOPIO emendat.

J. BAPTISTÆ CANNANI *Musculorum humani corporis picturata dissectio*, Ferrariæ anno 1572. 4. edita, in qua dicuntur muscoli artus superioris eleganter esse expressi, nunquam a me visa est. (DOUGLAS).

VOLCHERI COITER corrugator notus est, quem in observationibus descripsit.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS in *observationibus anatomicis*, Ven. 1595. 4. editis varia ad myologiam adjecit. Coraco-brachialem pro novo musculo descripsit, & obcuratorem externum, & indicatorem, & levatorem palpebrarum sibi tribuit. Genioglossi verum officium definivit, & constrictorem vaginæ (si EUSTACHIUM exceperis), glutæi magni insertionem in fasciam latam, hujus in tibiam invenit, & alia innovavit.

FELIX PLATER in tabulis anatomicis in plerisque VESALIUM, in nonnullis FALLOPIUM sequitur. Iconem peculiarem dedit levatoris palpebræ, cum VIDIVANA (ut in posthumo opere) lateret.

ARCHANGELIUS PICCOLHOMINEUS in *praestitionibus anatomicis* icones aliquas dedit musculorum abdominalium, eorumque utilitatem in convertendo corpore docuit.

JOH. POSTHIUS in *observationibus anatomicis*, quas addidit Francofurtensi editioni operum COLUMBI anni 1593. 8. aliquos musculos aut novos, aut raros descripsit, in naso, pene, quadratum femoris, originem bi-entris a processu mammillari, quæ tribuebatur styloideo, &c.

JULII CASSERII *de vocis & auditus organis historia anatomica*. Ferrar. 1600. fol. Plurimos musculos in utroque opere pinxit, colli musculos, & faciei, & laryngis, horum quidem aliquos male, eos vero ex variis animalibus & homine. In isto externos auriculæ musculos, & internos, interque eos eum, quem sibi tribuit, exteriorem mallei, & stapideum.

IDEM in *Pentasthesio*, præter tabulas laryngis & aurium priores, musculos etiam linguæ, ossis hyoidis, nasi, manus aliquos & pedis expressit splendidis utique & ad naturam factis, neque quidquam a VESALIO habentibus iconibus, sed sæpe ex situ remotis, & paulum obscurioribus. Descriptiones nullius momenti sunt.

Denique *tabula Casseriana*, quæ SPIGELIANO operi adjecta est, posthumæ, totam Myologiam de integro recensitam continent, inque ea multas icones, quæ primum hic apparent, ut musculorum dorfi, & longe meliores sunt antiquioribus. Sed etiam aliqui muscoli hic primum depicti estant, ut levatores costarum, interspinales colli breves, transversalis pedis. Cæterum in universum icones in situ sæpe incommodo, & ultra necessitatem multiplices, & denique ossa non satis mundata, ut circumscriptiones musculorum nitide appareant, quod certe caput rei est.

PHILIPPI MULLER *de usu musculorum Epistola* prodiit cum GREGORII HORSTII observationibus medici.

HENNINGI ARNISÆI tabulas anatomicas viva magnitudine expressas cum vivis coloribus

sua, jam aliqua nomina exposuisse, sed maxima parte deficiebant: verum omnia supplevit RIOLANUS. Ergo ex VESALIO petere debemus figuras; ex eo & ex

Zz 2

FAL-

ribus vidi Helmstadiæ, diminuto numero, de quibus CL. SCHMIDT in *Diff. de Germanorum in anatomem meritis* egit & A. O. GOELIKE in *anat. hist.* p. 145. sed iste eas parvi facit, musculos inprimis depinxit, sed antiquo more, non satis definitis limitibus.

C. GILLEMEAU *ostomyologia* cujus altera pars est de musculis; Edit. est, Parisiis 1610. 8.

HIERONYMUS FABRICIUS ab AQUAPENDENTE ad myologiam crassiorem pauca contulit. Musculum externum mallei CASSERIANUM sibi etiam tribuit. In L. de *respiratione* egit de diaphragmate & musculis intercostalibus. In Tr. de *motu locali animalium* musculos femoris aliquos descripsit, & varietates, ut duplicem popliteum. Ejus icones myologicas ineditas possidebat THOMAS BARTHOLINUS *Cent. III. Epist. XCII.* & inæstimabiles vocat LINDEN *Med. physiol.* p. 286.

NICOLAUS HARBOT in *septimana anatomica* varia bona huc contulit. Coracohyoidei verum ortum constituit. Levatorem ani intra pelvim jussit præparari, quæ utilissima est parandi visio. Stylopharyngæi in cartilagineum scutiformem insertionem vidit, & levatorem scapulæ duplicem, & verum ordinem interosseorum.

C. BAUHINUS, SPIGELIUS, J. VESLINGIUS, nihil valde proprii habent.

PHIL. QUARRE' *Myographia poetica*, Paris. 1638. 4. (B. REG. HANOV.)

CÆCILIUS FOLIUS in *delineatione auris internæ*, Venetiis an. 1647. 4. impressa musculum & processum suum expressit.

DOMINICUS PANAROLUS in *Iatrologiis*, observationes de psoa parvo, de musculis nonnullis frequenter deficientibus attulit.

JOHANNES RIOLANUS, præter ea, quæ laudavimus, merita, e propria dissectione parum profecit. Pectinalem musculum sibi tribuit. Ligamentum a processu styloformi ad maxillam inferiorem euns observavit. Lumbricalium, interosseorum, & extensoris longi conjunctionem vidit.

DOMINICUS de MARCHETTIS in *compendio anatomico*, Patavii 1645. 4. edito, ad RIOLANI historias musculorum animadvertit.

WERNERUS ROLFINKIUS fere RIOLANUM exscripsit. T. vero BARTHOLINUS in *anatomie sua* VESALIO multum utitur & aliis, Psoam parvum sibi tribuit.

JOH. ANT. VONDER LINDEN rariorum nomine in physiologia reformata trachelo-mastoideos descripsit.

J. van HORNE perpulchra tabulæ musculorum laudantur in Epistolis Bartholini (*Centur. III. Epist. XCI.*) Ex ad Boerhaavium pertinuerunt, multum nobis commendatæ ad edendum a Comite THOMASIO.

NICOLAUS STENONIS filius in observationibus *de musculis & glandulis*, musculos dorfi ad novas leges revocavit, levatores costarum descripsit.

JOHANNES RHODIUS in *Manriffa* quæ cum T. BARTHOLINI historiis prodiit, observationes aliquas myologicas adpersit.

P. PETIT *de motu animalium spontaneo* L. I. in quo nova motus musculorum ratio investigatur. Paris. 1660. 8. *. Contra CARTESIUM pro ARISTOTELE dixit.

In MICHAELIS IYSERI *cultro* præter Myotomen, cui inprimis destinatur is labor, aliquas etiam Myologicas observationes reperi, v. gr. de Psoa parvo.

In Philosophicis Transactionibus, huc pertinent.

JURIN de cordis viribus n. 358. 359. jam laudatæ *Diff.*

KEIL de viribus cordis n. 361.

LEEUWENHOEK de fabrica septi transversi n. 379. 380.

AL. STUART de fabrica cordis n. 460.

In THOMÆ BARTHOLINI *Actis Hafniensibus* inprimis Aquilæ Myologia STENONIANA habetur.

Sic varia huc pertinentia, maxime ad oculi musculos, reperiuntur in *Dissertions des animaux*, Parisiis editis, & aliqua propria etiam in ELASII animalium anatomie.

J. THEO.

FALLOPIO descriptionem musculorum, & ex RIOLANO eorum nomina, & hi tres Auctores haberi debent conjunctim. Si enim unum demamus, non ad-

J. THEODORUS SCHENK de diaphragmatis natura & morbis, Jen. 1671. Disp.

C. BARTHOLINI de diaphragmate Liber, Parisiis an. 1676. 8. editus, continet imprimis de-
 cussationem appendicum septi, quæ sub Oesophago est, cum mediocri cæterum nobilis hujus
 musculi historia, & ex brutis desumpta, variisque aliis ad chyli & sanguinis motum, artem
 injiciendi, &c. pertinentibus dissertationibus. CAROLUS DREINCOURTIUS apud MANGE-
 TUM in Bibliotheca plagii acculavit BARTHOLINUM, cujus hoc juvenile opus est.

FRANCISCUS GLISSON in L. de ventriculo & intestinis ad musculos abdominis aliqua
 habet.

WILLIAM MOLLINS Chirurgus, Lond. 1670. 8. * & 1676. 12. edidit *Myotomia or the
 anatomical administration of all the muscles in an human body*. Catalogus est cum brevi
 descriptione musculorum omnium, & aliquorum etiam administrationibus. Duos in pal-
 pebra semicirculares distinguit. Ligamentum forte a spina Ilium ad os pubis euns manife-
 ste describit. Flexores pollicis plurimos habet.

LEONHARDUS TASSIN in *administrations anatomiques*, Parisi. 1678. 12. 1723. 12. observa-
 tiones etiam adspersit, tricipitem extensorem Cubiti constituit, decem numeravit interos-
 seos, ex bicornis fecit feminervosum indicis & radiaum externum. Procerum etiam ha-
 bet musculum vaginæ constrictorem, & alios.

In P. PERRAULT *Essays de Physique* varia huc pertinent, ad musculos oculi aliosque.

JOHANNES MAYOW variorum musculorum utilitatem, & verum intercostalium & re-
 spirationis mechanismum docuit; quam ab eo plerique receperunt, in L. de *respiratione*,
 Oxon. 1668. 8.

JOHANNES BROWNE in *Myographia*, quæ Londini 1681. fol. Anglice, & an. 1697. fol.
 & Latine ibid. 1684. prodit, & Amstelodami an. 1694. a CHRISTIANO vero MAXIMI-
 LLANO SPENER Germanice versa, Berolini an. 1704. fol. & Lipsiæ an. 1715. icones ex CAS-
 SERIO, neque interruptas repetiit, paucissimis additis ex CROONIO ad uvulæ duos mu-
 sculos, quos propria icone expressit.

J. BROWNE *Myographia* præter omnem rem a KAESTNERO laudatur in *Bibliothec. Med.*
 pag. 417.

JOSEPHUS DUVERNEY musculos organi auditus & imprimis stapideum melius depin-
 xit. Idem de musculis palpebræ internæ singularem opinionem prodidit. *Anciens Mém. de
 l'Acad.* Vol. X.

AMATUS BOURDON grandes, sed fatis vacuas, musculorum tabulas dedit, Parisiis
 1683. fol.

GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER musculum CASSERII contra DUVÈR-
 NEXUM restituere conatus est.

ISBRANDUS DE DIEMERBROEK in *anatomie corporis humani*, Ultrajecti 1685. fol. recu-
 sa, cervicalem descendentem descripsit, multum usus VESALIO, cum aliqua tamen sua
 observatione.

GODFREDI BIDLOO *anatomie corporis humani*, Amstelodami 1685. fol. grand. edita, ha-
 bet etiam artificiosas, neque tamen utilissimas, musculorum figuras. Meliores aliquæ sunt
 quæ ad penem animumque pertinent. Trachelomastoideum habet.

In MERY tractatu de aure, qui cum LAMYI *explication de l'ame sensitive*, Parisi. 1687.
 12. prodit, musculi auris internæ pro uno musculo describuntur.

In Anatomie, quæ Romæ an. 1691. fol. a BERNARDINO GENGA & J. MARIA LANCISIO
 edita est, musculi etiam nitide, & pro sculptoribus, expressi habentur. Idem D. GENGA
myographiam dedit in sua *Anatomia chirurgica*, sive *Istoria anatomica dell'ossa e muscoli del
 corpo umano*, Rom. 1687. 8. Rariores ibi aliquas observationes admisit.

FRANCISCUS BAYLE in *Diff. sur quelques questions de Physique & de Médecine*, Totosæ
 1688. 12. edita, antiquam de actione musculorum intercostalium internorum opinionem re-
 novavit, isque depressionem costarum tribuit, mathematica nonnulla demonstratione usus.

LAURENTIUS BELLINUS in *pref. ad lectorem* cum Tr. de *urinis & pulsibus* edita, re-
 spirationem, quæ a thoracis motu pendet, descripsit.

J. PHILIPPI

discemus accurate historiam musculorum; nam addiscere non tantum voco de-
 scriptionem videre musculorum, sed eos ita intelligere, ut memoria retineri queant.

4. Sed non alius melius nomina musculorum designat, ut facilius memoria reti-
 neri

J. PHILIPPI VERHEYEN non quidem in *anatomie corporis humani*, Lovanii an. 1693. 4. sed
 in editionibus posterioribus 1710. varia ad musculorum historiam attulit, sternocostalium
 descriptionem, & depressorum costarum, quos jam EUSTACHIUS habet, & levatorum.

GUILIELMUS COWPER ab integro adgressus est musculorum descriptionem. In *myotomia
 reformata* prima editione, Londini 1694. 8. brevem musculorum historiam, cum admini-
 stratione dedit. In ea multa fidelius ad naturam reparata sunt. Recti laterales antici mi-
 nores, levatores labii inferioris proprii, interspinales colli, inventi vel restituti; aponeu-
 rosis bicipitis altera addita, aliqua emendata in musculis faciei. Idem in *Anthropographia
 appendice* easdem icones cum aliis grandioribus systematis musculorum figuris proposuit.
 In *Myotomia vero reformata* editione in fol. Lond. 1724. sexaginta & octo tabulas musculo-
 rum ad naturam, & quidem plerumque ad proprios labores factas dedit, qui & in Syn-
 taxi variis faciebus, & dissoluti musculi depinguntur, pleraque quidem meliora priori-
 bus, sed caveant contendere ALBINI iconibus: defectus enim justorum limitum, ossium-
 que indefinitæ circumscriptioes valde nocent operi. Sermo ipse parum mutatus est.

In EMANUELIS KOENIG *regno animali* existat myologia Chirurgi Galli nomine LE
 SCOT, quæ tamen parvi momenti est, & fere ex RIOLANO.

EDMUNDUS TYSON in pygmæi sive simiæ anthropomorphæ anatomie, analogiam com-
 paratam accuratissimam habet.

VERDUC in *suite de la nouvelle Ostéologie*, Parisi. 1698. 8. edita, habet un *Traité de myolo-
 gie raisonnée*, quod non vidi.

Syllabus musculorum corporis humani, Londini 1698. 4. *

In Commentariis Academiae Regiæ Scientiarum Gallicæ varia huc facientia existant.

POUPART de ligamento quod sibi tribuit 1705. De Lingua pici MERY *Mém. de l'An.* 1709.

PETIT de oris functionibus, & modis deglutendi liquida 1716.

WINSLOW de motu scapularum 1719. 1723. 1726. de musculis capitis collique 1730.

IDEM de incurvatione colli a mastoideo altero debilitato 1735.

IDEM de musculis humeri, interosseis 1720. 1722.

IDEM de pronatione & supinatione 1729. de musculo digastrico 1742.

De musculis aliqua DUPUY an. 1726.

SENAC de organo respirationis 1724.

MALOET de suctione 1727.

HUNAUUD de musculo sublimi, de vaginis flexorum, de lumbricalibus 1729.

IDEM de quibusdam simiæ musculis 1735.

De musculo in radio peculiari 1736.

COURCELLES de peculiari musculo 1743.

FERREIN de musculo biventre, ejusque usu vario, imprimis ad elevandam maxillam
 inferiorem.

DUPRE *histoire des cinq muscles qui servent au mouvement de la tête*. Parisi. 1698. 12. De-
 scripsit rectum lateralem, internum minorem, & intertransversales; sed obliquum etiam su-
 periolem, & recti minoris partem pro novis musculis habuit. Contra eum COWPERTUS in
Phil. Transf. 251. dixit, & quod boni erat separavit ab inanibus novitatis adfectionibus.

EJUSDEM DUPRE descriptio musculorum dorsi in *Journal des Sav.* 1699. reperitur,
 qua etiam intertransversales continentur.

CAROLI SPON *Myologia* heroico carmine expressa, & musculorum corporis humani origo
 & insertio existant in Bibliotheca MANGETI.

ANTONIUS MARIA VALSALVA musculos organi auditus pinxit, externum CASSERII
 restituit, in musculis pharyngis & uvulæ primus post EUSTACHIUM curam adhibuit
 aliquam, glosstaphylinos, pharyngostaphylinos invenit, levatorem & circumflexum no-
 viter descripsit, &c.

J. BAPTISTA MORGAGNI in *Adversariis Anatomicis*, & in epistolis, plurima in mu-
 scu-

neri sint quam le CLERC (a), tum in *Chirurgia sua completa*, tum in *Osteologia completa, & de musculis*. Hos duos Tractatus simul legere debemus.

Tertia

scolorum historia emendavit, maxime vero in adversariis quidem in musculis genitalium partium & ani, in posterioribus vero in musculis uvulæ, & pharyngis. Azygon invenit palati mollis, alioque.

J. WILHELMUS PAULI in *præfatione* ad eam, quam Lipsiæ an. 1707. dedit, editionem microscopi JOHANNIS VAN HORNE, varias observationes adspersit. Tres extensores pollicis constituit, tres flexores, & epiglottideos.

In JACOBI DRAKE *Anthropologia nova*, Londini 1707. 1717. 1727. 1737. edita in 8 exstant icones aliquæ & observationes COWPERIANÆ. In ipsa editione Auctor exstinctus est.

JAMES DOUGLAS *Myographiæ comparatæ specimen*. Lond. 1707. 12. Egregius labor, et si juvenutis opus. Habet musculos hominis ad sex cadavera follicite descriptos, & cum canis musculis comparatos. Adhæssiones ad ossa bene & follicite expressit, directiones minus. Nova multa habet, & musculos inprimis pharyngis minores, palatostaphylinum, coccygæum alioque, aut novos aut renovatos. Inter compendia excellit. In ea editione, quam JOH. FRIDERICUS SCHREIBERUS Leidæ 1728. & 1738. 8. procuravit, latino sermone, adjectæ sunt aliquæ observationes & tabulæ EUSTACHII comparatæ. IDEM Tr. de actione musculorum, & catalogum musculorum secundum strata adjecit.

LAUR. HEISTERUS in *Diff. de masticatione*, Altdorf. 1711. 4. vires eorum musculorum per experimenta definit, qui maxillam elevat.

Contra citatam L. HEISTERI disputationem exstat M. ALBERTI *ensur der disp. I. HEISTERS de masticatione*, Landek 1711. 4. recusa, in EJUSD. *med. und philos. Schriften* ex æmulatione aliqua nata, & minutissima quæque carpens.

(a) *Suita de la nouvelle Ostéologie de LE CLERC, contenant une myologie*, Paris. 1711. 12.

In GOUEY *Chirurgien véritable* adjectæ sunt *nouvelles découvertes sur la myologie*, Rotomag. 1716. 8. *

GOUEY I. c. aliqua habet de musculis illis minoribus capitis, negat dari Rectum anticum minus, unicum facit intercostalem omnium intervallorum, unicum interosseum. Gibbos tribuit musculum abdominis spasmodicæ contractioni.

R. J. C. GARENGEOT *myotomie humaine & canine* multum aucta recusa est Paris. 1705. 12. 2. vol.

In P. DIONIS *Cours d'Anatomie*, Paris. 1715. 8. & sæpe alias excuso aliqui musculi ex Parisinorum anatomorum observationibus describuntur, ut uvulæ.

J. JACOBUS MANGET in *Theatro Anatomico* usus est Bravvianis, pessimis illis, iconibus musculorum, & icones COWPERI ex minori opere adjecit.

In VRATISLAVIENSIVM collectionibus an. 1724. observationibus aliquæ rariores exstant, ut v. gr. bicipitis cubiti caput tertium ab ossè humeri ortum, & EUSTACHIO olim visum, tum similia an. 1722.

In RAULANO codice posthumo, qui exstat cum VALENTINI *Amphitheatro Zootomico*, etiam non inutilis myologia habetur, in qua splenius colli, & alii minus in vulgus noti musculi describuntur.

ARENT CANT in *impetibus anatomicis* musculos faciei, & pharyngis novis iconibus illustravit, nimis obscuris & indefinitis limitibus, & incommodo usu ob literarum defectum.

J. DOMINICI SANTORINI observationes ad omnem equidem subtiliorum particularum descriptionem, sed magis tamen ad musculos pertinent, quos in facie, auricula, larynge, pharynge, palato, partibus genitalibus, ano, subtilissime descripsit, multaque nova nomina invenit, tanto studio inveniendi, ut superiores Scriptores eum passim deserere sint coacti. Ad musculos abdominis & diaphragma aliquas observationes adspersit.

J. A. CULMUS in descriptione monstruosi foetus rariores observationes addidit, inter quas duplex trochlearis (olim MOLINETTO dictus) & varietates in musculis dorsi continentur.

In WILHELMI CHESELDEN *anatomy of human body*, Londini 1726. 1741. & alias edita, & in ejus *Osteographia*, supra laudata, musculorum egiguæ descriptiones, icones in ultima

Tertia pars Myographiæ explicat usum, id est effectum musculorum. Optimi Auctores in hac parte legendi, sunt sequentes.

I. RICHARDUS LOWERUS de cordis musculis.

2. De

ultima editione nitidiores, sed inprimis teleologiæ aliquæ, & de utilitate non spernendæ monitiones continentur.

In Aëtorum Petropolitanorum vol. IV. JOSIAS WEITBRECHT observationes accuratas de musculis lumbricalibus interossæis, palmari, aliisque brachii musculis dedit. In vol. V. D. DUVERNON aliquas observationes musculorum in dorso, ossè hyoide, nobiscum communicavit. In VII. iterum D. WEITBRECHT de musculis palpebrarum egit, & in IX. de musculi digastrici varietatibus. In *syndesmologia* idem aliqua ad musculos sparsa habet.

GEORGERH. HAMBERGER an. 1727. de respirationis mechanismo dissertationem dedit Jenæ, qua, secundum præcepta BALLEI intercostalium internorum actionem definivit. Contra eam sententiam exstant mea de *respiratione experimenta* I. & II. Gotting. 1746. 1747. 4.

R. J. C. GARENGEOT in *splanchnologia* an. 1728. & 1742. edita, ad musculos abdominis, & diaphragma, figuras mediocres & descriptiones dedit. Ejus *Myotomie humaine & canine* ex deterioribus ejus operibus est. Prodiit Paris. 1728. 12.

In H. FRANCISCI le DRAN *parallèle de la taille* icones musculorum ani & vesicæ occasione data adjectæ sunt.

AUG. FRID. WALTHER de *articulis & ligamentis pedis*, Lipsiæ an. 1729. 4. Musculi fere ad COWPERI modum. EJUS porro exstant *supplementum* 1731. 4. *Obss. nova de musculis*, Lipsiæ 1733. *Historia suffocationis* 1729. 4. *Anatome musculorum teneriorum*, Lipsiæ 1731. 4. *Disp. de obesitate & voracitate* 1734. tum *Diff. de deglutitione*, Lipsiæ 1737. 4. de *excitatione* 1738. de *vomitibus* 1738. de *larynge & voce* 1740. denique observationes in *Act. Lipsiæ* 1733. p. 263. In his scriptis continentur musculorum pedis, laryngis, faucium, faciei, aliorumque subtiliorum descriptiones.

In *Diff. HEISTERO* Præside, Respondente D. MOEBIO, Helmstädi 1730. 4. edita, de musculis manus vix & utiles observationes exstant.

OTTO JUST WREEDEN *Kurtzer unterricht von der structur und action der Muskeln*, Hannover. 1731. 8.

JACOBI BENIGNI WINSLOW *exposition anatomique* Tomus II. huc pertinet. Præter musculorum descriptionem excellit inprimis in eorum utilitatibus, quatenus vel unus pro variis conditionibus varia subit officia, vel multi in unum officium conspirant.

In EDIMBURGENSIUM ACTIS VOL. III. ALEXANDRI MONROI exstat fusa de musculo biventris dissertatio, contra WINSLOWIUM, ad quam is clarus vir nuper in Actis an. 1742. respondit. De diaphragmate ego an. 1732. & 1738. *Diff. edidi*, cum icone mediocri, & descriptione. Illam correctam restitui in *Fasciculo* I. an. 1741. fol.

Descriptionem meam *diaphragmatis* recusam dedi in *opusculis anatomicis* editis 1751. 8.

BERNHARDI SIEGRIDI ALBINI *historia musculorum hominis*. Leid. 1734. 4. cum tabulis magnis, quarum XXVIII. nunc prodierunt, perfectissimum componunt musculorum systema, descriptiones fustissimas, accuratissimas, optimum ordinem, tabulas musculorum vel conjunctorum, vel seorsim pictorum nitidissimas, & cum ossibus nudis conjunctas. Neque facile aliud opus majoris pretii aut in Anatome, aut in alia historiæ naturalis parte habetur.

B. S. ALBINI tabulas ausus est temerario consilio carpere JULIANUS OFFERAI *œuvrag. de Penel. supplem.* pag. 177. * CHAP. V. *

D. WEISS *Diff. de usu musculorum abdominalium*, Altdorf 1733. 4.

In JOH. PAIFINI editione nova, quæ Parisiis an. 1734. 8. prodiit musculi fere WINSLOWIANI exstant, a D. BOUYDON suppositi pro veteri descriptione Verheyeniana. Aliqua rariores de musculis intercurrunt, capite tertio bicipitis, supernumerariis musculorum rectorum capitis, &c.

J. SAIZMANN de *plurium musculorum pedis defectu*, Argent. 1734. 4.

JOH. FRID. CASSEBOHM musculos internæ auris dedit descriptos in suis de aure humana tractatibus.

In *Commercio Norico* aliqua huc pertinent, v. gr. 1726. h. 43. de interossæis.

FRANC.

2. De musculo in genere; VESALIUS, FALLOPIUS, RIOLANUS, le CLERC, & omnium maxime GUILIELMUS COWPERUS in *Myologia* ejus *reformata*, ibi enim paucissimis verbis quam optime post singulos musculos usus eorum tradit, & meretur utique vel ideo, post reliquos jam enarratos commendari, quod plures notatu dignissimas observationes circa usum musculorum habeat. Ita musculi obliqui abdominis ab omnibus Anatomicis tantum pro compressoribus abdominis habitis fuerunt, ille vero, qui mechanicos Anglos confu-

FRANC. NICHOLLS in *œconomico compendio* paradoxas opiniones varias, inprimis musculi pyramidalis utilitate tradidit.

F. BERN. ALBINI *Disp. de deglutitione*, Leid. 1740. 4. habet præcepta fratris, & emendationem BOERHAAVIANÆ descriptionis. J. ZACHARIAS PLATNER *de musculo digastrico*, Lips. 1737. 4. habet historiam inprimis opinionum quas de hoc musculo Anatomici reliquerunt. In *Disp. de hydrocele* annulum abdominis describit.

CORNELII de COURCELLES *icones musculorum pedis*, Leid. 1739. 4. Descriptiones meliores sunt, quam ars Pictoris. Nitidiores vero dedit *icones musculorum capitis*, Leidæ 1743. 4. editas, satis certe & puras, & pulchras, si situm tibi familiarem reddideris.

VERDIER fere compendium est WINSLOWI.

PEAGET & GEVIGLIAN *an actio musculorum intercostalium & diaphragmatis sympathica?* Paris. 1740. 4.

In CL. JUSTI GODOFRIDI GUNZII *de herniis* Libello sollicita annuli abdominis descriptio continetur.

In LAUR. HEISTER *compendio anatomico* posteriorum editionum, observationes singulares, icon musculorum interosseorum, non optima ea & ab alio profecta, & musculorum uvulæ cum peculiaris ibi musculi observatione existant.

JOH. JAC. GRAMBS *tabula musculorum*, Francof. 1741. 8. adhæSIONES ad ossa, directiones, actiones brevissime habet, & ipsos musculos parum plene.

Mastoideum musculum ad processum ensiformem usque descendentem vidit vir C. P. C. FABRICIUS *id. anat. pract.*

D. LIEUTAUD *myologia* in *Essays d'Anatomie*, Aix 1742. propria est, neque absque observatione nata.

In *Memorie sopra la Fisica*, quæ Luccæ prodeunt, existant TABARRANI de musculis dorsi observationes.

Existant etiam CL. BIANCHI observationes de musculis partium genitalium minoribus, quos dudum propositos hic emendat & repetit.

CAR. A. a BERGEN *pentas observationum*, Francof. ad Viadr. 1743. 4. varias observationes ad musculos Palmarem, Iliacum, alios.

CL. SEGNERUS & in *Comm. Lit. Nor.* & in nova editione operis NIEUWETDYANI iconem dedit transversæ septi.

D. DEIDIER *Anatomie raisonnée*, Paris. 1742. 8. brevem habet musculorum descriptionem, & dissecandi rationem.

In T. XIV. *Syllabi partium* C. H. Petropoli editi musculi intertransversales alique dorsi musculi noviter, ni fallor, depicti existant.

D. GAUTIER *Essays en Tableaux imprimés*, Paris. 1745. & seqq. fol. grandi, musculos habet ad similitudinem vitæ coloribus depictos. Sed rude & indoctum opus est, sicum ALBINO compares. Imo in arte imprimendi cum coloribus ADMIRALII elegantiam minime adsequitur. Nova autem ars est, qua colores omnes ex apta mixtione flavi, rubri, nigri, & cœrulei componuntur. Ejus artis specimen in genitalibus in unica tabula edidit in Anglia inventor LE BLOND, Parisiis autem in alia de intestinis JOURN. DES SAVANS 1722. Jul. GAUTIER in *praf. KUNDMANN ravior*. p. 693.

D. SCHWARZ *Diff. de vomitu & respiratione*, Leid. 1745. 4. plena est bonis de motu septi experimentis.

D. AU-

fuluit super hoc negotio, docet, musculum obliquum oriri ex tota spina ovis ilium, adeoque facere, ut corpus, pelvi firmo manente, ad latus converti possit, quia hic musculus costas ad pelvim movet (a). Ita musculus rectus ad flexuram corporis, versus interiora inservit, neque unice ad compressionem abdominis facit. Similes harum, de pluribus musculis habet rationes exactissimas, & cogitationes supra horum usum, COWPERUS.

3. Ad hunc scopum etiam consulendus est ALPHONSUS BORELLUS in *Traçtatu de motu animalium* (b). Nemo enim est, qui lumine hujus viri carere possit, nisi in tenebris degere voluerit. Quæ habet de musculis, sunt certissime egregia; scripsit enim in Pisana cathedra, cum frequentissime Florentiam veniret, ubi vivebat STENO, qui non alia parte anatomes magis excelluit, quam in musculis: aderat quoque FINCHIUS ex Societate Londinensi, & MARCELLUS MALPIGHIUS, & hi omnes sua inventa & demonstrata ad oculum BORELLO exhibenda dederunt; unde opus suum composuit, non facile tantum opus absoluturus, nisi cum his auxiliis.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMID Berolini editit *Myologische Tabellen* 1747. 8. in quibus brevis, fere ad WINSLOWI observationes facta, recensio musculorum corporis humani habetur.

JACOBUS PARSONS in *Tr. de physiognomia*, Lond. 1747. 8. musculos oculi & faciei, eorumque motus, quibus adfectus animi exprimunt, fuscè consideravit.

FRANC. MICH. DISDIER *sarcologie ou traité des parties molles*, Paris 1748. 12. non qualis hoc seculo expectari posset, exemplo musculorum auriculæ, quos ægre recenset, epiglottidis, quos præter rem admittit, & uvulæ, quos imperfecte describit.

(a) Minime quidem laude sua vellem fraudari COWPERUM. Sed quod hic commendat inventum PRÆCEPTOR id utique est ARCHANGELI PICCOLHOMINEI *Prælect. Anat.* VIII. p. 49. deinde FRANCISCI GLISSON *de Ventric. & intest.* p. 98. Laudem vero in efficacis minus in vulgus notis musculorum alibi meretur, tum WILHELMUS CHESELDEN: & omnium maxime WINSLOWUS, ut supra dictum est.

(b) ALPHONSI BORELLI laudes vide supra, pag. 357. (a). Ad intelligendas vero actiones singularium musculorum parum contulit.

C A P U T III.

De Myotomia.

Auctores sequuntur, qui optime de Myotomia scripserunt, hoc est, qui legendi sunt medicinæ studioso, qui non tantum ab aliis demonstratos musculos cernere cupit, sed ipse de artificio doceri vult, quo invenire, distinguere, separare, spectabiles musculos reddere possit.

De ea arte scripsit optime magnus VESALIUS (a), & JOHANNES RIOLANUS, qui cum internecinus inimicus esset VESALIO, factus tamen est, neminem melius hanc partem anatomes docuisse. Ordo VESALII hujus modi est. Ubi primum describit musculos, v. gr. abdominis octo musculos

A a a

(nam

(a) Olim GALENUS *administraciones anatomicas* dederat musculorum corporis humani. Deinde ANDREAS VESALIUS singulis utique musculis administraciones suas adjecit, & ita vulgo eo tempore factum est, inprimis a JOHANNÈ BAPTISTA CARCANO.

Administraciones etiam *anatomicas* dedit AMBROSIIUS PAREUS, quæ primum prodierant Paris. 1549. 8. Deinde NICOLAUS HABICOT in *septimana* superius laudata adpersit methodos dissecandi musculos.

(nam nonum & decimum FALLOPIUS postea modo invenit), dicit, enarratis his musculis, si invenire omnes velis, sic perges, sic tolles pinguedinem, tum sic fecit, tum sic subductis digitis infra primum separa, & pervenies ad secundum, & sic porro. Similia etiam docuit RIOLANUS. Nemo tamen hoc officio melius functus est COWPERO; scripsit enim diserte, non ita pro demonstrandis musculis, quam pro secandis; hinc minutissimas circumstantias accurate addidit (a).

Videatur etiam MICHAEL LYSERUS (b) in *Cultro Anatomico*, edito Hafniae an. 1653., & iterum an. 1665. denique Francofurti anno 1679., & Trajecti ad Rhenum anno 1706. Vir fuit juvenis, qui collegerat sibi methodum cadaverorum dissecandorum, & ita agit, ut nos doceat, quo modo preparari debeat, v. gr. calvaria, ut optime conservetur, & sic porro quo modo agendum sit, ne inter operandum unus musculus obsit dissectioni alterius; omnia haec ibi inveniuntur.

Tabulae musculorum insigni etiam sunt praesidio pro musculis addiscendis, quando cadavera non sunt praesto; vel quando inquirendum est in cadavere, indigemus quoque tabulis, impossibile enim est anatomes junioribus cultoribus tantum textum in memoria habere, & egent schemate aliquo, ut, si brachium quis examinet, habeat tabulam, in qua videre possit brachium, cui detracta est prima cutis, & cujus certa figura est, quam possit conferre cum brachio cadaveris; in secunda vero tabula, brachium, cui pinguedo est ablata, datis etiam cum limitibus figuris & umbris apparet, & in tertia tabula apud VESALIUM v. gr. apparet sic situm esse hunc musculus & hunc. In his tabulis videat junior anatomicus, an in suo, quod fecit brachio, eadem ratione res se habeat. Qui insurrexerunt in usum tabularum, id tantum fecerunt (ut

FAL-

(a) Utique in Myotomia minori sollicitate eam administrationem proposuit. Paulo ante tamen LEONHARDUS TASSIN, Parisiis an. 1678. in suis *administrationibus* jam citatis modum secandi musculos, sed rudem dederat. Negaverat musculos uvulae exhiberi posse, neque arytaenoideum, neque in pharynge musculos praeter stylopharyngaeum & Oesophageum habere.

(b) Utique Professor iste BARTHOLINI magnum adplausum reperit, cujus *cultus* & Trajecti 1706. 12. & nuper an. 1740. Londini Anglice versus in 8. prodierit. De ossibus & musculis imprimis, quales tunc cogniti erant, administrationes scripsit, reliquas partes Anatomies vix attigit.

Sed post ea tempora J. R. C. GARENGETI in *myotomie humaine & canine*, Parisiis 1728. 12. edita musculorum, quales Parisiis vulgo demonstrabantur, preparationes tradidit, fusa, & ampliter.

JOHANNIS FRIDERICI CASSEBOHM *methodus secandi musculos*. Hall. 1739. 8. & Germanice cum titulo *Kunstmaessige anweisung zur zergliederung der Maesslein*, Hall. 1740. 4. paulum mutata & parum aucta. Breviter scripsit, & aliqua in ALBINIANO ordine carpsit, & semina quaedam encheireseon sparsit, in musculis uvulae fusior.

D. LIETAUD cum *remaminibus* suis administrationes etiam difficiliore musculorum organi auditus aliorumque conjunxit.

HENRICI FRIDERICI PETERSEN *Grundliche anweisung zur zergliederung des maesslein des menschlichen koerpers*, Hamb. 1749. 8. cum illarum partium nominibus germanicis, atque minutiarum negligentior.

(a) RIOL-

FALLOPIUS & RIOLANUS) (a), quia forte impensas ferre non potuerunt, aut quod artem hanc facilem reddere noluerint.

1. Hic laudandus est unice VESALIUS, sed non contractus ille (b) VESALIUS, nam in illis tabulis deficiunt multa, ut ipse protestatus est, cum eas publice editas videret.

2. SPIGELIUS Amstelodami editus est anno 1645., a J. H. van der LINDEN, medicinae olim Professore Lugduni Batavorum: tabulae propriae sunt CASSERII Placentini, detectae sunt per DANIELEM BUCRETIIUM: inde vero ad SPIGELIUM pervenerunt. Hic Auctor quoad figuras optimus est, non ita quoad textum (c).

3. Huc referantur Clarissimi BIDLOI tabulae, quae habentur elegantissimae. Editus est ejus Liber Amstelodami an. 1685. & mox divenditus fuit, sed impressus est Londini an. 1698. cum nomine COWPERI; ea enim editio fuit certe tantum furtiva seductio COWPERI, & dolendum est, quod tantus vir eo descenderit (d). Tabulas certe habet optimas, descriptiones BIDLOIANAE nullius sunt momenti.

Aaa 2

COW-

(a) RIOLANI locum vide *Anthropograph.* p. 53. ubi iudicium suum interposuit, de iis, quae tunc exstabant, anatomicis iconibus. Neque tamen omnes icones proscripsit, & laudavit, quae merebantur, & unice monuit, ne nimis figuris fideretur.

Difficultas, credo, eos viros absterruit. Icones enim anatomicae, ut experiendo didici, parari nequeunt, nisi conjunxeris nitidam omnino preparationem, cum lenta & prudenti periti Pictoris opera. Otium praeterea requiritur, quo saepe Professor, docendae juventuti destinatus, omnium minime abundat. Pauci adeo in iconibus felices fuerunt, ARISTOTELES multis locis suas excitat *hist. anim.* L. I. c. 17. L. III. c. 1. L. IV. c. 1. EUSTACHIUS imprimis hic excelluit, qui VESALLIANAS ut expungeret, vasa nervosque in suo inter musculos situ, perutili instituto, musculos vero cum suis adhaesionibus expressit, mira aliquando in intricatis partibus peritia usus.

(b) Editiones nempe solae adhibendae sunt, quas laudavimus, Basileses 1543. 1555. Pulchras praeterea icones habet *Epiroma* Bas. 1542. Abstinentium autem ab omnium aliarum editionum usu. Veneta qua opus de corporis humani fabrica recensum est 1568. fol. & in qua figurae valde diminutae sunt. Germanica BAUMANNI opera Norimb. 1551. fol. excusa, satis caeterum eleganter. Anatomes totius aere incisam delineationem dedit etiam JACOBUS GREVINUS. Paris. 1569. fol. & icones epitomes & operis ipsius VESALLIANI satis nitide, sed saepe contracte in aes incisae habet. *Viva denique imagines corporis humaniformis expressae prodierunt* Antvverp. 1572. 4. maj. in quibus VALVERDIANAE tabulae exscriptae habentur. De VESALLIANIS caeterum iconibus iudicium supra tulimus. Vasorum & nervorum figuras penitus inutiles & falsas esse expertus sum, neque bonas viscerum. Musculi, ad habitum exprimendum, & ossa praestant reliquis. Musculorum etiam tabulas exscripsit TORTEBAT in *Abregé d' Anatomie accommodé aux arts de peinture & de sculpture*, & edidit Paris. 1668. fol. Sed eas a TITIANO delineatas fuisse male addit, cum Pictoris sui nomen minime dissimulaverit VESALIUS.

(c) JULIUS CASSERIUS multis annis Pictorem Eduardum Fialettum, & Sculptorem Franciscum Vallesum domui aluit (BUCRETIUS in praef. ad edit. Venetam iconum CASSERIANARUM). Paucis in figuris ossium imprimis VESALIUM expressit, plerasque novas dedit, non raro vitio Sculptoris corruptas maxime in Angiologicis, caeterum nitidas & magnificas. JOHANNES BROWNIUS CASSERIANAS multo corruptiores reddidit.

(d) Merito carpit COWPERUM PRÆCEPTOR. Et si enim BIDLOUS Chirurgus ante honores suos fuerit (SCHELHAMMER *prog. de proport. destruet.*) icones suas male subinde explicaverit, ut erat vitae solutioris, non ideo SWAMMERDAMI fuerunt opus, quod minime vere ipsi tribuit COWPERUS (*Euchar.* p. 25.), neque probari potest, quod solo nomine BIDLOI erasent ab Amstelodamensi Bibliopola centum & quinque tabulas COWPERUS pro suis ediderit. Vide de ea re querelas BIDLOI in COWPERO citato coram tribunali. Leidæ 1700. 4. & responsum, minutum.

COWPERUS equidem multa addidit, ut fatear, sed tamen totum opus est BIDLOI, ejusque editio optima est, sed tantum illis, qui Anglicam Linguam intelligunt; & meretur vel ideo præferri primis editionibus, quia litteras multas addidit COWPERUS, ubi deerant, & quia egregia observata Chirurgica post singulam partem adjunxit (a).

minime firmam COWPERI in Eucharistia, quæ Londini 1702. 4. prodijt cum glandularum ductuumque excretoriorum descriptione. Judicium supra dedimus.

(a) Posteriores COWPERI icones in myologia magna, inter mediocres refero: MORGAGNIANAS, quæ pauca sunt, ad nitidas & elegantes, SANTORINI ad minutas, doctas & divites, CANTIANAS & CHESELDENIANAS ad eas quæ sunt infra optimas, D. GAUTIER potius ad inferiorem classem, CORNELII de COURCELLES in capite ad elegantes & speciosas, ALBINIANAS ad primum ordinem pulchritudinis, utilitatis & raritatis recenseo.

S E C T I O IV.

DE VISCERIBUS CORPORIS HUMANI.

C A P U T I.

De Splanchnologia in universum.

Hæc cognitis ordo vocat ad intellectum viscerum. Vocant aliqui hanc partem anatomie *Enterologiam*, nam *εντερον* non tantum designat intestinum, sed omnia viscera; hinc *Enterologia*, λόγος enim est sermo, est dissertatio de visceribus internis; vocatur quoque *Splanchnologia*, nam *σπλάνχνον* viscus est.

Objicies studiosis tutius esse *Angiologiam*, seu distributionem vasorum prius indicare; verum difficulter id fieri poterit, cum vasa plurima per viscera transeant, iisque adiaceant; nam quomodo arteria pulmonalis, arteria magna, vena portarum, &c. possent describi, nisi descripta prima essent illa viscera, ubi transeunt, aut oriuntur? hinc medicinae studiosis optime consultum habetur, si post myologiam, adjiciatur hæc anatomie pars.

Viscerum nomine intelligitur machina major, vasis constans, cujus effectu mutantur humores, in emolumentum totius corporis.

Multa ubique ajunt de viscere, sed meliorem definitionem exspectamus. Pulmo certe est viscus, quia humores chylosos mutat, & musculosam machinam est mutans humores crudos in emolumentum corporis. Ob eandem rationem hepar, lien, cerebrum, &c. sunt viscera.

Cum dicimus esse machinam vasculosam, viscera ab ossibus & cartilaginibus distinguimus, quæ non habent tot distincta vasa.

Quum dicimus esse machinam mutantem, hoc fit, ut distinguamus a musculis, nam illi etiam corpora admodum vasculosa sunt.

Quando dicimus majorem machinam, &c. hoc fit, ut a reliquis glandulis distinguamus.

Egregius campus sese offert de inventis circa viscera; sed brevi compendio tentabimus enarrare omnia inventa, quæ inclaruerunt in historia cujusque visceris, tumque Auctores adjungemus.

CA-

C A P U T II.

De Corde.

Solet memorari inter viscera princeps cor, quod quidem proprie non vocandum est viscus, ex definitione data, & potius musculus dici meretur; hinc ejus substantiæ, quatenus musculosæ cognitio ex myographia haurienda est. Sed tamen, qui accurate hoc viscus, quatenus numeratur inter viscera, cognoscere vult, legere debet Libellum LOWERI (a) antea citatum de Corde, in quo Libello cordis integumenta, substantia, vasa, &c. descripta continentur, melius quam alibi.

(a) Antiquissimus Libellus de corde exstat inter Hippocraticos, quo in primis valvulæ venosæ & arteriosæ describuntur, & humor pericardii & ventriculi, eorumque proportio. Spurius autem est, neque GALENI tempore agnitus.

In corde etiam anastomoses fetus proprias satis accurate descripsit CL. GALENUS in L. de usu partium. Idem de usu valvularum venosarum cordis recte sensit, & ex iis minorem circulationem eruit, in eodem de usu partium opere. De osse cordis egit etiam in Elephantio quæsito.

Libellus de corde, qui inter Hippocraticos extare dictus est, spurius omnino videtur, etsi cum triumpho & querimonia cordis GEORGIUS SEGERUS ediderit dissertationem de HIPPOCRATI & EROTIANI excusat. In eodem librum in nosse X. commentatur J. NARDIUS, & contra HARVEIANAM circulationem sanguinis aliqua non gravissima objecit.

ANTON. LUDOVICUS de re medica Ulyssipon. 1540. fol. habet de corde L. * DOUGL.

ANDREAS VESALIUS in L. VI. de hoc viscere egit, ejusque situm, externas & vulgatiores conditiones, anulum venosum, quem in valvulis triglochines vel mitrales dividunt, pericardium, mediastinum & alia rectius proposuit. Cor in diastole brevius, in systole longius fieri dixit, quem RIOLANUS & nuper clari viri sunt secuti.

IDEM in examine observationum Fallopii non bene de anastomosis egit, uti ne FALLOPIUS quidem. Motum denique cordis in vivis animalibus descripsit L. VII. de fabr. corp. hum.

JAC. MILICHII oratio de cordis partibus & moribus. VVittemb. 1551. 4. (B. LEHM.) *

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS cordis arterias duas, venam anteriorem, inferiorem, pulmonales quatuor, situm transversum cordis, valvulam venæ coronariæ, valvulam denique suam depinxit & descripsit in L. de vena sine pari, & in Tabulis posthumis XV. XVI. Situm etiam transversum adseruit COLUMBUS, de quo inter circulationis Auctores agerur.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS notissima corpuscula in valvulis arteriosis nominavit, circulationem minorem pervidit, in observationibus anatomicis.

VOLCHERIUS COITER experimenta in cordis motu in animalibus fecit, præcedere systolen auriculam systolen in corde demonstravit.

JOHANNES BAPTISTA CARCANUS in Anatomie suæ Ticini editæ 1574. 8. L. I. Chartis impresso 44. accuratius paulo foramen ovale, & ductum arteriosum descripsit, VESALII & FALLOPII errores correxit, quorum iste foramen ovale omiserat, ille canalem arteriosum in foramen mutaverat. Valvulas etiam venæ sine pare refutat. Directionem tamen sanguinis per arteriosum ductum euntis invertit.

SAMUEL WEISSEMANNI de facultatibus & operationibus cordis tractatus cum brevi cordis anatomie, VVittemb. 1592. 8. * B. PL.

NICOLAI TAURELLI de cordis humani natura & viribus, Altdorf. 1585. 4. *

LEONHARDUS BOTALLIUS foraminis ovalis iconem cum mala theoria dedit, non meritis honorem ut particulæ dudum notæ nomen imponeretur. Editio prima est cum L. de Catarrhis, Lugduni 1565. 16. Mæz. ab HORNIO procurata est.

JULII

alibi. Verum tamen fatendum est, illum prætermisisse quædam, quæ postea ab alio

JULII JASOLINI de aqua pericardii & cordis pinguedine *Quæstiones anatomica*, Neapoli 1573. 8. (DOUGL.) & Hanovix 1654. atque Francof. 1668. 4. editæ nullius momenti sunt.

SIMONIS PIETRE de vero usu anastomoseon cordis in fetu. August. Turon. 1593. 8. & nova demonstratio & vera historia anastomoseon vasorum cordis in embryone cum corollario de facultate vitali cordis in embryone non otiosa, Turon. 1613. 8. * (DOUGL.)

EUSTACHII RUDII de naturali & morbosa cordis constitutione, Venet. 1600. 4. quod in Bibl. Platn. inscribitur de virtutibus & vitis cordis, Venet. 1587. 4. *

FRANCISCI ROUSSET Exercitatio medica, sive assertiones novæ veri usus anastomoseon cardiacarum fetus ex utero materno sanguinem trahentium in suos pulmones cordi preparaturos, Parisiis 1603. 8. *

JAC. COCUS de corde & arteriis & pulmonibus, VVittemb. 1604. 4. * (B. RIV.)

FRANNIBALIS ALBERTINI de affectionibus cordis L. III. & problema de membrorum principatu, Venet. 1618. 4. Cæsenæ 1648. 8. * (DOUGL.)

JULIUS CASSERIUS icones aliquas cordis cum nervo recurrente dedit, ovalis vero foraminis & Præceptore ejus **FABRICIUS** & **ANDREAS LAURENTIUS**, & **MICHAEL RUPERTUS BESLER**, & **CÆCILIUS FOLIUS** in L. de sanguinis via a corde dextro ad sinistrum, Venet. 1639. 4. Francof. 1641. 12. qui per totam vitam patere credidit, non bene.

CÆCILII FOLII l. c. editio Veneta legi debet, cum in Francofurtensi editione icones vitiosæ sint.

P. GASSENDI de septo cordis pervio, Leid. 1639. 12. & cum Pinæo. Leid. 1641. 12.

GALENI sententia de nupero Borallianorum invento, Patav. 1640. 4. * videtur contra FOLIUM esse.

CONRADUS VICTOR SCHNEIDER eruditam de corde disputationem scripsit. VVittemb. 1641. 12.

JOH. FABER post **FRANCISCI HERNANDEZ** historiam Mexicanam minime malam anatomem dedit cordis testudinis.

PETR. OELHAFIUS de corde, Dantisc. 1643. 4. * **B. PLATN.**

NATHANAEL HIGHMOR Isthmi **VIEUSSENI** non optimam dedit iconem, cum nomine strigæ. Cor in systole brevius docet reddi.

Lymphatica vasa cordis pinxit **OL. RUDBEKIUS** in *aut. serof. iconibus*, deinde **ANTONIUS NUCKIUS** in *adenographia*.

GUILIELMUS HARVEY, præter experimenta ad circulationem, quæ alibi laudavimus, plura ad motum cordis contulit explicandum, tum **JOHANNES WALÆUS** in duabus epistolis.

MAUR. HOEMANNI de motu cordis & cerebri, Altdorf. 1653. 4.

M. AUR. SEVERINUS in L. de piscium respiratione cor piscium descripsit.

ECCARDUS LEICHTNER de cordis constitutione, Erfurt 1657. 4. *

G. SEGERI triumphus & querimonia cordis cum Diss. de **HIPP. L. περι καρδίας** ortu legitimo, Basil. 1661. 4. post editionem minus plenam Hafniensem 1654. ad controversiam de ortu venarum ex hepate inprimis pertinet.

NICOLAUS STENONIS F. primus cor subtilius disseccare adgressus est, in *specimine observationum anatomicarum*, Hafniæ 1664. 4. Fibrarum descriptionem dedit. In epistolis ad **BARTHOLINUM** experimenta etiam ad motum cordis confert *Cent. III. ep. 99. Cent. IV. ep. 24.* & alias. In *Actis Hafniensibus* II. n. 46. motum cordis & venæ cavæ egregie descripsit: tum in *Myologia specimine*.

Nervos cordis, neque nimis vere depinxit **T. WILLISIUS** in L. de cerebro & nervis, & in iis ligatis aut sectis experimenta fecit.

ANT. DEUSINGII Diss. de motu cordis & sanguine, Groning. 1651. 1655. 12. *EJ. Disp. antisyliana de calido innato & aucto in corde sanguinis calore*, Groning. 1663. 12. & alia *Disp. Antisyliana de motu cordis & arteriarum*, ib. eod. anno, theoriæ meræ.

ANT. DEUSINGII etiam est in *sylvam Echo*, Groning. 1663. 12. & *sylvam cadua jacens*, ibid. 1665. 12.

SAM. HASENREFFER de corde, Tubing. 1656. 4. *

Pri-

alio descripta sunt; hinc addantur **RAYMUNDI VIEUSSENS** *Observationes de cordis*

Primus justo opere anatomem cordis adgressus est **RICHARDUS LOWER**. Is prodiit cum titulo *de corde, motu, colore & transfusione sanguinis*, Lond. an. 1669. 8. Amstel. eod. anno, & capite *de catarribus* auctior, Leidæ variis annis, iterumque Londini 1680. 8. Gallice etiam redditus Parisiis recusus est 1679. 8. Fibras musculosas cordis ex brutis animalibus, & non verum tuberculum descripsit, & in universon neque bonas icones dedit, neque descriptiones accuratas. Sed experimenta per vivorum corporum sectiones facta curiosa & perutilia addidit ad motum cordis, chyli & sanguinis facientia, multasque eo tempore epidemicas opiniones expunxit. Transfusionum & infusionum Auctor ex præcipuis fuit. Judicium vero acerbum non moror **C. BARTHOLINI**, qui Libellum *de corde* dum promittit & icones, **LOWERIANA** vel erronea esse, vel a **STENONIS F.** profecta objecit (*BLAS. anat. anim. p. 5.*)

Sed ante **LOWERUM** anno jam 1657. innotuisse sibi fabricam cordis (similem fere **LOWERIANÆ** & perinde habentem rectas in superficie fibras) scribit **BORELIUS** *de mot. anim. L. II. Prop. XXXVII.* Vires vero ejus muscoli ex propria theoria primus æstimavit, & pene immensas fecit contractionis genus assignavit pene occultum, ut interneurgeret, cavitates evacuaret, extus parum mutaretur.

Londinensis editio **LOWERI** anni 1680. 8. citata est, cum iconibus minoribus in unam tabulam coniectis. Leidæ etiam nuper 1749. 8. nitide idem liber recusus est.

AMSTELODAMENSES in collegio anatomico; **JOHANNES** de **MURALTO** in *vademecum anatomico*; **FRANC. SYLVIVS** in *diff. VII.* **JACOBUS BACK** in suo *de corde* Libello; **PEYER** in *pareg. VII.* cordis motum in vivis bestiis observavit.

De Pericardio etiam **J. C. PEYERUS** egit in *Parergo III.* De valvula venæ coronariæ **ISAAC CATTIER** in *observationibus*. De cordis motu philosophatus etiam est in *Tr. IV. CL.* **Mayovvius**.

In *Philosophicis Transactionibus* præter plurima loca ad infusionem vide **TEMPLER** de motu cordis n. 93.

Icones cordis & vasorum **COWPER** n. 270.

Valvula **EUSTACHII** eodem Auctore n. 280.

JAMES DRAKE de respirationis influxu in cordis motum n. 281.

LEEUWENHOEK de motu cordis in piscibus n. 319.

BUSSIÈRE anatomem cordis testudinis terrestris n. 328.

Experimenta cum ligatis nervis cordis capta n. 335.

JURIN de viribus cordis egit, & **IDEM** de iisdem contra **MORLANDUM** & **KEILIVM** n. 358. 362.

NICHOLS mensuræ sinuum & vasorum cordis n. 410.

AMYAND foramen ovale apertum n. 439.

CL. NIC. LE CAT de foramine ovali icones novæ & observationes n. 460.

AL. STUART cor artificiale *ibid.*

THEODORUS KERKRING in *spicilegio observat.* cordis triventris valde paradoxam observationem habet, & duarum arteriarum pulmonalium.

JAC. DENIS in *confer. XIV.* de cordis motu experimenta habet, & brevius agendo fieri defendit.

JOSEPHI MAGNASSI *disq. physc. de motu cordis & cerebri*, Paris. 1673. 4. * **PLATN.**

In **THOMÆ BARTHOLINI** *anatomie* posterioris editionis, Leid. 1674. 8. in descriptione fibrarum cordis sequitur **NICOLAUM STENONIS F.** & proprias addit icones. Experimenta etiam ad motum utilia habet.

JACQUES CHAILLOU in *recherches sur le mouvement du sang, du Cœur, & de ses vaisseaux*, &c. Paris. an. 1675. & 1699. edito, **HARVELIANA** placita defendit.

In Parisinis dissectionibus ex anatomie comparata valvulæ **Eustachii** aliqua memoria reperitur, & foraminis ovalis, ut in amphibiis se habet. **PERRALTUS** etiam in *mécanique des anim.* de corde, ejus valvulis, & motu egit, *Essays de Phys. T. III.*

NICOL. PEGHLINUS in *diff. de cordis motu* Kilon. 1676. 4. & in *colleçt. disp. T. II.* & fibras

cordis *structura interiori, vasorumque non ita descriptorum & detectorum.* (a) In Libro EJUS in folio de *Neurologia*, quædam etiam de cordis structura inveniuntur, quem Librum commendabimus, quando de nervis agemus. Verum præter hunc tractatum eadem longe melius descripsit VIEUSSENIUS in Libro de *principiis misti* (b), qui Liber est in quarto, & in quacunque Bibliotheca meretur contineri, editus Lugduni in Galliis an. 1688 A pagina 79. hujus Libri, usque ad paginam 120. Auctor occupatur in describendo corde, cum eo titulo nihil minus expectaretur. In eo Libro egregiæ sunt observationes de decursu vasorum, & fibrarum, & efficacia ipsius cordis. Fateor equidem, sententias proponere omnibus non æque arridentes, ut de fermento cordis (c), sed non faciunt hæc ad illud, quod quærimus, cum structuram tantum velimus; hinc quatenus anatomicè tantummodo agit VIEUSSENIUS, multa egregia habet. Ibi videbimus, cor trudere sanguinem, ut transudet in ipsa cava cordis, quod antea nemo, quantum novi, observaverat, nempe per arteriam, non modo in venas coronarias, & in auriculam dextram protruditur sanguis, sed etiam liquidum injectum per arteriæ coronariæ fines in cava cordis, & cava auricularum, non modo per arterias, sed per ductus

& fibras & motus in vivo animale observationem descripsit. Apicem ad cordis basin inquit accedere.

Apud J. JAC. WEPFERUM in L. de *cicuta aquatica*, Basil. 1679. 4. plurimæ ad motum cordis ex vivis animalibus exstant observationes, tum experimentum de motu cordis per flatum fuscitabili. Hoc etiam BRUNNERUS habet de *pancreate*, & PEYER parergo VII.

MARTINI LISTER in variis de insectis aquaticis Libellis multa ad anatomem cordis comparatam contulit. In *Journy to Paris* an. 1699. 8. edito ad MERYANAM litem observationes adspersit. In *Cochlea anatome* motum cordis voluntarium huic animalculo tribuit.

PETR. HOUFWENII de corde ejusque structura & usu, Upsal. 1681. 8. * BIBL. PLATN.

D. LAMY in *discours anatomiques*, Bruxell. 1679. 12. utilitatem pericardii longo, & Lucetiano sermone, negavit.

In *Diario Eruditor.* 1681. n. 14. catellorum historia habetur, quibus cor nudum extra pectus pendebat.

SAMUEL COLLINS multa ad anatomem comparatam inprimis piscium addidit.

MARCELLUS MALPIGHIUS cordis bombycum motum accurate descripsit in *posthumis*.

GUALTERUS CHARLETON *Three lectures on the motion of blood, structure of the heart, and causes of the pulse*, Londini 1684. 4. Mucronem basi inquit accedere.

J. STEPH. ADAMI de osse cordis cervi, Giess. 1684. 4.

(a) RAIMUNDUS VIEUSSENS in *Neurographia* experimenta per vivorum animalium sectiones habet, nervos cordis multo plenius LOWERO descripsit & WILLISIO. Fibras etiam in homine omnes spirales, in animalibus aliquas rectas esse observavit. Stimuli vim agnovit.

(b) Idem in *Tractatibus de remotis & proximis mixti principii, & de natura, differentiis & causis fermentationis*, Lugd. 1688. 4. fibras cordis describit, aliter quam prius factum & isthmum suum. Icones rudes malæque.

IDEM in *nouvelles découvertes sur le cœur*, Paris. 1706. 12. ingressum sanguinis & liquorum injectorum ex arteriis coronariis in cor, fibras cordis musculosas denuo, & causam motus cordis multiplicem describit.

IDEM in *Tr. de la structure & des causes du mouvement du cœur*, multo plenius historiam anatomicam cordis exposuit. Prodiit Tolosæ 1715. 4. Arterias cordis exhalantes repetit. Arterias coronarias cordis & venas follicite describit, addit arteriam profundam, venas innominatas, sinus venosus auricularum. Fibrarum descriptionem intricatam. Multum etiam observationis ex morbosa fabrica habet: sed nimium utique theoriæ.

IDEM in *Tr. des liqueurs*, eodem anno edito experimenta chemica in aqua pericardii facta, & ductulos ejus aquæ excretorios descripsit, sed istos, credo, suspectos.

(c) Nempe sanguinem arteriarum coronariarum sanguinem venosum reliquum perficere.

ductus & sinus transit, hinc in corde duplex detegitur circulatio, nempe. 1. Cor sinistrum pellit sanguinem in arteriam coronariam, quæ eum ubique defert ad venas coronarias & auriculam dextram: ea via apud omnes Auctores describitur; verum 2. ex VIEUSSENI observatione primo, quantum novi, constitit, sanguinem pressum in arteriam coronariam consuetissima quidem, frequentissima & maxima via, per venas coronarias transire, sed per arterias quasdam, nemini prius dictas, etiam sanguinem in cavitatem cordis protrudi; hinc sanguis duplex in cor stillat, 1. qui per auriculam dextram in cor dextrum, & per auriculam sinistram in cor sinistrum effunditur, & 2. qui per arteriæ coronariæ fines ultimos in cavitates cordis immittitur. Hæc verissima esse etiam postea in hac Academia per experimenta plurima probavit in thesi sua inaugurali de *Circulo sanguinis in corde* A. C. THEBESIUS an. 1708. Hoc nunc experimento aliqui stabilire fermenta voluerunt, ut nempe ille sanguis, qui per vasa minima, a VIEUSSENIIO detecta, in cavitates cordis stillat, permistus alteri, esset fermentum mutans sanguinem venosum, qui per auriculas influit. Hæc est VIEUSSENI sententia, quæ certe non est probabilis, neque ullo ratiocinio, neque ullo experimento ab Auctore suo demonstrata.

Qui præter hos de corde scripserunt non multi sunt, qui novi & boni quoddam habeant (a). Clarissimus tamen & indefatigabilis anatomicus FREDERICUS RUY-

(a) J. B. SCARAMUCCI de motu cordis Sinogalliæ 1689. 4. * recusum in Diario Parmensi 1689. p. 163. seqq. Pro alterno motu ejus musculi explicando obscuram sententiam proposuit, in contractione sanguinem in venam coronariam impelli docuit, venas vero repleri a constrictione arteriarum.

FOREST de motu cordis, Præsidi J. BOHNIO 1690. 4. mucronem basi vidit accedere.

J. M. HOEFLAN de pericardio Altd. 1690. *

G. C. SCHELHAMMER in *Disp. de aqua Pericardii*, Jen. 1694. 4. aliqua de ejus natura & origine experimenta chemica & anatomica protulit.

De LAUR. BELLINI opusculo de motu cordis alibi dicitur.

In CAR. DRELIHCOURTII *canicidiis* habentur historiarum observati motus cordis.

Eo tempore incepit lis de MERYANO systemate. Et JOHANNES quidem MERT, dexter anatomicus, quem cum RUTSCHIO aliqui compararent, (HEUCHER op. p. 787. LISTER *Journy to Paris*) cæterum mediocri judicio & parum practicus homo, (eodem teste HEUCHERO), in *Anciens Mémoires de l'Acad.* 1692. & in *Progrès de la Médecine*, Paris. 1697. & in *Mémoires de l'Acad. des Scienc.* 1699. & fusius in *Libello de la circulation du sang*, Paris. 1700. 12. motum sanguinis per foramen ovale inverso modo proposuit, ut a sinistro sinu in dextrum rediret, qua occasione diligenter foramen ovale descripsit. Suam etiam sententiam valide ruitus est in *Mém. de l'Acad.* 1699. & 1703. ubi fuisse DUVERNEYUM refutat, & in *Réflexions sur la description du cœur de la Tortue faite par M. BUSSIERE, & sur la Lettre approbative de M. PETIT* (JOURN. de TREV. 1713.) ubi unum esse ventriculum negat, quatuor non tres esse arterias docet, &c. & in *Tr. Physique*, &c. Paris. 1705. 4.

Sed etiam ipsa ACADEMIA fere in ejus sententiam transit, & demonstravisse eum, quæ descripserat, testata est, BOURDELINUS inprimis, & LITTRIUS, qui an. 1701. pro eo, amico suo, dicit. Deinde PETRUS SIMON ROUHAULT Chirurgus, qui Turini vixit, novis argumentis a robore sinuum ductis aliisque sententiam MERYI confirmavit in suis *osservazioni anatomico-fisiche*, Turin. 1724. 4. n. IV. & V. in *discours sur les changemens qui arrivent dans la circulation du sang*, Turin 1718. 8. & in *réponse à la Critique de M. Winslow*, ibid. 1728. 4.

Sed contra, ab ipso retro anno 1697., cohors scriptorum in *MERYUM* incubuit. Et *D. FERNETUS* quidem princeps est, dum cor Testudinis & aliorum animalium amphibiorum in Monumentis an. 1700. describit. Tum *M. SYLVESTRE* in *Lettre à M. Regis où l'on examine le sentiment de M. Mery*, Paris. 1699. (J. des Sav. 1700. p. 202.). Et *M. BUSSIÈRE* in *Lettre à M. BOURDELIN pour servir de réponse à M. MERY*, Paris. 1698. 12. in qua passim *MERY* observationes in dubium revocat, & de corde Testudinis cum ipso pugnat: motum etiam alterum cordis cum auriculis observat, & in *nouvelle description anatomique du cœur de la Tortue d'Amérique*, *Phil. Transf.* n. 328. & Paris. 1713. 12.

Deinde *PHILIPPUS VERHEYEN* in *Lettre écrite à un M. Chir.* Paris. 1698. 12. & in *seconde Lettre à un anatomiste de Gand*, Paris. 1698. 12. in Tomo II. *Anatomes sua*.

Denique *DAN. TAUVRY* de la *génération*, &c. Paris. 1700. 12. & alii, majorum operum scriptores *MORGAGNUS* & *C. J. TREWIUS*, in *MERYUM* scripserunt. Ego nuper an. 1748. in *programme*, cui icones adjectæ sunt ovalis foraminis & Eustachianæ valvulæ ad hanc litem aliquam lucem adferre conatus sum.

JACOBUS vero *BENIGNUS WINSLOW*, cum mediam sententiam proposuisset, qua *MERYANA* cum *HARVELIANA* conciliatur, in *Mémoires de l'Acad. des Sciences* 1717. & 1725. & ea a *H. A. NICOLAI* reciperetur in *Diff. de vasor. directione*, tamen offendit. Fuse enim contra eum scripsit *LUDOVICUS LEMERY* in *Mém. de l'Acad.* 1739.

Contra *JAC. BEN. WINSLOW* scripsit etiam *P. SENAC* in *Libro du cœur*.

De lite autem *MERYANA* & *MERYI* præparationibus & experimentis pro suo systemate legatur omnino *LISTERI* iter in *Phisicis* jam laudatum, qui sub initio litis, cum ea maxime ferveret, *MERYI* testimonia propius vidit, non valde ab ejus opinione alienus.

In *Acad. Regia Scientiarum Parisina monumentis*, anni 1699. habetur cor in fetu triventre, seu quale testudini est.

PARENT Descriptio fibrarum cordis 1702.

Ligato nervo intercostali cordis quies in fele 1706.

Cor pericardio adnatum 1706. 1712.

Musculorum cordis duorum descriptio, & ventriculos separandi modus, & valvularum venosarum artificium *WINSLOW* 1711.

Cor extra pectus 1712.

ROUHAULT de causâ motus sanguinis in fetu 1714.

WINSLOW de valvula Eustachii 1717. & 1725.

J. A. HELVETII mensuræ ventriculorum cordis 1718.

HUNAUUD & *BASSUEL* Cor in motu suo contrahi & brevius fieri 1731.

WINSLOW ibid. potius angustius reddi.

Nervus ex plexu semilunari abdominis ad cor redux *HUNAUUD* 1734.

Foramen ovale apertum in adulto 1735. 1740.

LE CAT vena coronaria subclaviæ inserta 1738.

Ad motum cordis experimenta *DE BREMOND* 1739.

Cor sub dextra papilla falsiens 1743.

Cor brevius reddi in systole *FERREIN* & *PERSON* ibid.

G. BAGLIVUS cum *Libro de fibra motrice & morbosa* edidit de circulatione sanguinis in testudine experimenta cum ejus animalis cordis anatome, *Perusia* 1700. 4.

In *J. FANTONI* *dissertationibus anatomicis*, quæ an. 1701. 8. Turini prodierunt, & quarum ex, quæ de abdomine & thorace agunt an. 1711. recusæ sunt 4. titulo *anatomie C. H.* & hic & ubique potest conferri.

HORATIUS de *FLORIANIS*, in sua pro *MALPIGHIO* adversus *SBARALEAM* apologia, fibras rectas ad bubulum genus recte relegavit.

C. BARTHOLINUS in *Anatomico specimine*, *Hafniæ* 1701. 4. *Amstelodami* 1702. 8. papillares musculos cordis dextri plures, sinistri pauciores, fibrarum cordis simplex stratum in se ipsum redeuns, fere ut *STUARTUS* descripsit.

PETRI CHIRAC Libellum de corde prodidisse lego an. 1701. (4. nisi fallor). Ejus autem experimenta aliqua, quibus demonstratur cordis motum non pendere ab arteriis Coronariis, habet *BESSE* in *Disc. analytique*. Ipsum Libellum nunquam apparuisse *DEMETRIUS* Auctor est. *Machiavel en Médec.* I. p. 122.

De

De *P. CHIRAC* *PETRUS SENAC* scribit, eum archiatrum fermentationem in corde statuisse ex materia acida de sanguine natam, quæ in loculos fibrarum fluat.

HENRICUS RIDLEY in *obss. de asthma, hydrope, &c.* Londini 1703. 8. editis foraminis ovalis icones & descriptionem dedit, non absque utilitate futuram, si obscuritatem aliquam superaverit, chordulas etiam seu cornicula valvulæ ovalis ostii invenit.

J. B. MORGAGNUS in cordis historia multa illustravit, foramen ovale, ejus valvulam, & chordulas & valvulas arteriosas, globulos Arantii, alia. In epistola vero posthuma XV. cum *VALSALVÆ* sinibus aortæ conjunxit observationes plurimas de cordis sinibus, auribus, foramine ovali, Eustachiana valvula, septo cordis, ejusque poris, *LANCISIANA* hypothesi.

JACOBUS DRAKE in *Antropologia nova*, Lond. 1707. 8. heteroclitam de respirationis & pulsus concentu opinionem proposuit. Cor in situ ad *COWPERI* delineationem expressit.

CHRISTIANUS STROEM in *nova theoria machina animalis*, *Amstelod.* 1707. 12. motum perpetuum cordis & respirationis per causas mechanicas explicare conatus est.

JACOBUS KEIL in *tentaminibus phisicis*, Lond. 1708. 8. Anglice editis, & sæpe recusis, virium cordis æstimationem inivit, *NEWTONIANA* de æstimanda vi liquidum projiciente formula usus, valde certe parcam, & alienissimam a *BORRELIANA*, velocitatem vero sanguinis insignem demonstravit, per experimenta & calculos.

G. ALB. HAMBERGERI *Diff. de Deo ex conspectu cordis demonstrato* in fasciculo existat; annus non novi.

CHRIST. ADAM THEBESIVS in *Diff. de sanguinis circulo per cor*, *Leid.* 1708. habita & *Leid.* 1716. 8. recusa & *Lipsiæ* 1739. 4. & *JOH. MUNNIK* in *Diff. de circul. sang.* *Traject.* 1709. proposita vasa sanguinem in cordis ventriculos exhalantia repetierunt, & denique *D. ROCHET* in VII. volumine *Diarii Veneti*, quod *Galleria di Minerva* dictum est.

GUIL. COWPER in *Myotomia* magna posthuma præter fibras cordis, magis quam alibi fideliter expressas, valvularum etiam arteriosarum naturam, & morbos, & valvulam Eustachii pictam dedit.

J. PHILIPPUS VERHEYEN exhalationem arteriarum minimarum in cor in *anatomie* sua experimenta confirmavit.

P. DIONIS cordis motum observavit, digitum conprimi in actione sensit, & brevius fieri docuit.

In *J. J. MANGETI* *Theatro* observationes nonnullas ad Morgagnianas icones adpersit *J. B. BIANCHI*.

MICH. ERN. ETTMULLER de *circulatione sanguinis in fetu*, *Lips.* 1715. 4.

J. MARIA LANCISI de cordis historia optime meritis est. Posthumo enim opere de *corde & aneurysmatibus*, *Romæ* 1728. fol. *Venet.* 1739. fol. *Leid.* 1740. 4. (quod promissum in editione operum *PACCHIONI*, *Pagliarini Bibliopolæ* castigatius ediderunt *Romæ* 1745. 4.) edito anatomen totam hujus visceris ab integro orsus, fibrarum ordines, valvulam Eustachii, sinus venosos, valvularum situm, morbos & nervos cordis, vaginas vasorum pulmonalium adgressus est describere. Minime tamen dissimulo, aliqua ita se habere, ut etiam invitatus fatear, plenam apud me fiduciam non invenire v. gr. glandularum, quibus humorem pericardii tribuit, excretorios canales; opinio de motu auricularum cum motu cordis homochrono, &c. Observationes aliquas, & eam de valvularum in vividioribus animalibus situ, ut venas tegant, sibi vindicat *PETRIOLUS* in sua editione *EUSTACHII* p. 91.

J. M. LANCISI opus de *corde & aneurysmatibus* prodit etiam *Neapoli* 1738. 4. quod quidem opus jam in conclavi 1700. scribere cepit.

CHARLES MALOUEN in *Tr. des corps solides & fluides, ou examen du mouvement du cœur, des artères, &c.* Paris. 1717. 12. quantum ex *Diariis* video, habet ad *BORELLUM* animadversiones, arteriarum elaterem removet a numero resistentiarum, quas cor superat, &c.

ADAMUS BRENDEL in *Obs. anat.* Dec. III. vasa exhalantia cordis descripsit, ex suis experimentis.

ABR. VATER in *prog. ad Diff. de anatomico acerbis castigato*, *VVittemb.* 1719. 4. aliqua ad valvulam foraminis ovalis adpersit.

ARENT CANT in *impetuum* Tom. IV. pericardium & verum cordis situm, quem anatome comparata corruerat, bene expressit.

P. ANT. MICHEIOTTI de viribus cordis in *KEILIVM* animadversiones dedit.

Bbb 2

JOH.

JOH. JAC. PEYER *observationes anatomiae*, Leidæ 1722. 8. etiam ad motum cordis in vivis animalibus lucem adfundunt.

J. DOMINICUS SANTORINUS aures & ventriculos dimensus est & arteriosa venosaque vasa cordis; cordis dextræ majorem amplitudinem ad suas causas revocavit, glandulas cordis & pericardii negavit; arteriarum coronariarum originem super valvulas recte assignavit, in *observationibus anatomicis*.

WILLIAM STUKELEY *Description of the spleen, cor, valvulas, & venosarum valvularum chordas in Elephanto* descripsit.

MARTINI MARTINEZ *observationes de corde*, Madriti 1723. 4. editæ; rariores aliquas in corde varietates, & cor extra thoracem continent, &c. Recudi curavi in *Diff. selectarum*. T. II.

JOH. TABOR in *experimentationibus Medicis*, Londini 1724. 8. Vim cordis definire adgressus est per resistantiam, quam isti præstant valvulae: valde minutam etiam descriptionem dedit fibrarum musculosarum. Sed hæc quidem falsa est, ex icone 23. fibrasque rectilineas; illam ad minimum duplo minoris fecit, cum valvula aortica ad summum dimidiam contractionis aortæ vim ferant.

H. A. NICOLAI *Diff. de directione vasorum*, Argentor. 1725. 4. habet dimensiones cordis atriusque, sed erroneas aliquas ad ejus valvulas observationes.

J. WOODWARD reliquit egregia experimenta, quæ in *supplement and continuation of an essay towards the natural history of the earth* excusa sunt Londini 1726. 8. Plurimis exemplis ostendere conatur in sanguine & in singulis partibus, non in nervis vitam sedere. Ea experimenta ostendunt extracto corde, deletis nervis magnam vitæ partem superesse.

STEPHANUS HALES propius, quam quisquam ante eum ad æstimandam vim cordis accessit, incisus vivorum animalium arteriis, mensurato saltu, ad quem sanguis ascendit, eoque comparato cum area cordis, unde exsilit. Vide pulcherrimas observationes in ejus *Animal statics*, Londini 1733. 8.

D. SENAC in suis *physiologicis Dissertationibus*, quæ cum titulo *commentarii in HEISTERI anatome an. 1724. & auctius an. 1735.* Parisiis in 8. prodierunt, multa ad motum cordis & sanguinis tum experimenta attulit, tum etiam ratiocinia. Causam pulsus Cordis novam dedit. Nuper audio magnum opus de corde edidisse, quod nondum vidi.

D. SENAC opus de corde prodit Parisi. 1749. 4. 2. vol. In primo tomo inprimis & in fine secundi historia cordis continetur. Omnes priorum scriptorum, quos legat, descriptiones acriter & cum animo, ut videtur, carpenti examini subjecit, ut ne minutiis quidem parceret. Ipse novam anatomem proposuit pericardii, fibrarum cordis, venarum, arteriarum, valvularum arteriarum cordis, nervorum, hanc imperfectiorem. Cordis motum recte ab irritabili deduxit, non perinde vere arteriis tantas partes in circulatione promovenda tribuit, ut etiam absque corde sufficerent.

A. B. HELMAN *de pericardio sano & morbofo*, Leidæ 1729. 8.

J. G. DUVERNOY in *Aëtior. Petropolitano*. Vol. II. cor Elephanti descripsit, glandulasque, quas suspicatur tinctorium sanguinis liquorem parare. In VII. v. Tomo JOS. WESTBRECHT *de auriculis cordis* egit.

In *ACTIS SUBCICIS* anni 1730. cor Testudinis descripsit STOBÆUS.

W. WOOD *mechanical essay on the heart*, Lond. 1729. 4. nihil valde proprii continet.

Huc JOSEPHI LANZONI de pericardio tractatus pertinet qui in operibus omnibus reclusus est.

D. FERREIN in *duodecim quæstionibus* quas occasione vacuæ cathedræ Monspeliî defendit an. 1732. 4. duos novos motus cordis consideravit, rectum, quo ad pectus accedit & ab eo recedit, & motum conversionis, quo totum cor in priori motu antrorsum se convertit. Utriusque etiam motus causam assignavit, illum a sinibus venosis dilatatis cor repellentibus antrorsum, hunc a sinu sinistro magis quam dexter educto, ob resistentes vertebrae.

In *HENRICHI BASSII observationibus Anatomico-chirurgicis*, Hall. 1731. 8. minuta descriptio valvularum arteriosarum cordis cum duplici earum musculo reperitur.

ANDR. ERHARD HEINRICH *phanomena cordis*, Erfurt. 1734. 4.

WINSLOWI *expositionem* non pergo laudare, quod ubique commendare necesse foret.

In opere Danubiano Hufonis cor glandulis oblitum describitur, quæ liquorem aquæ Pericardii similem generent.

CL

RUYSCHIUS (a), in descriptione cordis & præparatione ejus consulendus est, ubi

CL. CROESERUS de *transitu sanguinis per foramen ovale*, Groningæ 1735. 4. Dissertat. edidit.

F. NICHOLLS in *compendio anat. æconomico*, Londini 1736. 4. novam sententiam de motu cordis proposuit, nempe alterne dextrum & sinistrum ventriculum contrahi & dilatari, non ut prius putabatur, simul utrumque. Ea opinio, nata ex æstimatione celeritatis, qua sanguis per pulmones circumducitur, a me olim expensa est in *Diff. de motu sanguinis per cor* 1737. 4. In *Edimburgensibus* etiam Tentaminibus Vol. III. aliqua contra eam opinionem dubia nota sunt.

In opusculo *Scientif. & Philol. T. IV.* habet aliqua de motu cordis HYACINTHUS de CHRISTO HORO.

C. A. a BERGEN in *progr. Fr. ad Viadr.* 1737. 4. quod de *difficultatibus controversiarum anatomiarum* inscribit, de modo agit, quo vires cordis ad calculum possunt revocari, tum phenomena in vivo animale describit, in *Comm. Lit. Bor.* 1738.

J. G. HAHN in *Disp. de aëris inspirati effectu*, quæ cum ejus descriptione febrium epidemiarum prodit, aliqua contra KEILIIUM de motu cordis monuit.

(a) FRIDERICUS RUYSCH ad arterias coronarias, earumque ramos, ad venam anteriorem cordis, ad vascula vasorum magnorum, cordis verum situm, venas pulmonales quatuor, &c. in Epistolis, Thesauris, & Adversariis observationes & icones proposuit.

Corda Insectorum descripsit ILL. de REAUMUR.

C. J. TREW. in *Tr. de differentiis hominis nati & non nati*, Norimb. 1736. 4. infinitas fere icones & veras observationes ad vias cordis proposuit, quæ fetui peculiare sunt, tum ad valvulam Eustachii.

G. W. MUYS, alibi citatus, carnem cordis reticulatam observavit, & in causam perpetui mobilis cordis inquisivit.

CHRISTIAN PHILIPPUS GLASS in *Diff. de circulatione sanguinis*, Hall. 1736. 4. habet plusculas CASSEBOHMII observationes.

J. WILH ALBRECHT in *Paranesi*, Gotting. edita 1736. 4. Isthmum VIEUSSENII pro nova valvula descripsit.

J. SAM. SCHAAARSCHMID in *disquisitione num pulsus cordis in ejus systole an in diastole sit*, Berolin. 1736. 4. post PERALTUM, & ante HAMBERGERUM, musculos dilatatores cordis adsumit.

Ad arteriarum coronariarum situm passim aliqua in *COMMERCIO NORICO* 1737.

J. SAM. CRELL de *valvula Eustachii*, an. 1737. VVittemb. disputavit, an. vero 1739. de *motu cordis Lancisiano* contra eum novatorem dixit.

A. F. WALTHER in *Progr. de fabrica auricularum cordis*, Lips. 1738. fibras musculares septi & valvularum Eustachii, idemque de *erubescentiis & venarum capitis tumore*, Lips. 1739. 4. vim auriculæ dextræ sphincteris modo in cavam agentem proposuit.

J. G. BRENDELIIUS, Collega noster clarissimus, *valvula Eustachiana* novam iconem & descriptionem dedit, VVittemb. 1738. 4.

Et ego an. 1737. de *vasis cordis* *Diff. scripsi*, cui an. 1739. iteratas addidi observationes. In his arteriæ coronariæ earumque exhalantes rami, vena mediæ cordis, & vena sinus dextri, & innominatæ, & annulus venosus cordis describuntur. An. 1738. de *valvula Eustachii* observationes edidi, Lipsiæ etiam eodem anno recusas.

DANIEL BERNOULLI in *hydrodynamicis* correxit formulam mensurandæ celeritatis, qua liquor ex foramine effluit, & eam, qua usus erat KEILIIUS, rejecit, aliamque dedit, cujus ope ex saltu sanguinis arteriosi velocitas sanguinis æstimari potest.

AB. KAAU de *perspiratione*, Leidæ 1739. 8. aliqua ad pericardii aquam, ad vasa cordis exhalantia, fibrarum transversalium absentiam monuit.

J. EXUP. BERTIN in *Disp. an causa motus cordis multiplex*, Parisi. 1740. arterias coronarias in systole cordis repleti, neque adeo vel ab hæc theoria vel a nervis cordis compressis perennitatem hujus visceris in motu pendere docuit.

PETRIOLUS, Chirurgus Romanus, in editione sua *EUSTACHIANARUM TABULARUM*, Rom.

ubi videmus, quam ingenti numero vasorum arteriosorum & venosorum cor confert.

Rom. 1740. fol. varias sibi tribuit LANCISII de corde observationes, & particulas aliquas aliter interpretatur, nonnunquam valde paradoxus.

D. SCHUSTER de aqua sive liquore pericardii 1740. 4. hujus aquæ in recens natis alibi frequenter repertæ exempla adducit.

EMMANUEL SHWEDBERG in œconomia animalis, quæ Amstelodami prodiit, Part. I. 1740. 4. Omnium scriptorum maxime paradoxus est. Sanguinis globulum fieri ex cubo salis marini tanquam basi, cui varii sales infixi sint & sulfura ad perficiendam figuram sphaeræ, circulationem sanguinis per cor ita fieri, ut sanguis ex corde per lacunas in ductus carnosos penetraret, tunc in arterias, perque eas in aortam redeat, &c.

LEANDER PEAGET, Parisiis an. 1741. 4. defendit sanguinem a dextra in sinistram cordis auriculam per foramen ovale transire, non contra.

D. KYPER in Diss. de humorum pericardii, Leidæ 1741. 4. aliquas observationes attulit.

HYAC. THEOD. BARON in Diss. an, dum cor contrahitur, dilatentur arteria, Paris. 1741. 4. arterias coronarias cum reliquis corporis humani arteriis synchronas facit.

D. LIEUTAUD in Essais d'Anatomie valvulam venosam dextram sinistramve unicam esse, fibras cordis vix in ordinem redigi posse, ventriculos æquales esse, & alia utiliter monuit. In systole cor brevius fieri monet. Valvulas arteriarum claudere credit arterias coronarias.

D. BLOEMESTEYN de humorum motu per vasa sanguinea, Leidæ 1744. 4. aliquas ad globulos Arantii observationes adfert.

D. GEISLER de motu sanguinis per vasa coronaria, Gorliz. 1743. 4. experimenta de vasis exhalantibus cordis instituit, & aliqua in aliorum observationibus mutavit.

CAR. AUG. A BERGEN in observat. anat. physiol. Pentade, Francofurti ad Viadrum an. 1743. edita, utiles ad foramen ovale observationes attulit.

FERREIN & PERSON in thesi anno 1743. 4. per experimenta demonstrat cor brevius fieri.

J. E. HEBENSTREIT de venis communicantibus, Lips. 1744. 4. fibras carneas valvulæ EUSTACHII ab auricula ortas descripsit.

AL. MONROG apud CHESELDENUM de relaxatione cordis eam hypothesein sequitur, quam BOERHAAVIUS, tum SWIETENIUS II. p. 18.

In syllabo partium corporis humani Petropoli edito T. XV. XVI. figuræ fibrarum cordis, & valorum thoracis cordisque habentur.

CL. SAUVAGES in notis suis & dissertationibus ad HALESII hæmasticam adjectis motum cordis definire adgressus est noviter, comparando cor cum folle, qui compressus a pondere liquorem per tubum propellit. Ita valde exiguam vim invenit & in JURINUM, KEILIIUM, BORELLUM observationes adspersit, ut integram contractionem iste, KEILIIUS vim columnæ sanguinæ per aortam pulsæ, JURINUS vim definiret, qua cor sanguinem ex suis thalamis exprimit.

ABRAH. ENS de causa motum cordis alternum producente, Ultraj. 1745. 4. varia experimenta in corde animalium vivorum instituit, eam a nervis pendere demonstravit, &c.

GEORG. LUDWIG. de MOUGE' de corde in genere, Basil. 1745. 4.

BRYAN. ROBINSON in nupero L. of food and discharges cordis rationem ad reliquum corpus definiit, idque ostendit in junioribus majus esse tum in avibus, in piscibus minimum.

ANTONII PETIT & de VALLUN ergo an in systole sua cor decurratur, Paris. 1746. 4.

BROWNE LANGRISH in nuperrimo supplemento Phil. Transactionum anni 1747. hypothesein de motu cordis alterno protulit, negavit sanguinem causam ejus motus esse, fibras cordis laxatorias dari suspicatus est, phænomena motus observavit.

DANIEL PASSAVANT in Diss. de motu cordis, Bas. 1748. vim, quam cor exercet ad calculum noviter revocavit, non valde magnam esse ostendit, ex subfiliante ad perpetuam docuit referre. Vim stimuli agnovit.

CL. KRUGERUS in nova editione suæ Physiologia multa experimenta ad motum cordis pertinentia citat, quæ WOODWARDO tribuit. In quonam vero Libro existent, nunc mihi q uidem non occurrit.

D. BUTNERUS Regiomonti de corde & pericardio extra corpus pendente an. 1747. Diss. edidit

stet. Qui hos conatus vult persequi, cor coquat, sanguine orbet, pinguedinem aufe-

edidit 4. Germanica lingua cum titulo *beweifs das ein Kind mit dem aus der brust gewwachsenen herzen leben könne.*

J. J. HUBER de foramine ovali suas cogitationes edidit Casselis 1747. 4. in quas alibi judicium meum dedi (prog. de for. ov. & valv. Eust.) ubi hoc scriptum tum anatomicis, tum physiologicis erroribus plenissimum esse demonstravi.

J. JAC. ROHT de liquore pericardii, Argentor. 1748. 4.

In SELECT. FRANCOF. de valvulis aortæ quæritur, & concluditur posse tegere ostia arteriarum coronariarum Auctor CL. GIERING.

De pulsu & motu cordis adeo plerique veterum practici scripserunt GALENUS, ACTUARIUS alique, quos in practicis repetemus.

JOH. ARGENTERIUS de calido innato, Florentiæ 1566. 4. cum aliis Libellis. *

J. FRID. SCHROETER de natura seu origine calidi innati, genæ 1583. 4.

SALUSTII SALVIANI de calore naturali L. II. Romæ 1586. 8. *

CAMILLI THESAURI pulsum opus absolutissimum. Neapol. 1594. 4. DOUGLAS. *

PETRUS PAULUS GALLIO de pulsibus. Perusiæ 1597. 4. DOUGL. *

ALFONSUS NUNESIUS de pulsibus. Salmanticiæ 1606. 4. DOUGLAS huc serviat. *

ANTONII MERINDOLI de calido innato & humido primigenio. Lond. 1655. 8. DOUGL. *

POMPEII CAIMI de calido innato. Venet. 1626. 4. Pro GALENO.

JAC. MOEBII disquisitio calidi innati & influentis. Marburgi 1627. 4. *

SANCTORIUS de SANCTORIUS in suo Comment. ad I. Fen. Avicenna, pulsilogium describit (p. 21. 22. 78. quod C. BARTHOLINUS vidit Probl. VIII. Exerc. IX.) ad differentias motuum æqualium inveniendas excogitatum.

J. HENR. BRONZER de calido innato & principatu jecoris. Patav. 1627. 4. in Tr. de hepate repetemus.

HERMANNI CONRINGII L. de calido innato. Helmst. 1647. 4. Habitare in septo cordis ponit.

CÆSARIS CREMONINI de calido innato pro Aristotele adversus Galenum. Leid. 1634. 4.

CÆS. CREMONINI l. c. calidum innatum verum elementarem calorem esse defendit.

F. LICETI Responso septem quasitis de motu sanguinis. Utini 1647. 4. *

PAUL. AMMANNI de caloris nativi natura. Lips. 1657. 4.

C. HOFMANNI de calido innato & spiritibus. Francof. 1667. 4.

Non alibi nempe opportunius disponere licuit eos Auctores qui de motu sanguinis, & circulatione, ut vocant, & calore, aliisque cum motu cordis connexis actionibus scripserunt, omissis tamen practicis. Plerique vero recentioris sunt ævi.

Spiritus per pulmones motum in sinistram cor primus GALENUS vidit & descripsit de usu partium. L. VI. c. 10. 15. ut tamen sanguinem crederet per septi poros imaginarios venire. It. de utilitate pulsus nonnulla L. II. huc spectantia habet, ut anastomosis venarum & arteriarum, tum de facultatibus naturalibus L. III.

ERASISTRATUS experimentum fecit, quod poterat ad circulationem sanguinis facere: ligavit femora & brachia in spuro sanguinis. CELSUS L. IV. c. 4.

ANDREAS VESALIUS non solum septum cordis contra veteres impervium esse defendit (de Corp. hum. fabr. p. 274. 734. 746.), sed etiam CARPENSIS BERENGARIUS ejus poros ægre in homine apparere monuerat in MUNDINUM p. CCCXLI. VESALIUS autem de vera circulatione non obscuras cogitationes aluit, sanguinem nempe, certe sub quibusdam conditionibus ex ramis venarum in truncos venire (p. 443.)

G. FALLOPIUS arteriam infra vinculum non pulsare, neque eam ergo vim insitam esse expertus est (de part. simil. p. 170.), de quo etiam experimento HARVEIUS egit & R. VIEUSSENS in Neurologia.

MICHAEL SERVETUS de VILLA NOVA, GUINTERI Andernacensis discipulus (quem iste in præfatione suarum institutionum edit. Basil. VESALIO laudat) GALENI sententiam de sanguinis motu per pulmones ornatius proposuit in L. V. de Trinitate, cujus fragmen-

auferat, & suspendat in aqua tepida, & aquam continuo renouet, hocce modo pergat

tum apud J. DOUGLAS, & apud S. R. MOSHEMIUM existat in *anderweitigem versuch einer Ketzler historie*. Helmst. 1748. 4. Hic homo omnino non partem sanguinis ex dextro corde egressi, sed cum sanguinem in pulmone ad flavedinem erectum, & pro spiritu vitali præparatum, omnem ad sinistrum sinum venire scripsit ob arteriæ pulmonalis molem nimiam, quam pro nutriendo pulmone sufficeret.

REALDUS COLUMBUS eam circulationem, quam voco *minorem*, & ipse confirmavit in *de re anatomica* L. VII. p. 177. argumento sumto & a magnitudine nimia arteriæ pulmonalis, & a sanguine, quem in pulmonali vena repererat, cum secundum GALENUM spiritus solum deberet continere.

Ad Auctores, qui circulationem minorem receperunt, pertinet etiam CASP. PEUCER de *variis divinationis generibus*, p. 245.

Ea ipsa sententia ante HARVEIUM frequenter recepta est. Eam JULIUS CÆSAR ARANTIUS satis veram esse vidit, cum poros septi cordis negaret, arteriæ pulmonalis magnitudinem observaret, & valvularum venæ pulmonalis situm, qui nihil a corde transmitteret *Observat. anat.* XXXIII. non tamen ausus est viam ingredi, quam certam esse videbat. Eam circulationem minorem receperunt etiam J. VALVERDO (qui COLUMBUM citat auctorem L. VI. c. 14.), FELIX PLATERUS p. 114. L. MERCATUS L. de *pulsu* (apud C. B. Theatr. p. 224.), ADRIANUS SPIGELIUS p. 278. JOH. LANGIUS apud FOLIUM. PIGAFETTA Fallopii Discipulus apud MONAVIUM in *Ep. Craton* L. V. p. 313. C. HOFMANNUS *Apolog. pro Galeno* p. 117. de *Thorace* p. 45. de *usu partium* p. 107. qui & ipse septi foramina rejecit *Apolog.* p. 121., & H. CONRINGIUS in *Diff. de calido innato*, Leidæ jam an. 1627. edita n. 10.

Denique ANDREAS CÆSALPINUS non circulationem solum minorem docuit, ut notissimum, (in Q. Peripat. V.) sed in somno sanguinem per venas in cor redire, uti in vigiliis per arteriās exierat, docuit in *Quæst. Medica*. 17. L. II. p. 234. argumento a ligatura venarum in venæ sectione sumto. In L. I. c. 2. de *plantis alimentis* per venas ad cor venire dixit. Verum id possit Galenice interpretari. De LEONHARDO BOTALLO diximus. Ejus liber de *via sanguinis a dextro in sinistrum cordis ventriculam* recusus est Ven. 1690. 4.

Verum anno 1628. GUILIELMUS HARVEIUS Francofurti *Exercitationis Anatomica de motu Cordis & sanguinis*, viciosam satis & imperfectam editionem dedit in 4. quo non minorem solum circulationem, sed majorem per omnia corporis vasa, in summam lucem constituit. Argumento usus est ligaturarum quas venis injecerat, valvularum, &c. Recusa est Leid. 1739. 4.

Cum vero JOHANNES RIOLANUS varia contra HARVEIUM moliretur, respondit vir magnus, & prioribus disputationibus duas alias addidit, quibus difficultates RIOLANI solveret, CARTESII admittas vero scorias refutat. Hæ tres Dissertationes infinitis locis recusæ sunt sub titulo de *motu cordis, & sanguinis circulo exercitationes anatomica* III. Lond. 1660. 8. Roterodami 1649. 12. 1659. 1661. 1671. 12. & nuper procurante ALBINO, Leid. 1736. 4. tum Anglice sub titulo *anatomical exercitations concerning* &c. Lond. 1653. 8.

Verum, ut fieri solet, contra novam veritatem plurimi Medici insurrexerunt. Et alii quidem unice HARVEIO laudem inventi studuerunt eripere. Ergo ad HIPPOCRATEM retulerunt circulantis sanguinis cognitionem plurimi, & antesignanus J. ANTONIDES van der LINDEN, cujus *Hippocrates de circulatione sanguinis* 29. disputationibus prodiit Leidæ 1659. seq. Alia etiam & alia loca subjecerunt nuperi, PHILIPPUS JACOBUS HARTMANNUS de *perit. vet. Anat.* p. 62. JOH. ab ALMELOVEEN *invent. nov. antiq.* p. 241. PETRUS BARRA Hippocrate de *la circulation du sang & des humeurs*. Lyon 1682. 12. *. CAROLUS DRELINCURTUS in *epimetris ad diff. de lienosis*. CAROLUS PATINUS *circulationem sanguinis veteribus cognitam fuisse*. Patav. 1685. 4. * LAURENTIUS HEISTERUS in *p. an sanguinis circulus veteribus incognitus fuerit*. Helmst. 1721. 4. conf. *Annal. Jul.* 1 p. 146. P. REGNAULT *Origine antique de la Physique moderne*. Entret. I. p. 156. 157. NEMESIUM excitant alii, ut ipse doctissimus J. G. BERGERUS de *natur. hum.* p. 55. & Editor Oxoniensis Nemesii.

Mihi

pergat per aliquot septimanas; ita fit glomer vasorum, pinguedo enim sensim tolli.

Mihi vero omnino visum est, & HIPPOCRATEM & GALENUM & veteres aliquos aliquam habuisse suspicionem de sanguinis ex minimis arteriis in venas commearu, sed eum motum reciprocum statuisse, & in universon iis vocibus esse usos, quas de circulatione majori nemo ante HARVEIUM intellexerit.

Inter primos, qui HIPPOCRATI circulantis sanguinis cognitionem tribuerent, fuit J. NARDIUS *Noët. medic.* X.

Huc etiam referendus est G. C. STENZEL de *vestigis circulationis sanguinis apud HIPPOCRATEM*, VVittemb. 1731. 4.

Denique NATALIS FALCONET in libello, qui cum ejus opere *des fièvres* prodiit, ostendere conatur ex voce *παλῆρον*, ex tardiori reditu (*διεξόδη*) sanguinis refrigerati, aliiisque boni senis locis, eandem gloriam Coo vindicare nuper anno 1723. conatus est.

Alii ad F. PAULUM SARPI retulerunt inventum, ut ULMUS, WALÆUS, THOMAS CORNELIUS, personatus ille LEONICENUS, sive PECHLINUS fuerit, sive DRELINCURTUS *Metamorph. Apollin & Æsculapii*. p. 76. (qui longam historiam narrat ut habuerit a SARPIO HARVEIUS), J. VESLINGIUS in *Epist. a BARTHOLINO editis Cent.* 1. Ep. 26. (qui etiam codices manu SARPII scriptos citat). Alii ad THOMAM HARRIOTUM referunt, ut LINDENIUS l. c. n. 19L.

Verum de iis omnibus viris nemo experimenta citat, per quæ ad cognoscendum verum pervenerit. Et, si valvulæ a FABRICIO inventæ PAULO oculos aperuerunt, cur demum ipse FABRICIUS tanto SARPIO vicinior, nihil de sui inventi splendida utilitate suspicatus est? Et J. DOUGLAS ex Patre FULGENTIO Auctore vitæ SARPII demonstrat, non circulationem sibi SARPIUM tribuisse, verum valvulas. Aliqui, ut CL. SENAC (*Essais de Physique*), p. 416. suo HON. FABRO circulationem sanguinis tribuunt, anno 1638. publica thesi defensam, duobus annis antequam HARVEIUS scripserit (*FABER ipse de homine Lib. I. prop. 2.*) Verum boni viri ignorant HARVEIANUM scriptum decem ante annis, anno nempe 1628. prodiisse.

Ad auctores qui SARPIO circulationis sanguinis inventionem vindicare student, pertinet CL. GEMMA, sed neque iste ullum idoneum pro SARPIO testimonium protulit, cum de ea lite in *Italia letterata* disquireret, p. 696.

PETRUS LAUREMBERGIUS in *Collegio Anatomico*. Rosloch. 1636. 4. circulationem sanguinis pro re nova describit, & fusc tueret nullo inventore nominato.

Alii, ut WEDELIUS de *circulatione sanguinis ÆGIDIUM GUTHMANNUM*, fanaticum hominem citant, qui in *offenbahrung göttlicher Majestät* circuli nomen habet.

Alii HELFRICUM DIETERICUM habent, qui anno 1622. vel 1624. de circulatione cum CASPARE HOFMANNO egerit.

HELFRICUS DIETERICUS, quem aliquos pro inventore circuli sanguinis habere diximus, deque eo cum C. HOFMANNO egisse, unicus in *vindictis adversus TACHENIUM* sibi testis est, ubi ex vivis canibus anno 1622. conatum fuisse probare repugnanti HOFMANNO.

Alii refutaverunt omnino novum inventum, & vel veteres theorias defenderunt, vel luce nova abusi, proprii aliquid loco HARVEIANI inventi subijcere sunt conati.

Primus in HARVEIUM arma movit JACOBUS PRIMIROSE. Ejus viri sunt *Exercitationes & Animadversiones de motu sanguinis contra HARVEIUM* Londini 1630. 4. Leid. 1639. 4. & *Animadversiones in Walei disp. quam pro sanguinis circulatione Harveiana proposuit*. Amstelod. 1639. 1641. Leid. 1656. 4. & *Observationes in theses quas pro circulatione sanguinis defendit Henricus le Roi*. Leidæ 1640. 4. 1656. 4. & in *antidoro adversus H. Regii venenatam spongiam*. Leid. 1644. 4. varia objecit. Ligata vena plus ex parte fluere quæ cordi est propior, quam ex ea quæ remotior, &c. Pleraque tamen theoretica sunt & captiunculæ.

ÆMILIUS PARISANUS de *cordis & sanguinis motu lapidem lydium* edidit Venetiis 1635. fol. recusum Leidæ 1693. 4. Sed eum Auctorem etiam tunc nemo legebat, quando de novo invento adhuc certabatur.

C. HOFMAN in *Apolog. pro Galeno* L. II. Sect. IV. c. 48. in *digressione ad circula-*

tionem

tollitur, & fibræ extricantur a se mutuo, unde clarissima & distinctissima cordis oritur idea.

nem sanguinis, Parisiis edita 1647. 4. & cum novis Opusculis Riolani recusa 1652. 8. Sanguinem non moveri, ut aqua in fluvio, sed fluctibus excitari, ut mare, docuit Apolog. pag. 106.

ECCARDI LEICHER de motu sanguinis exercitatio antiharveiana. Arnstad. 1647. 12. Jen. 1653. 12. Amstelod. 1665. 12. (LIND.) Cavilli sunt, sumti a tormentis pereuntis animalis, quæ motum sanguinis confunderent.

J. RIOLANI Opuscula anatomica. Londini 1649. 4. habent novam doctrinam de motu circulatorio sanguinis in corde. Notas in duas J. Wallai Epistolas de circulatione. Hæc etiam cum Anthropographia existant. In novis Opusculis, Parisiis 1652. habentur notiones ad primam Exercitationem Harveii: Responsio ad duas exercitationes anatomicas postremas. Nor. in Tr. Gassendi de circulatione sanguinis: admonitio ad P. Guiffard de officio cordis novo. Defensio adversus inquisitionem Slegelii de motu sanguinis. Argumentum a varicibus sanguinis motum non penitus intercipientibus, ante PISONEM protulit de circulat. sang. p. 576. Arteria ligata venam incisam tamen sanguinem suppeditare, ligatura injecta sanguinem nunquam non fluere, ut oporteat removeve vinculum, & alia objecit. Novam autem circulationem docuit, ut in vena portarum quidem sanguis maneat, nec ad cor redeat, sed per cordis fit pervium, & sanguinem a dextro cordis in sinistrum transmittat.

HIERONYMUS FRANZOSIUS de motu cordis & sanguinis in animalibus pro Aristotele & Galeno adversus neotericos scripsit L. II. an. 1651. editos. *

NICOLAI PAPINI cordis diastole adversus Harveianam circulationem defensa. Alençon 1653. 4. *

FRANCISCI ULMI in circulationem sanguinis Harvejanam Exercitatio anatomica. Augstori Pictonum 1659. 4. *

Minabatur etiam se contra circulationem scripturum *M. AUR. SEVERINUS* Ep. VII. apud *SEGERUM* post. l. de *Lympha Bartholiniana* quidditate, ei parum tribuebat *GUIDO PATINUS*.

Ab eo tempore rari fuerunt, qui *HARVEIO* obloquerentur. *FRIDERICUS SCHILLING* an. 1679. Basileæ contra *HARVEII* circulationem disputavit.

RAYMUNDUS RESTAURAND in *Zodiac. Med. Gal.* P. V.

LUDOVICUS HANEMANNUS de motu cordis. Kiloni 1706. 4. * Dicitur apud *STOLIUM* contra circulationem scripsisse.

HOMOBONUS PISO in ultione antiquitatis, Cremon. 1690. 8. & in nova disquisitione de circuitu sanguinis, Patavii 1726. 4. objectiones partim suas, partim *RIOLANI* reposuit, & etiam cum *MORGAGNO* experimenta faciente ausus est contendere. Objecit venena aliqua aliis celerius necare, quod fieri non oporteat, si communi via ferantur: lac injectum venæ brachii in brachium esse relapsum: venam supra ligaturam sanguinem dedisse, & inter duas ligaturas. Reliqua fere ex theoriis sumit.

PETRUS ANTONIUS de MARTINO in responsione ad trutinam medicam *MUSITANI* tractavit de morbis corporis humani & impugnavit *HARVEIANAM* sanguinis circulationem Neapoli 1699. 4. *

JOS. BROWNE in lecture of anatomy against the circulation of the blood. * Annum non novi, sed hujus seculi esse apparet ex libello *Discourse concerning the circulation of the blood in Answer to D. BROWNE's lecture* by *J. GARDNER*. Lond. 1700. 4. (*HARLEY*).

Denique *LYSERUS* in primis Systematis novi medici lineis. Argentorati 1722. 4. circulationem sanguinis in dubium revocare sustinuit, & in *BORELLI* calculos de motu cordis animadvertit.

Contra veritatem adgnoverunt, & novum de motu sanguinis venosi inventum receperunt meliores animæ.

Inter primos fuit *ROGERIUS DRAKE* in disp. de circulat. naturali. Lond. 1643. 4. 1656. 4. & vindic. contra animadversiones *Primirosii* in Theses suas. Lond. 1641. 4. * Leid. 1647. 4. * 1656. 4.

Tum

Tum *JOHANNES WALÆUS* primus *SYLVIO* monente circulationem sanguinis in cathedras intulit (*BARTHOLIN* Orat. X.) Ejus Epistola I. & II. de motu chyli & sanguinis ad *Bartholinum*, & sola cum *Bartholiniana* Anatomia edita est Leidæ 1641. 1643. 1651. 1669. 1670. 8. Hag. 1656. & 1663. 8. * Hæc duæ & cum *SPIGELIO* Epistola plenæ sunt experimentis egregiis, vinculorum ope factis, fere in omnibus totius corporis venis. Ad *PRIMIROSII* etiam objectiones respondet.

F. SILVIUS ex primis circulationem se docuisse & *ADOLPHUM FORSTIUM* convicisse testatur *Disp.* V. n. 15. Hypothesein idem adhibet in *Disp.* VIII. ad causam motus cordis.

GEORGIUS ENT in *Apologia pro circulatione sanguinis*. Lond. 1641. 8. & in operibus omnibus præter rationes pro veritate inventi, laudem etiam primæ demonstrationis *HARVEJO* adseruit, non tamen absque anachronismis. Idem *Biolychnium* defendit.

JOHANNES TRULLUS, eximius Chirurgus & lithotomus, Romæ novam veritatem ex primis defendit. *SINIBALD* in *Geneanthropia*. p. 523.

HENRICUS REGIUS in *Thesibus* Ultrajecti defendit *CARTESIANAM* de motu sanguinis hypothesein. *IDEM* scripsit *Spongiam qua eluuntur sordes animadversionum JACOBI PRIMIROSI* adversus *Theses de circulo sanguinis in Academia Ultrajectina nuper disputatas*. Leidæ 1640. 4. 1656. 4.

HERMANNUS CONRING de sanguinis generatione & motu naturali. Helmstadii 1641. 4. Leid. 1646. 8. Pro *HARVEJO*.

JOH. MARQUARD SLEGEL de motu sanguinis commentarius. Hamburg. 1650. 4. *RIOLANI* circulationem refutat.

V. FORTUNATUS PLEMPIUS dubitabat de circulatione apud *BEWERWYCHIUM* de *Calculo* & contra scripserat in *fundamentorum Medic.* editione I. an. 1638. Sed idem victus a vero in nova editione, II. *Fundamentorum*, anni 1644. & factus est errorem, & experimenta pro *HARVEJO* attulit p. 113. & refutavit poros septi cordis, quos *O. HEURNIUS* & *FALLOBURGIUS* stylo fingeant (*DIEMERBROEK Anat.* p. 278.), & retinebat *ROLFINKIUS*, & ipse *BARTHOLINUS*, p. 378. 401. *Anal.* *IDEM* jam an. 1642. Jenæ primus circulationem defendit in dissertatione, cujus respondens fuit *J. T. SCHENK* (*Schenkio teste in Schola part.* p. 57.)

PETRUS GASSENDUS in *L. de sanguinis circulatione*, qui prodiit cum ejus *Philos. Epicurea*. Lugduni 1649. fol. a me nondum lectus est.

RENATUS des *CARTES* de motu cordis & circulatione sanguinis inter Epistolas a *JOH. BEWERWYCK* editas, Roterod. 1665. 8. Cordis quidem motum habet erroneum, cum in diastole sanguinem exire doceat. Reliquam tamen circulationem recepit. In *L. de formato fetu* eadem habet, & calorem innatum cordis adfirmat.

JACOBUS DE BACK de *Corde*. Roterod. 1648. 1659. 1660. 1671. 12. &c. *Cartesium* & *Biolychnia* refutat, cæterum de bile & succo pancreatico infelicem theoriam habet, neque valde scio, quomodo *nervosi* nomen adeptus sit.

JOHANNES PECQUETUS in *Exper. anat. T. BARTHOLINUS*, *CAROLUS DRELINCOURT* in *Canicidiis*, *J. G. BERGER*, *P. DIONIS*, *JOH. PHIL. VERHEYEN*, *R. VIEUSSENS* *neurograph.* p. 26. experimenta in vivis animalibus pro demonstrando sanguinis per venas regressu proposuerunt.

GUILIELMI de *HENAUT* *Clypeum*, quo tela in *PECQUETI* Cor a Car. le Noble conjecta infringuntur. Rothom. 1655. 12. * non legi, & forte pertinet ad ductum thoracicum.

MAURICIUS HOFMANNUS de transitu sanguinis per medium cordis septum impossibili contra *Galenum* & *Riolanum*. Altd. 1659. 4. & *EJ.* de transitu per medium pulmonem facili eodem anno *B. PLATN*.

Denique contra ultimum hostem *PISONEM* & *MORGAGNIUS* experimenta fecit, & respondit *J. JACOBUS MANGET* in *Bibl. an.* p. 955. & experimenta etiam protulit.

Etiam nunc tamen teste *CL. HIFFERNAN* of man Hispani non valde credunt circulationi sanguinis, & vidit ipse medicum, qui ad demonstrationem responderet, videri sibi, neque tamen se credere, p. 42.

Inventionis vero gloriam *HARVEJO* adseruit *ARCHIBALDUS PITCARNE* in *Diff. de Inventoribus*, & Hippocrati non fuisse notam circulationem ostendit *ANDREAS OTTOMARUS*

Ccc 2

RUS

RUS GOELICKE *Period. V. Hist. Med.* p. 498. & DANIEL CLERICUS *histoire de la Médecine* p. 127. G. C. SCHELHAMMER in *Physiolog.* p. CLIV. Legi etiam potest ILL. C. J. TREWIUS *de diff. hom. nat. & non nat.* p. 60.

Ad historiam inventi HARVELIANI legi etiam potest P. GERIKE *de circulatione sanguinis*, Helmstad.

Modestissimum vero virum fuisse HARVEIUM ipse, qui tamen contra novum inventum scripsit, testis est J. NARDIUS *Noct. genial.* p. 274. conf. p. 54. Bustum HARVEII in coll. CULERIANO consecravit R. MEAD *tour through great Brit.* II. p. 435.

ALEX. de VICENTINIS *de calore per motum excitato atque de cæli influxu*. Verona 1664. 4.

In GUALTHERI CHARLETON *Oeconomia animalis*. Lond. 1658. 8. Amstelod. 1659. 12. quæ eadem pro titulo habet *of nutrition and voluntary motion*. Lond. 1659. 4. & in *inquiry into humane nature*. London. 1680. 4. habetur etiam de circulatione caput. Flamulam vitalem defendit.

FRANCISCI POLLI *recreatio Physica, in qua de sanguinis & omnium viventium analogâ circulatione differitur*. Florent. 1665. 8. PLATN. *

M. MALPIGHIUS in *Epist. II. de pulmonibus* primus microscopio usus est ad demonstrandam sanguinis circulationem.

PHILIPPI FAC. SACHS *Oceanus macro-microscopicus*. Breslav. 1664. 8. Compilatio.

ANT. DEUSING *de motu cordis & arteriarum*. Groning. 1663. 12. jam dictus est. IDEM in *exercitationibus physico-anatomicis*. Groning. 1660. 12. egit etiam de sanguificatione, &c.

HENRIC. MEIBOM *de motu sanguinis naturali & præternaturali*. Helmstad. 1668. 4.

R. LOWER *de motu sanguinis caput* habet lectu dignissimum.

GUALTHERUS NEEDHAM *Biolychnium* refutavit, quod J. HOLST (apud BARTHOLINIUM *de luce hominum & brutor.* Hafniæ 1669. 8.) adhuc defenderat.

Sic etiam C. BARTHOLINUS *de Diaphragmate*, de humorum motu a fibra motrice, de corde, &c. aliqua capita habet. IDEM peculiari figura viscera, per quæ circulatio fit, expressit in *Historia Anatomica*.

J. BOHN. *de circulatione sanguinis*, Lips. 1671. 4.

STEPH. BLANCARD *de circulatione sanguinis per fibras & de valvulis in iis repertis*. Amstelod. 1676. 12. Hypothesis est, refutat tamen fermentationem cordis.

CHRIST. JOH. LANG *de circulatione sanguinis*. Lips. 1680. 4. Diss.

J. ALPH. BORELLUS in L. II. *de motu cordis*, uti jam monuimus, deinde de motu sanguinis ab arteriis, de ratione impetus cordis ad resistantiam arteriarum, aliisque huc pertinentibus egit.

J. SWAMMERDAMMIUS Thermometrum pro addiscendis gradibus caloris ægrorum & animalium proposuit (*de respirat.*), quod deinde inventum insigniter auxit BOERHAAVIUS, & in praxi adhibuit.

R. W. KRAUSE *de fermentatione sanguinis non existente*. Jen. 1682.

ANTON FILIPP. CIUCCI *filo d'Arianna... al quale si aggiunge un breve trattato della circolazione del sangue*, Macerata 1682. 12. *

ANTONIUS de HEIDE in *observationibus*, quæ Amstelodami 1684. 8. & 1686. 8. prodierunt, aliqua ad explicandam mutationem motus sanguinis a venæ sectione experimenta ex vivis animalibus habet.

Cum ANDRÆ SNAPE *Anatomy of a horse* prodit ejus *Diss. on the motion of chyle and blood*. Nihil valde singularis, nisi quod neget arteriarum venarumque anastomoses.

G. WEDEL *Physiologia pulsus*. Jen. 1689. 4.

LAURENTII BELLINI *de urinis & pulsibus & vena sectione* L. Bonon. 1683. 4. Lips. 1685. 4. Leidæ 1717. 4. In Tr. *de pulsu* physiologiam motus arteriosi habet. In eo de vena sectione mutationes a venæ sectione in motu sanguinis ortas ita considerat, ut ejus theoria a plerisque Medicis recepta sit. EJUSDEM Opuscula ad ARCHIBALDUM PITCARNE, Pist. 1695. & Leid. 1696. 1714. 4. Huc pertinent libelli *de motu cordis*, & *de motu liquidorum*. In illo aliquam de motu cordis alterno theoriam habet. In isto arteriarum conice decrecentium resistantias, areas & anastomoses arteriarum, harumque effectus considerat. Ubique tragicus, parvus in experien-

periendo, plurimus in admirando, & verbosus demonstrator. Ab eo provenerunt falsæ theoriæ, celeritatem sanguinis in inflammatione augeri, quod pars canalium obstructa simplicam quamlibet in vase de velocitate tota liquoris per vas fluentis eam partem deterere, quæ sit ad velocitatem, ut unitas ad plenum numerum, &c.

RAIMUNDUS VIEUSSENS de causa pulsus, de motu cordis experimenta habet. IDEM in Tr. *du Cœur* & alibi Cordis fermentationem defendere est conatus.

G. C. SCHELHAMMER *de pulsu*. Helmstad. 1690. 4. ex impulsu sanguinis & arteriæ figura conica pulsus & ejus adfectiones explicat.

SPOLETUS, quem de *Secretionibus* citabimus, huc etiam pertinet. Retardari sanguinem in minimis & resolvi docet.

G. COWPER in introductione ad anthropologiam & in *Phil. Transf.* n. 285. de circulatione egit, eamque posteriori loco per microscopia defendit.

JACQUES CHAÏLOU *Recherches sur l'origine du mouvement du Sang, du Cœur & de ses vaisseaux, du Lait, des Fièvres intermittentes & des humeurs*. Paris. 1664. 8. (HÆNEL. B.) 1679. 12. 1699. 12. Theoreticus, circulationem, rem tunc novam, defendit, lac ex chylo parari demonstrat, &c.

ANTONIUS van LEEUWENHOEK circulationem sanguinis microscopii ope in animalibus variis, sed piscibus imprimis, magis conspicuam reddidit, motum retrogradum observavit in languetibus, & vasculorum minimorum structuram cylindricam absque valvulis. Ultimo bonus senex eo delapsus est, ut sanguinem in arteriis lente, in venis celeriter moveri, & in istis pulsare docuerit.

In *Phil. Transf.* experimenta microscopica varia huc pertinent.

Calorem animalium in pulmone generari n. 27.

LEEUWENHOEK *de circulatione sanguinis*. n. 260. (in Girino) 263. 316. 319. & alibi.

MOLINEUX *circulatio sanguinis in lacerta viva*. n. 177. Circulatio etiam in piscibus viva. n. 280. 281. 286. 288. & denuo 460.

MORTIMER *de calore animalium*. n. 476. Contra Boerhaavium & systema frictionis scripsit.

GEORGIUS ERNESTUS STAHLIUS magnam vim librorum de motu sanguinis scripsit, ut vindicta theoria medica vera motus tonici vitalis. Hall. 1692. 4. *de commotione sanguinis*, & *circulatorio & translatorio motu* ibid. 1694. 4.

De Mechanismo motus progressivi sanguinis, quo motus tonici partium porosarum necessitas, utilitas & habilitas ad motum sanguinis ostenditur. Hall. 1695.

De astu maris microscopici, seu de fluxu & refluxu sanguinis. Hall. 1696. 4. qua etiam theoria febrium continetur.

De commotione sanguinis activa & passiva. 1698. 4.

De motu sanguinis particulari. Hall. 1702. 4.

De moribus humorum spasmodicis. ibid. 1707. 4.

De preparatione artificiali pro circulatione humorum vital. Hall. 1710. 4. parenchyma staret, quod vi animæ stringi, & laxari, & sanguinem facilius, ægrius, vario gradu transmittere posset.

De proportione humorum ad motus. 1711. 4.

STAHLII etiam huc pertinet theoria mortis, in qua a cordis quiete non omnem actionem, imo nec excrementorum quidem expulsionem cessare fatetur.

ARCHIBALDI PITCARNE *de circulatione sanguinis per vasa minima*. Leid. 1693. 4. (B. RIV.) & in opusculis. Refutat figuras pororum ob vices frequentes exclusionis. *De circulatione sanguinis in genitis & non genitis*, inter opuscula. Aortam esse apicem coni, indeque sanguinem in amplius revera spatium diffundi, hinc retardari recte vidit.

ARCH. PITCARNE *de circulat. sangu. in genitis & non genitis* prodit Leid. 1693. 4. EJUS etiam est *de causis diversa molis qua sanguis fluit in natis & non natis per pulmonem*.

J. W. WEDEL *de circulatione sanguinis*, Jenæ 1696. 4.

JACOBI GAÏET *explicatio materia & motus sanguinis, motus cordis & arteriarum*, &c. Genæv. 1700. 12. cum nova febris idea.

In Academia Regia Scientiarum Parisiensi, præter ea quæ de foetus circulatione citavimus, extat de circulatione sanguinis Dissertatio an. 1718. & de sanguinis in pulmone circulatione. DUPERNET an. 1701. Caloris humani mensura REAUMUR 1734. p. 562.

ASCANII MARIÆ BAZZIGALUVE novum systema medico-mechanicum & nova tumorum methodus. Parm. 1701. 4. Inflammationem, ante HAMBERGERUM, explicavit a globulis sanguineis in extrema vasa stipatis, hinc ignem exsulantibus, quem in membrana inclusum gerebant. Velocitatem in vasis minimis majorem esse credit ob minorem diametrum. Barbarus & maculosus.

FRIDERICUS HOFMANN Disp. *pulsuum theoria*. Hall. 1702. EJUSD. Disp. *de causa caloris naturalis & praternaturalis*. ibid. 1699.

PETRUS MATTHÆUS Consentinus in *animadversionibus physico-medicis*, Neapoli 1704. 4. historiam etiam habet viscerum hamatopœticorum.

ALEXANDRI THOMSON *Dissertationes medicae*, Leidæ 1705. 8. In Diss. I. de *motu quo veniuntur canales in fluida corporis animalis*, inquit in causam motus in vasis tenuioribus, & eum arteriis adscribit, non cordi.

JOHN FLOYER *the physicians pulse watch*, London 1707. 1710. 2. vol. Venet. 1715. 4. sub titulo *orivolo del polso*, 4. Esti credulus acido & temperamentis antiquorum, utilis tamen Auctor, multo labore pulsuum numerum definivit in variis, ætate, senio, temperamento, hominibus, vario tempore diei, in animalibus, in morbis variis. Experimento etiam demonstravit, quod sanguis in arteriis pulsus, in venis continuo fluxu moveatur. Aliqua de pulsu etiam habet in *Gerocomico*.

Aliqua etiam de pulsu habet WAINEWRIGHT in Tr. de *nonnaturalibus*.

A. RUDIGER de *reditu sanguinis mechanico per vices*. Hall. 1704. 4.

Ipsè PRÆCEPTOR in Diss. de *ratiocinii mechanici usu*, circulationem sanguinis in Rama & retrogressionem observavit. De calore animali in Chemia egit.

Apud GEORGIUM BAGLIVUM, jam excitatum, reperitur Systema de alterna vi cordis & duræ matris, oscillatione solidorum, vi arteriarum in movendo sanguine (*de fibra motrice*).

G. FRANK in *anastomosi retecta*, circulationem in visceribus singulis & in toto corpore consideravit. Sed nondum legisse contigit.

D. SANDRIS in Libello de sanguine citato aliqua etiam de velocitate sanguinis theormata habet.

JAC. FINKENAU de *pulsu*, Regiom. 1706. 4. Vidit cor pericardio destitutum.

CHRIST. WÄRLIZ *valetudinarium senum Salomonum in quo itinerarium sanguinis microscopicum seu circulus sanguinis notus detegitur*, Lips. 1708. 4. * Circulationem a SALOMONE describi contendit.

JACOBI KEIL pleraque huc pertinent, in *account of animal secretion*, &c. Lond. 1708. 8. Prima dissertatio agit, de celeritatum decremento in sanguine, quæ oriuntur a ramorum magnitudine, qua truncos superant. Inde a tarditate nata attractiones partium similes, ad secretiones præparant. In alio Libello habetur de copia sanguinis calculus, quam mire auget KEILIUS, supponendo membranas vasorum ex vasis fieri minoribus. In Lib. de velocitate sanguinis quærit, per experimenta, & observato saltu arteriosi sanguinis, celeritatem, qua sanguis uniformi celeritate spatia percurreret, si eam retineret quam a corde accipit. In altera editione Londini 1717. 8. edita, cujus titulus, *essay on several parts of animal economy*, & Leidæ 1725. recusa est, auctus est tractatus de velocitate sanguinis & vis cordis æstimata, tanquam pondus cylindri fluidi, cujus basis orificio cordis æqualis, altitudo dupla est lineæ, a cujus longitudine descendens sanguis eam celeritatem adquisivisset, qua ex corde fluit. Ita ad paucas uncias cordis vim æstimat, quia molem resistentiarum minuit. Hic etiam statica accessit.

J. GEORG. a BERGEN de *circulatione sanguinis*. Francof. Viadr. 1709. 4.

J. MARIA LANCISIUS in *Dissertatione de Secretione*, & in Lib. de *corde & aneurismatibus*, utique consuli meretur.

NICOLAUS CRESCENTIUS (Crescenzi) in tractatu physico-medico de *februm ratione*, Neapoli 1711. 4. de *corde & pulsu* egit, & non inutiliter vidit, arteriarum motum peristaltico similem esse, ut prope cor incipiens sensim ad extrema vasa pergeret.

S. DURJ de *motu vitali*, Leid. 1711. 4.

J. SAM. a BERGER de *transitu sanguinis per vasa minima*. VVittemb. 1713. 4.

D. SIEVERT de *morbis a motu humorum circulatorio acuto oriundis*. Basl. 1714.

WEDEL

WEDEL de *circulatione sanguinis*, Jenæ 1714. 4.

M. ERN. ETTMULLIER de *circulatione sanguinis in foetu*, Lips. 1715. 4.

P. SENAC in magno opere de corde plurima huc nova adtulit & arteriis magnam partem motus progressivi sanguinis tribuit, calculos CL. JURINI & aliorum refutat, agit de secretionem, retardationibus sanguinis, &c. Respondit CL. JURINUS in *Lettre a M. BUFFON ou réponse a quelques censures de M. SENAC*, qua ostendit verba sua a P. SENAC, mathematicum ignaro, in malum sensum detorta esse, & varios errores ab eo commissos.

G. FRANK *diapedesis restituta*. Hafn. 1716. 4.

F. HOFMANNUS in physiologia sua de motu humorum capita habet aliqua, & celeritatem in minimis majorem admittit.

GEORG. ANDR. ORLOVIUS de *motu sanguinis in arteriis & venis geometricè determinato*. Regiomont. 1718. 4. (PLATN.)

G. A. ORLOVIUS l. c. BELLINIANO more celeritates sanguinis & pressionis in cor & arterias definit.

P. ANTONII MICHELOTTI Lib. de separatione fluidorum totus huc pertinet. Multa in KEILIO & PITCARNIO correxit, aliaque recepta in calculos vi motrice Leibniziana emendavit, consideravit vim contractilem arteriæ, sanguinem non in lineis, sed vorticose per vasa fluere contra BELLINUM movit.

GEORG. CHEYNE a *theory or account of acute and slow fevers*. London 1722. & alias. Belliniana theoria est, velocitatis in obstructione auctæ ex minuto canalium numero. Vim mercurii a pondere specifico explicat; robur animalis a copia sanguinis unice deducit.

J. GOTTLÖB NEUMANN vom *Umlaufe des geblütes*. Dreßd. 1728. 8. *

A. HELPETIUS de *l'œconomie animale*. Boerhaavianam theoriam inflammationis habet ab errore loci, & vasa minorum generum.

SENAC in *Essais de Physique* in nova editione multa habet huc facientia, & inprimis contra systema derivationum Bellinianarum pugnat. Parum nempe omnino valere omnes vel revulsiones, & derivationes, ob valde parvam celeritatem sanguinis in vasis minimis. Facto ostio sanguinem non facilius effluere credit, quod sæpe ligatura sit opus. Verum, qui vasa replevit unquam, novit insignissime augeri celeritatem illabentis liquidi, si alibi vas recipiens pertusum fuerit.

JOH. TABOR in *exercit. medicis*, de motu quidem cordis jam excitatus est. Circulationis velocitatem etiam æstimat, & pressionem sanguinis in valvulas aortæ consideravit.

J. B. BIANCHI in *Dissert. de impedimento circulationis sanguinis* in genere habet affectiones canalium conici ab illisionibus particularum sanguinis.

J. GODOFREDI ARNOLDI de *vi viscerum in fluida*. Regiomont. 1726. 4. Vim considerat, quam contracti canales cylindrici & conici in sanguinem exercent.

J. de GORTER in Lib. de *secretione animali, de perspiratione & alibi*, varia Boerhaaviano fere modo, philosophatur. Generari calores unice docet in solidis se alterne contrahentibus & laxantibus.

THEOPHILUS LOBB in Lib. de *februm curatione* Anglice edito. Lond. 1734. 8. de calore animali multa habet, fere ad Boerhaavii modum, & de effectibus venæ sectionis simpliciter & dilucide agit.

STEPHANUS HALES princeps hic Auctor, ob experimenta subsultuum sanguinis ex arteria vivi animalis exeuntis, traducta ad æstimandam celeritatem, & vim cordis; tum ad observatam in pulmone sanguinis circulationem. In C. I. *vegetable statics* calorem animale æstimavit.

JURINUS in locis, quos de motu cordis excitavi, etiam celeritatem sanguinis in pulmone, vena cava, & alibi æstimavit.

TH. MORGAN in *philosophical principles of medicine*. London 1725. 8. plurima huc pertinentia habet, & cum ROBINSONO passim pugnat. Arterias successive contrahi secundum seriem appulsuum sanguinis, recte, nisi fallor docuit. Æstimavit decrementa velocitatum in vasis minimis Keiliano more.

An *essay on the transmutation of blood*, Lond. 1725. Causam caloris sanguinis in Chemia quærit.

In Actis Petropolitans, Vol. VII. VIII. CL. WEITBRECHT agit de cordis vi in sanguinem arte-

arteriosum, eamque in principio arteriarum extinguere dicit, secretionem vasorum capillarum negat, quia plena sunt. Tubum æquicrurum *GUILIELMINI* refutat. De pulsu agit, & in eo arteriam non unice dilatari, sed situm mutare inquit. In Vol. V. idem de motu sanguinis per sinus auresque scribit.

G. E. HAMBERGER de *vena sectione*, Jenæ 1729. 4. Negat derivationem per experimenta in canalibus vitreis facta.

J. S. WREEDEN *unterricht von der circulation des Geblütes*. Hannov. 1729. 8.

J. O. WREEDEN olim amici nostri citatus libellus agit de sanguinis in nato & non nato homine circulatione, cum organorum descriptione.

J. B. MAZINUS in *mechanica morborum* ad motum sanguinis aliqua habet, quæ citare potius, quam commendare sustineo.

J. F. SCHREIBER in *Elementis* legatur, Bellini & Boerhaavii discipulus.

LINGUET *an omnes animalium motus ab aere*. Paris. 1731. Thef.

BRYAN ROBINSON *Tr. on animal oeconomy*. Dublin. 1732. & auctius. Lond. 1738. 8. 2. vol. Tota pars prior est consideratio hydraulica motus sanguinis, & velocitatum, viriumque. Pro fundamento adsumit, omnem velocitatem fluidi esse in ratione composita ex subduplicata ratione vis moventis, & inversa subduplicata longitudinum & diametrorum. Inde vim revulsionem declarat. Experimenta etiam adducit, facta in fistulis mechanicis; quæ sic satis calculo respondent. Pulsuum etiam varietatem consideravit. Quod vero obstructo aliquo tubo reliquam celeritatem augeri, in angustato tubo celerius liquidum fluere scribat, id utique ad eum unum casum pertinet, in quo vis movens ita magna est ut resistentiis abunde sufficiat. In *Tr. of food and discharges*. Londini 1748. 8. etiam aliqua de retardatione in minimis, calore animali & pulsu habet.

B. ROBINSON *animal oeconomy* editio anni 1738. multa aucta habet ad motum sanguinis, pulsum, utilitatem venæ sectionis, cujus potestatem revulsoriam demonstrat. Refutatio *MORGAGNI* fere hydraulica est.

In altera parte tractatus de febribus ad circulationis leges agit de fabrica & vi cordis & arteriarum *CL. HUGO GOURAIGNE*, fere ad *BOERHAAVII* modum, cujus fabricam vasorum vasculosam & *KEILIANAS* retardationes recipit. Prodiit Monspel. 1730. 12.

In *Edimburg Essays* præter *MARTINII* aliqua inprimis *CL. STEVENSON* in vol. V. P. 2. extant de calore, contra Boerhaavium, quam putredinoso motui intestini sanguinis tribuit.

JUSTIEU *an non suus proprius lymphæ, ut sanguini, per corpus circulus*. Paris. 1728.

Auctores qui de venæ sectione nuper scripserunt hic legi possunt.

J. BAPT. SYLVA de *l'usage des différentes sortes de saignée, principalement de celles du pied*. Paris. 1727. 8. Ex principiis Bellinianis revulsionis vires extollit, in pedis venæ sectione contra vitia capitis, contra derivationem vero pugnat, adeoque contra sectionem venæ jugularis. Ea occasione multa physiologica & anatomica intercurrunt. In posthumis operibus, & in altero tomo etiam Dissertatio apologetica habetur de venæ sectione pedis.

In *TREVULTINIS* anni 1729. artic. 92. 97. pro *SYLVA* contra *HECQUETUM* habetur Apologia.

PHILIPPE HECQUET *observations sur le saignée du pied*. Paris. 1724. & alias 8. tum *Prémère & seconde Lettre sur la revulsion*, & III. L. *sur la saignée*, quæ prodierunt cum L. *de la trituration*. Paris. 1730. 8. Laxus in anatomicis & demonstrationibus. Venæ in pede sectionem ex nonnullis, valde flaccidis, principiis physiologicis reprobatur.

CHEVALIER *reflexions critiques sur le Tr. des usages de la saignée*. Paris. 1730. 12. Pro *HECQUETO* contra venæ sectionem pedis, quæ in partes infra cor sanguinem coacervat. Venæ jugularis etiam sectionem defendit. Bellini principia idem recipit.

FRANÇOIS QUESNAY *Observations sur les effets des saignées, avec des remarques critiques sur le Livre de Mr. Sylva*, Paris. 1730. 8. In primis quidem practice scripsit, pro derivatione, & *SYLVAE* paralogismum, quo certum gradum velocitatis sanguinis a venæ sectione subtrahi gratis adsumerat, utique redarguit.

JULIEN MORISSON *Lettres sur le choix des saignées*, Paris. 1730. 12. Opus *CL. SENAC*, de quo in practicis agitur. Revulsionem unice statuit, quæ sanguinem ex minimis vasis in aortam revocat. Derivationem & reliquas revulsiones parvi facit.

R. BUTLER *Essay on bloodletting*. Lond. 1734. 8. Sylvæ principia sequitur & venæ sectionem

nem pedis defendit, jugularis arguit, revulsionem explicat pro diversitate originis humorum arteriosorum, quorum sociæ venæ secantur, vel omnium vel plerorumque. Celeritatem in venis increfcere recte observat.

ROWLAND JACKSON de *vera phlebotomia theoria sanguinis circulationis legibus innixa tentamen*, Londini. 1747. 8. Physiologia fere ad *BELLINIANAM* sententiam est. In praxi secedit, multumque discriminis facit inter sectionem venæ ligatæ & non ligatæ. Vixi in Practicis.

BALTHASAR LUD. TRALLES de *vena jugulari frequentius secunda*. Uratisl. 1735. 8. Ex mechanicis illis & facilibus principiis doctè demonstrat, venæ jugularis sectionem sanguinem congregare in externam carotidem, adeoque utilem esse in congestionibus ad cerebrum.

MARTIN *Tr. de la phlébotomie & de l'arteriotomie*. Paris. 1741. 12. Et *SYLVAE* & *QUESNAY* & *SENNACI* adversarius, in universum tamen docet, accelerari sanguinem in arteria, cujus vena secatur, brachii tamen venæ sectionem præfert ex principiis physiologicis, maxime vero arteriæ radialis incisionem.

BROWNE LANGRISH in *modern theory of physik*. Lond. 1738. 8. refutat venæ sectionem derivatoriam, & revulsoriam commendat. Calorem a sanguine generari defendit. Pulsuum mutationes definit, & investigat causas.

A. VATER & *PAUL. HENR. GER. MOEHRING* de *inflammationis sanguinea theoria mechanica*, VVittemb. 1733. 4.

J. GEORG. MAURER de *pulsu cordis*, Altdorf. 1738.

J. A. WEDEL de *velocitate sanguinis a statu vasorum diverso dependente*. Jen. 1734. 4. ostendit longitudinem canalium, motum fluidi tardare, flexiones & angulos ramorum nihil valde mutare.

Oeconomy of humane frame mirificam theoriam dedit circulationis sanguinis, in qua cor nihil operetur, sed vires contrariæ vim omnem perficiant, hinc chyli adfluentis, inde resistentis atmosphæræ.

ANDRÉE PASTA de *motu sanguinis a morte, post mortem* Epist. Bergami 1747. 4. Brevi epistola per experimenta motum considerat, ex pondere ortum, quo post mortem liquida in cadavere moventur.

BARTISCH de *calore corporis humani*, Leid. 1737. 4. Pro caloris in sanguine origine & adfrictu.

DAN. BERNOULLI in *hydrodynamicis* principia tradit, ex quibus velocitas sanguinis in aorta, & vis cordis possit ex saltu observato erui, & celeritates quibus liquor ex cono truncato profilit.

G. MARTIN de *similibus animalibus & animalium calore* L. II. Lond. 1740. 8. Simplex, neque tamen inutilis. In priori quidem Libello unice usus est theoremate, quantitates sanguinis in animalibus similibus esse in ratione triplicata longitudinum, unde varia deduxit; sed in altero qui gradus cuilibet animali naturalis sit, quos gradus caloris animalia ferant, per experimenta cerge boni usus explicat. Calorem a frictione deducit. Sanguinem celerius credit fluere & altius salire, quam *KEILIUS*, sanguinem ubique in corpore æquo gradu celeritatis circumferri adfirmat, cum ubique æque calidus sit.

ÆJUSDEM *Essays medical and philosophical*, Lond. 1740. 8. In quinto specimine de calore animalium agit, deque gradu quem eorum sanguis motu suo generat, & eo quem ferre possunt. Aves calidiores quadrupedibus, Pisces paulum calentes invenit. In *Edimb.* vol. III. etiam de calore animali egit.

A. F. WALTHER de *erubescensibus & venarum capitis subitaneo tumore*. Lipsiæ 1739. 4. Ej. *Disp. de sanguine in suo per vasa progressu retardato acceleratoque*, absque anni numero.

P. GERIKE de *circulatione sanguinis*, Helmst. 1739. 4.

EMANUEL SWEDBORG in *Oeconomia animalis* P. I. Amstelod. 1740. valde peculiaria habet. Circulationem per fibras statuit celeriore, quam in vasis majoribus, & motum accessorium ab arteriis & a corculis cerebri sanguinem ex cordis cavo proprie in ductus carnosos, inde in arterias coronarias, hinc in aortam venire docet; arteriæ membranam intimam in venæ membranam externam mutari.

J. SEBAST. EDLEBER de *sanguinis circulatione majori, qua fit per aortam & venas cavas*, Dis. VVurzburg. 1740.

MAIQUER *an ab imminuta velocitate sanguinis secretio facillior*, Paris. 1740.

BERTIN *an causa motus cordis alterni multiplex*, Paris. 1740.

QUELMALZ *de adjunctis sanguinis ad cor regressus*, Lips. 1741. 4.

ABR. FRANCISCUS COL de VILLARS *Ergo a vorticofo sanguinis motu calor*, Paris. 1742. 4.

J. SCHWENKE in *hamatologia* varia habet de calore animali, de dilatatione ramorum lateralium arteria ligata, novisque adeo truncis nascentibus de pulsum numeris, febreque naturali vespertina.

ANTONIUS FIZES variis locis, ut in *conspetu Physiologia L. de Liene*, varia huc pertinentia habet, retardationes motus sanguinis in canale conico a vi, quæ consumitur in figura mutanda, de frictione theses, de ejus incremento in canalibus minimis, de efficacia retardatoria fluxionum, &c.

G. A. LANGGUTH *de circulatione sanguinis specim. II. VVittemb. 1743. 4. & de arteria a motu cordis amulo remota. VVittemb. 1745. 4.*

G. E. HAMBERGER *de cordis diastole a sanguine per venas, &c. Jenæ 1744. 4. statuit a nemine visas fibras dilatatrices cordis.*

G. E. HAMBERGERI etiam disputatio est, qua considerat, unius pulsationis predicata quatenus est actio, Jen. 1749. 4.

F. de SAUVAGES in *Theoria febris*, respondente FRANCISCO la MURE, Monspel. 1738. 12. recusa cum HALEs *hamastatiks*, & in *Disp. de inflammationis theoria* edita Bourg St. Andeol. 1743. 8. & cum eodem Libro recusa, ex præcipuis huc pertinentibus Auctoribus est.

Vim cordis nova causa motus accesserit, frictionum vim, caloris gradus, plurima alia, imprimis in *Disp. de inflammatione ex novis principiis explicat*. Causam pulsum a celeriori progressu sanguinis a corde noviter advenientis, & tardiore præcedentis sanguinis explicat. Eam retardationem in minimis, experimentis confirmat. Denique in *Disp. de vasorum capillarum corporis humani suctu*, Resp. le BRUN Monspel. 1747. 8. Sugere va-
fa minima ex majoribus, experimentis etiam nonnullis adlatis, docet.

J. BARBENES *de circulatione sanguinis in adulto*, Arg. 1742. 4.

J. H. SCHULZ & A. SCHAARSCHMIDT nonnulla ad motum cordis & circulationem sanguinis spectantia, Hall. 1742. 4.

J. AUG. LANGGUTH *meditationes de circulatione sanguinis*, VVittemb. 1743. 4. duæ disput.

J. ADAM KULMUS *de circulatione sanguinis*, Gedani 1744. 4.

CHRISTIAN ALB. GOTTH. GRUNER *de motu periodico sanguinis*, Altdorf. 1745. 4.

GOTTFRIED FERDINAND FOERSTER *de calore animali*, Erfurt. 1746. 4.

J. RUDOLPH. STAEHELIN *de pulsibus*, Basl. 1749. 4. bona disputatio. Ostendit, qua ratione pulsum indicia fallere queant, & corrigi ope respirationis. Vim cordis contractilem derivat a vi electrica ex nervis adfluente, quæ pereat a contactu sanguinis non electrici, & ex eadem causa reparatur. Motum successivum constrictionis arteriarum agnovit. Agit de vi flatus.

LOESEKE *de motu sanguinis intestino*, Lips. 1745. 4.

CL. G. van SWIETEN arterias in pulsu vere longiores reddi observavit, & retrogressionem ex ramis in truncos.

G. ADAMS in microscopis suis observationem habet circulationis sanguinis in rana, & distinctionem arteriarum & venarum ab acceleratione in illis solis observata. Sic etiam CHESELDENIUS in nova edit. *Anat. T. 30. f. 2. piscium circulationem* exprimit; & PARSONS in *T. I. f. 3. de motu musculari*, & BAKER in *microscope made easy*.

SALMON *de fluxu menstruo*, Monspel. 1745. 8. ex D. FERREIN experimentis docet, quid mutetur in celeritate sanguinis exacta vel ligata arteria.

LE CLERC *an pulsationis adfectus ab æquabilitate motus sanguinis*, Paris. 1745. Experimentum habet, quo liquor per arterias mesentericas subsultim impulsus per venas continuo ductu rediit. Sic spongia interposita pulsum absorbet. Sed hoc experimentum jam PLEMPIUS habet in *fundam.* & simile FLOYER l. c.

J. A. NICOLAI *betrachtung des puls-schlages*, Hall. 1746. 8. Cum KRUGERO sanguinem arteriosum fortius venoso moveri dixit, quod iste pressione seu mortua vi, ille celeritate quadrata moveatur, nempe vi viva. Pulsum physiologicè considerat, & ad paucas species reducit.

R. DOU-

R. DOUGLAS *Essay concerning the generation of animal heat*. Lond. 1747. 8. Satis singularis theoria, calorem nempe unice generari in extremitate vasculorum minimorum, ubi contra frigidum aërem fricatur sanguis.

De nutritione, vita, incremento, decremento, morte, cum titulos nullos præfixerit PRÆCEPTOR, hoc etiam loco agamus. Pleraque autem Galenici suas de rore, glutine cambio observationes in scriptis dispersas habent. De iis etiam succis SCHROETERUS scripsit in *Lib. de humoribus*.

HIPPOCRATIS *περὶ τροφῆς* obscurus Libellus est, quo vestigia luculenta perspirationis, multo vero magis dubia circulationis sanguinis continentur. Cum H. CARDANI *Commentario* prodiit Basileæ 1582. 8. (B. RIV.)

In citatum HIPPOCRATIS libellum *περὶ τροφῆς Comm. IV.* scripserat GALENUS (*de libr. propr.*) Pulchra etiam exstat editio STEPHANI GOURMELENI e Græco in Latinum *versus commentariis illustratus*, Paris. 1572. 8. De nutritione agit, cibo, ejusque vi, formatione fetus, perspiratione, alimentis partium ossiumque, facultate cibum vincente.

ARISTOTELES *de proceritate & senectute, de longævitate & brevitate vitæ Libellos reliquit.*

PLINIUS, ut in universon rariora varia, ita L. VII. longævos, valde proceros, pygmeos, & alia hujusmodi rariora recenset. IDEM perspicax ante VERULAMIUM vidit, diutius grandescere animalia, quibus longiora sint vitæ spatia.

ALBERTI DURER *vier bücher von menschlicher proportion*, Norimb. 1528. fol. (B. PLATIN.) Gallice, *Traité des proportions*, Arnhem. 1614. fol. Latine vero Norimb. 1532. fol. Pictorium equidem opus, huc tamen numerandum, quod omnes partium magnitudines & proportionem in utroque sexu diligentissime doceat.

J. CORNARI *de utriusque alimenti receptaculis contra quam sentit PLUTARCHUS*, Basl. 1544. 8.

Experimenta de reparatione nasi ex cute brachii huc pertinent, quibus fidem denegare non licet, cum tot testes habeant. Nam ALEXANDER BENEDICTUS fuisse in *Anatomie reparationes* nasi describit, quæ suo ævo vulgo fiebant. BRANCIAM Siculum, nasos inserere CALENTIUS apud GOURMELENIUM auctor est in *Chirurg. p. 73.* MONGITORIUS eundem BRANCIAM Siculum, seculo integro antiquiorem TAGLIACOTIO nasorum refartorem laudat, a quo BALTHASAR PAVONUS habuerit, ab eo vero TAGLIACOTIUS LICETUS *de monstris*. p. 108. sæpe vidit TAGLIACOTII artificia, & FABRICIUS ab AQUA-PENDENTE *mus. artif.* p. 95. & similia testatur MOLINETTUS *Diff. anat. pathol.* p. 174. G. F. HILDANUS *Cent. III. obs.* 31. & M. ANTONIUS ULMUS *physiol. barb.* p. 233. qui & ipse eam artem exercuit. Denique SANCASSANUS in *dilucidationibus* p. 154. testis est, Bononiæ TAGLIACOTIO statuum positam esse, quæ nasum, tanquam donum viri, manu teneret. FLAMINIUM vero CRASSUM Calabrum Tigriensem curtorum instauratorem citat M. A. SEVERINIUS *de occult. abscessibus* c. 18. JOH. B. CORTESIUS PETRUM BOSANUM Turpiensem auctorem operationis laudat, in cujus familia artificium diu manserit, quod copiose describit *Miscell. Dec. III.* Doctam collectionem locorum huc pertinentium apud PLATNERUM vide *Chir.* 379. 380. Ita olim pinnas & ungues evulsos accipitrii infertos comprehendere vidit DEMETRIUS *de curat. accip.* p. 600. 609. & ungues & cornua capis inserta FRANCISCUS REDUS, & VALISNERIUS *Galleria di Minerva* P. VII. p. 151. Exstat etiam de hoc artificio Disputatio J. B. du BOIS *an curra nares ex brachio reficienda*. Parisiis 1742. 4. ubi MOLINETTUS dicitur idem artificium exercuisse.

ANTONII MIZALDI *de hominis Symmetria, proportione & commensurabilitate*, Lutet. 1575. 8. *

LUPI SERRANO *de senectute & aliis utriusque sexus atatibus & moribus Libri XIV.* Ulyssip. 1579. 8. Medici Lusitani carmen.

PETRI LAUREMBERG *Pasticompe nova, sive pulchritudinis delineatio*, Regiom. 1672. 8. *

F. BACON *de VERULAM. historia vitæ & moris*, Lond. 1623. 8. Systema fuit, esse in homine spiritum vitalem aere tenuiorem, mitiorem igne, qui sensum avolet, erosus viscidis particulis quibus irretiebatur, mortem vero sequi ubi avolvit. Eum spiritum conservari immi-
nuendo impetum vitæ, opio, purgantibus, nitro. Sed per occasionem plurima bona intersperfit Auctor de longævitate hominis & animalium, diætæ laxioris laude, vitæ periodis, &c.

C. BAUHINUS in *L. de hermaphroditis* historiam gigantum & pygmæorum attigit. C. BARTHOLINIUS vero de pygmæis scripsit, Hafn. 1628. 8. *

Ddd 2

De

- De morte naturali a rigiditate aliqua habet **SANCTORIUS** in *L. de Stat. med.*
 Huc **N. HABICOT** *gigantosteologie*. Paris. 1613. & reliqua scripta citata pertinent, cum de
 ossibus ageremus. Sed fabula omnino fuit **PEIRESCO** teste *vir.* p. 153.
F. GLISSON, **GEORGIUS ENT**, **T. WILLIS**, **G. CHARLETON** & reliqui Angli ejus ævi,
 novam theoriam nutritionis introduxerunt, nempe succum nerveum alere. T. etiam **COR-**
NÆLIUS in epist. ad **GLISSONIUM** & **WILLISIUM** sanguinem non alere docuit.
ALOYSII ALBERTI de *nutritione, augmento & generatione* Disp. Venet. 1627. 4. *
DOUGL.
GABRIELIS NAUDÆI Quæst. II. *an vita hominis hodie quam olim brevior* Cesenæ 1634.
 8. * sed exstat apud **BEVERWYCH**.
J. v. BEVERWICK de *vita termino fatali & immobili, cum doctorum virorum responsis*.
 Dordrac. 1634. 8. Leid. 1636. 4. 1639. 4. & conjunctim 1651. 4. 2. vol. Collectio opuscu-
 lorum partim theologorum, partim medicorum de quæstione, an terminus mortis ulla
 arte produci possit.
J. v. BEVERWYCK l. c. magis ad theologiam & fati naturam pertinet, quam ad rem medicam.
 Cum **JUL. CÆS. CLAUDINI** *Responsionibus & consultationibus* prodiit **FLORII BERNAR-**
DINI *brevis exercitatio de ultimo corporis alimento*, Venet. 1646. 4.
HERM. CONRING de *nutritione hominis*, Helmst. 1639. 4.
FRANCISCI SANCHEZ de *longitudine & brevitate vite in opusculis*, quæ recusa sunt Ro-
 terod. 1649. 12.
MELCH. SEBIZ & **HIER. WELSCH** de *senectute & senum statu*, Argent. 1645. 4.
C. NILOE librum de *fermento & nutritione belgice* scriptum non legi.
Ervas neues vom tode. 1650. 4. Est historia Elisabethæ Green, quæ in theatro anatomico
 expræfacta, sub cura **VVillisii** sanata est. Legi meretur. Prodiit Anglice Oxon. 1650. 4.
R. CARTESIUS de *formato fetu causam mortis senilis* perspicax vidit, quæ est a porulis
 excæcatis, qui inter fibrillas sunt, & adeo a portione solidæ fabricæ aucta.
P. GASSENDI de *nutritione animalium*, &c. Lugd. 1649. fol.
J. SIGISMUND ELSHOLZ anthropometria, Patav. 1654. 4. Francof. 1663. 8. fere similia ut
DURERUS habet, etiam propria industria factas dimensiones. Sexuum diversitatem omisit,
 & aliqua vana interspariit.
J. SIG. ELSHOLZ anthropometria Germanice etiam prodiit *Meskunst des menschlichen Kör-*
pers, Nürnberg. 1695. 8.
GUIL. CHARLETON *natural history of nutrition, life, and voluntary motion*, Lond. 1659.
 4. ex parte recusa sub titulo *inquiry into human nature*. Londini 1680. 4. Tres de nutri-
 tione Dissertationes sunt, de vita una.
ANTONII DEUSING de *nutritione animalium*, Groning. 1660. 12. ut omnia Auctoris.
SEPTIMI ANDRÆ FABRICII de *vita humana termino*, Rom. 1666. 4. *
HENR. MEIBOM, de *longævis*, Helmst. 1669.
N. STENONIS de *fabrica testarum* (in *Myolog. Spec.*)
A. Q. RIVINI Diff. de *nutritione*, Lips. 1678. 4.
J. PANCR. BRUNONIS de *liquore nutritio & animali*, Ald. 1678. Disp.
F. BAYLE inter *Problemata physico medica*, Tolosæ 1677. 12. edita, etiam de physio-
 nomia egit, & in Diff. VI. ibidem editis, de nutritione in *sexta* Diff.
CL. PERRAULT præter *Tr. de nutritione*, qui in *mécanique des animaux* exstat, scripsit
 de *la régénération des parties* in *Essays* T. IV. in quibus de partibus renascentibus agit,
 cauda lacertæ, cornu, plumis. Fieri adeo extensione partis abruptæ, prodeuntibus in a-
 pricum partibus, quæ latebant.
DUCLOS *sur les principes*, in vetustioris Academix monumentis. De fibra universali fa-
 bricæ animalium, vegetabilium & mineralium fundamento egit.
JOH. GRAUNT *observations upon the bills of mortality*, Lond. 1676. 12. Novam artem crea-
 vit, tabulis nempe libitinaris, quæ Londini auctoritate publica procurantur, usus est ad
 inveniendos numeros vivorum, parientium, morientium, longævitarum, periculi mortis
 in varia hominis ætate, rationem periculi morborum, censum civium utriusque sexus,
 quo mares superant.
WILHELMUS PETTY iisdem usus est, non adeo ad scopum nostrum, quam ad civilem
 arithme-

- arithmeticam. Ab eo tempore plurimi hoc studium sunt imitati. In **BRESLAUENSIBUS**
 Actis **KAROLDUS**, **KUNDMANNUS** in suis *memorabilibus*, diaria pleræque.
J. FR. ORTLOB de *analogia nutritionis plantarum & animalium*, Lips. 1683. 4.
Les proportions du corps humain, mesurées sur les plus belles figures de l'antiquité, Paris.
 1683. fol. (J. des Sav.)
CLOPTON HAVERS cum *Osteologia* editus sermo II. paradoxam theoriam nutritionis ha-
 bet & incrementi, ex succo viscido, quem arteriæ separant, nervi vero motu circa axin
 suam rotatorio adponant partibus solidis.
 Ad longævos, gigantes, & hujus modi **R. PLOT** in utroque opere, descriptionem nempe
 Oxfordshire & Staffordshire **R. THORESBY** in *descript. topographica* Duc **LEED**, **OLIG. JA-**
COBÆUS in *Auctario musei Regii*. **MARTIN** in *descript. insular. occid. Scotiæ*. **T. BAR-**
THOLINUS *hist.* 98. Cent. I. C. III. L. 88. **MORTON** in *Nottinghamshire*. **KUNDMAN-**
NUS, &c.
ARCHIBALDUS PITCARNE solida tantum dilatari neque mutari statuit, & in **BOE-**
RRI Dissertatione de excæcatione vasorum aliqua habet.
J. BOHN in *programmate* succum nerveum alere, non generari, nec reparari solida, sed
 unice gluten mutari docuit, quem **KEILIUS** multis argumentis additis, & nutritione in
 sola dilatatione vasorum posita, & **CHEYNIUS** secuti sunt.
GUIL. COWPER in magno opere *anthropographia* proportionem dedit partium corporis hu-
 mani.
G. COLE de *febris intermittibus* habet theoriam nutritionis a succo nerveo, lente mo-
 to, subeunte in cavernulas inter solidam substantiam interjacentes.
B. CONNOR in *Evangelio Medici* de nutritione partium corporis egit, & primæva stami-
 na negavit mutari, sed repleri, quæ etiam **LISTERI** in *anatom. Exercit.* II. & **KEILII** de
 quantitate sanguinis est opinio.
 In *Journ. des Sav.* an. 1692. de sceleto giganteo 17' 2" relatio habetur.
J. BERNOULLI Groningæ disputationem defendit de *nutritione*, quæ recusa est in *tempe*
Helveticis. In ea per calculum indagat consumptionem corporis, quæ a perspiratione fit,
 velocitatem mutationum partium veteratarum cum novis. Protrusione nutriri credit, &
 alimentum ad basin & radicem fibrarum adponi, inde propelli fibræ & longiorem reddi,
 solida reparari adfirmat.
J. MOEBIUS de *grandævis*, Lips. 1689. disputat. I. & II. & de *longævis*, ibid. 1689. 4.
J. G. de BERGER in Diff. de *polypo*, **VVitteimb.** 1689. & de *nutritione* 1708. 8. de *vita lon-*
ga 1708. & in *Physiologia*, de nutritione agit. Novas fibras generari admittit & succum
 nutritium lymphaticum, gelatinosum, exsudantem de poris, effusum in intervalla fibra-
 rum, incrementem cum fibris. Eandem sententiam **RUXSCHIUS** habet, qui idem vasorum
 ab ætate diminutionem per experimenta invenit.
J. G. BERGER de *succi nutritii per nervos transitu*, **Vitteimb.** 1695. 4.
C. BARTHOLINUS de *triplici corporis alimento ejusque organis* Disp. Hafniæ 1695. *
 Et de *vita & nutritione animalium* Disp. ibid. 1697. B. RIV.
G. FRANK *disquisitio de succi nutritii transitu per nervos expendens*, Lipsiæ 1696. 12. Con-
 tra vim nutritiam succi nervei.
G. COWARD de *fermento volatili nutritio conjectura rationalis*, Lond. 1695. 8. verum nutri-
 tionis instrumentum credit esse spiritum volatilem oleosum cum sanguine confusum. *
 Ad pygmæorum historiam doctissimus Liber **EDWARDI TYSON** legi debet, quem in hi-
 storia animalium laudavimus.
 In *Acad. Parisina*.
 An. 1699. Senex rejuvenescens. **POUPART**.
 Ancylosis universalis & novus tamen callus ex osse efflorescens. ibid.
 1706. Sceleter incurvata **MERY**.
 1709. **GEOFROY** de novo ventriculo cancrorum, mutatione calculorum, &c. similia habet **C.**
NEUMANN in *oper. chemicis* p. 1292. & olim **J. J. WEPFER** & **HELMONTIUS**.
 1712. **REAUMUR** de reproductione chelarum cancri.
 1714. **IDEM** de Calabria nasorum reparatoribus.
 1716. **IDEM** de ortu testarum.

1717. IDEM de unionum formatione.
 1718. IDEM de induratione novi thoracis cancerorum, ventriculo, calculis cancri. Ibid. lacertus bicaudis.
 1715. LITRE de modo nutritionis per poros vasorum.
 1718. De membrana non naturali hydropicorum, & 1723. de earum membranarum productione ex lymphâ.
 1725. FONTENU de alterno corporis incremento & decremento. Sed CL. MORAND in Domini PLANQUE Bibliotheca medica eam Dissertationem sibi tribuit, quam AB. FONTENU unice ornauerit.
 1730. WINSLOW de eodem incremento & decremento.
 1737. 1739. & 1743. Phænomena animalium rubia pastorum, cura DU HAMELII.
 1740. Spina dorfi flexa a solâ perpetua fessione. HUNAUULD de membrana quæ foramen trepani claudit.
 1744. Puer nimis adultus, sic. 1708. 1736. 1739. 1741.
 FRIDERICUS RUYSCHIUS præter varias observationes decrefcentium ossium, imminutæ maxillæ inferioris, etiam theoriâ nutritionis habet, per rorem exsudantem ex arteriis. Thef. VI. &c.

In Actis Anglicis.

- N. 44. historia Th. PARRE Senis 151. annorum. Eadem extat, una cum dissectione cadaveris, cum BETTI de sanguine Libro.
 N. 168. os Frontis giganteum. Conf. de proceris n. 233. 240. 456.
 N. 217. Puella super ætatem adulta. ibid. 261. 307. 471. 475.
 N. 221. 228. historia Jenkinfii senis annorum 169.
 Emortuales Libelli n. 229. 260. 261. & alibi, imprimis autem 169. 198. ubi HALLEYI tabulæ habentur ex Uratislaviensibus Libellis collectæ.
 N. 306. Anatome hominis 108. Annorum.
 N. 328. de regularitate partium ex duobus sexibus.
 N. 337. secunda dentitio.
 N. 376. anatome decrepiti.
 N. 380. WASSE & BECKET de incremento & decremento alterno somni & vigiliæ.
 N. 450. KERSEBOOMII calculi aliqui.
 N. 442. 443. 457. ossa rubefacta in animalibus fæcula rubiæ pastis observata a BELCHIER & du HAMEL. GARDANUS vim rubiæ urinam tingentis, si vel manu teneretur, jam dixerat de subtilitate, p. 517. De eadem rubiâ dissertatio propria extat CL. LUDWIGII.
 N. 478. P. COLLINSON de modo, quo cancerorum partes reparantur.
 F. HOFMANNI annorum climactericorum explicatio rationalis, Hall. 1704. 4. Disp.
 J. J. BAIER de longevitate medicorum, Altorf. 1705. 4. Exempla.
 J. D. SANTORINUS in opusculis, Venet. 1705. editis & sæpe citatis, habet etiam dissertationem de nutritione. Totum corpus cavis fistulis nervis fieri: succum nerveum alere in intervalla fibrarum depositum, solida omnino mutari concinne docuit.
 J. PHIL. BURGGRAV. de morte & ejus præfensione commentatio, Francof. 1706. 8. *
 N. HARTSOEKER in suite des conjectures physiques, etiam causam mortis senilis ex conjectura deduxit, a liquoribus nutritiis in fibrarum intervallis inactis. Totum corpus ex vasis & cellulositate fieri recte docet.
 POUPART Journal des Sav. 1709. modum descripsit quo guttæ sanguinæ ex intestinis natæ carnem fecerunt coalitæ, quæ tegetet intestina.
 In J. de Trevoux, 1708. m. Nov. exempla habentur rejuvenescentium.
 F. W. PAULI de nutritione naturali & præternaturali, Lips. 1709. 4.
 ALOISII della FABBRÀ de terminis vitæ humana in Dissert. & de nutritione, Ferrariæ 1701. 4. 1712. 4.
 HERMANNUS BOERHAAVE egregium Systema de nutritione proposuit, totum nempe corpus humanum fieri vasis, ac fibris, in quorum intervalla abrasione facta succus gelatinosus deponeretur. Decrementum vero mortemque senilem fieri vasis minoribus, quæ majora componant, elisis, exsiccatis, hinc rigiditate tarda nata in arteriis, ut cor eam resistentiam superare nequeat. Eam theoriâ plerique receperunt, etiam in physiologia J. HENR. SCHULZE.

C. J.

- C. J. de WACHTENDORFF de natura solidorum & fluidorum eorumque mutua actione in variis ætatibus, Ultraj. 1734. Disp. *
 ROB. WELSTED de ætate vergente, Lod. 1724. 8. *
 C. G. STENZEL περί ευφύιας και άφύιας, VVittemb. 1724. 4. Græce. EJ. de lacte & succo nutritio, ibid. 1727. 4.
 EDW. BERRY account of nutrition prodiit cum tractatu de consumptione. Lond. 1727. 8.
 F. HOFMAN de proceritate corporis & ejus causis & effectibus, Hall. 1726. Disp.
 GEORGII CHEYNE de fibra laxa, Lond. 1726. 8. De nutritione, senio, morte naturali, aliqua habet, & de glutine partium.
 PEITALOSSII (vel HAGUENOT) de nutritione, Monspel. 1727. 8. succum nerveum alere.
 J. QUINCY ad SANCTORIUM Theoriâ nutritionis habet e succo effuso in fibrarum intervalla & adherente.
 J. de GORTER variis locis in Compendio de perspiratione & Chirurgia. Ut BOERHAAVII theoriâ explicavit, telam tamen firmam solidam pro fundamento corporis accipit, absque vasculis.
 JOHANNIS OSTERDYCK SCHACHT oratio qua senile fatum inevitabili necessitate sequi demonstratur, Ultraj. 1729. 4. & mortem ex hominis structura sequi. Ultraj. 1739. 4. cum ejus instit. pract. recufum ibidem an. 1747. 4. Theoria Boerhaaviana.
 JOH. PRINGLE de marcore senili, Leidæ 1730. Disp. Itidem ad mentem BOERHAAVII.
 JOH. AUG. STOLLER Untersuchung des wachsthum der menschen in die länge, Magdeburg 1729. 8. Inprimis ad proceritatem spectat.
 NIC. CORN. ANT. de COURCELLES de nutritione, Leid. 1730. 4.
 LAUR. ETLINGER de nutritione, Erfurt. 1730. 4.
 OTTO JUST WREDEX von der nutrition, Hanover 1731. 8. BOERHAAVIANUS.
 F. HOFMANNI vita animalis consideratio, Hall. 1731. Disp.
 HUTTER Senectus ipsa morbus. Hall. 1732. 4.
 FRID. SALOMON SCHOLL de origine, nutritione, incremento, decremento hominis, Basil. 1733. 4.
 H. P. JUCH theoria ætatum, Erfurt. 1733. 4.
 J. BAPT. MAZINI in Institutionibus-medico mechanicis, non inutiliter de nutritione egit.
 G. MUY de fibra & membrana aliqua habet, (in musc. fabr. p. 284.) & huc facientia, tum ad nutritionem, mortemque.
 ABRAHAMUS KAAU de perspiratione.
 G. G. RICHTER de morte sine morbo. Gottingæ 1736. 4. mortis a rigore vasorum historia.
 CAROLI PATEN. Est-ne eadem in ossibus quam in aliis partibus nutritionis ratio? Paris. 1736. Disp.
 LUD. JAC. PIPEREAU. Ergo solus succus alibilis nervorum. Paris. 1737. Diss.
 LAURENTII FERRET. Ergo senium a fibrarum rigiditate. Paris. 1739. Disp.
 SENNAC in comment. ad Heist. Nutritionem fere Boerhaaviano more explicat.
 GLIFTON WINTRINGHAM patris L. de podagra, in quo de ultimis vasis & liquidis, & succo nutritio tractatur, Eboraci 1714. 8. vasa minima & reliqua fere ad mentem Boerhaavii, fibras autem describit in exility of human vessels toties citata. Theoriâ nutritionis etiam habet, vasa distendi unice, quod KEILIIUS statuerat, certe negat, æquilibrium finem esse incrementi docet. Stamina primaria autem corporis & pro fundamento individualitatis esse, & conservari.
 In Cent. IV. Miscellaneorum Berol. citatis extat CL. BUDDI Dissertatio de ossificatione præternaturali.
 Observations sur l'accroissement du corps humain. Strasbourg. 1741. 8. Auctor est D. BAZIN qui cum plusculis aliis Libellis edidit.
 In nytgeleezene aanmerkinge. T. I. habetur Tr. de cohesione partium in corpore humano.
 In opusculi Scientifici. T. V. p. 25. de causa mortis naturalis egit PHILIPPUS GOBBI.
 WILH. KERSEBOOM verhandeling tot een proeve om te wveeten de probable menigte des volks, & tweede verhandeling & derde verhandeling. Haag. 1743. ni fallor 4. (BIBL. RAIS. 1743. Trim. I. p. 181.) Valde solidis nixus fundamentis rationes nascentium ad viventes definit, ut 35. ad 1. vires morientium in singulis annis ætatis determinat. Conf. etiam BIBL. RAIS. 1745. Trim. II. p. 402. ubi docetur STRUYCKIUM plagiarium esse, & usum calculi KERSEBOOMII.

LUDOV.

LUDOV. LEMERY Ergo proxima, qua corpus alitur, materia a rubra sanguinis parte deriva. Parisiis 1741. Disp.

P. le FONNELIER & du BOIS Ergo nutritio tantum in minimis vasis. Paris. 1741. Disp.

J. MARTIN de fato senili, Leid. 1741. 4.

J. PET. SUSSMILCH Göttliche Verordnung in den Veränderungen des menschlichen Geschlechts. Berolini 1742. 8. Ex pluribus, quam reliqui, factis emortualibus plurima utilia digessit. Numeros morientium in ratione ad viventes: vices morum in varia ætate hominum, vices morborum, salubritates regionum, &c.

TH. SCHWENKE in hamatologia nutritionem & fungorum productionem explicat.

GERARDUS van SWIETEN vasorum obliterationem senilem docet, nova in cicatrice nasci tamen fatetur.

ANT. FIZES in conspectu mechanico sæpe citato nutritionem BOERHAAVII modo explicat. Sic JOHANNES ARBUTHNOT in L. de alimentis.

LALLEMANT & LALLOUETTE an nutrimentum tandem detrimenti causa. Paris. 1743. Boerhaaviana Thesis de fibra rigida causa mortis.

J. THEOD. KLEIN de termino vita humana egit. Gedani 1742. 4. post dubia circa classis quadrupedum & animalium.

CAR. FRANÇ. BOUTIGNY DESPREAUX. Ergo in qualibet ætate hominis idem succus nutritivus. Parisiis 1743. 4.

L. HEISTER de mutationibus corporis humani ab ortu ad occasum. Helmstad. 1744. 4. Est eadem fere de nutritione theoria, quæ Boerhavii.

BORDOLO de morte ejusque causis. Erfurh. 1745. 4.

J. F. CRELL de viscerum nexibus insolitis. Helmstad. 1743. vasa vacua concrefcere a liquo in fibras coacto adnascete.

CL. de REAUMUR in historia insectorum de vita & retardatione periodorum vitæ multa notatu dignissima observavit.

CL. S. SCHARSCHMIDT in Berlin. Sammlung. IV. novas carnes ex lymphâ generatas mechanice describit.

ROGAER de nutritione. Leidæ 1744. bene restrinxit eam nutritionis theoriam, qua sola vasa in corpore ponit.

L. HEISTER de mutationibus corporis humani naturalibus ab ortu usque ad obitum, Helmst. 1744. 4.

A. E. BUCHNER & J. NIC. ZERENER cur femina corpore debiliores eundem vitæ terminum cum viris adtingant, Hall. 1745. 4.

JUSTI van der HOEVE de vita, Leid. 1746. 4.

PETRI DOZY ortus & occasus vitæ humane. Leid. 1746. 4.

DESPARCIEUX Essai sur la probabilité de la durée de la vie humaine. Paris. 1745. 4. similia KERSENBOOMLANIS, tabulas nempe habet numeri morientium, in quavis ætate, de spe vitæ, &c.

JACQUES JEAN BRUHIER de l'incertitude des signes de la mort. Supplément & additions. Paris. 1742. 1745. 8. Exempla numerosa habet hominum, qui pro mortuis habiti couvaluerunt, inde monet Magistratus, ut lege caveatur, ne adeo præcociter cadavera inferantur tumulo. Fundamentum fuit in Thesi WINSLOVLANA, mortis incerta signa minus incerta a chirurgicis & aliis experimentis. Paris. 1740. 4.

Puer super morem adultus. Act. Stokb. 1745.

ERNST ANTON NICOLAI von der Schönheit. Hall. 1746. 8. De Symmetria & proportionem partium; de voluptatis natura & causa mechanica.

CL. HANOU in erklärung der naturgeschichte de alterno incremento & decremento proceritatis agit.

QUESNAY in Oeconom. animale nutritionem describit.

CL. QUESNAY, cujus æconomia animalis hic citata est, huc etiam pertinet traité de la suppuration, ubi fuse agit de renascente in ulceribus carne, ab incremento & dilatatione vasorum sanguine minorum.

POHLIUS de fibra senili. Lips. 1746. disputavit.

BROWNE LANGRISH in L. de motu musculari Sect. I. London 1747. 4. Theoriam HALESI confirmavit, qua aër pro vero glutine animalium fibrarum habetur.

J. GES-

J. GESNER de termino vitæ. Tiguri 1748. 4. De causa mortis naturali, numero mortium; spe vitæ, &c. tabulas & regulas condidit ad HALLEY, & reliquorum morem quos laudavimus. BRYAN ROBINSON de fibra solida & ejus incrementis in duritate egit in Anim. œconomy.

In Description du Cabinet du Roi T. II. egit CL. de BUFFON de hominis natura, infantia; pubertate, ætate virili, senio, de incremento veloci juniorum, proportionibus quas sculprores observant, causa longævitas ante diluvium ex minori densitate alimenti. Tabulas etiam emortuales satis vitiosas D. de S. PRE profert.

De proportionibus statuariorum sculptor LICHTENSTEGGER non ita diu tabulas edidit.

P. van MUSSCHENBROEK in dissertationibus egit de causa cohesionis partium in corporibus, adfinia aliqua addo, quæ cum nutritione conjunguntur. Et primo experimento olim confiterat dentes extractos & in alveolum repositos comprehendere. Locos & exempla habet S. SALZMANN de chirurgia curtorum, & post SCULTEUM append. obs. 64. observatio adjecta est. Negaverat in cursu operationum DIONISIUS, multis autem exemplis confirmavit D. FAUCHARD in Chirurgien dentiste.

Deinde olim PLINIUS, ÆLIANUS, OPPIANUS, PHILE, CARDANUS polypo renasci dixerant devorata brachia. Hoc experimentum nemo repetierat. LEEUWENHOEKIUS equidem & Anonymus in Phil. Transf. n. 283. 288. 295. 337. & J. des Sav. 1678. p. 107. descriperat animalculum multis brachiis præditum. Observavit etiam ex ipso corpore juniore animalia germinare & decidua augeri.

Deinde CL. TYSON tantum duos articulos abruptos seorsim vixisse, vidit n. 146. Phil. Transf. & in Hist. de l'Acad. des Sc. 1706. n. 8. vermibus amphispæne fit mentio, multipedis, cujus dissecti alterutra pars vivit & movetur.

Sed inprimis CL. TREMBLEY in stagnis Batavis viso animalculo, & casu facto experimento an. 1740. 25. Novembr. didicit, dissectum animal compleri, ipsique tantumdem restitui, quantum esset detruncatum. Deinde, ut est perindultrius, variis experimentis animal torquere cepit, didicitque propagari absque sexuum commistione, ad arborum morem; segmina in animal integrum reparari, monstra inde fieri posse, &c. quæ continentur in Mémoires pour servir à l'Hist. d'un genre de Polypes. Leid. 1744. 4. Paris. 1744. 8. eximio & curiosissimo Libro. Magna, ut merebatur, fama experimenti fuit. In Phil. Transf. n. 466. 467. 469. 470. 471. 474. (ubi hirudines etiam compleri docetur) experimenta eo pertinentia recententer.

Similia reperias apud NEEDHAMUM in microscopical discoveries. CL. HENRICUS BAKERUS suas observationes adjectit illis D. TREMBLEY in L. Anglice edito Lond. 1743. 8. qui Gallice versus inscribitur Essais sur l'histoire naturelle du Polype insecte. Paris. 1744. & ubi dentes & aliæ partes prætervisæ, ut vult vir CL., a D. TREMBLEY, adduntur, & apud MAFFEIUM de fulmine.

CL. LYONETTUS Polypum etiam trisectum, aliumque aquaticum vermem compleri in animal observavit, in notis ad Insecto-Theologiam Lesseri.

In Gallia CL. de REAUMUR (ad hist. insector. præf. T. VI.) varia huc pertinentia habet, qui nomen etiam imposuit, adparuit duas medietates urticarum marinarum etiam in unum animal abire, Lumbricos truncatos compleri, & Millepedes vermes, & Hirudines, & brachia Urticarum & Stellarum marinarum reparari.

Deinde CAROLUS BONNET in Phil. Transf. n. 470. & in parte II. Traité d'insectologie. Paris. 1746. 12. experimenta plurima in variis vermium aquaticorum speciebus fecit, ex quibus constat, plurima animalium genera ea lege facta esse, ut resectæ partes renascantur, mutilumque corpus redeat in priorem perfectionem. Quo ipso invento plurima in theoria nutritionis, incrementi, multiplicatae speciei, utique mutata sunt.

Lettere intorno alle recenti scoperte degl' Insetti, che si moltiplicano mediante le sezioni de' loro corpi. Venet. 1747. 12.

CHRIST. GOTTLIEB KRATZENSTEIN physikalische briefe. Hall. 1745. 8. de Polypis aliqua ex aliis habet. De iisdem A. BÆCK in Academ. Stokholmiens. in Gottingensibus novellis CL. UNGERUS, & alii.

THEODORI ERNESTI JOSEPHI MOERS idea generalis nutritionis, Heidelberg 1749. 4. CAR. AUG. a BERGEN mensuram & proportionem membrorum corporis humani non admittere rigorem mathematicum, Francof. Viadr. 1750. 4.

Ecc

CA-

Non possumus recte cerebrum pro viscere, sed pro motore ad viscera habere, non enim sanguinem mutat, sed liquida promovet ad totum corpus: verum quia Auctores omnes ad viscera retulerunt, licuit & nobis ad eandem classem revocare.

Cerebrum voco, omnem massam simul sumtam, quæ intra cranium & intra vertebrarum thecam continetur. Utor hac voce cerebri, quia voce aliqua egeo, qua hoc totum continuum viscus exprimam; quando vero cerebrum distincte a cerebello dicere volo, tum vocabulum quoddam addimus, ut cerebrum animale, & cerebrum vitale pro cerebello.

Quando encephalon dico, id vocabulum est omnium commodissimum, eoque usi sunt antea veteres, quia designat quidquid intra cranium seu caput continetur: verum ego nomine cerebri complector omnem appendicem, quæ a cerebro orta est, & per thecam vertebralem usque ad os coccygis descendit.

Ut cognosci possit quam exactissime cerebri descripta fabrica, concipiendum est cranium, & tenendæ vertebræ; tum utræque meninges, tum cerebrum & cerebellum, & cortices & medulla utriusque, & medulla collecta, & medulla oblongata, & medulla spinalis, & nervorum egressus, & eorum distributio debent intelligi, nihil horum est omittendum, nam omnia hæc faciunt ad intellectum cerebri hic allegati; & qui aliquid horum omittit, nunquam perfecte scire poterit, quid cerebrum sit. Nunc legantur ab unoquoque, qui de his institui vult, quos nunc laudabo scriptores.

1. Ratione cranii & vertebrarum accuratissime scripsit *le CLERC* in sua *Osteologia* (a), accuratissima quippe enumeratione omnia, quæ de cranio & vertebris in minima quaque particula vera dici possunt, quatenus ad arterias, nervos cerebri, ejusque undas faciunt, exponit; hinc primis quatuordecim diebus hunc tractatum oportet legere, quatenus exponit cranium & vertebrae; nam licet ante annum intellectus fuerit in lectione ad *Osteologiam*, non ita nunc in memoria hærebit. Iste solus sufficit, nisi adjungere quis voluerit *JOHANNEM PALFYNUM* (b), qui exquisitè etiam ad calvariam scribit. Huc etiam legi potest *THOMAS WILLISIUS* (c) de *anatomie cerebri*, maxime editio *Londinensis*

(a) Hæc historia quærat in *Osteologicis*.

(b) Pulchras utique dedit ossium cranii icones. Sed vide pag. 346. not. (b), &c.

(c) Ante *WILLISIUM* plurimi de cerebro, neque contemnenda scripserunt. *HEROPHILUM* omitto qui sinus invenisse videtur. *GALENUS* in L. VIII. *De usu part.* & in *anatomicis ORIBASII* ab init. diligenter satis varias cerebri regiones descripsit. Idem de spiritibus passim egit & in *LL. de facultat. naturalibus*. Ventriculorum etiam cerebri minime mala descriptio *ERASISTRATI* exstat apud *GALENUM* de *placit. Hipp. & Platon.* L. VII. uti *HEROPHILI* observationes ab eodem & ab *ORIBASIO* recensentur. In L. VIII. de *administrationibus anatomicis* experimenta in nervis facta proponit.

GALENUS ad cerebri tractationem hic citatus, primus etiam ventriculi quarti, venæ magnæ, quæ orditur sinum quartum, & aliarum particularum cerebri meminit.

dinensis anni 1670 si acquiri possit, illa enim optima est, quo ad textum: prius jam editus fuit Liber Londini anno 1664. sed in ea editione in textu aliquid hinc inde deficit, quod postea additum fuit. Utriusque vero editionis figuræ cujuscunque partis tam vividæ sunt, ut non alius Liber figuris magis
Eee 2 excel-

CASSIUS Jatrofophista nervos decussatim oriri ex resolutione lateris non adfecti deduxit. *JACOBUS BERENGARIUS CARPENSIS* medullæ spinalis finem, qui in caudam equinam resolvitur, lineamque bipartientem egregie vidit, & aquaductum.

Post reparatas literas *ANDREAS VESALIUS* in L. VII. cerebri icones primas dedit utcunque tolerabiles, & multa vidit, quæ vulgo aliis tribuuntur. Ita in *examine observationum Fallopii* sinum quintum invenit. Experimenta ad vim nervorum in motu musculari pertinentia fecit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS multa in cerebri anatome correxit. In Tab. XV II. XVIII. Eminentias mammillares prope infundibulum expressit, & cornua ventriculorum tria, veramque ventriculi tertii rationem, & venas duræ matris & corpora olivaria, & pyramidalia, & commissuram cerebri anteriorem, & plexus choroideos, medium, & laterales, aliaque.

GABRIEL FALLOPIUS sinuum numerum auxit, quatuor ad sellam equinam additis sinibus, quos paradoxis iconibus expressit *VIDUS VIDIUS*. Arteriarum etiam Carotidum & Meningeæ inprimis, longe quam *VESALIUS* meliorem, dedit descriptionem. Idem in *obs. de venis* venas sinuque medullæ spinalis minime male descripsit.

CONSTANTIUS VAROLIUS in Libello de *nervis opticis*, Patavii an. 1573. 8. & vitiosis cum iconibus Francofurti 1591. 8. recuso. In ea nobili & merito a *N. STENONIS* F. laudata epistola, novam cerebri administrationem a basi cerebri incipientem proposuit: nervorum opticorum a thalamis ortum indicavit (sed minime ignotum *EUSTACHIO*), radicem longiorem nervi olfactorii, ventriculorum veram figuram, glandulas choroidei plexus, pontem cui nomen dedit, & a quo omnes nervos demonstravit oriri, arachnoideam membranam aliaque dixit.

VOLCHERUS COITER in observationibus de medulla spinali observationes habet, minus candidam esse in parte interna vidit, & percurri internis vasibus, & posterius findi, & in fibras solvi. Experimenta etiam fecit, motum cerebri ab arteriis oriri vidit, & cerebro exempto vitam superesse.

DOMINICI BERTACCI de *Spiritibus nec non de facultate vitali*. Venet. 1584. 4. *

ARCHANGELUS PICCOLHOMINEUS solet citari, quod corticem a medulla voce nova distinxerit, quem tamen in iconibus semper expresserant vetustiores.

JULIUS CÆSAR ARANTIVS sinus cerebri anteriores cum cornubus suis inferioribus, pedes hippocampi, ventriculum quartum fuscè descripsit.

JULIUS CASSERIUS cerebri nitidas icones dedit, in quibus arachnoidea membrana cerebri, radices plurimæ nervi accessorii, circulus, ut vocant, *Villisii*, eminentiæ mammillares, & alia habentur, quæ recentius inventa fuisse creduntur.

ANDREAS LAURENTIUS non contemnendam dedit medullæ spinalis iconem.

JOHACHIMUS OELHATEN de *motu cerebri*. Dantisc. 1615. 4. *

JOACH. OELHATEN l. c. cerebrum statuit refrigerandi cordis causa factum esse.

HENNING ARNISÆUS in *obs. post. I.* de partu, caudam equinam recte descripsit: processus mammillares cavos esse negavit.

C. HOFMANNUS in *Disp. de usu cerebri secundum Aristotelem*. Altdorf. 1618. 4. Lips. 1619. 8. Ej. *Tr. de cerebro, medulla spinali & nervis*, primum disputationis specie editus. Altdorf. 1622. 4. tum recusus Francofurti 1665. antiquo more eruditus absque anatome.

C. HOFMANNI disputatione sententiam proponit, qua credit cerebrum spirituum calorem temperare ut sensui apti fiant, & cordis calorem moderari. *EJUSD.* est *disputatio de nervorum origine*, Norimb. 1615. 4.

FORTUNII LICETI de *motu sanguinis, origine nervorum & cerebro leniente cordis æstum*, Utini 1647. 4. *

excellat; nam CHRISTOPHORUS WREEN, summus in Anglia mathematicus, & Reginae Britanniae architectus, designavit ipse sua manu partes anatomicas, quas vidit apud LOWERUM & WILLISIUM. In editionibus hujus Libri, quae in Batavia excusae sunt, textus quidem recte se habet, sed mire muta-

J. BAPTISTA CORTESIUS in *Miscellaneis medicis* Dec. I. Messanae 1625. fol. editis, rogante C. BARTHOLINO, sed anno jam 1585. scriptis, ut ipse fidem facit, novam dissectionem cerebri proposuit, VAROLLANÆ similem, ut resecta basi cranii solum cerebrum in dura meninge comprehensum superesset, figurisque proprias cerebri addidit. Officula in Carotide, quibus aperta teneretur, nervum quartum, nervum sexti paris ad oculum euntem, cornu descendens ventriculi & alia aut invenit, aut rara renovavit.

JOH. RIOLANUS eadem officula sesamoidea Carotidis, quae & ipse vidi, descripsit, in *Enchiridio* & alibi.

JOHANNES VESLINGIUS figuras nonnullas cerebri non incommodas dedit, & aliqua nondum vulgaria expressit, eminentias papillares, cornua posteriora ventriculorum, &c. Vulnus cerebelli fanatum vidit.

DOMIN. de MARCHETTIS easdem glandulas sibi tribuit inventas.

RENATUS DESCARTES animae sedem, uti notissimum est, in conario posuit, & ea occasione physiologiam cerebri ex arbitrariis hypothesebus proposuit.

TOBIÆ LUDOVICI KOLHANS L. de spiritu animali ad J. D. HORSTIUM 1658. 8. *

J. J. WEPFER de apoplexia, Scaphus. 1658. 8. & 1675. 8. Venas, quae ab ipso nominantur, & arterias cerebri varias descripsit. Rete mirabile refutavit. Spirituum sedem in ventriculis cerebri refutavit.

F. SYLVIUS de le BOE in THOMÆ BARTHOLINI editione *institutionum* patris CASPARI, facta Leidæ an. 1641. & saepe recusa, & in *Dissertatione anatomica* IV. varia aut nova, aut peculiaria descripsit, fossam quae dicitur Sylvii, aqueductum, non ignotum, veteribus, sinus laterales minores tentorii, limbos thalamos amplectentes, &c. Icones etiam aliquas addidit.

CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI non oportet oblivisci, qui in Libro II. recte ostendit duram membranam pertinaciter cranio haerere, foramina cranii clausa esse, in ventriculis cerebri catarrhi materiem non colligi, nullam inde ad infundibulum viam descendere. Tabulam etiam dedit ponderum cerebri & glandulae pituitariae, & istam non esse in ratione ponderis cerebri ostendit, sed in carnis parvam, magnam in ruminantibus esse.

WREENIUM, cujus in recensione WILLISII mentio facta est, celebrem architectum, anatomes peritum fuisse, confirmatur in nupera historia familiae WREENIORUM.

Denique T. WILLISII de cerebro & nervis, Londinensis Edit. 1664. 4. & 8. optimas habet icones. Titulus est *cerebri anatome, cui accessit nervorum descriptio & usus*. Recusa eadem est (praeter Londinensem ed. 1670. mihi non visam) & in Belgio, & cum reliquis operibus WILLISII, Genevæ 1676. 4. & Amstelodami 1682. 4. figuris valde corruptis. Hoc ceterum opus inter WILLISIANÆ optimum est, & plurimam naturae observationem habet. Admiscuit equidem multas descriptiones ex animalibus desumptas, vel confessus, vel nihil monens. Nervos inprimis in bonum ordinem primus constituit, repositis in suam sedem primo, quarto & sexto. Habet etiam geminum centrum semicirculare transversa stria junctum, separavit corpora striata a thalamis. Corporis callosi nervum & lineas transversas habet. Arteriam vertebralem non bene per aliud a magno foramen ducit. Sinus aliquos Fallopianos neglexit, vertebrales vero inprimis constituit, deterioribus cum figuris. Ceterum WREENII delineationes, & LOWERI socium laborem, in praefatione laudavit.

IDEM in Libro de anima brutorum Exerc. II. Londin. 1672. 8. Amst. 1674. 8. varias novas dedit icones cerebri, striam a natibus ortam tribus fibris in corpora striata dissectam, alia. Plurima ibi etiam ex insectorum anatome, Astaci, Lumbrici, Ostrei. Adjutum se fuisse fatetur ab EDMUNDO KING & a JOHANNES MASTER. Aliqua etiam huc pertinentia existant in WILLISII *pathologia cerebri*. Oxon. 1667. 4.

Post

mutatae sunt figurae, ita ut omnino decipiant. Notandum interim velim, de prima parte hujus Libri haecenus tantum locutos nos esse, nam in ea sola de hac materia agitur.

2. Quando accurate lecti sunt praecedentes, tunc adjungatur RAYMUNDI VIEUS.

Post WILLISIUM adde: A. DEUSING de spiritibus animalibus, Groning. 1665. 12. cum sylva caedua jacente & alibi:

WALTH. CHARLETON *Diff. dua, anatome cerebri pueri de calotacti, & altera de proprietatibus cerebri humani*. Lond. 1665. 4. Cerebrum humanum majus esse, firmitus, frequentioribus gyris praeditum, lobis subdivisis, radices medullae oblongatae ampliores, magis distantes, ad angulum conjunctas. Aliqua deinde in utilitatibus cerebri Villisianis corrigi. Corporibus humanis fatetur se parce usum esse.

GERARDUS BLASIUS in *anatome medulla spinalis & nervorum inde provenientium*, Amstel. 1666. 8. multa in melius restituit. Arachnoideam membranam ibi primum descripsit, in Collegio privato *Amstelodamensi* inventam, cujus fuerat sodalis. Piam matrem fissuras medullae subire & cavitate aliquid simile subesse, & ligamentum denticulatum dixit. De equina cauda dubius est, quia sola animalia secuit. Multa, & vasa inprimis ex WILLISIO habet.

MARCELLI MALPIGHII *epistola anatomica de cerebro ad FRACASSATUM*, quae prodiit Bon. 1665. 12. & Amstelodami 1669. 12. observationes ex animalibus variis de fibris cerebri & medullae fabrica & nervo optico continet. EJUSDEM L. de cortice cerebri inferius dicitur.

CAROLI FRACASSATI *epistola de cerebro*, quae in editionibus plerisque cum MALPIGHIANA *epistola* conjuncta est. Bonon. 1665. 12. Meatus statuit, qui aërem ad cerebrum ducant. WILLISII theoriam a cerebello sumtam refutat.

RICHARDUS LOWER in L. de corde vasorum ad cerebrum introitum expressit. In L. de catarrho qui 1671. 8. Londini prodiit, reformationem humoris cerebri ad glandulam pituitariam descripsit, indeque in venas jugulares sinisque cerebri varios.

In ANTON. MOLINETTI *Diff. anatom. physica de sensibus*, Patav. 1669. 4. existat etiam cerebri anatome, & paulo accuratior tænia in pede hippocampi descriptio.

NICOLAUS STENONIS F. in *Discours sur l'anatomie du cerveau*. Paris. 1669. 12. & operi inserta WINSLOWIANO, multa in Villisio accusavit, figurisque malas carpit: multa superesse monuit inveniendae, nervorum ortus veros, &c. aliaque via adgrediendam esse veritatem, neque partes ex situ suo movendas. Ceterum monita potius quam anatomem proponit, non tamen nullas observationes suas dedit. Legitur apud T. BARTHOLINIUM, NICOLAUM vasa lymphaticis similia in plexu Choroideo vidisse.

CAROLUS DRELINCOURTIUS in *praeludiis anatomicis* subtiles passim de cerebro, valvula cerebelli, pediculis glandulae pinealis aliisque striis medullois, glandula pituitaria duplici, observationes habet. Idem in *canicidiis*, duram membranam absque magno malo animalis incidi posse observavit.

JOSEPHI BURRHI de cerebro & oculis *Epistola*, Hafniae 1669. 4. Vana varia. Analysis cerebri, cujus quartam partem pinguedinem esse praeter veri speciem adfirmat. Contra eum J. DANIEL MAJOR eodem anno Kiloniae in 4. edidit *considerationem physiologicam quorundam occurrentium in duabus epistolis Burrhi de cerebro & oculis*, satis absque experimento.

J. BOHN de spirituum animalium elaboratione, Lips. 167... 4.

GOTTFRID WELSCH *anatomia cerebri*, Lips. 1674. 4.

J. JAC. WALDSCHMID de glandula pinealis *statu naturali & praeternaturali*, Marp. 1680. 4.

DANIEL DUNCAN *explication des actions animales*, Paris. 1678. 12. fere WILLISIUM Gallice reddidit, modum dissectandi cerebri fuisse proposuit, ridiculas opiniones miscuit, cum e. gr. colorem cinereum corticis explicet a salis ammoniaci abundantia.

JOHANNES HENRICUS GLASER de cerebro, Basil. 1680. 8. In vasis VESALIUM, in cerebro WILLISIUM sequitur, proprii vix quidquam habet, praeter fissuram in circulo, quod tympani membrana comprehenditur.

CL. PERRAULT in *Essai de Physique* III. ex anatome comparata aliqua de piscium & avium cerebris habet.

In JOSEPHI DUVERNY L. de auditu propria baseos cerebri tabula reperitur.

Tri-

VIEUSSENI (a) *Neurographia universalis*, qui Liber editus est Lugduni in Gallis anno 1685. in folio, & hæc editio, licet triplo carior illa, quæ est in octavo (b), ematur potius, quia eam procuravit ipse Auctor ex presentibus cadaveribus in Academia Monspeliensi factis. In anatomia certe & botanica præferre debemus editiones ipsorum Auctorum, quia sculptores novarum editionum figuras archetypi unice describunt, & sapius mentem Auctoris non percipiunt; hinc depravantur illæ editiones (c).

Hi sunt duo Auctores primo legendi. Deinde legat Medicus (neque enim eo carere

Traité de la circulation des esprits animaux, Paris. 1684. 12. nullius momenti theoria est, spiritus per vasa lymphatica ad cerebrum redire, Auctor Monachus fuit ex Conventu Divi MAURI.

MARCELLUS MALPIGHIVS & BELLINUS (in lemm. ad nervos pertinenti) non bene humorem viscidum medullæ spinali circumpositum pro nervo liquore venditarunt. Sed BELLINUS utile in nervo diaphragmatico experimentum instituit, in præf. ad TAURINI anatomen & a BOHNIO recensum.

G. C. SCHELHAMMER de spiritibus animalibus Disp. Helmstad. 1682. 4. Idem in *Physiologia* posthuma medios spiritus inter corpus & animam fecit.

De motu cerebri utique in Tr. IV. habet J. MAYOW.

(a) RAYMUNDI VIEUSSENS *neurographia universalis*, Lugdun. 1685. fol. & an. 1715. cum novo titulo edita, opus est eximium magnique laboris, natum ex quingentorum corporum dissectionibus (la METTRIE comm. p. 43.) WILLISII vitia pleraque emendavit, humano unice cerebro usus est, ejusque varias omnino superficies, per strata dissectas, fideliter, etsi non nitide, pingi curavit. Sinus FALLOPII restituit, addidit receptacula ad latus sellæ equinæ, & sinum transversum ejusdem sellæ, vasa quæ nervos duram Matrem perforantes comitantur, & alia. Multas particulas cerebri minus notas noviter descripsit, ut centrum ovale, corpus rhomboideum cerebelli, fibras a cruribus cerebri ad corpora pyramidalia. In medulla spinali etiam fideliter versatus est, ligamentum denticulatum, arterias, caudam equinam, duos lobulos terminantes utiliter proposuit. Passim experimenta a vivorum corporum sectionibus repetiit. Theoriis minus tribuimus. Idem in *novo systemate vasorum* aliqua ex ligatis nervis experimenta attulit, corticis fabricam explorare adgressus est, & eadem repetiit in Tr. des liqueurs, atque succum nervum destillatione paratum proposuit. Asperam vero censuram PETRI CHIRAC, quæ Neurographiam sibi & D. SYLVANO REGIS, Librum de fermentatione BAYLIO, proportionem sanguinis FABRIO & aliis, acidum ex sanguine sibi ipsi tribuit (in I. *Lettre contre VIEUSSENS*) eam equidem contentioni tribuo, quæ inter eos viros fuit maxima.

(b) Ulmensem procul dubio vult PRÆCEPTOR, a MELCHIORE FRIDERICO GEUDERO 1690. 8. tabulis quæ in neurologia inprimis inmensæ sunt, vehementer contractis.

(c) Post VIEUSSENIUM SAMUEL COLLINS in magno *systemate anatomico*. Lond. 1685. fol. diligenter inprimis cerebra piscium descripsit & picta dedit. Lymphatica etiam cerebri vasa credidit se vidisse. Systema WILLISIANUM de nervis vitalibus a cerebello, animalibus a cerebro ortis, bonis certe experimentis refutavit.

Contra BIDLOI icones, in magno opere, lectores monere oportet.

J. JACOBUS HARDER in *observationum apiario*, Basil. 1685. 4. glandulas duræ matris, quas PACCHIONO tribuunt, luculenter descripsit.

In J. HADRIANI SLEVOGT Disp. de dura Matre, Jen. 1690. 4. laminarum discriminis fibræ, sinus conjungentis transversos existat descriptio.

C. BONTEKOE in posthumis sedem animæ in corpore calloso posuit, Leid. 1688. 8.

CHRISTIANI VATER Disp. de existentia & motu spirituum animalium in nervis, VV ittemberg. 1687. 4.

DRUCIN *description du cerveau* (& organum sensuum cum iconibus,) Paris. 1692. 22. *JOURNAL DES SAVAANS*.

carere potest Auctore) clarissimi RIDLEY *anatomiam cerebri*, editam Londini in 8. anno 1695. (a).

Non possum pulchrius dare consilium, ut res intricatissima intelligatur, quam ut legantur hi Auctores, cum eorum figuræ ita vividæ expressæ sint, ut in nullo cadavere luculentius videri possint. Ordo in his Libris optimus est quem dicam.

WILLISIUS præcessit VIEUSSENIUM, hinc VIEUSSENS nonnulla observavit, quæ WILLISIUS non habet, v. gr. sanguinem a cerebro reducem, non tan-

(a) H. RIDLEY *anatomy of the brain*, Lond. 1695. 8. Latine recusa in EPHEMERIDIBUS NAT. CUR. & nuper Leidæ 1725. 4. sed iconibus paulo obscurioribus, quæ a COWPERO pictæ ipso in Præf. RIDLEY teste in vera editione valde teneræ sunt, & male intellectæ a sculptoribus editionum secundarum. Eadem etiam icones bene se habent in W. COWPERI *Anthropographia* appendice. Multa equidem omittit, dicta a VIEUSSENIO, neque erroribus, etiam ægre excusandis, caret, qualis est nervi primi cervicalium origo assignata infra primam vertebra, & rete mirabile, quod omnino adesse vult. Habet tamen sinum circularem, plexum choroideum medium, aliquas strias in medulla spinali oriente melius expressas. Varia physiologica passim admista sunt. In *Phil. Transf.* n. 287. experimenta contra mobilitatem duræ membranæ attulit. Translator non optime functus est officio.

COWPERUS in *Phil. Transf.* n. 280. bulbosam cavitatem venæ Jugularis expressit vasque capitis.

JOH. FRID. ORTIOB in disputationibus, quas cum titulo *historia partium corporis humani*, Lipsiæ an. 1697. 4. edidit, sinus polymorphos anteriores occipitis descripsit.

MARTINUS LISTER in variis exercitationibus & in L. de humoribus defendit cerebrum unice humorem lubricantem fecernere, qui nerveas fibras molles conservaret.

EL. CAMERARII *Dissertatio exhibens spirituum animalium statum* (quos aereos facit). Tubing. 1694. 8. mere theoretica est.

JOH. MERY de medulla spinali aliqua, & de cauda equina habet, & non bene negat rachnoideam in *Progrès de la Médecine* 1697.

In *Monumentis Academia Regia Scientiarum Gallica* existant experimenta in ranarum nervis capta 1700.

MERY de glandulis duræ matris 1701. & de iisdem LITTRE 1704.

MERY duram matrem cranio firmiter adhærere 1705.

LITTRE de glandula pituitaria, de sinibus sellæ equinæ transversali & ovali 1707.

MERY fetus absque cerebro 1712. & 1713.

GARENGEOT de sinibus cerebri, longitudinali, transversalibus 1728.

WINSLOW de chiasmo fibrarum medullæ oblongatæ 1739.

AUBERT de ventriculis cerebri observatio 1743.

Paralysis motu integro ibid.

MORAND de ventriculis anterioribus, de eorum cornu posteriori, & corporis callosi cruribus fornicem facientibus, de calcari in eo, quod dixi, cornu, tæniis crurum hippocampi, papillis, &c.

PETRI CHIRAC experimenta, quibus docet cerebello secto animal non continuo perire, existant in *Phil. Transf.* n. 226. de ligato vero nervo octavi paris absque orta inde cordis quiete apud BESSE in ejus anatome analytica.

POUPARTII descriptio foraminum cranii, quæ in prioribus editionibus Libri *Chirurgia completa* pro appendice subjicitur, omnino legi meretur.

ANTONII PACCHIONI de dura meningis fabrica & usu, Romæ 1701. 8. fibrasque musculares falcis inprimis utriusque & tentorii describit, motum ipsi falci tribuit, quo cerebrum comprimat dum elevat tentoria, caudex autem sive falx cerebelli urgeat cerebellum deducendo tentoria. Experimenta etiam in vivis canibus fecit, quæ irritabilem naturam duræ matris demonstrant. Idem systema suum promittit in GALLER. di MINERV. 1701.

tantum in quinque sinus deferri venofos, sed totam basin cranii, tot sinus in-
scul-

Tom. IV. EJUSDEM theoria in epistola exstat inter COMMENTARIOS BONONIENSES, & ibidem satis favens responsio STANCARI & BAZZANI, tum in Opusc. Philol. III.

G. BAGLIVI specimen de fibra motrice, Romæ 1702. Ad experimenta PACCHIONI addidit theoriam & duumviratum inter duram matrem, quæ comprimendo cerebrum cordi spiritus mittat, atque cor, quod sanguinem urget dilataturque cerebrum. Experimenta, sed parum firma, adducit, de irritationibus duræ meningis, ejusque motu. Defendit se & removet objectionem, quod PACCHIONUM excrisperit, cui fabricam eruendam se reliquisse, sibi vero physiologiam sumsisse scribit. Aliqua etiam habet in Diff. varii argumenti V. & in Diff. I. Contra eum THOMSONUS in I. Diff. dixit, & alii.

G. BAGLIVI specimen de fibra motrice primum prodit Perusie 1700. 4. Recusum etiam est Basil. 1703. 8. Altdorf. 1703.

JOSEPHI de la CHARRIERE anatomie de la tête de l'homme, Paris. 1703. 12. Præter osteologiam, & angiologiam, sensusque, cerebri etiam & nervorum descriptionem habet, hanc ex FIEUSSENIO.

ANTONII PACCHIONI de glandulis conglobatis dura matris, Romæ 1705. 8. & in E. N. C. Cent. I. & II. Bas, quæ in sinu sunt falciformi, glandulas, & vasa describit, ut credit, inde orta, irrigantia superficiem convexam piæ matris. Epistola ad LUDOVICUM TESTI inserta est in A. ERUD. 1701. p. 415.

ADAMI PHERNÆ dissertationes V. de cerebro, respiratione, oculorum morbi, aliisque curiosis experimentis, Lugd. 1705. fol. Compilatam opus citant GAL. di MIN. *

J. B. MORGAGNII Adversaria anatomica. In VI. adversariis inprimis de cerebro agit, ejusque varias particulas, & nervorum originem primam, & sinus, & glandulam pituitariam aliaque observationibus suis illustravit. Experimenta etiam anatomica de phænomenis a dissectis nervis orientibus in Advers. anat. II. & in epistola ad VALSALVÆ opera addita X. & XIII. produxit, & de medulla spinali in Epist. XVI.

SEBASTIANI WIRDIG de medicina spirituum curiosa übersezt durch CHRISTOPH. HELWIG, Mulhaus. 1707. 8. Latine edita Hamburgi 1673. 8. & 1688. 12. Parum sanus homo, qui omnia spiritibus plena faciat, & ipsa corpora doceat ex spiritibus coagulari. Physiologia sequitur superstructa spiritibus. Censuram expertus est Academia Rostochensis & VVittembergenfis.

DOMINICI MISTICHELLI dell' apopleffia, Romæ 1709. 4. EJUSDEM aggiunta al trattato dell' apopleffia, Padova 1715. 4. In priori opere fibras aliquas medullæ oblongatæ & spinalis ornatus describit. In altero inprimis contra spiritus animales pugnat, & nervos ex meningibus oriri, & inde sensum & motum pendere adfirmat.

FRANCISCUS PETIT omisso nomine suo, sub titulo Lettres d' un Médecin des Hopitaux au Roi, à un autre Médecin. Namurci 1710. 4. multa egregia ad cerebri historiam addidit, decussationem fibrarum medullæ oblongatæ, ex qua lateris alterni resolutio explicatur, canalem septi lucidi, fibras ab eminentiis mammillaribus quæ per thalamos adscendunt, & in centro gemino semicirculari terminantur, sinem fornix in iis eminentiis, sinum ophthalmicum a venis oculi factum, fissuras medullæ spinalis, fibras & longitudinem sequentes & transversas, experimenta in canibus, & morbos ad eruendas functiones partium cerebri, & alternam resolutionem lateris non vulnerati.

J. RUD. ZWINGER de usu & functionibus cerebri, Basil. 1710. 4.

J. MAR. LANCISII Diff. de sede cogitantis anima, quæ exstat cum J. BAPT. FANTONI obs. anatomica, Turini 1713. 4. editis; habet fibras transversas nervosque corporis callosi, quod pro sede animæ recipit, pediculos glandulæ pinealis, & alia. Icones demum in editione Genevensi operum omnium accesserunt.

CODOFREDUS BIDLOO in opusculis anatomica, Leidæ 1715. 4. excusis duas de nervis dissertationes habet, quibus contra spiritus pugnat.

J. CONRADI BRUNNER de glandula pituitaria, Heidelb. 1687. 4. habita disputatio, recusa an. 1715. cum Tr. de gland. Duodeni omnino legi meretur. Sinum circularem jam vidit.

J. WILM. PAULI progr. de fibra motrice & dura matre, Lips. 1717.

S.A.

SAMUEL SEELMATTER de dubia spirituum existentia, Argent. 1720. 4.

ARENZ CANT ad sinus & productiones duræ membranæ aliqua proposuit.

J. HYACINTHI VOGLI fluidi nervei historia, Bonon. 1720. 8. spiritus defendit aereos, subtiliores, sed ex meningibus, non ex cortice, natos. Unicam observationem suam habet, monstrari acephali. Fluidum nerveum crassius & facile sensibile refutat.

J. J. BIANCHI icon & descriptio sinuum cerebri exstat in L. IV. Theatri Mangetiani, in quam severe animadvertit MORGAGNUS.

ANTONII PACCHIONI de dura matre Diff. physico-anatomica, Romæ 1721. 8. Variæ sunt epistolæ ad MERYUM, Academiam Bononiensem, FANTONUM, cujus etiam duæ epistolæ hic exstant. Defendit sententiam suam PACCHIONUS. Hoc opusculum, cum prioribus, in operibus omnibus PACCHIONI, Romæ 1741. recufis exstat, cum nova tabula falcis.

ANTONIUS van LEEUWENHOEK multa ad fabricam cerebri, filorumque nerveorum passim habet in operibus. Vide Phil. Trans. n. 108. 136. 167. Epist. Physiol. 32. 34. 36. &c. & alibi.

M. E. ETTMULLER de cerebri membranis, Lips. 1721. (B. PL.)

JOH. GOTTL. BOETTICHER de vera fluidi nervei existentia scripsit, Berolini 1721. 4. ubi aereos spiritus defendit, solida sponte moveri negat, &c. *

J. G. BOETTICHER l. c. recusus est Hafn. 1724. 8.

J. DOMINICUS SANTORINUS in observationibus anatomica plurima habet de cerebro; de magis recondito nervorum ortu, de venis ex dura matre ad venas externas capitis euntibus, &c.

In præfatione ad COWPERI Myotomen spiritus animales negat PEMBERTONUS, tum THOMAS MORGAN, nervosque fartos ponit cellulositate.

J. THEOPH. HENSING examen chemicum cerebri humani dedit, Giesæ 1719. 4.

FRANC. MERY an cordis motus a dura meninge, Paris. 1726. 4.

JOH. PHIL. BURGGRAV in L. de spiritus nervosi existentia, Francof. 4. & in spiritu nervoso restituto, Francof. 1729. 4. & in aliis opusculis, liquidum nerveum contra Stahlia-

norum objectiones tuetur. Eandem theoriam HEISTERUS in compendio. ILL. ROSEN in Suecica anatome. Ingeniosissimus P. G. WERLHOF in L. de febribus J. H. SCHULZE in physiologia, alique ex HOFMANNI schola defendunt.

Contra STAHLIANI in Actis Berolinensibus inque variis GOHLII & GOELICKII scriptis spiritus adesse omnino negarunt. Nempe huc pertinent A. O. GOELICKE spiritus animalis ex foro medico elegatus, Francof. ad Viadr. 1725. 4. & spiritus ex foro medico juste relegatus Francof. ad Viadr. & spiritus animalis merens exul justarum imputationum plenissime convictus, ibid. 1731.

J. DAN. GOHL insufficientia cerebri ad sensum & motum animalis, & meningum indispensabilior usus adfertur. Colberg. 1732. 4. Contra BURGGRAVIUM.

Ejusd. gedanken von der materie von den spiritibus animalibus, Hall. 1733. 8. In eundem.

JOH. de GORTER in Chirurgia sua & in L. de perspiratione & alibi, liquorem nerveum duplicem facit, alium qui in cerebri involucris natus sub capsula communi nervei funiculi continetur, alium in fistulis tenuissimis nervi.

In Actis Petropolitans in T. IV. de ventriculis cerebri septoque lucido exstant observationes. Et J. G. DUPERNOI de nervorum vera fabrica T. II.

J. QUINCY in SANCTORIUM motum duræ matris admittit, succo nerveo solam humectationem tribuit, tum BROWNE LANGRISCH in nuperis lectionibus de motu musculari.

In CL. SYLVA L. de venæ sectione aliqua ad arterias duræ matris minores, & ad sinus cerebri exstant.

HERM. FRID. TEICHMEYER de magna cerebri valvula, Jen. 1728. 4. de Lympha cerebri cod. anno, & alia Programmata huc pertinent.

H. FR. TEICHMEYER etiam huc pertinet de musculo substantia dura matris, Jen. 1729. 4.

THOMÆ BRINII de spiritibus animalibus L. Venet. 1729. 4. Contra spiritus animales & pro tremore fibrarum elastico, practicus potius quam anatomicus, argumenta adfert non difficilis solutionis.

J. B. WINSLOWUM semel laudavi ob totius corporis anatomem, repetere necesse non est.

In T. II. Edinburgensium Actorum experimenta in nervo recurrente ligato facta recensentur.

Fff

FRI.

FRIDERICUS RUYSCH plurima in *Epistolis* & in *Theſauris* paſſim ad hiftoriam cerebri adiecit. Corpora pyramidalia poſteriora conſtituit. Fabricam glanduloſam reſutavit, vaſculoſam per experimenta docuit, jam ab anno 1698. Praef. ad VI. Theſ. nervos in tenuiſſimas fibrillas reſolvit, &c.

C. A. a BERGEN iconem novam ventriculorum cerebri, an. 1734. dedit qua cornua tria expreſſit, corpus ſimbriatum deſcripſit, & choroideos plexus, corporis calloſi fulcos tranſverſos monuit veſtigia venarum eſſe.

IDEM in progr. *de pia matre*, Norimb. 1736. 4. arachnoideam membranam pro vera membrana, piam pro cellulosa tela habet.

A. O. GOELICHE de *meninge arachnoidea Cerebri*, Francof. ad Viadr. 1734. Diff. *

IOH. FANTONUS in *opuſculis anatomicis*, Genev. 1738. 4. Pacchionianam de dura meninge hæreſin fuſe reſutat & ſolide, niſi quod pauca aliqua de lymphaticis vaſis cerebri minus firma defendit. Alia adjecta ſunt non hujus argumenti.

ALEX. STUART tum in ſuis *de motu muſculorum* Libellis, tum in *Phil. Tranſ.* n. 424. pro fluido nerveo contra ſyſtema tremorum in partibus ſolidis experimenta habet.

In nova editione ſuarum Diff. *physiologicarum SENNAC* fuſe de motibus ſympathicis & nervis egit.

DANIEL CHEVALIER. *Ergo a diverſa cauſa moventur cerebrum & dura meninx*, Parisiſ 1737. Diff.

F. JACOBI HUBER de *medulla ſpinali*, Gotting. 1739. 4. Hoc quidem opuſculum ſatis vitioſum, ex obſervationibus tamen in noſtro theatro factis natum, utilitate non caret.

ABRAHAMI KAAU in *L. de perſpiratione*, Leid. 1739. 8. vaporem adſurgentem cerebri per experimenta confirmavit. In *Imperum vero faciente Hippocratis*, Leid. 1745. 8. per experimenta efficaciam & dominium nervorum conſtituendum ſuſcepit, pulchro, ut ſolet, labore. Agit autem de motu muſculorum, nervorum, vulneribus cerebri, ſomno, opii effectu. Imperium nervorum in arterias recepit, quod ope laqueorum peragitur. Cerebellum motui cordis præeſſe minime credit, motum muſculorum a nervis pendere confirmat, duram matrem irritatam convuſiones nullas facere demonſtrat.

J. E. HEBENSTREIT de *methodo incidendi cerebrum* an. 1739. programma edidit, & an. 1738. de *baſi calvaria* in quo agit de arterioliſ & adhæſionibus duræ matris, ſinibus qui non ſunt niſi venæ, &c.

J. JAC. BELETETE. *Ergo dura mater non habet motum a ſe*, Parisiſ 1739. Recte obſervat undique adhærere duram membranam & immobilem eſſe.

D. KINNEIR *nerv essay on the nerves and the doctrine of animal ſpirits*, Lond. 1739. 8. 2da. editio. *Physiologica pars brevis*, & videtur quaſi captatio benevolentia eſſe pro ſequenti practica, in qua aquam frigidam commendat ad morbos nervorum. In priori ſuccum nerveum reſorberi in fibrarum nervearum parallela intervalla, & nervorum facere laterem, & nutrire, & mucilaginoſum eſſe docet.

BROWNE LANGRISH in *L. de motu muſculorum ſyſtema ſpirituum animalium* ob molitiem nervi veri, aliasque rationes defendit. In nuperis *lectionibus* ſpirituum æthereum recepit, & ſuccum nerveum pro inerti habet.

CAR. GOTTHOLD KESLER de *liquore nerveo & ejus effectu in corpore*, Erfurd 1739. 4.

EMANUEL SWEDBERG in *Oeconomia animalis* P. II. Amſtelod. 1741. 4. Corticis ſphæras totidem eſſe corcula, quæ in motum cient quamcumque voluerimus fibræ, & in eam impellunt liquidum tenuiſſimum, quod inde in ſanguinem, & perpetua circulatione, iterum in corticem redit. Varia alia hujusmodi ibi reperies.

In *Differtationibus duabus de febre & ſucco nerveo*, Romæ 1740. 8. Spirituum exiſtentia in altera Diff. ex BOERHAAVIO defenditur.

NATALIS MARLA DE GEVIGLAN. *Ergo functionum integritas a ſpiritibus*, Par. 1740. 4.

CL. NICOLAUS LE CAT in *L. de ſenſibus* iconem dedit baſeos cerebri, & partis medullæ ſpinalis, in qua vaſa cerebri & venoſa expreſſa ſunt.

IOH. JAC. HUBER de *nervis ex medulla ſpinali*, Gotting. 1741. 8. Bona icon medullæ ſpinalis, Rollini opus, & diligens deſcriptio primarum originum horum nervorum.

CL. LADMIRAL duabus tabulis Amſtelodami an. 1738. editis vaſa duræ matris, tum majuſcula, tum tenerrima & evaneſcentia, cum ſuis coloribus depicte dedit.

WILH.

WILH. CHESELDEN in nova editione anatomies ſuæ ſatis malas dedit icones medullæ ſpinalis, in prioribus editionibus arteriarum cerebri non incommodam iconem. MONROUS in deſcriptione nervorum, quam CHESELDENIANO Libro addidit, experimentum Bellinianum aliaque argumenta adduxit.

D. de la PETRONIE jam in *Extractis actorum Societatis Monſpelienſis* an. 1708. deinde in primis in *Ac. REG. SCIENT.* 1741. fuſe de ſedē animæ egit, quam in corpore calloſo poſuit, cum ejus vulnera ſola funeſta eſſe, non cerebelli neque alterius partis encephali, ſe demonſtraſſe putaret. Sed avibus nullum corpus calloſum eſt. Neque certa mors a corpore calloſo læſo ſatis evicta.

In *opuſculis philologicis ROSETTUS* ſpirituum circulationem deſcribit ex nervis in membranas, inde iterum in caput: tum in *opuſc. ſcientific. philolog.* T. V.

In T. X. & XII. DOMINICI de MAURODENOSA contra ROSETTI de circulatione ſpirituum ſyſtema obſervationes exiſtant.

D. LIET AUD contulere oportet, qui figuras aliquas huc pertinentes, dedit, & infundibulum cavum eſſe negat.

OTTO JUST. WREDE *demonſtrat. des gebirnes*, Hann. 1742. 8. Compend. WINSLOWIANUM. ILL. SWIETENUS experimenta aliqua ligatis nervis & arteriis in animalibus vivis inſtituit.

J. JUNKER de *ſinibus dura matris*, Hal. 1743. Diff. *

J. JUNKER de *ſinibus dura matris, ſinibus malorum*, Hall. 1743. 4.

J. STEPH. GUETTARD. *Ergo nervi canales*, Parisiſ 1743. 4.

Noſtra de *nervorum in arterias imperio* Diſſertatio edita 1744. 4. poteſt extendi ad pene omnes in corpore humano nervos, quos magis & magis reperimus pleraſque in corpore humano arterias ſuis laqueis revincire & circumplecti.

LU. OVICI de CLARELLIS *ſpiritus animales ex ſyſtemate medico exturbantur*, Neapoliſ 1744. 4. Acris & iracundus adverſarius ſpirituum, dictione uſus impura & ægre intelligibili. Urget ridiculas opiniones nonnullorum, qui nerveos ſpiritus defenderunt, turbulos, minimos, tarditatem in tanta a corde diſtantia, momentum ex minutie & tarditate naſcens exiguum. Fibras ſolidas pro ſenſu & motu explicando ſufficere credit.

CL. TABARRANI in *Luccenſium Memorie de' Valentuomini* varias obſervationes habet, de circulari ſinu & tranſverſo receptacula conjungente, de ſinu comitante carotidem, de ſinu in cartilagine inter os petroſum & occipitale poſito.

JOSEPH LALLEMANT. *Ergo actio muſcularis a ſolis ſpiritibus*, Parisiſ 1745. 4.

In *Aſis Acad. ſcient.* Maſſil. 1746. exiſtat CL. ARLETI de cerebri proportionibus obſervationes, quænam animalia magnum, quæ parvum cerebrum habeant, &c.

FRIDERICUS WINTER de *irritabili natura nervorum*, a qua plerique in corpore humano motus pendunt, in *Oratione de certitudine in Medicina practica*, Franckeræ 1746. fol. utilia dixit.

Nervos ligatos tumere obſervavit CL. MOLINELLUS in *L. de Aneurysmatibus*.

F. G. GUNZ de *ſanguinis motu per ſinus dura matris*, Lipſ. 1747. 4. novam theoriam propoſuit, ſinus factos eſſe ad retardandum ſanguinis iter, ut eo copioſior in corticem veniret, arteriolas minimas utique ſanguinem in ſinus exhalare. Varia etiam de ſinibus rarioribus duræ membranæ, & emiſſario habet, de quibus etiam in *Libello de arteria maxillari*, Lipſ. 1743. 4. obſervationes propoſuit.

J. G. GUNZ duo etiam ſunt programmata *de cerebro*, quæ anno 1750. prodierunt.

DIONYS CLAUD. DOUCET, *Ergo tonus partium a ſpiritibus*, Parisiſ 1747. 4.

D. BOUILLET in *ſuite des élémens de la Médecine pratique* 1746. 4. vias per foramina oſſis cribroſi aeri vult patulas eſſe, & verum aerem in ventriculum cerebri venire. Hujus renovatæ opinionis jam exiſtant veſtigia in *Diſp. D. CHEVALIER* ſuperius dicta an. 1737.

CARL GOTTLÖB KESLER *die bewegung der elektriſchen materie als die wirkende urſache der bewegungen und empfindungen*, Landshut 1749. 8. Materiam animalium ſpirituum cum HAUSENIO aliisque electricam fecit.

J. GOTTFRIED ZINN, me præſide deſenſa diſputatio qua *Experimenta circa corpus calloſum, cerebellum, duram meningem in vivis animalibus inſtituta* continentur, Gotting. 1749. 4. Vulnera corporis calloſi, & cerebelli nihil magis funeſti habere, quam reliqua cerebri vulnera, & duram membranam inſenſilem eſſe oſtendit.

Fff 2

CA-

sculptos habere, qui vasa venosa recipiunt, ut quatuordecim (a) omnino finis venosi distincti exhiberi possent. De decursu vero fibrarum in dura matre (b), quas WILLISIUS ad nervos magis festinans, non descripsit, habet aliqua VIEUSSENS & RIDLEIUS. Præterea VIEUSSENS cerebrum dissectum variis modis egregie in figuris repræsentat, adeo ut pigritia sit, quando anatomici hodierni hanc partem non bene demonstrant. WILLISIUS in figuris integris cerebrum non dissectum exhibet, sed clarissimus VIEUSSENS, dum cerebrum exhibet dissectum, secundum longitudinem, & oblique & alio modo, tantum etiam involutum cerebrum repræsentat in figuris: Verum VIEUSSENS ipse nactus est censores RIDLEIUM, qui suffultus observationibus WILLISII & VIEUSSENSII addidit egregia, nempe fibras duræ matris, vasa lymphatica in plexu choroideo, & mirificos ductus per ceram repletos in eo plexu. Ab his ergo Auctoribus omnia de cranio, meningibus cerebri, harum arteriis, venis, sinibus, quæ nosci possunt, habere possumus, & omnia apud eos discemus, quæ de apparatu mirifico vasorum, arteriarum, &c. ad cerebrum venientium habentur. Videbimus ibi, quomodo ille apparatus ante ingressum extra cranium, & quomodo intra cranium se habeat. RIDLEIUS præsertim demonstrat, quomodo in ingressu hæc se habeant. De egressu vasorum WILLISIUS videtur. Hi iidem viri tradiderunt descriptionem figurarum, situs, molis partium, distributionis, appendicum corticis, medullæ, medullæ oblongatæ, medullæ spinalis, cerebri atque cerebelli, & originis nervorum.

Situs cerebri & cerebelli discatur inprimis ex RIDLEIO & WILLISIO, nam quæso, quare cranium externe glabrum est, interne vero rupibus & eminentiis scætet, ut eminentia cristæ galli? Cui bono ad basin cerebri sella turcica, ad latera cavitates, ad posteriora quasi cornua reperiuntur? Cur tota basis cranii horrescit ubique quasi prærupta rupes? Hæc omnia certe perpetuo ignorabimus, nisi horum trium Auctorum observata perlegamus: neque necessitatem harum cavernarum, in quibus reconditur sanguis refluus, ne comprimatur vasa cerebri, absque eorum opera intelligeremus. Quis nos docebit, cur dura mater, tanquam velum pendulum, ad has eminentias cranii adfigatur, uti videmus ad ingressum arteriæ carotidis ad sellam turcicam, ubi hæc arteriæ ingrediuntur? nempe suspenditur hoc velo cerebrum, ne comprimatur a suis propriis vasis arteriosis (c).

Ex iisdem porro Auctoribus discimus commenta egregia de usu enumeratarum partium: nisi vero earum usus intelligatur, nihil boni intelligemus de natura horum viscerum, & notandum est, ultimam correctionem & majorem semper esse, & priorem superare.

Iam alterum quod considero de cerebro, hoc est. Quando tiro impressit adcuratam speciem, seu ideam hujus apparatus cerebri & cerebelli; ea cognita, superaddet doctrinam ipsius structuræ, in substantia cerebri compertæ. Verum

(a) Additis nempe quatuor sinibus ad sellam equinam.

(b) Hæc magis excoluit A. PACCHIONUS & parum est, quod eo contulit aut VIEUSSENS aut RIDLEIUS, nisi istius experimentum velis, quo duram Matrem minime mobilem esse defendit.

(c) Videtur sensus esse, protegi a dura matre carotidem, ne pondere incumbentis cerebri sanguis ejus nimis retardetur.

tres præcedentes Auctores omnia solum externa docent, sed quænam structura sit intimæ substantiæ, de ea re fere nihil scripserunt. Hinc duo sequentes Auctores addantur 1. FRIDERICUS RUYSCHIUS (a) in observationibus suis sparsim editis, tam anatomicis quam chirurgicis, sed præsertim in *thesauris* suis, ubi hinc inde figuras præparatarum partium & membranarum partis corticalis cerebri, distributionis vasorum sanguiferorum per hæc partes exhibet. 2. Sed nemo ulla cum specie rationis carere potest MALPIGHIO (b) qui videndus erit 1. in tractatu de *glandulis conglobatis*, & 2. in tractatu de *cerebro*, ubi naturam fistularum nervosarum, quæ medulloso vocantur, distincte exhibet.

Qui hos binos viros legit, poterit discernere cum judicio, quid cogitandum sit de medulla & de cortice cerebri.

Quicumque edoctus præcedentia impressit sibi adcuratissime, transeat nunc ad doctrinam de nervis, eorum substantiam, originem, egressum ex cerebro, distributionem intra cranium, & thecam vertebralem, egressum ex cranium, & ex commissura vertebrarum, distributionem per musculos, viscera, & reliqua loca corporis humani.

Ut adcurate discere & retinere hanc doctrinam quis possit, hæc agenda sunt. Primo, cognoscenda est substantia medullæ cerebri, cerebelli, & medullæ, quæ prolongatur in ramos laterales; substantia quidem cerebri ubique æqualiter mollis est, verum, ubi ad exitum venit, acquirit duram matrem; unde durior fit, ab adscita membrana callosa. Ubi vero nervea aliqua propago per cranium decurrit, non acquirit duram matrem, nam recurrens nervus WILLISII non accipit duram matrem; sed ubi nervi transeunt per foramina, ut ex cranium exeant, ibi accipiunt utique vaginam duræ matris, & cum ea progrediuntur; iidem nervi ubi ingrediuntur musculos, viscera, vel organa quæcumque, deponunt iterum duram matrem, & pergunt cum pia matre; ubi denique nervus ad loca sentientia venit, eoque nunc pervenit, deponit membranas suas omnes, & explicat se in pulposum quoddam corpus. Quando nervi ad cerebrum redeunt, tunc iterum deponunt membranas, & fit mollis substantia.

Incepimus dare methodum facillimam addiscendorum omnium, quæ ad nervos spectant. Consideravimus ibi primo, ideam substantiæ nervosæ; omnem scilicet substantiam nervosam in cerebro esse ejus medullam, hanc, ubi egreditur

(a) Ut qui ubique corticem non glandulis, sed vasculis fieri demonstravit, partim per experimenta, partim per analogiam, a partibus, quæ cera replentur, ad eas quæ repleri non possunt. Iconem vasorum corticis in ultima adhuc ad amicum nostrum J. C. BOHLIUM epistola dedit. Valuit autem experimentum contra hypothese, ut etiam SCHELLHAMMERUS a præparato. RUYSCHIANO arte, cortice convictum se fuisse fateatur in *posthum. oper. p. CCLXXXII.* & BOERHAAVIUS in ejus sententiam ultimis vitæ annis transiverit, desertam, quam pro sua eloquentia tuitus erat, Malpighiana hypothese.

(b) In collectione *exercitationum anatomicarum de viscerum structura*, Bononiæ 1666. 4. & Londini 1669. 12. excusa, existat M. MALPIGHII de cerebri cortice Libellus, quo fabrica glandulosa corticis proponitur. Fere omnes autem Anatomici in eam sententiam ierant, & LISTERUS in *Exercit. Anat. II.* eam opinionem contra LEEUWENHOECKIUM defendit, experimentis vero fulcire in priori opere suscepit RAYMUNDUS VIEUSSENS, nam in posteriore opere de *vas. syst.* corticem spongiosum fecit, non glandulosum, clanculum excipiente RUYSCHIO, si ipsi credis *Proem. Thes. VI. p. 10.*

ex cranio, recipere membranam, & durissimum corpus fieri, quod in cerebro mollissimum fuerat. Porro, ubi hic nervus ex commissuris cranii & vertebrarum exit, semper transire ibi una duram matrem, & nervum cum hac dura matre pergere, sic defendi mollem nervum, ut tuto perveniat ad locum suum. Duplex vero est locus, quo vergit nervus. Ubi sentire debet, ibi deponit vaginam, quam acquisivit in transitu ossis, & mollior iterum ac tenebrior fit, & explicat se, quasi in corpus mucosum. Id ubique advertitur. Vide nervos olfactorios, postquam os cribrosum transiverunt, ubi nunc per sinus nasi & membranam pituitariam distribuuntur, adverte, quam molles sunt (a) ut, si vel parum stimulentur, statim sternutatio oboriatur. Vide etiam nervos opticos, & ipsi piam matrem deponunt, & faciunt choroideam & uveam, eorum vero substantia medullosa distribuitur, ac si esset mucus. Ita sub epidermide reperitur corpus mucosum MALPIGHII, quod nihil est, nisi papillæ perfecte nervosæ (b), pia & dura matre orbata, dispositæ ad recipiendum motum objectorum. 2. Vel motui inserviunt. Hi nervi non videntur deponere piam matrem; hinc in musculis nervi duriores sunt, quam ubi distribuuntur ad quinque sensus.

Alterum, quod observandum esse dicebam, erat origo nervi, quæ in genere in cerebro, cerebello & medulla spinali latet. Jam quænam sint distributiones, separationes, conjunctiones, recursus nervorum & iter ad viscera, videantur sequentes Auctores.

WILLISIUS in parte posteriore tractatus *de cerebri anatome*, cui subiungitur *nova nervorum descriptio* (c). Hæc est ea pars, in qua origo, distributio, modus separandi, coeundi, & finis nervorum optime describitur: ita ut GALENUS nunquam, neque SYLVIUS, qui de suis tabulis gloriatus est, quibus etiam laudem meruit, neque alii possint suas figuras comparare cum WILLISIANIS. Verum hæc scripta WILLISII inserviunt ad describendos nervos, ad sensus, ad viscera, & qui circa collum distribuuntur. Plura ex WILLISIO non oportet disci, sed in hisce optimus est; solus enim fere descripsit ex cranio ortos nervos, reliqui fere ad loca distribuuntur.

Verum si nervos, qui ad musculos pedum, brachiorum, &c. distribuuntur, scire quis

(a) Conf. *Comm. Boerh.* II. n. 593. *segg.*

(b) Conf. *Ejusd. operis* T. III. n. 418. unde quidem non poterit hæc sententia defendi, papillæ enim semper solidiusculæ sunt, & grenulosæ, & a reticulo diversissimæ.

(c) Nervorum descriptio ex difficillimis anatomis partibus est, quæ versetur circa particulas molles, teneras, latentes, nulla arte augendas, sæpe per durissima ossa varie & occulte repentes. Inde factum est, ut non plurimos hic certe Anatomicos laudare liceat. Intercoctalis & octavi paris prima stamina reperiuntur in HIPPOCRATIS Libro *περί φλέβων*. HEROPHIUS nervos separavit a tendinibus. GALENUS in *L. de nervorum dissectione & de organo vocis* nervos diligentius descripsit, recurrentes invenit, experimenta perpulchra fecit ad demonstrandam nervorum in motu producendo prærogativam.

ALEX. ACHILLINUS nervum quarti paris bene descripsit.

ANDREAS quidem VESALIUS non alibi minus gloriæ consecutus est, adeo ejus icones malæ & fictitiæ sunt, & enumeratio nervorum imperfecta. Brachii tamen nervos quinos ante DUVERNEYM constituit.

re quis cupit, tum nimis brevis erit tractatus WILLISII; multum etiam hic jam præstitit RAYMUNDUS VIEUSSENS in Libro in folio jam commendato de *Neurologia* (a). Frequenti enim dissectione invenit & depinxit accuratissime nervos, qui ex medulla spinali orti, vadunt ad singulos musculos corporis. Cum enim qui ex medulla spinali orti, vadunt ad singulos musculos corporis. Cum enim tentaret hos omnes nervos describere, debuit adsequi omnes nervos accuratissime, & ea occasione ad ultimos fines ubique perventum fere est; hinc certe huic viro ab accuratissimis hodie anatomicis hoc laudis datum vidi, ut si perfecterentur aliquem nervum, secundum ejus descriptionem, nunquam decepti fuerint. Cum præterea figuræ ejus egregiæ fiat, & systema brevissimum, est quod nos contentos hisce duobus Auctoribus esse deceat, ex his enim discemus omnia, quæ per compendium prius recensui.

Post-

C. STEPHANUS non penitus contemnendas figuras dedit. Intercoctalem ab octavo pare separavit. Nervorum brachii truncos quinque distinxit.

Sed BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS longe feliciter in eo opere versatus est. Paria nervorum decem constituit, ut ex iconibus apparet, nervi intercoctalis originem veram ex sexto pare primus detexit. Nervos oculi accurate, si a ganglio recesseris, exposuit, tum chordam tympani aliasque quinti & septimi anastomoses. Nervorum artuum cum musculis suis veras dedit icones. Inimitabili labore totum, adeo complexum, nervorum abdominalium systema comprehendit. Nervum opticum ex laminis plicatis cerebri fieri ante MALPIGHII docuit.

GABRIEL FALLOPIUS quartum par notum habuit, & tympani chordam, & durum nervum, & alia ad nervos capitis mares pertinentia, aliquam etiam nervorum intercoctalem & cordis adumbrationem.

CONSTANTIUS VAROLIUS nervorum opticorum originem propria epistola, Patavii 1573. edita, ex thalamis deduxit, quæ etiam ob alios nervos, & basin cerebri noviter delineatam lectu dignissima est.

ARCHANGELUS PICCOLHOMINEUS processus mammillares ad nervos reduxit.

Quænam sunt elegantissimæ septem figuræ nervorum totius corporis Romæ excusæ, quas mirabatur RIOLANUS (op. omn. p. 829.) non vidisse VESLINGIUM, neque inde notasse nervorum distributiones? An eadem quæ BERRETTINI? Est suspicio J. FANTONI in *Diff. anat. nov. ed.* p. 213., valde mihi probabilis.

Nempe nuper an. 1741. fol. prodierunt Romæ Tabulæ quibus pictoris BERRETTINI nomen præfixum est. Earum magna pars est neurologia, & ad vivum corpus depictos habet nervos, eosque in suo situ. Eos consulere oportet, sed ut errores admistos vitemus, v. gr. septimo pari tribuitur nervus descendens nomen. In exemplare Bibl. Gotting. GUILIELMI RIVÆ & nomen & aliquæ icones præfixæ sunt.

A. LAURENTIUS sex truncos nervorum brachii descripsit.

JULIUS CASSERIUS & universorum nervorum Vesaliana, nec bona sceleta dedit, & nervos cordis & recurrentes pinxit, sed in istis omnibus minus felix fuit.

C. HOFMANN de usu venarum & articularum & nervorum origine, Norimb. 1615. Disp.

(a) THOMAS WILLIS in descriptione nervorum cum historia cerebri edita nervos etiam, inprimis capitis & viscerum, cum suis gangliis descripsit. Ab eo profecta est minus vera origo nervi intercoctalis ab ophthalmico ramo quinti. Laqueos nervosos observavit, & ganglia plexusque principes, neque eos male. Artus vix attingit, & cum aliquo metu legi oportet, ob admissos errores, & brutorum animalium descriptiones.

RICH. LOWER nervorum cordis tabulam habet, Villisianæ similem.

In C. BARTHOLINI epistola de ranis, neurologia hujus animalculi existat, tum ejusdem cum JACOBÆO de ranis Epistola de nervorum usu in muscutorum motu, Paris. 1676. 8.

De fibris nerveis per os cuneiforme descendentes existant SCHNEIDERI de osse cribiformi, & CHARLETONI (de cerebri hum.) observationes, qui ultimo loco dictus Auctor eas evidentes facit.

Postquam nunc nervi accuratissime sunt descripti, quatenus propagines sunt cerebri, sequitur, ut de visceribus agamus. Initium faciemus a faucibus, quæ maxime merentur hic recenseri, propter admirabilem structuram.

JOSEPHUS DUVERNEY nervum durum per faciem euntem, & chordam tympani iconibus expressit, & reliquos auriculæ nervos, mollium etiam ramulos ad intima organi auditus penetrantia deduxit.

RAYMUNDUS VIEUSSENS in *Neurographia* princeps Auctor est. Nervos enim totius corporis novo & immenso labore, ad exenta ex corpore humano systemata, disposuit, artuumque nervos, & dorsum, a **WILLISIO** omisso, supplevit. Nervum splanchnicum, ganglia semilunaria, nervos cordis & viscerum laboriose expressit, unice ad hominis corpus, dignissimus Auctor. In capitis tamen difficilibus nervis, & in quinto maxime minus felix fuit; nervum descendente noni octavo tribuit, in origine nervi intercostalis **WILLISIIUM** secutus est, paucosque alios nervos in immenso opere reliquit. Nervos brachii vitiose pingi monuerat **MERYUS**, & minatus erat se errores demonstraturum (*Progrès de la Médecine* p. 26.)

H. RIPLEY in nervis parvus est. Ramos ad duram matrem a quinto pare, non satis vere deduxit. In decimo pare, quod sub prima vertebra ait exire, vehementer aberrat.

In *Anthropographia* **COWPERUS** aliquas observationes habet, v. gr. minimos furculos esse, qui ex posterioribus foraminibus ossis sacri exeunt. Imo nulli sunt, ut certo didici inquirendo, sed arteriæ a sacris in longissimum dorsum musculum ibi erumpunt.

In **KOENIGII** regno animalium specimen Neurologiæ ex **PETRI CHIRAC** dictatis habetur, quo multa melius describuntur, & v. gr. descendens ramus nono restituitur.

J. M. HOFMANNI de nervis disp. Altdorf 1692. 4.

Anno 1697. quinque truncos brachialium nervorum propriis nominibus distinxit **JOSEPHUS DUVERNEY**, habebat autem axillarem pro ramo radiali (*PALFY* II. p. 307. *VERDIER* II. p. 402.) Et eodem fere tempore **RAVIUS** sex truncos descripsit in posthumis Schedis, quæ cum **VALENTINO** existant.

In *Actis Regiæ Academiæ* an. 1727. **FRANCISCUS PETIT** de nervis oculi observationes protulit. Intercostalem iterum ex quinti primo ramo deduxit, ganglion ophthalmicum descripsit, ex quinto & tertio compositum, a quo interiores oculi nervi proveniunt.

CL. HUNAULT an. 1734. nervum cordis a plexu semilunari retrogradum descripsit.

JOSEPHUS DE LA CHARRIERE VIEUSSENSIUM in nervis, ut in cerebro, imitatus est. **ANTONIUS MARIA VALSALVA** durum aliosque nervos auris, sed illum satis imperfecte descripsit.

In Epistolis **MORGAGNIANIS**, posthumis **VALSALVÆ** adjectis, sollicite agitur de nervi mollis itineribus ad vestibulum, & cochleam.

SIMONCELLII Chirurgi fabulosa descriptio nervi mollis habetur in epistolis *DES NOUVE* Romæ an. 1706. in 8. editis.

ADR. SLEVOGT in *Diff. de processibus cerebri mammillaribus*, Jenæ 1715. satis ingeniose eos nervos esse negavit.

D. W. ANDRÆ Disp. de processibus mammillaribus. Leid. 1715. *

JOH. MARIA LANCISIUS in posthumo de corde tractatu, jam laudato, nervorum cordis miram tabulam dedit, & nervos novos a primo cervicalium ortos, qui descenderent per omnem vertebrarum colli seriem, tum a phrenicis addidit. Sed ea omnia mihi suspecta sunt. Neque satis novi, an firma sint, quæ **VIR. CLAR.** de Gangliis in epistola habet, quæ cum *P. Adversariis MORGAGNI* prodit. Molles ibi ramos intercostalis Ganglii primum, ni fallor, descripsit.

AKENT CANT de nervis quinto & septimo aliqua habet, non optima in T. I.

J. FRID. BAUER de nervis eorumque præstantia in corpore humano. Lips. 1725. 4.

In **WILL. STUKELEY** description of the spleen Tab. V. habetur nervorum icon ad Eustachianam ficta, sed pessime corrupta.

In *Actis Petropolitanis*, T. II. **CL. BULFINGERI** & **DUVERNOY** de nervorum fabrica experimenta existant.

CHESELDENIANÆ anatomes editiones posteriores habent neurologiam adjectam ab **ALEX. MONROO**, cum variis inde deductis physiologicis corollariis & pathologicis.

ANDR. OTT. GOELICKE de nervorum structura & usu. Francof. ad Viadr. 1732. 4.

In **J. M. HOFMANNI** de nervis disp. Altdorf. 1692. 4. existat icon nervorum in basi cranii ad nostram præparationem nata.

J. B. WINSLOWI anatomie hæc unica neurologia est, etsi brevior, ex scopo Libri, imprimis in nervi quinti ramis. Ejus quasi compendium existat apud **VERDIER**.

J. TIMM. anat. des Rückgrades Brem. 1735. 8.

C. A. a BERGEN de nervis cranii ad novem paria non relatis. Progr. Francof. ad Viadr. 1738.

J. CHRISTIAN KLUG Disp. de nervorum usu & differentia. Argentor. 1740.

GEVIGLIAN in thesi sua de respiratione a nobis recusa, describit nervos ex plexu semilunari ad cor & ad diaphragma euntes.

J. F. CASSEBOHM in difficillimos nervos organi auditus accurate inquisivit.

C. AUG. a BERGEN de nervo intercostali. Francof. 1732. 4. & **WALTHERI** de eodem Diff. Lips. 1733. 1735. omnino legi merentur. Idem **CL. a BERGEN** in *Commerc. Litter.* 1738. a. aliquos subtiliores in cranio nervos descripsit, quos etiam in Progr. jam laudato habet.

In **CL. LE CAT. L. des sens** nervorum origines & rami aliqui existant, tum ganglion ophthalmicum & nervi oculi, rete intercostalis nervi, quod in carotide est.

ABR. VATER in *Diff. de consensu partium*. VVittemb. 1741. 4. præter papillas nerveas etiam plexum brachialem depinxit. Sed & **CL. LIEUTAUD** in neurologicis legi meretur.

Ego in icone basos cranii nervos oculi & ganglion ophthalmicum, nisi fallor, unicus depinxi, in tabulis arteriæ carotidis vero plexus pharyngeos, nervosque molles & passim alia dispersi. In *Diff. de vera nervi intercostalis origine*. Gott. 1743. eum nervum a primo quinti ramos non habere demonstravi, communicationem noni cum phrenico descripsi.

CL. GUNZIUS in *Commentario ad L. HIPPOCRATIS de humoribus* nervos phrenicos a ganglio semilunari ortos descripsit.

J. J. HUBER de nervi intercostalis origine. Gotting. 1744. 4. familia fere nostris repertit, adjecto plexu pharyngei non satis plenam descriptionem.

CL. CASIMIR. CHRISTOPHORUS SCHMIEDEL in *Ep. de controversa origine nervi intercostalis*. Erlang. 1747. 4. restituendam sibi sumpsit ejus nervi a quinto originem. Verum, etsi mallet aliorum judicio plus tribuere quam meo, neque in ea re, neque in gangliis & rete in nervo intercostali depictis meæ observationes cum **CL. VIRO** sinunt mentire.

CL. J. FRID. MEKELII de nervo quinti paris Disp. Gotting. 1748. 4. eximiam certe descriptionem hujus difficillimi nervi habet, qua ejus anatomos cum ophthalmicis, temporalibus, duro, intercostali, verus ortus chordæ tympani, & alia multa diligentissime describuntur, & elegantissime pinguntur.

CL. AM. BERTRANDI in tractatu de hepate & oculis descripsit nervum V. paris.

GEORGIUS THOMAS ASCHE, Gottingæ 1750. 4. disputavit de primo pare nervorum medulla spinalis. Ostendit duplices radices habere, oriri super Atlantem, ejusque truncum anteriorem & posteriorem cum omnibus ramis, & diligenter persecutus est, & nitide depictum dedit.

AUGUSTI SCHAARSCHMIDT *Neurologische tabellen*, sterlin. 1750. 8. Ex **WINSLOWO** & **MEKELIO**.

CL. BARBAUT cum *splanchnologia* neurologiam conjunxit.

Neurologia in universum longius a perfectione abest, & multa in ea parte anatomes aut obscura supersunt & imperfecta, aut omnino ignota.

De Faucibus.

A Gimus hoc loco ex ordine de structura faucium, quo nomine intelligo *velum palatinum*. Scimus enim hoc duplex esse, Palati nempe pars alia ossea est rugosa, & ad posteriora velum est expansile & contractile, in cujus medio est uvula, & ad latera sunt tonsillæ. Hoc idem velum explicatur in suos quatuor musculos, quos descripsit FALLOPIUS (a), & deinde alios palati musculos, quos VALSAVA (b) invenit. Qui nunc scire vult, quantum in

(a) FALLOPIUS utique velum mobile palati, ab uvula melius quam recentiores separavit, musculos circumflexum & levatorem palati mollis, stylopharyngæum, cephalopharyngæum, & plerasque origines musculorum pharyngis descripsit.

Sed BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS in iconibus. T. XLI. XLII. multo minutius hæc omnia & levatorem & circumflexum expressit, & musculos pharyngis atque uvulæ numerosiores depictos dedit, hyperoopharyngæum, pharyngostaphylinum, hujus & stylopharyngæi insertionem in thyreoideam cartilagineam.

NICOLAUS HABICOT stylopharyngæi insertionem in cartilagineam thyreoideam vidit, descripsit etiam musculos pharyngis, novo modo & paradoxo.

C. V. SCHNEIDERUS in L. I. de catarrhis, de larynge & pharynge, sed de isto inprimis egit.

CÆSO GRAMM in *explicatione problematis Hippocratis*. Slesvici 1661. 4. per experimenta in veterem quæstionem inquisivit, an aliquid de potu per asperam arteriam descendat.

FRANCISCUS GLISSON in L. de *ventriculo & intestinis* palatum leve iterum ab uvula separavit.

In BROWNII Myotomæ unica icon est propria CROONII, qua musculi uvulæ, neque ii optime, exprimuntur.

J. A. SLEVOGT de *gurgulione* Disp. Jenæ 1696. 4. & recusa in collectione nostra T. I. non inutilis est. Ex racemo glandularum uvulam componi docuit.

JACOBUS DOUGLAS multo minutius prioribus musculos Pharyngis, inprimis medios, divisit, azygon uvulæ invenit, mylopharyngæum & salpingopharyngæum, syndesmo-pharyngæum, chondropharyngæum, alios.

GUILIELMUS COWPER in n. 220. *Phil. Trans.* uvulam etiam a velo palati distinguit. IDEM in *Myotomia posthuma* meliores iis, quæ hæcenus exstabant, icones dedit musculorum pharyngis & uvulæ, quales fere descripsit DOUGLASSIUS. In appendice *anthropographia* f. 5. tonsillas foraminulentas pinxit, glandulas labiorum, &c.

(b) In *Tr. de aure humana* musculos tubæ, & ea occasione etiam glossostaphylinos, circopharyngæum, thyreopharyngæum depinxit, sed ex situ motos. In eo valde incommodus fuit Auctor, quod uvulæ eos omnes musculos tribuerit, qui palati sunt mollis, neque utramque particulam satis separaverit. Pterygopharyngæum, adeo amplum musculus, omisit.

R. WILH. KRAUSE de *Tonsillis*. Jen. 1704. 4. Disp.

J. BOECLER *historia instrumentorum inprimis deglutitioni inservientium*. Argentor. 1705. Disp.

J. B. MORGAGNUS in *Adversar.* I. & II. in epistola, quæ existat in *Comm. Bononiens. Acad.* T. I. & inprimis in *Epistolis* ad posthuma VALSALVÆ VIII. IX. X. XI. eruditissime & minutissime multa in musculorum & glandularum faucium historia correxit. Azygon uvulæ, eo quo DOUGLASSIUS tempore invenit: staphylopharyngæi ortum ab osse palati vidit. Cephalopharyngæum, neque mihi visum, non admittit.

CL. WIEDEMANN Disp. de *Tonsillis* iconem & descriptionem utilem dedit, tum ILL. L. HEISTERUS de iisdem in E. N. C. Cent. IV. & experimenta habet VATERUS de *duct. salivæ*. ubi credit cum thyreoidea glandula sinus tonsillæ communicare.

LEEUWENHOECK de palato Boum *Phil. Trans.* n. 320.

Huc

miraculi, legat primo VALSALVAM de *Oesophago, de musculis salpingostaphylinis* (σαλπιγγῆ enim est tuba, & σάφυλον dicitur Græce uvula, ob similitudinem cum racemo uvarum) hoc est, cujus tendo unus & extremitas, uvulæ adfigitur, altera tubæ Eustachianæ, quæ ex cavo auris ad palatum vergit. Videatur præterea de hisce partibus CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI de *catarrhis* Liber, editus Wittembergæ anno 1660. (a). Primus iste Liber prodiit, cui

Huc etiam refero Disp. de *Masticatione* C. LUD. WELSCHII. Lips. 1703. 4. LAUR. HEISTERI, Altdorf. 1711. ALVARES TELLES DACOSTA. Ultraj. 1734. 4.

J. CHRISTOPHORI LISCHWITZ disp. Lips. 1725.

In P. DIONIS *Cours d'Anatomie*, azygos, alique uvulæ musculi breviter recensentur. Ellum vero RUYSCHIUS etiam mature in Thes. II. attigit.

In *Monumentis Acad. Reg. Soc. JOH. LUD. PETIT* an. 1715. 1716. suctionem & deglutitionis aliquos casus descripsit.

De veli palatini etiam elevatione D. DODART an. 1707. & HOMBERGIUS an. 1712. observationes adtulerunt.

JUSSIEU an. 1718. egit de puella quæ absque lingua deglutiebat.

CL. LITRE an. 1718. uvulam a velo separavit, iconem faucium dedit, azygon non lectis, ut videtur, prioribus scriptis, indicavit, tum pharyngostaphylinum pinxit, & glossostaphylinum.

ARENT CANT tabulam musculorum pharyngis dedit, ut eo tempore plenior, nunc optimis cedentem.

Deglutitionis etiam historiam dederunt POLYCARPUS GOTTLIEB SCHACHER *Diff. de Labio leporino*; SENAC in *Diff. Physicis*. COWPER in *Phil. Trans.* n. 220. & in *Introductione*: HEUCHERUS: REVERHORST *Diff. de fabrica Lingue*.

JOACHIMI POETÆ L. de *usu Uvula*. Neap. 1710. 8. *

J. DOMINICUS SANTORINUS in observationibus anatomicis multa, in musculis pharyngis minutius rimatus est: hyperoopharyngæum a thyreopalatino separavit, ab utroque pharyngostaphylinum, &c.

AL. CAMERARII Disp. de *sorbendi actu, modo & usu multiplici*. Tubing. 1736.

CL. JOSIAS WEITBRECHT accuratas observationes ad musculos pharyngis in IX. *T. Astor. Petropolitano* attulit. Et ipse & MORGAGNUS musculum salpingopharyngæum vix admittunt, & me omnino habent consentientem. In *Syndesmologia* aliqua ad ceratopharyngæum adjecit.

B. S. ALBINUS musculos pharyngis de integro descripsit, in tres constrictores divisit, novam penitus explicationem deglutitionis dedit. In tabulis majoribus pulcherrime, & undique eos musculos expressit. Mylopharyngæum a buccinatore primus deduxit.

Frater EJUS CHRISTIANUS BERNHARDUS eadem inventa in Disp. sua de *deglutitione* Leidæ 1740. ornate proposuit, & multa in BOERHAAVIANA hujus actionis descriptione correxit.

CHR. BERNHARDI ALBINI citata disp. recusa est in Vol. disputationum VII.

AUG. FRID. WALTHERUS in *anatomie musculorum renericorum*, Lips. 1731. in ea de *deglutitione* 1737. & de *oscitatione* ib. 1738. & de *larynge & voce* 1740. & de *obesitate & voracitate* & de *lingua*, denique varia de minutis musculis uvulæ, & pharyngis & uvulæ inter musculos capitis exhibuit, & diligenter descripsit circumflexum alioque.

LAUR. HEISTERUS in superioribus editionibus *compendii anatomici* figuras aliquas faucium dedit, novum musculum ceratostaphylinum proposuit.

(a) Idem judicium BOERHAAVII in IV. tomo *Prælectionum*, & in cap. de *olfactu* existat. Aliqua ad anatomiam harum partium attulit; & inprimis mucum non esse cerebri recrementum, sed in pulposa membrana, quam sæpe a SCHNEIDERI nomine vocant Anatomici, generari, contra receptam opinionem docuit. Quæ anatomica habet, ca. leguntur in L. I. & III.

Ggg 2.

Ad

cui accedit tractatus secundus, tertius, quartus, hinc ea editio incēpit anno citato. Id opus diffusæ lectionis est, & abundantem eruditionem continet. Videmus ibi totam membranam narium, faucium, œsophagi, esse membranam repletam glandulis, quæ mucum lubricantem stillant, & rationem discimus simul tot morborum ibi sedem habentium. Irreprehensibilis tractatus esset, si non tantæ eruditionis esset, nam quod duobus foliis potuisset exponere, tot voluminibus in 4. conscripsit. Quæ tamen de anatomia harum partium habet, ea egregia sunt.

CAPUT V.

De Pulmone.

Pulmo quid sit, rite qui scire vult, incipiat semper a *larynge* (a). Ita vocamus mirificum caput asperæ arteriæ, plurimis musculis instructum, ut nulla in corpore tam parva pars ad tot motus destinetur. Si de ejus cartilaginibus, & ligamentis legere quis velit, sumat Librum in folio JULII CASSERII (b), excellentissimi

Ad glandulas etiam faucium & palati legere oportet SAMUELEM COLLINS; NICOLAUM STENONIS de glandulis oris; COWPERI icones in myologia; T. WARTHON, A. KAAU, HEISTERUM in not. 57. compendii anatomici qui aliquas glandularum palati mobilis sub nomine Gland molarium descripsit, REVERHORSTIUM de fabrica lingua.

(a) De Larynge primus GALENUS satis fute in L. de vocis instrumentis dixit, ejusque ventriculos, musculos plerosque & alias particulas minime ignoravit, in nervo etiam recurrente experimenta instituit in admin. anat. L. VIII. & de Hipp. & Platon. decret. L. II. EJUS etiam spurius Liber exstat de voce & anhelitu.

GALENI Liber de vocalium instrumentorum dissectione AUG. GADALDINO interprete prodit, Lugd. 1550. 8.

J. BERENGARIUS quinque cartilagine laryngis esse monuit, cum tres tantum numerarentur.

A. VESALIUS parum in eo profuit, qui animalium laryngem pro humano demonstrare solitus sit, (COLUMBUS de re anat. p. 43.) experimenta tamen fecit, quibus constitit vocem, perforato thorace supprimi.

Sed BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS cartilagine quinque, vario in situ, cum simplicibus, sed veris muscutorum iconibus dedit T. XII. XLII.

G. FALLOPIUS præter alia, receptos etiam hyoepiglottideos refutavit, quod etiam PAREUS fecit.

J. C. ARANTIUS glottidem verius descripsit ejusque ligamentum Obs. 31.

(b) JULIUS CASSERIUS in L. de vocis organis, Ferrariæ 1600. edito, utique Laryngis historiam ex variis animalibus dedit. Figuræ nitidæ sunt, & multo quam descriptio eloquentiores, ea enim valde parva est, & in osteologicis atque myologicis omnino bonæ exceptis arytaenoideis. Vix quidquam invenit.

HIERONYMI FABRICII ab AQUAPENDENTE de brutorum loquela. Pat. 1603. f. de loquela & ejus instrumentis, Venet. 1603. 4. Patav. 1643. fol. * 1625. fol. nihil valde singulare continet. Literarum formationem, sed obscurius describit. EJUSDEM de visione, voce & auditu L. exstat. Venet. 1600. fol. & Patav. 1625. fol. Granula ossea ligamenti hyothyroidei describit, &c.

PABLO BONET (barlet servant de su Magestad) Reduccion de las letras y arte para enseñar a ablar los mudos. Madrit. 1620. 4. * (MORHOF. hyalocl.) Artem docendi surdos docuit. PONTIUS vero, de quo VALESIIUS scripsit, etiam BONETO antiquior est.

J. B. ab HELMONT alphabeti hebraici brevissima delineatio, Sulzbach. 1657. 12. recusus Germanice Sulzbaci 1667. Natur alphabet der heiligen sprache sonos omnes literasque i sua

tissimis figuris ornatum, & eruditionis maximæ. Explicat hanc fabricam in corpore humano, & omni fere genere brutorum; nobis sed rarus tractatus est, cujus bona

sua generi confiderat, uti ab organis nostris nascentur, & paradoxam opinionem profert, hebraicis literis figuram representari, quam lingua, uvula dentesque in pronuncianda qualibet exprimeret.

JAC. ROLANDI DE BELLEBAT aplosoptomol alographia, Salmuriæ 1630. 8. edita, & in E. N. C. Ann. III. Dec. I. Latina lingua recusa, casum habet hominis, qui absque lingua locutus est, & similem in Monumentis Gallicis proposuit A. de JUSSIEU l. c.

WILH. HOLDER. Elements of speech, Londin. 1669. 8. Pertinet ad physicam formationem literarum, quas valde subtiliter divisit, vocis & spiritus diversitatem recte perspexit, inque docendis surdis ipse experimento innotuit, & aliquas observationes de surditatis causa protulit.

JOH. OTT in epist. de sono vocis humana ad WEPFERUM egit de scripto Holderi, de elemento sermonis & de Morlandi stenterophonia.

NIC. STENONIS in L. de musculis & glandulis invenit glandulas & foramina Epiglottidis. In JOH. WALLIS Grammatica Anglicana lingua, Lond. 1674. 8. edita, familia HOLDERIANIS, sed certe multo deteriora habentur.

D. CORDEMOI de la Parole, Parisiis 1668. 12. 1677. 8. literarum etiam generationem describit.

D. CORDEMOI l. c. recusus etiam est Genev. 1679. 8. Latine.

Aliqua etiam huc pertinentia vide in n. 61. & 245. & 312. Phil. Transf. & in MORHOFII paradoxis sensuum, & exemplum loquentis absque lingua n. 462.

GEORG. SIBSCOTA Deaf and Dumb mans discourse concerning those who are born deaf and dumb, Lond. 1670. cum dissertatione de loquela creaturarum inanimatarum. *

De Laryngis usu nonnulla in BELLINI Opusculis.

M. MAPPI Disp. de voce articulata, Argent. 1681. 4. B. Pl.

G. C. SCHEHAMMER Disp. de voce, Jen. 1677. 4. & bona aliqua de formatione vocis, & paradoxa continet.

In WILH. COWPERI Anthropographia appendice figuræ exstant minime malæ laryngis cum musculis & glandulis eo pertinentibus. Sed & ex myotome pulchras, quas consulas, repetere figuras.

In Monumentis Parisiis D. DODART an. 1700. 1706. 1707. glottidem multo minutius descripsit, cum ligamentis suis elasticis, vocisque formationem ex laxata in depressione laryngis, arctata in elevatione, Glottide explicavit. Naturam loquela, & cantus ex homine & in animalibus, cum mensuris & musicis experimentis demonstravit.

J. CONRAD AMMAN in Phil. Transf. 286. tum in surdo loquente 1692. 8. & 1700. 8. attius vero in Diss. de loquela, Amstelod. 1702. sæpius recusa, etiam Germanice versa omne tulit punctum. Literarum generis fideliter descripsit, modum docendi surdos candidè aperuit, vitia in pronunciando varia vitare efficaciter docuit.

J. JAC. SCHEUCHZER Disp. de surdo audiente. Ultraj. 1694.

POLYCARP GOTTLIEB SCHACHER de hominis loquela, Lips. 1696. 4.

ANDRÆ JULII BOETTICHER Disp. de loquela organo, Leid. 1697. 4.

CHRISTIAN WOLF. ILL. VIRI de loquela, Lips. 1703. 4.

J. B. MORGAGNUS in Adv. L. & V. & in Epist. IX. glandulas varias, epiglottideas, arytaenoideas, thyroideas appendicem, ventriculos oblivione longa obritos, musculos, eorumque affectiones rariores, immistos tendines, &c. alia adnotavit, & bonas icones dedit.

JOH. PHILIPPUS VERHEYEN in posterioribus editionibus glandulas epiglottidis, & laryngis alias, & novam, ut credit, inter arytaenoideas positam, & ligamenta, fibrasque epiglottidi insertas expressit.

GEORGIUS RAPHEL in L. die kunst taube reden zu lehren, Luneburgi 1718. fere AMMANUM imitatus est, ipse tamen similia expertus in filiabus suis.

In THUMMIGII versuche P. III. aliqua ad surdos mutos docendos pertinent.

J. D. SANTIORINI in Observationibus musculos adeo subtiles descripsit in larynge, ut paucissimi

bona nulla est editio, nisi Itala Ferrariae 1600. (a). Nam reliquæ habent figurâs pessimas.

cissimi anatomici ab eo tempore eos receperint. Cornicula arytenoidea pro distinctis cartilaginibus proposuit.

SIMON P. HILSCHER de loquela, Jen. 1729. Disp.

GOTTLIEB FRID. HAGEN de mensura soni articulati, Hall. 1731. 4.

In iconibus ossium fetus ALBINI elegantes sunt figuræ cartilaginum, muscoli vero de more in majori opere eximie picti.

J. G. DUVERNOI in Act. Perop. Vol. VI. cellulas spongiosas cartilaginum laryngis descripsit, & de Gl. thyroidea & Epiglottide aliisque particulis egit.

Lettre sur la voix des Eunuques VALISNERII in Biblioth. Ital. T. VII. exigui momenti est.

A. F. WALTHER de Lingua & in Diss. de obesis & voracibus, & in ea de larynge & voce, & de oscitatione, ligamenta laryngis, musculos, glandulas, motusque minutius descripsit.

CL. FERREIN in duodecim questionibus quas Monspelii defendit an. 1732. & in Monumentis Academiae Parisinae an. 1741., & in thesibus D. MONTAGNAT novam theoriam vocis proposuit. Sonos acutos aut graves ait, non ab angustatione aut dilatatione glottidis pendere, sed a longioribus vel brevioribus ligamentis glottidis, prouti vel antrosum trahitur scutiformis cartilago, vel retrorsum retrahitur. Experimenta produxit in Acad. Regia facta, & NOLLETUM habet consentientem. Eum etiam secutus est D. de SAUVAGE in Dissert. morbos vocis & loquela exponente, Monspel. 1745. * (MONTAGNAT.)

Contra eum CL. BERTIN scripsit in Lettre sur un nouveau système de la voix, Parisii an. 1745. 8. Utique arctatam glottidem acutos tonos, laxatam graves producere defendit, cum chordæ neque liberae sint, neque humentes; adduxit etiam altiores in sibilo voces a sola angustatione laborum. Acriter contra eum rescripsit aut D. FERREIN, aut amicus ejus D. MONTAGNAT, in éclaircissement en forme de Lettre a M. BERTIN sur la découverte qu'a faite M. F. Paris. 1746. 8. & in Lettres a M. l'Abbé des F. ibid. 1745. 8.

RUD. AUG. VOGEL. In de larynge humano & formatione vocis, Erfurt. 1747. 4. Disp.

De fletu docta J. FRID. SCHREIBER existat commentatio, Lipsi. 1729. 4. tum aliqua apud SCHARSCHMIDIIUM in Berliner Nachrichten 1740. & nuper proprium Libellum edidit D. NICOLAI. Hall. 1747. 8. von thranen und weinen. Causam lacrumarum, copiosius generatarum credit mechanicam esse, & poni in sanguinis fluxu per pulmonem impedito, &c.

De risu ERN. ANTON. NICOLAI vom lachen, Hall. 1746. 8. Mechanismum risus & in musculis faciei & in musculis respirationis describit.

JOUBERT Tr. du ris, contenant son essence, ses causes, &c. Paris. 1574. 8. *

ELPIDII BEZZELLARII L. de risu, Florent. 1603. 4. *

ANTONII LAURENTII de risu, Francof. 1603. 8. Mogunt. 1606. *

G. FRANK. de risu sardonio, Heidelberg. 1683. Disp.

De oscitatione existat docta disputatio A. G. WALTHER, Lipsi. 1738. 4.

J. JAC. BAIER (sub nomine Hermannii) de oscitatione & pandiculatione 1720. Altd.

De sternutatione J. MAUR. HOEMAN pharmographia physiol. pathol. therapeutica Disp. Altd. 1710. 4.

J. BALTHASAR HAVER de oscitatione, Leid. 1744. 4.

De sternutatione, oscitatione, risu, fletu, existat dissertat. AL. della FABRA in collectio ne quam citabo.

J. & MICH. BARTHOLOMÆI de pandiculatione, Lipsi. 1648. 4.

A. LUDOV. PORTEFAIX de singultu, Basil. 1739. 4.

J. EILERTS de suspiriis, Leid. 1750.

De sternutatione proprius tractatus etiam existat MARTINI SCOOKII, Amstelodami 1664. 12.

J. ERN. UNZER de sternutatione, Hall. 1748. 4.

(a.) CASSERII pentasthesion equidem recusum est, non vero Libri de vocis & auditu organis.

(a) Nul-

pessimas. Hæc editio in folio prodiit, reliquæ non sunt in folio, sed contractæ (a).

Quando tiro hunc Librum de larynge legit, debet novas eas addere observationes, quæ in penultimo & ultimo tomo (b) Monumentorum Academiae Regiæ Parisinæ habentur, ubi optime demonstratur musculos glottidem claudentes, & aperientes, non esse musculos illos carneos, sed alba ligamenta.

Verum ubi quæritur de pulmone, de bronchiis, de arteriis pulmonalibus, de venis, de plexu vasorum, & vesicularum, videatur THOMAS BARTHOLINUS

(a) Nullas novi editiones, quæ non sint in ea majori forma, quam in folio dicunt, sed tabulæ Casserianæ posthumæ utique in 4. Francofurti recusæ sunt an. 1636. 4. cum interpretatione Germanica S. PAULI.

(b) De respiratione, de causis respirationis, de utilitate respirationis, & de difficultate respirationis existant Libri GALENI & de usu partium L. VII. seorsim Parisiis excusæ 1533. interprete JOHANNES VASSAEO (B. RIV.) ejusque viri experimenta cum musculis intercostalibus nervisque instituta negligi non debent. Intercostalium internorum & externorum musculorum officia facit opposita.

Etsi de GALENO diximus, eum intercostalium internorum & externorum musculorum officia opposita facere, addendum tamen est, inconstantiorem eum esse in horum musculorum officiis adferendis; in Libro enim de musculorum motu expirationem omnibus intercostalibus tribuit: In Libro de causis respirationis internos ait deprimere, externos elevare.

ANTON. LUDOVICUS de usu respirationis, cum L. de re medica, Ulyssip. 1540. fol. DOUGL.

Ab eo tempore primus A. VESALIUS experimenta instituit, interque ea celebre illud, quod ab HOOKIO nomen habet. Diaphragmatis non optimam iconem dedit.

BARTHOLOMÆUS EVSTACHIUS vasa tria magna pulmonum pulchra icone expressit, quatuor venas pulmonales esse vidit, azygon venam huc pertinentem in proprio Libello pulcherrime descripsit.

In H. RORAKII contradictionibus, Venet. 1566. 8. differitur de usu musculorum intercostalium, quos omnes, internos & externos, famulari ait expirationi.

G. FALLOPIUS erroneam intercostalium musculorum descriptionem VESALII correxit, primus internos musculos continuata directione ad sternum pervenire ostendit.

ARCHANGELUS PICOLHOMINEUS in diaphragmate viam, non foramen esse demonstravit.

BERNHARDINI TELESII de usu respirationis L. Venet. 1590. 4. DOUGL.

H. F. ab AQUAPENDENTE de respiratione, Patav. 1614. 4. In musculorum intercostalium officio GALENUM sequitur, respirationem modicam a violenta separat, segmenta cartilaginea costarum contrario cum ossis motu inquit agitari.

C. HOFMANNI Disp. an spiritus nutriantur externo aere, Altd. 1627.

EJUSD. Disp. de pulmone 1622.

EJUSD. de thorace L. III. Francof. 1627. fol. Doctus Liber, etsi, ut solet, minus habeat experimentorum. Circulationem minorem per pulmonem evidenter docet.

J. VESLING quatuor venæ pulmonalis ramos pinxit.

N. HABICOT peritior recentissimis physiologis non dari musculos intercartilagineos, sed internum ordinem ad sternum continuari vidit, post FALLOPIUM.

RIOLANUS contra PARISANUM de diaphragmatis usu spongiam scripsit. Hujus nempe in nobil. exerc. VII. existabat de respiratione Libellus & de diaphragmate in parte altera nobiliorum exercitationum, Venet. 1635. fol.

FABRICII BARTHOLETTI de respirationibus L. IV. Accessit L. V. de curationibus, Bonon. 1633. 4. Posthumæ prælectiones sunt, habitæ an. 1628. Animam humanam in ampla vitra recipere, ita salem quemdam, ut putat, beneficium parare docuit. Glandulas bronchiales habet.



NUS de *Substantia pulmonum ejusque motu*, editus Hafniæ, anno 1663. (a) & Lugduni Batavorum anno 1672. in 12. In eo tractatu accuratissimus ille Anatomicus prosequutus est omnia, quæ alii de pulmone scripserant. Postquam hoc scriptum evolutum erit, addatur MARCELLUS MALPIGHIIUS, cujus *epistola prostat de Pulmone* (b), tum porro in *Operibus posthumis*. Dolendum tamen est, quod

FAB. BARTHOLETTI l. c. recusi sunt 1735. Venet. Auctor cæterum an. 1630. obierat. J. B. HELMONTII Liber de *catarrhorum deliramentis* omnino ad respirationem legi debet.

MELCHIOR SEBIZ de *respiratione* disp. I. II. & III. Argentor. 1643. 4.

M. AURELII SEVERINI *Antiperipneus de respiratione piscium*, Neap. 1659. Tres sunt Libelli, quorum primus huc pertinet. Pisces nempe aerem ducere & respirare, & calidum habere sanguinem contendit, & eorum describit pulmonem, inprimis ex polypo.

(a) Vide inferius suo loco.

(b) MARCELLI MALPIGHII de *pulmone* Epist. I. & II. Bonon. 1661. fol. * Leidæ 1672. 12. & in *posthumis* fabricam pulmonis novam, inprimis ex ranæ exemplo descripsit, ex vesiculis in lobulos collectis, per quorum parietes vasa in ramos abeunt minimos, anatomosis conjunctos. In variis etiam animalibus musculosas esse vesiculas scripsit. Eum, ut ubique, ita in hac anatome fere omnes anatomici secuti sunt.

ROB. BOYLE in *L. de aere*, in I. Tomo laudato, de respiratione insignem habet digestionem.

Ejus etiam *continuatio* I. & II. *Experimentorum physico-mechanicorum* de aere omnino huc pertinet.

THOMÆ BARTHOLINI de *pulmonibus* *epistola*, Hafn. 1663. 8. cum MALPIGHII *Epistolis* jam citatis edita valde parum habet, quod usui esse possit.

EJUSDEM de *usu thoracis & partium ejus* Disp. Hafn. 1657. 4.

ISAACI RENAUDOT, *Estne pulmonum motus naturalis & insitus?* Paris. 1658. 4.

NIC. STENONIS F. in *L. de musculis & glandulis*, & in *myologia* *specimine* de musculis respirationis, in priori vero inprimis de septi transversæ actione suas habet observationes. In Philosophicis Transactionibus plurima huc pertinent.

HOOKII experimentum n. 28. 29. conf. 226. repetitum ab H. RIDLEY in *observ. a BAGLIPO*, & a J. W. PAULL, apud LUTHERUM in *Disp. de pericardii & pulmonis anomalis* aliisque.

R. LOWER experimenta resecto nervo phrenico facta n. 29. Idem in Libro de corde omnino experimenta etiam varia habet, quæ huc pertinent.

J. SWAMMERDAMI contra MALPIGHIIUM observationes n. 94.

TEMPLER de pulmone n. 56. 85. Fabricam vesicularum rejicit.

Experimenta in vacuo spatio facta n. 122. &c.

SLARE de copia aeris ad respirationem requisita n. 204.

MUSGRAVE de reformatione aquæ in thorace, &c. n. 240.

De pulmone COWPER n. 280. & 285.

J. DRAKE de influxu respirationis in motum cordis n. 281.

De piscium vita sub aqua. n. 333.

De aere sub aquam suppeditando n. 349.

JURIN de vi, qua aer in pulmonem ducitur, & ex pulmone exit n. 355.

HALLEY de urinatoribus n. 368.

LEEWENHOEK de fabrica diaphragmatis n. 379.

NICHOLIS de pulmone n. 418.

Vita per quindecim minuta absque aere tolerata n. 454.

HOUSTOUN experimenta, quibus contra receptam sententiam demonstrare voluit, aerem pectore receptum respirationem non mutare. n. 441.

ALEX. MAUROCORDATUS de *pulmonum usu*, Francof. 1665. 12. Premii in pulmone sanguinem, tanquam in torculari, & incallescere docuit. Phænomena etiam respirationis satis bene recensuit, nisi quod eam actionem cum motu cordis synchronam faciat.

AM

quod Britanni non addiderint figuras, quæ in Lugdunensi editione reperiuntur, quod mireris.

Tunc

AMSTELODAMENSES in collegio suo privato 1667. 12., & ex ipsis BLASIUS, arteriam pulmonalem vena sodali majorem esse viderunt.

In CLEMENTINÆ Academia varia sunt, ad animalium in vacuo positurum phænomena & passiones, quæ vide in editione MUSCHENBROEKII.

JOH. SWAMMERDAM de *respiratione & usu pulmonum*, Leidæ 1667. 8. * 1677. 1679. 12., &c. Post brevem in *thesis* inauguralibus an. 1667. editam adumbrationem, hoc pulcherrimum opusculum secutum est, plenissimum experimentis. In vivis animalibus respirationum sollicite observavit. Per machinas & instrumenta demonstravit, nullum dari Cartenem follicite observavit. Per machinas & instrumenta demonstravit, nullum dari Cartenem sicutum, sed eo urgeri aerem, ubi minus resistatur. Multa etiam alia perutilia admiscuit. Eorum experimentorum alia descripta sunt in minime mala *Disputatione septima* F. SYLVII de le BOE, ubi vera in universum sententia defenditur.

Contra SWAMMERDAMIUM scripsit J. B. a LAMZWEERDEN *respirationis Swammerdamiana expirationem*, Amst. 1674. 8. ubi inprimis motum aeris in circulum in SWAMMERDAMIUM carpit.

MALACH. THRUSTON de *respirationis usu primario*, Londini 1670. Leidæ 1671. 8. Minime malus Auctor. Biolychnium refutat. Experimenta passim interponit. Experimentum etiam Hookiano simile recenset a CROONIO factum.

Novæ hypotheseos de pulmonum motu & respirationis usu specimen, Lond. 1671. 8. septum moveri ab aere elastico, & cedere non agere. *

THOMAS WILLIS in *L. de anima brutorum branchias* ex insectis & piscibus depinxit. In *L. vero qui pharmacia rationalis* nomine Oxonii prodiit, cujusque Tom. I. an. 1673. 4. impressus est, Tomus vero alter 1675. 4. post Auctoris mortem prodiit, in eo altero Tomo fabrica pulmonum traditur, ex vesiculis non communicantibus, appensis ad ramos asperæ arteriæ extremos, &c. Vereor ut ad ipsam naturam icones delineatæ sint.

JOH. MAYOW in *Tr. de respiratione*, Oxon. 1668. 8. Leidæ 1671. 8. & in *L. cui titulus de spiritu nitro-aereo, &c. tractatus quinque*, Oxon. 1674. 8. Omitto nitrum aereum & theorias nonnullas. Recte tamen omnino primus constituit officium musculorum intercostalium interiorum, & rotationem costarum, modumque, quo thorax dilatatur. Circulum Cartesii refutavit. Tr. IV. aliqua de septo transverso habet.

J. MAYOW. tr. de *respiratione* alii habent editionem Oxon. 1669. 8.

J. BOHN de *pulmonum & respirationis usu*, Lips. 1671. 4.

HENR. MEIBOM de *respiratione ejusque difficultate & causis*, Helmst. 1673. Dif.

C. BARTHOLINUS de *diaphragmate*, Paris. 1676. 8. Minor pars de septo ipso agit, eaque fere ex animalibus. Decussationem appendicum septi circa Oesophagum descripsit. C. DRELINCOURTIUS totum Libellum in *bibliotheca anatomica MANGETI* sibi vindicavit.

NATHANAEEL HENSHAW in *aerochalipo*, Londini 1677. 12. officium pulmonum ponit in acceleratione sanguinis: aerem etiam recipi humoribus nostris, & ibi fermentationem vitalem facere credit.

GEORGII ENT *antidiarriba in Malachiam Thruston de respirationis usu primario*, Lond. 1677. 1682. 8. (LEHM.) * in Belgio etiam recusa. Non videtur mihi aut satis attulisse experimentorum, aut satis solidas objectiones proposuisse, uti v. gr. septum immobile facit, & magis placet mihi responso THRUSTONI candida, & modesta.

Idem ENTIUS in G. CHARLETON *L. de differentiis animalium* contra MALPIGHIIUM eos, quos iste descripsit, ranarum pulmones eo nomine indignos in respiratione immobiles, & veras vesicas natatorias esse defendit. Respondit in *posthumis MALPIGHIIUS*.

In J. J. WEPFERI opere de cicuta aquatica multa observata in vivis animalibus phænomena reperiuntur, utique lectu dignissima.

ZACHARIÆ NEUKRANZ *Disp. de respiratione* Præfide ETTMULLERO, Lipsiæ an. 1676. defensa, docta omnino.

J. NIC. PECHLIN de *aeris & alimentorum defectu*, Kilon. 1676. 8. Historia ipsa, de qua proprie

proprie agitur, vix vera videtur. Sed ea occasione de aeris utilitate in plantis, & animalibus erudite disputat.

J. MAUR. HOFMAN de aëroteria, Altdorf. 1680. 4.

J. ALPH. BORELLUS in L. de motu animalium II. Romæ. 1681. 4. respirationis mechanismum ad eandem, quæ fuit MAYOWII, sententiam descripsit, dilatationem thoracis a mutato costarum situ demonstravit, aream thoracis definire conatus est, de utilitate etiam pulmonum cum MALPIGHIO controversiam habuit.

STEPHAN. BLANCARD in Cent. V. Diarii, quod sub titulo *Jaarregister* edidit, habet Dissertationem Chirurghi celeberrimi BOEKELMANNI de natante & subsidente pulmone, occasione litis, quam moverant Chirurghi aliqui, posse nempe natare pulmonem a fermentatione humorum, vel a respiratione in vagina. Negabat ille. Addebat RUYSCHIUS, non facile natare pulmonem, etiam putridum.

G. C. SCHELHAMMER in Disp. quæ inter analecra est, unicum musciculum intercostalem facit, qui costas sursum extrorsum ducat.

FRID. SCHRADER de aëris in corpore humano effectibus, Helmstad. 1685.

FRANCISCUS BAYLE in Dissertationibus an. 1685. editis, & in L. de corpore animato novam theoriam officii muscutorum intercostalium interiorum proposuit, GALENI sententiam contra MAYOWIUM restituit, argumento ducto a distantia ab hypochondrio, quæ major esset in extremitate superiori eorum muscutorum, adeoque costa superior mobilior. Eum P. S. REGIS, & alii secuti sunt.

LUD. MAR. BARBERII Imolensis spiritus nitro aërei operationes in microcosmo, Bonon. 1680. 12. Tribuit aëri fermentationem ciborum & animales spiritus.

LAUR. BELLINUS in epistola anno II. Dec. I. E. N. C. inserta, Librum de respiratione promittit. Deinde ante opus de urina & pulsibus, & in edit. 1711. DRELINCOURTII de lienosis de ejus actionis mechanismo & costarum dispositione utilia lemmata adjecit, etiam pauca. De experimento in nervo phrenico instituto alibi dixi. In Epistola inserta in GIORN. de LETTER. VENEZI Tomo IV. resorptionem aëris in sanguinem defendit. In discorso postumo I. dari in pulmone musculos, ut ubique, docet.

JACOBI BRACCHI pensieri fisico medici de animalibus in vacuo morientibus, Venet. 1685. 8. *

F. MERCURIUS ab HELMONT in L. de alphabeto natura aërem a pulmonibus in cavam thoracis elabi, & in L. de homine & morbis de ente vitali aëris multa habet. Amst. 1692. 12.

J. PH. VERHEYEN in I. Libro ad sternum, ad musculos costarum, observationes habet; in altero vero experimenta minime contemnenda de septi transversi motu, aëre thoracico, &c.

MARTINUS LISTER in Exercitatione de cochleis terrestribus habet digressionem, in qua valde paradoxa docet, pulmonem esse unice diverticulum sanguinis, quo in majori motu musculari se conferat.

Sanguinem non celerius per pulmonem circumire quam per alias partes corporis dudum ostendit BUSSIERE in Libro a MERY.

ARNOLDI SENGUARD inquisitiones experimentales, Leidæ 1690. & 1699. 4. experimenta continent cum mobilibus septis facta, quibus circulum Cartesii demonstrare voluit, & alia pro aëre thoracico. Ea experimenta existant etiam in c. 18. connubii rationis & experientia.

JOH. SCHREYER ob'es ein gewiſſs. Zeichen seye, wann eine kinder-lunge unter sinkt, dafs es in Mutterleib gestorben seye 1690. 4. Hall. 1746. 4. Pulmonis subsidentiam certum esse signum infantis in materno utero mortui tuetur.

J. ZELLER Disp. de subsidentia pulmonum in aqua, Tubing. 1691. 4. bona experimenta habet. Adfirmat pulmonem, qui non adeo diu respiravit, adhuc mergi.

CLOPTON HAYERS in Osteologia nova modum, quo costæ extroversæ ad dilatandum thoracem faciunt, recte explicavit.

J. G. BERGER Disp. de respiratione, Witteb. 1697. & in L. de natura humana docte de hac actione disputat.

SALOMONIS SPRANGER homines enydrobioi Disp. qua qua genuinam vitæ rationem circa respirationem spiritus sanguinem temperamentum sensus illustrat, Lipsi. 1692. 12.

SAL.

SAL. SPRANGER l. c. explicare suscepit monstruosam illam sub aqua viventis hortulanæ Sueci historiam. Aliquid credit aëris per cutis poros resorberi.

GEORG. EMERICH de inspiratione, Regiomont. 1698. 4. bona disp.

MELCHIOR SEBIZ de Urinatoribus & arte urinandi, Argentor. 1700. 4.

In Academia Gallicæ antiquis monumentis varia huc pertinentia habentur, respiratio avium in struthionis anatome, & a MERYO seorsim descripta. Quæstio, cur homo adultus non possit absque aëre vivere, cum id fetus facile possit. In nuperis vero Memoires per cutem non transpirare demonstravit.

Branchias piscium descripsit DUVERNOY 1699. & de circulatione sanguinis in pulmonibus egit 1701.

LITRE observavit aërem a dextro ventriculo in sinistro non invenire viam 1704. Sed lac eam viam legere 1707. &c.

REAUMUR aërem per chartam madidam non transire 1714.

J. ADRIANUS HELVETIUS anno 1718. de pulmonibus Libellum inter monumenta edidit. Arteriam pulmonalem vena majorem esse, hinc sanguinem in pulmone condensari, vesiculas non esse continuas docuit.

Cum vero P. A. MICHELOTTI in Epistola ad FONTENELLUM an aër sanguinem solvat cogatne, Lutet. 1724. 4. edita contra HELVETIUM objiceret, respondit ipse in éclaircissement sur la manière dont l'air, &c. Paris. 1728. 4.

LITRE de submersis. 1719.

CL. SENAC an. 1724. & 1729. de respiratione fuse egit, & diaphragmatis dedit descriptionem. Idem 1729. de submersis.

F. PETIT an. 1733. bona experimenta ad quæstionem produxit, cur primum respiret fetus.

J. B. WINSLOW an. 1720 & 1730. & 1738. de costarum mechanismo, & respirationis modo sapienter, ut solet, scripsit, & veram ubique confirmavit.

D. de BREMOND experimenta de respiratione existant an. 1739. quæ non nemo BERTINO tribuit. Eo fere tendunt, quo HOUSTOWNIANA, ut nempe ostendat, pulmonum motum supereffe, etiam si thorax aperiatur, & propria adeo aliqua vi pulmones moveri.

Citata D. de BREMOND experimenta de respiratione BERTINO tribuit P. SENAC de cœur II. pag. 237.

PETIT de submersis 1741.

C. HERISSANT in Hist. Ac. 1743. respirationem fieri ab impulsu solo arteriæ pulmonalis cum HALELIO & HOUSTOWNIO credit, nihil obstante aperto pectore.

D. BOULLET eodem anno egit de aëre resoluta in humorem bronchiale, & ita in sanguinem recepto.

G. GETHARDING de aëris ingressu per pores cutis, Rostoch. 1703. 4. EJ. de carminatione sanguinis in pulmonibus, ibid. 1718. 4.

J. JOACHIM SCHOEPPER Disp. de pulmone infantis natante vel submergente (barbare). Rostoc 1705. Contra hujus experimenti vim ad demonstrandum vitalem partum fetus.

In C. J. LANGII physiologia experimentum est, quo materies injecta ex arteria pulmonali in asperam pervenit.

BECKER de mortibus submersorum sine aqua, Gieff. 1704. 8. Jen 1720. 4. Animalia non ab aqua epota perire. Nos tamen non valde dudum in femina submersa aquam reperimus.

J. DRAKE & Phil. Transf. & in anthropographia systema de respiratione erroneum proponit, in quo inspirationi eam utilitatem tribuit, ut cor ab ea actione ad dilatationem cogatur.

J. G. BIDLOO in Exercit. anat. IV. mechanismum explicat, quo bronchus vasa sanguinea sibi adjecta comprimit, & circulationem promovet.

CHRIST. SRTOEM de causa alternæ inspirationis & expirationis theoriam proposuit.

JOHN. FLOYER in physicians pulse watch vol. II. Londini 1707. 1710. respirationis numeros & ad pulsus proportionem in homine sano, ægro, & animalibus aliis persecutus est.

JAC. KEIL in tentaminibus vim expirationis definire conatus est, & copiam aëris inspirati, areamque pulmonis.

In Diario Veneto (Giornale de Letterati) T. IV. existant ZERILLI argumenta contra BELLINUM Disp. qua adserit, aërem in sanguinem non recipi.

H h h 2.

G. RE.

G. REMUS de *structura pulmonis*, Leidæ 1711. 4.

F. PETIT in epistolis II. experimenta sua cum nervo phrenico citat.

J. GEORG. a BERGEN in *Oratione de aëris per pulmones in sanguinem transtru*, Francof. Viadr. 1710. 4. rationibus & experimentis eam opinionem refutat.

In WOLFARTI Disp. de *monstro*, de experimento pulmonum natantium & subsidentium agitur.

F. HOFMANNI & HENR. CHR. KRUGER, Disp. de *vi respirationis in arte medica*, Hall. 1714.

ANTON. GABRIEL MEDER de *partium respirationi servientium structura*, Leid. 1714. 4.

ARCHIBALDUS PITCARNE in *Diff. de diversa mole qua sanguis fluit per pulmones*, aëris ingressum in sanguinem refutat, in *Diff. vero de circulatione sanguinis in genitis & non genitis*, de causa inquirat, quare fetus absque aëre vivere possit.

PETRI van MUSCHENBROEK de *aëris presentia in humoribus animalibus*, Leidæ 1715. 4. aërem, sed dissolutum, in omnibus liquoribus humanis reperiri egregie demonstravit. Recusa est *Diff. in vol. IV.*

D. BOON in *Disp. inaugurali de physiologia & pathologia respirationis*, Leidæ 1716. 4. A. aliqua etiam experimenta habet.

In GUIL. DERHAM *physicotheology* varia experimenta de mortibus animalium in vacuo, de asperæ arteriæ diversitatibus proponuntur aliisque rebus huc pertinentibus.

De GL. bronchialibus, & asperæ arteriæ fibris & lymphaticis vasis pulmonis, aliisque huc spectantibus consulatur MORGAGNUS, in omnibus operibus.

Vaginas cellulosas vasorum pulmonalium habet LANCIUS in *L. de corde & aneurysmate*.

P. A. MICHELOTTUS ex J. BERNOULLI principiis vim expirationis æstimavit in *L. de separ. fluid.*

JOH. van HORNE *bref buru vuy da man vvitaf lungans sunkende*, &c. Stockholm 1718. 8. & in *andra bref om corruption can komma etc. döföde barns lunga at flyta* ib. 1720. 4.

In posteriori epistola post varia experimenta adseruit, nunquam pulmonem natare, quæ infantis nondum nati fuerit, ne putridus quidem.

DAN. BERNOULLI in *Disp. de respiratione*, Basil. 1721. 4. mensuras aeris inspirati, dilatati pectoris, antrosum cedentis sterni, aliaque mathematico calculo confirmavit.

R. DAV. JAC. CHATELLIN de *respiratione*, Monspel. 1721. 4.

In J. DOMIN. SANTORINI observationibus aliqua pro MICHELOTTO de causa angustie venæ pulmonalis, & in diaphragmate factæ observationes extant.

L. HEISTER ex *pulmonis ferum innatatione vel submersione in aqua nullum certum in infanticidiis signum peri posse defendit*, Helmstad. 1722. 4. & in *Annal. Jul. T. I* ubi contra HORNIIUM scribit, & pulmonem putridum ait natare, vere omnino.

B. ROBINSON vitam animalis conservari ab acidis particulis aëris cum MAYOWIO docet in *Anim. Oeconom. Pr. XXIV.*

Cum EDW. BARRY tractatu *on consumption* extat tractatus *of the structure and the use of the lungs*, London 1727. 8.

HUGONIS GOURAIGNE Disp. de *respiratione*, Monspel. 1729. 4. quæ etiam cum titulo GUILIELMI PELISSIER eodem anno prodiit (*JOURN. DES SAV.*) pulmonem passive se habere, & ipsum thoracem ab aëre dilatari contendit. IDEM an. 1730. aliquas objectiones *Diarii Journal des Savans* Libello in 4. refutare conatus est.

STEPHAN. HALES in *vegetable statics* fusc primo aëris naturam, deinde inprimis ejus in pulmonem resorptionem, mutationem in non elasticam naturam, copiam qua inspiratur, vim qua efflatur, aream pulmonis, vesicularum & alia exploravit.

IDEM in *hæmasticis* egregie plurima de vera ratione circulationis per pulmonem, de utilitate respirationis, de aëre thoracico (quem fusc demonstrare conatur), deque aliis pulmonis actionibus legi debet.

G. E. HAMBERGER in *Diff. de respirationis mechanismo*, Jen. 1727. 4. ulterius ornavit Baylianam sententiam, & aërem quidem thoracicum cum aëre pulmonali alterne pugnantem adsumsit, pulmonisque vim coagulantem & refrigerantem sanguinis, in costis vero vim oppositam musculorum intercostalium, ut interni costas deprimant, externi elevent. Sed addidit præterea demonstrationem, intercostalem musculum quemque non suam solum costam,

costam, sed etiam proximam aut elevare aut deprimere, aliaque ad mechanismum pulmonis facientia. Neque absque sequacibus fuit, inter quos J. F. SCHREIBERUM, J. G. HAHNIUM, CL. KRUGERUM, & NICOLAI Hallenses, ipsumque D. de SAUVAGES numero. Quare cum satis faveretur huic opinioni, ego in *Commentario Boerhaaviano* non potui non præceptorem defendere, & adserere, neque aërem inter pleuram & pulmonem esse, neque intercostales internos musculos costas deprimere. Quæ cum modestissime, nisi omnino fallor, proposuiffem, acriter & cum contemptu demonstratione, contra me scripsit CL. HAMBERGERUS, in *octo programmatibus*, quæ an. 1744. & 1746. edita sunt. Contra primum ego *experimenta de respiratione anatomica* scripsi, quæ an. 1746. Gottingæ 4. pro dierunt, contra reliqua, alteram partem eorum *experimentorum impressam* an. 1747. 4. In diebus, nisi fallor, ad liquidum deductum est, nullum aërem inter thoracem & pulmones interesse, nullumque spatium: deinde & in vivo animale, & in thorace mobili, a musculis intercostalibus internis, vel a filis eos imitantibus, costas elevari. Passim etiam intervallo- rum inter costas diminutionem, mensuram adscensus & extroversionis costarum, & alias, prius dubias, actiones defini. Contra hoc scriptum G. E. HAMBERGERUS, Jenæ 1748. 4. animadversiones ut plenas conviciorum, ita omni anatome & experimento destitutas edidit. Noster vero discipulus & amicus D. TRENDELENBURG exeunte anno 1749. respondit Hambergero, & ostendit, uti in experimento, ita perinde ex Geometria vi costas necesse esse ascendere ab actione intercostalium internorum. Sed video & in proprio elogio contra HAMBERGERUM judicare BOERNERUM (p. 70.), & CL. J. G. KRUGERUM, qui HAMBERGERUM secutus fuerat, in nova physiologia editione de vacuo thoracico nobiscum sentire n. 219. in musculis omittere Hambergeri contrariam vim internorum: & secundum me dixisse Lipsiensis alioque per omnem Europam præstantissimos viros. Confer. *Nouvelle Bibliothèque Germanique* T. IV. P. II. qua historia litis ad annum usque 1747. traditur.

Responsio mea ad HAMBERGERI animadversiones hac pagina citatas extat nunc in *Opusculis anatomicis*, Gottingæ anno 1751. 8. editis, & primos meos libellos recudi feci, emendatos, & addidi diarium experimentorum, quibus meam cum HAMBERGERO litem conficere conatus sum.

J. G. HAHNIUS cum commentario de febribus continuis an. 1728. edidit *Dissertationem de aëris inspirati in pulmones effectu*, Lipsi. 1731. 4. qua aërem omnino in sanguinem recipi defendit.

In Edimburgensibus commentariis reperitur MARTINI de causa alterna respirationis theoria T. I. & STEVENSONI, pulmonem refrigerium in sanguine excitare. T. V.

J. HENR. GEELHAUSEN de *pulmonibus non natorum aqua innatantibus*, Prag. 1728. 4. Propria experimenta non habet. Pulmones qui respiraverint a pure, suffocatione, posse ponderosos fieri credit, & in aqua subidere; natare vero quibus inhalatus fit in os aër, etsi nunquam spiritum homo duxerit.

JOH. ARBUTHNOT *essay concerning the effects of air on human bodies*; Londini 1753. 8. Multa collegit ad physicam in univèrsam & practicam naturam aëris, tum etiam ad respirationem, ejusque vim.

A. O. GOELICKE de *pulmonis infantis in aqua natatione aut subsidentia infallibili indicio*, Francof. V. 1730.

LUD. PETRI le HOC Ergo omnes animalium motus ab aëre, Paris. 1731. Disp.

DANIEL REINHOLD MELTZER *vasa pulmonalia sanguifera qualia in adultis apparent*, Regiom. 1733. 4. *. B. PL.

J. B. L. HAZON & J. B. CHOMEL Ergo præcipuum respirationis organum diaphragma, Paris. 1732. 4.

R. KELDERMAN Disp. de *pulmonis humani fabrica ac usu primario*, Ultraj. 1732.

F. HOFMAN de *gravitate aëris & elasticitate in machinam corporis humani*, Hall. 1733. 4.

CORN. KLOEKHOF Disp. de *atmosphæra efficacia in corpus humanum*, Leidæ 1734.

F. RUTSCHIIUS, uti univèrsam anatomen, ita pulmonis historiam illustravit, cellulas interlobulares descripsit, materiem exhalare coegit ex arteriis levibus in asperam, &c.

M. J. *Spiramina or respiration revived*, Londini 1733. 8. sunt argumenta pro exhalatione aëris ex pulmone per poros in cavitatem thoracis.

D. SENNAC in Acad. Reg. Sc. uti dictum respirationis organa descripsit, & in *essais de Physique*, cum compendio HEISTERI an. 1734. recufis, de aeris modo, quo in sanguinem venit, & quo iterum abeat, inquirir, & aliquem aerem, non multum tamen, in sanguinem venire admittit.

D. FERREIN in propria thefi an. 1738. Parisiis edita cum titulo *an actio pulmonis mechanica tempore expirationis*, aerem vasa sanguinea subire defendere conatus est, experimenta etiam adtulit de modo respirationis nostrorum similia, & quiescere pulmones, pleura magna vulnere violata, demonstravit. Vide in *Coll. Disp. nostr. T. IV.*

GOTTLIEB EPHRAIM BERNER de *efficacia & usu aeris in corpore mechanico*, Amstelod. 1738. 8. Diffusus & absque experimentis.

Mr. BERTIER in propria Dissertatione, quæ Burdigalæ an. 1739. præmium tulit, & cum titulo *si l'air de la respiration passe dans le sang* ibid. an. 1740. 12. edita est, & in Actis ejus Academiæ, alias laudatis, multa paradoxa dixit, aerem nempe omnino in sanguinem recipi, descendere in pulmonem ob minorem ibi contenti aeris elaterem, idque fieri absque vi musculorum dilatantium, descendere autem aerem in spatia interlobularia, & cum inde non detur exitus, in sanguinem coactum venire, calorem vero in sanguine excitare, &c. Aliqua addidit in *Journ. des Savans* 1742. Contra eum anonymus in *Journ. des Savans* 1740. varia objecit, & aeris in sanguinem receptionem dubiam reddidit.

Huc ILL. RALTHERI Disp. de *oscitatione & de vomitu*, Lipsi. 1737.

LAUR. HEISTERUS in Disp. de *fallaci pulmonum experimento*, Helmst. 1732. negavit, aut subsiditiam pulmonum certam mortem in utero demonstrare, aut natationem certam vitam extra uterum.

A. KAAU perspirationem pulmonum experimentis confirmavit, vasa lymphatica descripsit, & experimenta ad transitum sanguinis pertinentia in *L. de perspiratione*: in eo vero de Imperum faciente experimentum HOOKII renovavit.

J. B. MAZINI *conjectura de respiratione fetus*, Brix. 1737. 4. Ex vagitu uterino, minuto cum tempore in ipso fetu pondere specifico, aliisque dubiis experimentis demonstrare vult, utique fetum respirare. Ad finem ostendere satagit, uterum ex lato in longum cum graviditate mutari, ita capacitatem minui, hinc partum naturalem succedere.

CL. DAN. BERNOULLI in hydrodynamicis irruptionem aeris densioris in rariorem ad calculum reduxit, cujus instituti magna ad intelligendam naturam respirationis est utilitas.

D. SCHACHER Disp. de *aeris efficacia in corpus humanum*, Lipsi. 1738. 4.

MICH. ADEL BULNER de *pulmonum fabrica*, Altdorf. 1738.

J. CHRISTOPH. POHLII de *respiratione sana & lesa*, Lipsi. 1738. 4.

J. SULZER de *aeris absque exhalationibus considerati effectibus in corpus humanum*, Basili. 1739. 4.

J. G. GUNZ in progr. de *respiratione*, Lipsi. 1739. 4. nuperam etiam HOUSTOWNI & BREMONDI & HAMBURGERS theoriam refutavit.

J. G. GUNZII jam citati huc etiam pertinet disputatio de *derivatione puris qua fit per pectus ad brachia*, Lipsi. 1738. 4.

Anno 1739. de respiratione fetus nova lis enata est inter BERNARDUM IDEMA & J. H. CROESER, qui fetum in ipsa vagina materna se movere atque respirare posse tuerentur, & R. ROUKEMA Chirurgum ac PETRUM IDEMA Medicum, qui non subito adeo pulmonis naturam mutari, neque in vagina, neque aliquo tempore a partu, fetum respirare voluit: etsi postea varia aliena admista sunt liti, cum alii vacuum spatium inter pulmones fetus & pleuram statuerent, alii negarent. Initio a rationibus facta, finitum fere est conviciis. Libellos eo pertinentes habeo omnino.

BERN. IDEMA *gedagten over het dryven en zinken der Longe*, Leeuwarden 1739. 4.

R. ROUKEMA *naturlyke stellingen van een dryvende en zinkende Long*, ib. eod. anno.

BERNARD IDEMA *vervolg der gedagten*, ib. eod. anno.

J. H. CROESER *kort ontwerp van de eerste inademing*, Groning 1740. 4.

PETRI IDEMA *aanmerkingen tegens de gedagten*, Leeuwarden 1740.

BERN. IDEMA *naareeden agter de gedagten*, ib. eod. anno.

R. ROUKEMA *aanmerkingen over J. H. CROESER ontwerp*, ib. 1741. 4. quod inprimis scriptum opprobriofum est.

J. H.

J. H. CROESER *berigt over een dryvende en zinkende long*, Groning. 1741. 4.

BERNARD IDEMA *noodige tusschen-inspraak over het dryven*, &c. Leeuwarden 1741. 4. scriptum & ipsum satis alperum.

D. PEAGET *an musculorum intercostalium & diaphragmatis motus sympathicus*. Parisiis 1740. 4. habet peculiarem nervum cordis, & conjunctionem phrenici cum intercostali.

BENJAMIN LUDOV. LUC. de LAUREMBERT, *Ergo demersorum vita fomes ultimus est respiratio*, Parisi. 1740. 4.

BENJAMIN HOADLY *on the organs of respiration*, Lond. 1740. 4. In vivis animalibus respirationem observavit, & machinis quibusdam bilocularibus cum fundo mobili, conatus est imitari: Aerem thoracicum defendit.

P. GERIKE in Diss. *qua conjectura de respiratione fetus in Italia proposita examinatur*, Helmst. 1740. Contra MAZINUM.

In NIC. ANDRY Thesi, *Ergo ab impulsu sanguinis respiratio spontanea*, Parisi. 1741. 4. Respondente D. HERRISSANT defenditur, pulmones ab influxu sanguinis arteriæ pulmonalis distendi.

BENJAMIN LUDOV. LUC. de LAUREMBERT, *Ergo aer sanguini immiscetur per pulmones*, Parisi. 1741.

In fasciculo primo iconum anatomicarum figuram dedi septi transversi, in proprio vero Libello, Bernæ 1733. 4. edito, recuso Lipsi. 1738. 4. & Leid. 1738. 4. historiam experimentorum ad ejus musculi actionem dignoscendam institutorum dedi.

J. G. GUNZ in Lib. de *situ parturientium*, Lipsi. 1742. 4. edito, aliqua experimenta & cogitationes de actione musculorum quorundam respirationis attulit, & de mutatione respirationis in situ vario corporis.

V. H. de NORMANDIE Disp. de *fabrica pulmonum eorumque usu*, Leid. 1742.

J. FRANCISCUS de SAUVAGES in *Actis Monspelienfis Academia*, 1743. de aeris transitu in pulmones inquisivit, & ob mucum copiosum transitum invenire, aut sanguinem condensari negavit. Varia etiam ad respirationem monuit in Diss. de *inflammatione*, & in notis ad *hamastatiks*.

J. FRID. CRELL in Disp. de *causis respirationem vitalem cæcibus*, Helmstad. 1743. 4. Bremondii nimis latas conclusiones ingeniose & vere coercuit.

ANT. BERGER *an respiratio motus sympathico-mechanicus*, Parisi. 1743. 4.

FRID. de la FOSSE de *aere vita, & morborum causa*, Leid. 1744. 4.

J. FRID. CARTHEUSER de *aeris subtilioris per corpus humanum perenni circuitu*, Francof. Viadr. 1743. 4.

AARENT MULDER de *respiratione*, Leid. 1744. 4.

JOSEPH VERATTI in T. II. *Comm. Bonon. P. II. de avibus in vacuo enectis phænomena* protulit.

In DAVID STEPHENSON *new mechanical practice of physick*, Lond. 1744. fol. agitur etiam de respiratione & aeris efficacia in C. H. qua eam utilitatem inprimis urget, quod aer nimis diu in sanguine retentus & acrior factus, per pulmonem exhalet.

JOS. ANTON. PUJATI in Libro de morbo Naroniano notabilem habet digressionem de respiratione, in qua MICHELOTTUM contra HELVETIUM defendit.

CL. SCHWARTZ in Disp. de *vomitu & respiratione*, Leidæ 1745. observavit varietatem respirationis in canibus aliisque animalibus.

J. CHRIST. GERH. KNOLLE *von der verdikung des geblutes in der Lunge*, Hallæ 1746. 4.

Vasa lymphatica superficiei pulmonis reticulata, absque valvulis, demonstravit CL. FERREIN apud MONTAGNAT *Lettre sur un nouveau genre de vaisseaux*.

CL. van SWIETEN experimenta HOUSTOWNIANA vidit, ipse aliqua instituit, Præceptoris theoriam defendit, modum explicavit quo septum transversum fungitur officio, in constrictione venæ cavæ, in respiratione, &c.

In NOLLETI physica experimentalis aliqua de spatii aere vacui noxis existant.

J. DAOSTENC de *respiratione*, Monsp. 1745. 8. *Coll. Disp. vol. IV.* per experimenta BREMONDUM refutat, pulmones non a propria aliqua vi dilatari demonstrat, expirationem ad animæ imperium refert, &c.

CL.

Tunc etiam addendus est RUYSCHIUS pro bronchialibus arteriis (a), de quibus exiguum tractatum scripsit.

Ex RAVIO vero suppleri debet, quod ab omnibus Auctoribus omissum est, venas nempe bronchiales (b) non in auriculam dextram, sed in venam ἀγγύον redire.

CL. BROWNE LANGRISH in *physical experiments upon Brutes*, Londini 1747. 8. fumum sulfuris in animalium pectora admisit, effectus innocuos observavit.

ROBERT DOUGLASS in Libello *of animal heat* omnem calorem unice ex frictione inter sanguinem vasorum minimorum & superficiem proximam frigidi aeris generari, pulmonem vero refrigerare docet.

CL. OVELGUN in E. N. C. vol. VIII. de experimento cum pulmonibus natantibus vel subsidentibus egit, nec credidit sufficere.

FRID. WILH. WACHTER *Disp. de trachea* Fr. Viadr. 1748.

BRYAN ROBINSON in *L. of food and discharges*, Londini 1748. 8. pulmonum proportionem ad reliquum corpus examinat.

CL. QUELMAIZ in *progr. Lips.* 1748. edito, arteriam pulmonalem in inspiratione longiorem & angustiorem fieri, ita sanguinem densari, accelerari credit.

CL. SCHAARSCHMID in ultimo (VI.) volumine *der Berlinischen nachrichten* pro refrigeratione in pulmonibus scripsit, tum J. GOTTLÖB KRUGER in *Disp. de refrigeratione sanguinis in pulmonibus*, Hall. 1748. 4.

STEPH. LUD. GEOFROI *Ergo aer precipuum digestionis instrumentum*, Paris. 1748. 4.

CL. HANOVIVS in *actis Societatis Gedanensis* vim flatus experimento definire conatus est.

Inter CL. LA MURE disputationes reperio *de respiratione*, quam non novi an forte eadem sit cum ea D. DAOUSTENC.

Fuse de respiratione & pulmone in *secundo Tomo* Libri de corde egit SENACUS. Rejicit aerem thoracicum & aeris condensationem, & venarum denique amplitudinem.

SAMUEL AURIPELLIUS Gottingæ an. 1750. defendit *disp. de pulmonalium & cavitatum cordis inaequali amplitudine*. Confirmat ampliores esse venas, sed eam amplitudinem ex magna parte refert ad finem naturæ impedituræ, ne sanguis in nixu congestus vasa sua rumpe-ret. Rejicit sanguinis condensationem, & alia notatu digna proponit.

(a) Arterias Bronchiales ERASISTRATO dictas, GALENO memoratas, & omnibus barbaris, ad memoriam hominum revocatas esse a DOM. de MARCHETTIS, & a FRID. RUYSCHIO, fufus dixi in *icone arteriar. bronchialium*, quæ existat in III. fasciculo, ubi eas arterias ex multis observationibus descriptas, & depictas dedi.

PHIL. ADOLPH. BOEHMER, Hall. 1748. 4. Dissertationem *de bronchiis & vasis bronchialibus*, in ea iconem dedit venæ bronchialis.

(b) Venam bronchiale finistram ILL. WALTHERUS in *progr. Lips.* an. 1731. edito; dextram J. RAVIUS primus dixit (apud VALENTINUM in *appendice Amphib. Zootom.*) De utrisque a RUYSCHIO non bene negatis eodem loco fufus dixi. Vena vero bronchialis ex vena cava orta non longe super septum transversum NICOLAI SAMMICHELLII, aut non bene descripta est, aut mihi non visa.

C A P U T VI.

De Ventriculo, & Intestinis.

Qui has partes ordine tractare voluerit, sic incipiat.

1. GLISSONIUS *de Ventriculo & Intestinis* in 4. Londini prodiit anno 1678. (a) deinde in 12. Verum ea editio multum differt a præcedenti. In eo tractatu

(a) GALENUS de motu peristaltico, in *Libro de facultatibus naturalibus* III. & alibi varia bona habet.

statu vir iste, qui omnium Anatomicorum exactissimus fuit, ut incomparabilis tractatus de hepate nobis persuadet, omnia quæ de œsophago, & ventriculo eo tempore nota erant, optimo ordine, & absque confusione describit.

2. Le-

Apud RUFUM Ephesium situs ventriculi pleni verus, cum convexitate peritonæi & epigastrio opposita describitur.

J. BERENGARIUS intestinum cœcum ex homine primus descripsit.

A. VESALIUS valvulam pylori primus indicavit, œsophageas glandulas (sed eas nimis paucas, nimis œsophago proprias) appendices epiploicas coli, quas RIOLANO minus bene tribuit DOUGLASSIUS, aliaque invenit.

GERARDI BUCOLIANI *de puella qua sine cibo & potu vitam transigit*, Paris. 1547. 8. L. *

JAC. SYLVIVS ligamenta tria coli primus vidit.

G. FALLOPIUS valvulas intestinorum tenuium villosamque tunicam invenit.

JOH. COSTA *de vendrum mesentericarum usu Liber*, Venet. 1565. 4. Intestina alere statuit, non corpus. DOUGLAS.

BARTHOLOMEVS EUSTACHIUS in œsophago situm verum, in ventriculo ligamenta ad ingressum œsophagi, mutationem figuræ ex vacuo in plenum, duodeni curvaturam, coli intestini geminos flexus, & plurima alia utilia habet.

CONSTANTIUS VAROLIUS valvulam ad coli initium credebatur invenisse. Sed eam jam VIDUS descripsit, deinde, forte ex G. RONDELETTII experimento, a JOHANNES POSTHIO breviter citata est. SALOMON ALBERTUS eandem valvulam serius pinxit, & proposuit, tum C. BAUHINUS, Patavii an. 1579. qui inventionis gloriam mascule defendit post ROUSSETUM, in *theatro*, & alibi. NICOLAUS TULPIUS ultimus ad eam accessit in observationibus.

ARCHANGELUS PICCOLHOMINEVS intestina omnia unum tubum efficere docuit, villosæ amplitudinem dixit, valvulæ coli (malam tamen) descriptionem dedit.

NIC. TAURELLI *de ventriculi natura & viribus*, Ald. 1587. 4. *

J. ÆMYLIANI *naturalis de ruminantibus historia*, Venet. 1584. 4. B. PL. *

HIER. FABRICII ab AQUAPENDENTE *de gula, ventriculo & intestinis, omento & mesocolo tractatus*, Patav. 1618. 4. Valvulas ex villosa tunica factas, etiam habet, & notas diversorum intestinorum, aliqua etiam ex comparata anatome, ut quatuor ruminantium animalium ventriculos. Sed senile, Galenicum, & fuforis dictionis opus.

TANCREDI LATINI *de fame & siti* L. III. Venet. 1607. 8.

TANCREDI LATINI L. III. citati controversiis pleni sunt quas cum rationibus excutit & pro GALENO plerumque decedit. Melancholiam confirmat appetitum facere. Aliquid deglutiri per asperam arteriam defendit. Multa aliena, etiam falsa.

P. LENTULI *historia Apollonia Schreyera*, Bern. 1604. 4. Præter historiam asticiæ aliquot annorum multa etiam similibus casuum collegit.

J. JAC. CHIFFLET *Astia in puella Helvetica mirabilis physica ekstasis*, Vefontin. 1610. 8.

FORTUNII LICETI *de iis qui diu vivunt sine alimento*, Patav. 1612. fol.

RODERICI a FONSECA *de hominis excrementis*, Pisis 1613. 4.

RODERICI a FONSECA l. c. ad semioticen proprie facit, & omnia considerat quæ ex corpore humano egeruntur.

J. B. ab HELMONT contra calorem coquum ventriculi validas objectiones protulit, de modo quo cibi successive in naturam volatilem alcalinam mutantur, magni momenti observationes proposuit. Huc autem pertinet *duumviratus, jus duumviratus, pylorus rector, de flatibus in homine, sextuplex digestio, triplex Scholarum digestio, imago fermenti, calor non efficaciter digerit, sed excitat; de spiritu vitali, &c.*

JOHANNIS WALÆI Epistola *de chylo* cum T. BARTHOLINI anatome, Leidæ an. 1641. edita, egregium opusculum est, quo successivum iter & mutatio ciborum determinatur per experimenta.

G. MOEBII *de chylicatione sive coctione prima*, Jenæ 1645.

S. SORBIERE *discours sceptique sur le passage du Chyle & sur le mouvement du Cerveau*, Leidæ 1648. 12. parvi momenti. *

- GOD. MOEBII de usu ventriculi & intestinorum, Jen. 1651. 4.
 In AUG. de LAURENZO disceptationibus prima est an possit homo naturaliter diu absque
 cibis vivere, Panorm. 1652. 4.
 MARTIN SCHOOK de fermentatione, Groning. 1663. 12. id utique boni habet, quod
 acidum HELMONTIANUM refutet.
 ANTONIUS DEUSING de ventriculo & digestionem, Groning. 1664. 12. EJ. de chyli a fa-
 cibus alvi secretionem, ib. 1665. 12. & de nutrimenti in corpore elaboratione, 1660. 12.
 F. STILVIUS in Dissertationibus omnino etiam ad hanc rem experimenta, & longe magis
 opiniones habet, quas multi sunt secuti.
 N. STENONIS filius glandulas minimas œsophagi invenit in Tractatu de muscibus &
 glandulis.
 Sed etiam in RUDBEKII experimentis in messe aurea editis multa adsunt, huc utilia,
 ad motum peristalticum.
 In PHIL. TRANSACTIONIBUS.
 G. COLE de fibris spiritalibus intestinorum n. 125. post Librum de febribus intermitten-
 tibus. Londini 1694. 8.
 M. LISTER experimentum de mutando colore chyli n. 95. 143. & 144. 270. & MUS-
 GRAVE de eodem n. 166. De refecando cœco, & ejus necessitate n. 151. 155.
 C. LEIGH de digestionem n. 162. Vir ruminans n. 192.
 G. COWPER de chylicatione n. 220.
 PITT de motu peristaltico ventriculi n. 243.
 CL. HAYERS de concoctione ciborum mirifica theoria n. 254.
 Motus peristalticus observatus in intestino quod in thoracem migraverat n. 275.
 A. van LEEUWENHOEK de vasis & tunicis intestinorum n. 314.
 Observatio erosionis absque tritu factæ in humano ventriculo n. 317.
 ST. ANDRÉ contra motum antiperistalticum n. 351.
 HOLT de motu peristaltico experimentum n. 375.
 De villis ventriculi & intestinorum PRICE n. 404.
 STUART de causa motus peristaltici ab irritatione n. 414.
 CL. NIC. LE CAT motus peristalticus in homine observatus n. 460.
 In CLEMENTINÆ ACADEMIÆ monumentis aliqua ad succum ventriculi in rapaci-
 bus avibus & multivoris experimenta existant, tum ad vim ventriculi avium infrangen-
 dis globis vitreis.
 FRANCISCUS REDUS in esperienze intorno alle cose naturali, Flor. 1671. 4. habet pro-
 gressum ciborum per intestina animalium, & tempora itineris, & vim frangentem glo-
 bos vitreos. Idem in Tractatu de anim. intra anim. vivent. plurimorum animalium viam
 chyli describit.
 In Antiquioris Academiæ Gallicæ Documentis historia quidem animalium plenissima
 semper est in ventriculorum & intestinorum attributis.
 DUVERNEY de organo nutritionis T. IX.
 In Collegii privati Amstelodamensis plurima huc pertinentia existant.
 In EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM multa huc pertinent, inprimis vero in
 Dec. I. ann. II. J. J. WEPFERRI observationes in ventriculo Castoris, & de ventriculo ob-
 servationes Dec. II. an. IX. Dec. III. an. VIII.
 Ventriculus Ciconiæ a J. C. PEYERO descriptus Dec. II. ann. III.
 PEYER de glandulis intestinorum Dec. II. ann. VI.
 HARDER de glandulis duodeni Dec. III. ann. I. & alia plurima.
 JEREMIAE LOSS de fermento ventriculi, Jen. 1665. 4.
 FLORENTII SCHUYL L. de veteri medicina huc etiam referri potest, sed de eo alibi
 fusius.
 HENRICI MEIBOM de chylicatione Disp. Helmst. 1671.
 MAUR. HOFMAN de lactis & chyli statu naturali & præternaturali, Altd. 1673. 4.
 FRANCISCI GLISSON de ventriculo & intestinis, Londini 1676. 4. Amstel. 1677. 12. Paulo
 minus anatomicus hic fuit senex, ut videtur. De principio tamen irritabili in partibus fo-
 lidis animalis residente, omnino legi meretur. Motum antiperistalticum fuisse descripsit.
 JOH.

2. Legatur porro, I. CONRADUS PEYERUS (a), quo carere non possumus.
 Si legenda alicujus Auctoris sunt opera, certe merentur quæ PEYERUS scripsit,
 licet aliis distractus negotiis anatomiam deseruerit. Quæ GLISSONIUS non ha-
 buit,
 JOH. MAYOW de fermento ventriculi aliisque fermentis egit in Tr. IV. eorum qui O-
 xonii 1674. 8. prodierunt.
 TOB. ANDRÆ de concoctione ciborum in ventriculo, Francof. Viadr. 1675. 4. *.
 THEODORUS KERKRING in spicilegio obsf. valvulas intestinorum pro re nova ad RUY-
 SCHII præparationes descripsit, & obscure depinxit.
 J. NICOLAUS PECHLINUS in L. de purgantibus. Leidæ an. 1672. 8. edito, glandulas
 simplices intestinorum primus descripsit.
 B. SWALWE Querela & opprobria ventriculi, Amst. 1679. 12. 1675. 12. Practicus in-
 primis.
 THOMÆ WILLIS Pharmacopœa rationalis Tomus I. Oxonii 1673. 4. & 1678. 8. Hag. 1675.
 12. editus continet descriptionem ventriculi & tunicarum intestinalium. Et si priorum u-
 tique labores superavit, multa tamen in utraque descriptione sunt, quæ aut desideres,
 aut velis expuncta. Ventriculi fibræ non satis veræ sunt, & tributæ extimæ membranæ
 longitudinales, intestinis adstrictæ tunicæ glandulosa nervosa. Explicatio tamen operationis
 medicamentorum omnino non mala. Villosam intestinorum tunicam constituit.
 TH. WILLIS l. c. existat etiam editio, Oxon. 1674. 12. ST. AEH.
 G. BALTH. METZGER historia anatomica ventriculi, Tubing. 1661. Disp. *.
 GALATHEAU Diss. sur la digestion de l'estomac, Paris. 1676. * (Journ. des Sav.). A
 calore explicat digestionem, acidum omnino aliquid valere negat.
 ANDRÉ Entrepreneurs sur l'acide & l'alcali, Paris. 1672. 12. Contra BOYLEUM pro duum-
 viratu * (Journ. des Sav.).
 JOH. PASCAL nouvelle découverte des ferments, Paris 1681. 12. mirum systema: Fermen-
 tum volatile acidum esse, quod irretitum in alcali fixum fiat. Lympham & animales spi-
 ritus acidos esse, cerebrum acidum, ut ex eo pasta panis fermentari possit.
 (a) J. CONRADI PEYER Opuscula septem variis prius locis prodierant. Libellus I. de
 Glandulis intestinorum habet historiam accuratam glandularum tum agminatarum, tum singula-
 rium a M. AUR. SEVERINO in zoonomia primum, tum PECHLINO & LISTERO (Phil. Transf. p.
 95.) memoratorum, & in homine, & ex magna animalium varietate. In Ejus Exercitationis
 parte posteriori tribuit suarum glandularum succo vim digestivam, ibique motum antiperi-
 stalticum fuisse per experimenta demonstrat. Ad praxinetiam inventa applicat. Adjecta est ap-
 pendix, qua studiosissima anatomie ventriculi gallinæ continetur. In Exercitatione (sive Pa-
 ergo) II. iterum de glandulis agit intestinorum. Jus inventi sibi vindicat, & officium nobile.
 In Certamine Epistolico cum MURALTO negat, per eas glandulas chylum resorberi. De gland-
 ularis intestinorum etiam in E. N. C. Dec. II. ann. VI. egit. De his omnibus varia etiam
 in commercio epistolico cum HARDERO habet. Hæc parerga VII. conjunctim, Genevæ 1681.
 8. & Amstelodami 1682. 8. seorsim primum Scaphusii an. 1677. & Amstelod. 1681. 8. prodiit.
 A. QUIR. RIVINI de acido fermento ventriculi, Lips. 1677. 4.
 J. BOHN etiam huc pertinet de chyli natura disp., Lips. 1668. 4. JE. ep. de acido & al-
 cali, ibid. 1675. contra hanc hypothesein scripta.
 J. J. WEPFER L. de cicuta aquatica numerosissimas & egregias observationes habet de
 ventriculi & intestinorum motu peristaltico, de illius ad vomitum robore, de valvula
 pylori, de glandulis duodeni & intestinorum, &c.
 In CL. PERRAULT Mécanique des animaux, anatomie comparata organorum digestionis
 breviter describitur, cum pulchris iconibus. Tractatus etiam integer de motu peristaltico
 existat in Essais T. III.
 J. J. HARDERUS in apiario plusculas observationes glandularum humani ventriculi ha-
 bet, & alia ex comparata anatomie.
 PASCAL nouvelle découvertes des ferments dans le corps humain, Paris. 1681. 12. *.
 NEHEMIÆ GREW comparative anatomy of the guts cum musai Greshamensis catalogo. Lond.
 1681. fol. edita habet ex plurimis quadrupedibus, avibus etiam & piscibus systema ventriculi &
 inte-

buit, ea in PEYERI tractatu certe reperiemus. Tractatus est in 8. dictus *Exercitatio medica de Glandulis intestinorum*: editus est Schafhusæ in Helvetia, sed hæc editio evanuit. Iterum impressus est in Parergis ejus anatomicis. Elegantissimæ sunt observationum egregiarum collectiones. In anatomia brevissimo stilo & nervoso conscriptæ, editæ sunt Genevæ 1681. & Amstelodami apud Wetstein in 8. an. 1681.

Huic tractatui addendus est ejusdem PEYERI tractatus *de Ruminantibus* Basileæ an. 1685. in 4. editus (a). In hoc libro omnia fere, quæ rarissima possumus optare de œsophago, ventriculo, & intestinis fide optima reperiuntur.

3. Hisce addendus est etiam HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE in tractatu *de Ventriculo & varietate intestinorum*, qui tractatus egregius est, & eximio stilo a Professore illo Patavino conscriptus; non modo vero humanum ventriculum, sed etiam aliorum animalium ventriculos describit, ut Anseris, Annatis, &c. in folio. Editus est Lipsiæ in folio anno 1687. in collectione cui titulus est *Opera omnia anatomica & physiologica HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE*, cum præfatione Clar. BOHNII. In eo Libro reperitur citatus tractatus, quo carere non possumus.

4. Unus potest addi, nempe THOMAS WILLISIUS (b) in *Pharmacia rationa-*
tiona-
Intestinorum, cum eorum convolutione, longitudine, mole, glandulis, quas forte ante PEYERUM vidit, rationibus fabricæ.

DANIEL DUNCAN *la Chymie naturelle ou l'explication chymique & mécanique de la nourriture de l'animal*, Montauban 1683. 8. * Paris. 1662. 8. Latine vero auctius cum titulo *Chymia naturalis specimen* prodiit. Amstel. 1707. Digestionem chemice explicat, & liquorem ventriculi compositum facit ex sale alcalino, alio vitriolico, & acido spirituoso, &c.

GER. BLASIUS in *miscell. anatomicis*, Amst. 1683. 8. de valvula coli non malas observationes habet, eoque etiam pertinent ex anatome comparata plurima, quæ in *anatome animalium* exstant.

J. BOHN. *Disp. de menstruo universali animalis*, Lips. 1687. & *Disp. de vomitu* 1688.

G. CHARLETON *inquiries on nutrition*, &c. Lond. 1659. 4. & in tribus Dissertationibus earum, quæ sub titulo *inquiries on human nature*, Lond. 1680. 4. prodierunt, etiam continuationem membranarum oris in ventriculum & intestina, describit, quorum intima fiat membrana quæ in cute extima.

J. C. VOLCAMERI *de stomacho* Ep. Altdorf. 1682. 4.

J. C. BRUNNER in *Diff. inaug. de glandulis duodeni*, Heidelbergæ 1687. & in E. N. C. an. 1694. & in Libello cum eodem titulo *Heidelbergæ* 1715. 4. edito glandulas a J. F. WEPFERO & PEYERO tactas, rariuscule in duodeno conspicuas, fuscæ describit, & multa ad digestionem pertinentia utilia experimenta habet, & villorum lacteorum & venosorum descriptionem. Suas glandulas liquorem digestivum secernere, PEYERIANAS solum mucum parare demonstrat.

SAMUEL COLLINS ex animalibus, imprimis piscibus, non indiligentes ad anatomen comparatam observationes habet.

MARCELLUS MALPIGHIIUS imprimis in Ep. *de glandularum conglobatarum structura* glandulas ventriculi & intestini recti ex variis animalibus habet.

(a) J. C. PEYER in *Merycologia*, Basil. 1685. 4. ventriculos animalium ruminantium fibrasque musculares fuscæ describit, & in BRUNNERUM pugnat. Additæ sunt utiles WEPFERI Epistolæ.

(b) WILLISIUM suo loco diximus.

THOMAS CORNELIUS Consentinus, cujus *posthuma* Neapoli 1688. 8. prodierunt, & una recusa sunt *progymnasmatum* VII. Venet. prius an. 1673. 4. edita, Glandulas ventriculi humani describit, experimenta varia Galenicis, eo tempore regnantibus, medicis opponit.

MEL.

MELCHIOR FRIDER. GEUDER *diatribe de fermentis*, Amstel. 1689. 8. Nulla in corpore fermenta dari, neque salivam aut lympham acidam esse.

M. FR. GEUDER l. c. omnino legi meretur.

In LEONH. a CAPOA *ragionamenti de incertitudine medicamentorum fusa satis de organo digestionis* dissertatio exstat, in qua fermentis favet.

JOH. VIRIDET *de prima coctione & ventriculi fermento*, Genev. 1691. 8. & auctius in *Tr. des causes de la production du bon chyle*, Paris. 1735. 8. 2. vol. In priori Libello equidem alcalinum succum ventriculi, cum acida saliva conflare; sic effervescentiam nasci digestivam, & glandulas omnes, pancreas, salivales, reliquas, succos præparare acidos proposuit. Sed intermissa experimenta & practica sunt, & anatomica non pauca. In altero opere quadragesimo post anno edito, eandem theoriam ad morborum, a se ipso curatorum, phenomena comparat. Multæ ibi corporum morbosorum sectiones.

J. M. HOFMANN *de liquore gastrico*, Altd. 1690. 4.

J. PH. VERHEYEN in L. II. anatomæ experimenta ad naturam digestionis ciborum habet.

ANTONIUS NUCK experimento egregio demonstravit intestina de cavitate abdominis forbere.

WILH. COWPER in *anthropographia* fibrarum intestinorum icones habet: tum in *myotome*: IDEM in *introductione* ad magnam anatomen historiam totam digestionis habet.

GUIL. COWARD *de fermento volatili nutritio conjectura*. Lond. 1695. 8. Concoctionis causam esse sale volatili oleosum sanguinis in ventriculo secretum, ad finem salii volatili oleoso STYVII*.

GUILH. COWARD etiam est *enquiry in to the erroneous philosophy of alkali and acid* Lond. 1698. 8. *

G. WEDEL *de valvulis conniventibus*, Jen. 1695. 4.

JOH. FLOYER in *præternatural state of humours* edita Londini 1696. 8. plurima huc pertinentia habentur. Valde laborat Vir CL. ut ostendat, digestionem fermentatione fieri, & vitio fermenti pene omnes morbos oriri.

J. A. SLEVOGT *de fermentationibus microscopicis*, Jen. 1696. 4.

CAROLUS DRELINCOURT in *cunicidiis* egregia de motu peristaltico docet.

PETRI ELFWING *de motu peristaltico*, Upsal. 1698. 12. Motum ventriculi & intestinorum peristalticum vidit, etiam integro peritoneo, a musculis denudato.

PHIL. JAC. HARTMANNUS in *Diff. de peritia anat. veterum* multa bona de intestinorum anatome habet, & de vasorum in cavitatem aperto hiatu. Valvulam coli pro anulo habet.

FRANCISC. BAILE primus negavit ventriculum vomitum facere, & experimentum attulit, quo confirmaret, eum motum a vi muscutorum abdominalium pendere.

LAVATERUS in *Diff. de enteroperistole* pro motu antiperistaltico egregium experimentum habet.

G. COLE in L. de febribus intermittentibus excitat BACCLACUM Genuensæ, qui an. 1690. per experimenta sibi demonstraverit, ventriculum in motu peristaltico quiescere. Idem cum eodem Libello recudi curavit suam fibrarum spiraliū ventriculi & intestinorum adfirmationem.

H. BOERHAAVE *Diff. inauguralis de utilitate excrementorum explorandorum*, Hardervvyk 1693. Londini cum BURTONI vita recusa, habet analyses.

JOH. GOTTSCHED *de circulatione chyli*, Regiomont. 1702. 4. aliqua habet ad oscula lacteorum pertinentia.

In Monumentis Academiae Reg. Scientiarum.

CHIRAC de actione ventriculi in vomitu 1700. & de eodem MERY.

DUVERNEY de eadem re.

De aquæ exhalatione per ventriculum MERY 1700. 1701.

1711. Ciborum acefcentia in ventriculo.

HOMBERG analysis fæcum alvi.

1712. Secessio membranæ internæ ventriculi.

1713. HAGUENOT contra motum antiperistalticum.

1715. WINSLOW de situ viscerum, & ventriculi pleni & imanis diversitate.

1717.

tionali, edita Londini & Oxoniæ in 8. ubi, antequam purgantia præscribit, historiam prius ventriculi & intestinorum tradit,

5. Por-

1717. LITRE de clysteribus nutritiis.
1719. HELVETIUS de digestionem, ventriculo, cujus fibras musculosas melius describit, & anno 1721. de intestinis, ubi minus bene aliqua profert de cellulosa tertia, papillis spongiosis intestinorum, &c. IB. 1719. Digestionem fieri fermentatione quæ sales volatiles producat.
1729. SENNAC vim diaphragmatis in claudendo œsophago docet.
1732. LINDERN pro erosione & fermento ventriculi. HUNDAULD de appendicibus Ilei.
1733. LA MORIER cur equi non vomant.
1744. Volvulus absque colica. Clysteres nutritii.
- J. FANTONUS in *Dissertationibus anatomicis*, sed imprimis in editione nupera. Turin. 1745. 8. multa ex anatome comparata ad ventriculi & intestinorum historiam attulit, poros cryptorum ventriculi; cellulosam secundam, anuli pylori bonam descriptionem, cellulosam œsophago circumjectam.
- J. PHIL. HECQUET est etiam thesis, *Ergo functiones non a fermentis*, Paris. 1696. 4. Nunc etiam legi J. ASTRUC epistolas quibus respondetur epistolari dissertationi THOMÆ BOERII de causis concoctionis, Tolosæ 1715. 12. Iterum repetit demonstrationem suam de fibra circulari, quæ sit polygonum infinitilaterum, & in cujus singulis chordis vires distrahentes destruunt vires incurvantes. Vim trium unciarum admittit.
- LUD. ANTONIUS PORTIUS in *opusculis variis*, Neapol. 1701. 12. habet etiam Tractatum de confectione ciborum in ventriculo, ubi salivam pro fermento admittit.
- Ad vim reforescentiam ventriculi aliqua habet R. VIEUSSENS in *novo vasorum systemate*.
- IDEM in Tractatu *des liqueurs* accuratam historiam ventriculorum animalium ruminantium, & mutationis successivæ cibi, & succi etiam ventriculi humani alcaliscentis, & exhalationis arteriosæ tradit.
- IDEM in Tractatu *des liqueurs* jam citato ad succum ventriculi & intestinorum legi meretur.
- J. B. MORGAGNUS passim, sed imprimis in Adv. III. de valvula coli, de sinibus & valvulis intestini recti, & in Epist. XIV. de iisdem accuratioribus observationes habet.
- JAC. de SANDRIS de ventriculo cum Tractatu de sanguine edito. Opusculum nihil proprium habet. Editum est Bonon. 1696. 4. Sed mea editio est Francofurtensis 1712.
- PETRUS MATTHÆUS in *animadversionibus physico-medicis in X. dialogos congestis*, Neapoli 1704. 4. discipulus CORNELII, Physiologiæ partem dat, qua viscera chylopoietica & hæmatopoietica continentur. Experimenta varia habet satis singularia ad vires digestivas de fuccis digestivis animalium &c.
- J. F. HOFMANN de duodeno multorum malorum sede. Hall. 1708. Disp.
- JAC. VERCELLONI de glandulis œsophagi conglomeratis, vero humore digestivo, & vermibus. Dissert. anat. med. Astæ 1711. 4. Oesophagi, & plures quidem quam nemo alius, glandulas describit, quarum liquorem credit digestivum esse, in thyreoidea vero glandula vermium esse nidum, qui in ventriculum deferantur, ut cibo vitalem characterem imprimant.
- ALOYSII della FABERA *Dissertationes physico-medice*, Ferrar. 1712. 4. De itinere ciborum per primas vias ex cuniculis experimenta habet, & de terrarum solubilitate.
- R. VIEUSSENS du levain de l'estomac in J. des SAV. 1710. Oct. & prius in J. de TREVOUX 1710. Jan. recusam inter opera HECQUETI Dissertationem dedit, qua ventriculi fermentum contra tritum defendit.
- J. PHIL. HECQUET *Traité de la digestion & des maladies de l'estomac*. Paris. 1711. 12. recusum est an. 1730. 12. Digestionem a tritu fieri, & secretiones, & omnem fere in corpore humano mutationem eandem causam habere docet. Vagus ratiocinator plus auctoritatum producit, quam experimentorum. In primo tomo multis Libellis contra SYLVAM & venæ pedis sectionem, & contra Kermes minerale invehitur, & vegetabilia sola naturalia medicamenta esse defendit, &c. Contra ASTRUCI etiam & VIEUSSENSII Dissertationem respondit. EJUSDEM est *Discours préliminaire sur la trituration* & Thesis eo pertinens *du morbi a solidorum tritu*. Parisiis 1712. 4. cum Opusculis de tritu recusa.

IDEM

- IDEM in *Traité des Dispenses du Carême* contra fermenta scribit, ventriculi succum inertem esse monet.
- JOH. ASTRUC Thesis de causa fermentationis defendit Montpel. 1702. Inde edidit de la digestion des animaux pour montrer qu'elle se fait par le moyen d'un levain. Parisiis 1710. 12. iterumque Mémoire sur la digestion des alimens, Montpel. 1711. 4. inter Opera HECQUETI recusum, denique *Traité de la digestion*, Toulouse 1714. 8. In mémoire celebrem habet demonstrationem de impossibili contractione fibrarum circularium, derivam a BOERIO; & nimias admirationes PITCARNII refutat.
- MIC. PROCOPE *Analyse du système de la Trituration*, Paris. 1727. 12. * Contra HECQUETUM.
- Réponse a M. PROCOPE CUTEAUX sur son analyse du système de la Trituration, par M. PHILIPPE de BORDIGARATE. Paris. 1713. 12. Acer HECQUETI defensor. *
- J. B. GASTALDI an alimentorum digestio a fermentatione an a tritu, Avenione 1713. 12. Pro fermentatione, vi salivæ solvente, &c.
- BERTRAND in *Diario Trivultrino* 1714. Febr. conciliationem aliquam inter fermentationis defensores & tritus patronos proponit.
- GUIL. AUG. de la ROSE de chyli preparatione. Leid. 1715. Disp.
- ARCHIBALDI PITCARNI *Dissertationes medicæ*, Edimb. 1713. 4. Roterod. 1714. 4. &c. Huc pertinet Diss. de motu quo tibi in ventriculo rediguntur ad formam sanguini resciendo idoneam, quam anno 1693, jam editam fuisse lego, Leidæ. Enormibus plena est affirmationibus, ut 12951. L. vires faciat digestionis, fibras solidas animalium in sanguinem venire adfirmet. Adjecta est THOMÆ BOERII contra ASTRUCIUM demonstratio, posse omnino contrahi fibram circularem. Contra PITCARNIUM D. SENEZ tritum equidem defendit, geometricam demonstrationem dedit, ventriculum ad minimum trigestes debiliorem esse, quam fecerat PITCARNIUS in *Mém. de Montpel.* 1715.
- P. HAGUENOT an Ileus a motu antiperistaltico, Montpel. 1715. 8. Experimenta habet, quibus antiperistalticum motum nullum esse, & solam contractionem musculorum abdominis, post impedimentum natum, cibum fursum repellere demonstrare vult.
- AMAND DOUTE & L. de SANTEUIL, non ergo mutuum tritus & fermentationis commercium, Paris. 1716. 4.
- G. DETHARDING de subtractione ciborum in ventriculo, Rostock 1717. 4.
- J. A. WEDEL de resolutione ciborum in ventriculo. Jen. 1719. 4.
- L. HEISTER de valvula Coli. Altdorf. 1718. 4. & in collectione Disp. T. I. BLANCHUM refutat, valvulam duplicem vere in colo adesse demonstrat.
- MAGN. BLOCK *bedänkande öfver Eßer John dotter*, Stokh. 1719. 8. Non nimis credit abstemiam fuisse, celebrem hanc jejunatricem.
- M. B. ADOLPHI Disp. de motu ventriculi & intestinorum peristaltico. Lips. 1720.
- EJUSDEM de tunica intestinorum villosa. Lips. 1721. 4.
- EJUSD. de colo intestino aninusto, recusa in collectione Disp.
- J. B. BIANCHI in MANGETI *Theatro anatomico*. L. II. Dissertationem de valvula Coli edidit, in qua FALCOBURGII, HARTMANNI, PAWII, HIGHMORI, RUYSCHII, SCHEIHAMERI sententiam secutus, eam valvulam, paulum remoto adipe, ad naturam circuli reducit.
- ARENT CANT in impetibus anatomicis situm ventriculi pleni & vacui icone expressit T. V.
- J. M. VERDRIES de actione ventriculi in comminuendis cibis disquisitio, Giesl. 1722. 8. veram sententiam defendit, sed novi parum habet.
- J. FRANC. FAVELET in *prodromo apologia fermentationis*, Lovan. 1721. 8. inanis est rhetoricator.
- GEORG. DETHARDING an homo adultus circa cibum & potum quadraginta dies & noctes solis natura viribus vitam trahere possit Disp. Rostock. 1721. 4.
- A. van LEEUWENHOECK passim varia ad villos intestinorum, quos facit musculosos, vim digestivam ventriculi proponit, &c.
- J. ZAMBECCARI experimenta capta in animalibus, quæ resecto Cæco supervixerunt, existant passim, etiam in SANCASSANI dilucidationibus.
- J. JAC. PEYER in *observationibus anatomicis*, Leid. 1719. 8. experimenta anatomica ad respirationem, motum cordis, vim peristalticam profert.

NICH.

5. Porro RUYSCHII observationes, in *epistolis & thesauris*, ubi de lymphaticis vasis, arteriis & venis ventriculi egregia habet (a).

C A.

NICH. MATTH. LUDOLF disputatio de vomitu, Leid. 1721. 4.

JOH. LETHUILLIER an alimentorum coctio a fermentatione Paris. 1722. Disp. contra tritum.
J. DOM. SANTORINUS observationum C. IX. aliqua habet de intestino duodeno, de reticulo ejus interno, &c.

CL. SENNAC in suis ad HEISTERUM commentariis motum peristalticum parvi facit, antiperistalticum omnino non admittit.

MARTINI SCHURIG *Chylogia*, Dresd. 1725. 4. De appetitu aucto, minuto, vomitu, excrementis, herniis, prolapsibus, compilatio.

MARTINI CANISII Disp. de Ventriculo. Leid. 1724.

In Actis Petropolitans de tunica cellulosa intestinorum secunda in T. IV. in I. de oculis lacteorum: in VII. de vasis & tunicis ventriculi CL. DUVERN. experimenta exstant.

A. VATER de invaginatione intestinorum. Progr. Non continuo inde sequi volvulum docet.

J. BURMAN Disp. de alimentorum in chylum mutatione. Leid. 1726.

Ad exhalantem in intestinis liquorem, vim contractilem ventriculi, &c. experimenta habet CL. HALES.

HYACINTHI THEODRI BARON. Ergo duodenum Ventriculus alter. Paris. 1730.

ROBERTI HUBERT LINGUET. Ergo a placido intestinorum motu perfectior chyli secretio. Paris. 1732.

PETRI BOOTT de intestinis tenuibus, Leid. 1733. 4.

In Edimburgensibus Actis T. IV. egregia citat MONROI de intestino duodeno Disp.

THOMAS KNIGHT vindication of a late essay on the transmutation of blood. Lond. 1731. 8. De digestionem fusa agit, quam tribuit acido in cibus, quod vinculum sit partium corporum, idemque nunc explicatum se expandendo eas particulas a se invicem dimoveat.

(a) FRID. RUYSCHIIUS plurima ad hanc historiam contulit. In ventriculo vasa, villosam naturam exhalantem: in intestinis cellulosam primam, villos, papillas, poros varios, membranarum distinctionem, epidermidis descensum in ventriculum & intestina, veram valvulae coli naturam, ilei diverticula. Tria ligamenta coli revocavit ni fallor primus, bonam iconem coli ex fetu dedit.

J. A. SEGNER in Disp. de actione intestini Coli. Jenæ 1733. 4. & in versione germanica operis NIEUWENTYT valvularum ternatarum mechanismum descripsit, quo sustineant unita faciem, & resistant relapsurae.

J. OSTERDYCK SCHACHT de actione ventriculi. Trajecti 1736. 4.

MATTHIÆ LAMBERTI VONK de ingestorum assimilatione in chylum. Leid. 1731. 4. Disp.

In Bononiensis Academia Actis T. I. GALEACIUS simplices & compositas glandulas intestinorum describit.

A. FRID. WALTHER in Diss. de angustia intestinorum. Lips. 1737. 4. Præter plurima alia inprimis cellulosa secundam & tertiam intestinorum describit.

IDEM de vomitu. Lips. 1738. & de deglutitione. Varia ad illustrandam anatem cæphagi tradit.

J. JAC. RITTER de possibilitate & impossibilitate longa abstinentia a cibus. Basil. 1737. 4.

B. S. ALBINUS de vasis intestinorum 1738. per totam seriem intestinorum vasorum successivas mutationes non in una sed in omnibus membranis persecutus est. Idem valvulam coli cellulositate destructa evanescere olim nos docuit, quod inventum in D. HUYBERT Disp. de valvulis qua in intestinis, &c. Leid. 1644. 4. & apud HATMANNUM etiam in Com. ad BOERHAAVIUM laudatur.

C. B. ALBINI nova tenuium intestinorum descriptio, Leidæ 1722. 4. recusa 1728. 8. Continet descriptionem tunicae cellulosa secundæ, & varia alia utilissima.

SCHULZE Disp. de naturali & praternaturali mensuræ ventriculi constitutione. Hall. 1736. 4.

J. ERN. SCHULZE etiam est disputatio de refectione celeri per alimenta humida, Altdorf. 1728. 4.

J. ERN.

GÖTTFR. BRENDEL de chyli ad sanguinem comœatu per venas mesaricas non improbabili, Gotting. 1738. 4.

EMAN. MAURIT. DUVERNEY. Ergo tritus chylosus juvat. Paris. 1737.

A. KAAU in L. de perspiratione. Exhalationem intestinalem, transitum aquæ per poros ventriculi & alia hujusmodi per experimenta confirmavit: In Libro vero de impetum faciente aliqua experimenta cum opio facta recenset, in ventriculum recepto.

AL. STUART in Tr. de motu muscutorum etiam vasa & motum peristalticum considerat.

JOH. MIDY. Ergo ventriculi motus ad elaborationem chyli confert. Paris. 1639. 4.

PETRI RATELL de fabrica & usu ventriculi, Leid. 1740. 4.

JOSYÆ VERHEL de alimentorum in ore & ventriculo chylopoesi, Leid. 1741. 4.

PETRI JOH. BURETTE ergo canalus intestinorum glandula primaria. Paris. 1741. 4.

Meum de valvula Coli Programma. Gotting. 1742. continet ficcæ & recentis valvulae comparationem, modum quo destruitur, retinacula & reliqua attributa ex pluribus corporibus.

GEOR. C. HAHN. de transitu chyli per ventriculum. Lips. 1740. 4.

J. FR. CASSEBOHM in posthumo Lib. de modo secandi, plurima bona ad historiam ventriculi intestinorum, ad cellulosa habet, ad situm cæphagi, &c. IDEM in Progr. inaugurali de differ. fetu varia de situ ventriculi in fetu magis pendulo, de cæci in fetu natura observavit.

In JOURN. de TREVOUX 1743. Dissertatio exstat sur les propriétés du levain de l'estomac. p. 2374. Argumenta Vieussenii contra tritum habet.

J. NATH. LIEBERKUHNS de valvula coli, Leid. 1742. 4. præter varia experimenta anatomica, inprimis defendit, cæcum intestinum factum fuisse, ut colon clausum esset.

EJ. de fabrica & actione villorum intestinorum tenuium hominis. Leidæ 1745. 4. Microscopiis optimis & injectionibus felicissimis detexit villos cavos esse, in cavitatem chylum relugi, ex ea vas lacteum oriri, aliaque super omnem aliam industriam subtilia.

CONR. VELSE de mutuo intestinorum ingressu. Leid. 1742. egregia Dissert.

BERCHER an a valvulis motus chyli determinetur. Paris. 1742. 4. & in Collect. Disp. mea T. I.

CL. GUNZIUS de humoribus observationes proprias ad cryptas intestinorum habet.

CL. LANGGUTH de motu peristaltico, VVittemb. 1742. 4. Eum motum denegat cæphago, ventriculo, & crassis intestinis, & solis relinquit tenuibus.

PETRI JOSSELET de vomitu, Leid. 1742.

FR. JOS. de OVERKAMP de mutatione esculentorum & potulentorum, VVürzburg 1743. 4. EJ. Mechanismus seu fabrica intestinorum tenuium, ibid. 1745. 4. BOERHAAVIANUS.

CL. van SWIETEN de actione ventriculi experimenta citat in tomo II. sui Commentarii. WENKER de Virgine per 27. annos ventriculum perforatum alente. Argent. 1743. 4. Disp. habet etiam motus peristaltici testimonium.

H. PAUL JUCH & LOSS de viis & motu chyli, Erfurt. 1744. 4.

HENSING de omento & intestino colo. Gieß. 1745. 4. de homine descriptio. Exstat in Coli Disp. T. I.

PETRI CHEVALIER quo accuratior masticatio, eo perfectior digestio. Paris. 1745. 4.

BENJ. SCHWARTZ de vomitu & intestinorum. Leid. 1745. 4. & in collectione nostra T. I. De causa vomitus quæ in septo & quæ in ventriculo est, de motu peristaltico vero & tumultuario, experimenta sollicita cura facta habet.

J. GOTTSCHALK WALLERII de siti naturali & morbosa, Upsal. 1746. 4.

MICHAELIS SAUSSINE Diss. physiologica de digestionis negotio. Monspel. 1746. 4.

CAMILLI BARBERINI Diss. fis. anat. sopra l'esclusione de fermenti stomachici e delle glandole nella villosa. Rom. 1747. 12. *

BRYAN ROBINSON on the food and discharges of human body. Lond. 1748. 8. Tabulae huc pertinent, quibus ratio cibi ad excrementa & perspirationem exprimitur, & quas alibi laudabo.

ERNST GOTTLÖB BOSE Disp. de assimilatione alimentorum, Lips. 1748.

In PLANQUE Biblioth. de Méd. exempla exstant hominum qui absque cibo vixerunt.

DOMINICI GUSMANI GALEACII de carnea ventriculi & intestinorum tunica Comm. Acad. Bonon. T. II. P. II. p. 238.

K k k

RU-

- RUDOLF VOSS van ZYLL de prima coctione. Leid. 1748.
 JAC. HOOG de affectionibus & passionibus primarum viarum in morbis, Leid. 1748. Disp.
 J. FRID. CARTHEUSER de ciborum neglecta manducatione, Fr. Viadr. 1748. 4.
 JOACHIM VOSSE de intestino cæco ejusque appendice vermiformi, Gotting. 1749. 4. Primas in fetu origines ligamentorum intestinalium, inde sensim subortas coli valvulas plicasq; & nascentem a pondere fæcum fæcum cæci, & mutationem appendicis utiliter describit.
 JACOBI FOELIX de motu peristaltico intestinum bona disputatio Trevini 1750. 4. Experimenta in theatro Gottingensi facta ostendunt motum peristalticum in toto systemate ciborum reperiri Lactea vasa cœruleo colore tinxit, venenorum effectus observavit.
 CAR. FRANC. BAUTIGNY des PREAUX & COMPALUPIER, Ergo diu potest homo absque cibo & potu vivere quidem, sed non valere, Paris. 1750. 4.
 De vario Cardiacæ sensu erudita varia existant in C. SAL. KOELDRI disp. de cardialgia, Gotting. 1750. 4.

CAPUT VII.

De Splene.

AD naturam Splenis intelligendam legi debent (a) Theses inaugurales maximi Medici CAROLI DRELINCOURTII, filii magni istius Anatomici CAROLI DRELINCOURTII, qui Lugduni Batavorum Medicinæ laudatissimus Professor fuit. Titulus est de Lienosis in 8. (b) & Lugduni Bat. editus est. Habetur in ea dissertatione, quidquid in Anatomis practicæ observationibus ab omni tempore usque in illum diem circa hoc negotium reperiri potest; ingens certe & egregius tra-

sta-

(a) Cum nihil valde compositi in eo viscere sit, pauci inter Anatomicos veteres peculiariter de eo scripserunt.

Ligamenta ejus aliqua EUSTACHIUS expressit.

FRANCISCUS ULMUS Pictaviensis, anatomes Professor Parisinus an. 1581. Lutetiæ parvum Libellum de Liene 8. edidit physiologicum potius quam anatomicum, quo sanguinem melioris notæ, arteriosum, in liene pro corde præparari docet. *

J. B. HELMONTIUS varia eaque plerumque valde caduca de liene proposuit, somni, venerisque sede &c.

NATHANAEL HIGHMOR in disquisitionibus anatomicis, cellulofam fabricam lienis a VESALIO tactam, ornatus repetiit, poros venæ lienalis vitulinæ descripsit.

CONR. VICTOR SHNEIDER de liene Disp. VVittemb. 1644. 4. *

JAC. ISRAEL de liene ac vasorum lymphaticorum nuper inventorum observatio. Heid. 1654. 4.

J. VISCHER de usu atque officio Splenis in homine, Tubing. 1577. 4.

C. HOFMANNI de usu lienis secundum Aristotelem. Altdorf. 1613. 4. Lips. 1615. 8. Leid. 1639. 12.

C. HOFMANN I. c. proponit sententiam suam, credit autem lienem trahere chylum lactosum & aqueum per arteriam & per venam, eum in sanguinem excoquere, ejus parte ali, aliam excrementitiam expellere, ad renes aquam, ad ventriculum denique, melancholiam pro excitato appetitu minime mittere.

G. BALTHASAR MEZGER historia anatomica lienis, Tubing. 1664. 4.

J. BOHN de hepatis & lienis officio, Lips. 1677. 4.

J. VALENTIN SCHEID de usu lienis, Argentor. 1691. 4.

(b) CAR. DRELINCOURTII filii Diss. de Lienosis. Leid. 1693. 4. recusa cum paternis Opusculis & Leidæ 1711. 8. præter collectionem undique exquisitam, habet ad finem subjecta experimenta chemica & analyses varias humorum corporis omnino utiles.

JOH. JAC. RAVIUS in codice M. S. quem M. B. VALENTINUS edidit, capsulam vasorum lienis, & arteriarum extremitatem in venas amplissimas continuationem descripsit.

G. C. SCHELHAMMER de liene Diss. Kiel. 1703. 4.

G. C.

status est, summi & senilis ingenii opus, & viderur pater suum filium in hoc opere adjuvasse.

Hinc addatur VELTHUYSEN de Liene (a), editus Ultrajecti in 12. anno 1675. in quo tractatu lienem descripsit in imitationem GLISSONII de hepate.

Hic evoluitis addam MARCELLUM MALPIGHIIUM (b), qui colophorem imponit & ultimam structuram explicat. Tum observationes Clarissimi RUYSCHII de Splene, quæ iterum diversis locis quærendæ sunt; dolendum enim est, quod non conjunxerit omnia, habet enim plurima experimenta de fibris, vasis, cellulis MALPIGHII, in Observationibus anatomico-chirurgicis, in Litteris problematicis, & in suis Thesauris (c).

G. C. SCHELHAMMER I. c. cellulas ex anatome comparata defendit & nuper in Museo anatomico CL. A. VATERUS.

R. WILH. CRAUSE de liene. Jen. 1705. Disp.

ALB. HEINRICH GRETZ de structura & usu lienis. Regiom. 1710. 4.

In libello S. PURCEL de colica exstat digressio de liene. Lond. 1714. 8.

M. V. STOK de liene ejusque vasis. Leid. 1718. 4. *

(a) LAMBERTI VELTHUSII Lib. de liene & generatione. Ultrajecti 1657. 12. Theoria mera est, sanguinem in liene in statum fusionis & volatilitatis reduci dicit.

FR. SYLVIIUS DE LE BOE in Dissertationibus suis evertit equidem ficticiam utilitatem vasis brevis, sed sanguinem in liene ab adfusus spiritibus plusquam perfici, & in reliquis sanguinis fermentum fieri docuit.

GEORG. BALTH. MEZGER historia anatomica Lienis. Tubing. 1664. 4.

JOH. ARN. FRID. anatomia Lienis. Jen. 1669. 4.

In Phil. Transactionibus aliqua huc faciunt.

Lienes in cane duo, n. 122.

LEEUWENHOEK, n. 307. fibras lienis descripsit, utilitatem assignavit ad motum sanguinis accelerandum, in amplissimis venis ortum cum membranis lienis definivit, inter fibras particulas minimas descripsit, quæ globuli viderentur.

Lienum multiplicatorum Observaciones habet CHESELDEN. Phil. Transact. n. 337.

Glandulæ lienis humani visæ in morbo JAC. DOUGLAS, n. 349.

(b) MARCELLUS MALPIGHIIUS hoc viscus sub anatomicum examen primus revocavit in Tr. de Liene, qui continetur in collect. exercitat. anat. de structura viscerum, Bononiæ 1666. 4. Cellulas quidem repetiit, fibrasque lienis, & sanguinem in eas effundi docuit, in posthumis observationibus musculosas esse suspicatus est, verumque demique musculus scripsit, plurimis consentientibus, ut aliqui etiam pro pulmonis specie habeant, ut G. COCKBURN in Oecon. animalis. Addidit autem MALPIGHIIUS glandulas, inter cellulas lienis dispositas, in medio sanguine suspensas, &c. Primus autem fibras lienis refutavit in coroll. ad dissert. de respiratione J. SWAMMERDAM.

MATTHIÆ TILING anatomie lienis. Rintel. 1673. 12. ejusque digressio de vase brevi 2. Minden. 1676. 12. Collector.

J. JAC. WALSCMID de usu lienis. Marburg. 1680. Disp.

JOH. MAYOW lienem salibus sanguinis fixis in volatiles mutandis credidit inservire.

In progrès de la Médecine. Paris. 1697. 12. exstat JOHANNIS MERT observatio de fibris lienis, quas cum fibris corporis cavernosi penis comparavit.

G. COWPERUS varia de Liene in magno opere anthropologia attulit, seri copiam in sanguine lienis majorem esse, quam alibi credidit.

In Mém. de l'Acad. Roy. des Sciences exstat MERYI lienis glandulosi observatio. 1701.

Et an. 1738. LIEUTAUD suspicatur lienem ventriculo vacuo stagnantem sanguinem congere, eundem a ventriculo pleno comprimere, ita ad hepateo tempore plus bilis venire. Idem in Essais Anatomiques capsulam similem Glissonianæ in liene vasa comitantem dicit.

(c) FRIDERICUS RUYSCHIIUS multis locis de liene egit, & glandulas, quas juvenis a MALPIGHIO receperat, refutavit, ut nihil essent, nisi vasorum glomeruli. Idem venam

in ho-

Kkk 2.

homine arteriæ comitem esse jam 1665. monuit. Huc pertinent imprimis RUYSCHII L. de valvulis vasorum lymphaticorum, in quo lymphatica lienis habet, ejus Epistola IV. & Thesaurus VII. ubi glomulos vasorum lienis pulcherrime dedit pictos.

RAIMUNDUS VIEUSSENS in novo Systemate vasorum etiam glomulos glandulis substituit & fibras vasa esse adseruit, & vasculo-vascularum, ut vocat, fabricam lienis descripsit.

J. THEODOR. ELLER de liene, Leid. 1716. ostendit in ipso vitulo nullas nisi a collapsis vasis cellulas esse, glandulas vero quæ credebantur fibras esse retractas.

J. TH. ELLER disp. recusa est in Tom. III. disp.

POL. GOTTL. SCHACHER de lienis genuino usu. Lips. 1722. 4.

A. Q. RIV. Disp. de genuino usu lienis. Lips. 1722. 4.

A. VATER de liene cellulosa Progr. VVittemb. 1723. 4. EJUSDEM de lienis prolapsione Progr. Sanguinem fluidum spumantem & tenuem in liene generari, talemque hepatis suppeditari docet.

G. STUKELEY description of the spleen. Lond. 1723. fol. Valde paradoxus homo, docet arterias lienis subire cavum venarum, & per id cavum longe decurrere: lienem sanguinem, contra vulgarem circulationem, mittere cordi, ventriculo, reni, genitalibus, hinc utique ad venerem id viscus pertinere. Icones passim per fraudem fictæ.

In Actorum Petropolitatorum Vol. IV. CL. J. G. DUVERNOI glandulas Lienis in ipso elephanto negat, venam autem in homine etiam perforatam esse, & cellulosa fabricam penis corpori cavernoso adfinem ponit, & lienem perinde a sanguine inflari.

In EDIMBURGENSIBUS ACTIS Tom. III. habetur modus cellulosi lienis post flatum siccandi. D. SENAC in physiologia sub nomine Essais de Physique docet sanguinem in liene fluidiorem esse; cæterum MALPIGHIANAM sententiam ruerit, & cellulas lienis, & grana glandulosa.

ANTONII FIZES Diss. de liene hominis sano, Monspel. (1717. 12. vel 1716. nam etiam ita lego) recusa cum operibus omnibus. Lienem factum esse pro sanguine miscendo & attenuando, & sanguinem venosum lienis nihil arterioso deteriore esse, cellulas vero fieri præter naturam ruptis vasis, neque inesse glandulas, fibras vero quæ adsint in liene eas ad capsulam pertinere docet.

ANTON. WILHEM SCHAAF de fabrica & usu Lienis. Duisburg. 1734. Disp.

MARG. PAUL. DEISCH de splene canibus exciso, Hall. 1735. Præside J. H. SCHULZE propria de experimento priori seculo valde frequenter instituto habet pericula.

M. P. DEISCH citata disp. etiam recusa existat in collect. disp. V. III.

In WINSLOWI Opere, præter alia, situs imprimis lienis ex perpendiculari in transversum mutatus est.

JOH. DE MESLON de Liene, Leid. 1738. ALBINI eandem fere, quam ELLERUS, theoriam habet, cellulas nihil esse nisi vasa venosa.

J. ZACH. PLATNER de risu a splene, Lips. 1738. Progr.

J. LUD. BAUDE de la GLOY. Ergo Lien idem munus hepatis ac pulmo universo corpori præstat. Parisiis 1740. 4.

J. CHRISTOPH. POHLIUS de defectu lienis & liene in genere. Lips. 1740. 4.

J. P. CASSEBOHM in posthumo opere cellulositates lienis duas descripsit, quorum altera a fibris fieret a membrana lienis ortis, inque eandem redeuntibus, altera tenerrima vasa comitaretur, patere etiam in cellulas venas atque communicare in earum cava docuit.

FRANC. DREW de usu lienis, Leid. 1744. 4. cum ALBINIANIS experimentis.

CORN. JOH. de FAMARS de lienis structura & usu, Leid. 1745. 4.

Ad ligamenta lienis confer CL. HENSINGIUM de peritonæo. Ego, ni fallor, causam variabilis in liene situs, & sustentantem lienis capsulam a mesocolo ortam, primus descripsi.

SAMUEL THEODOR. QUELMALZ de Liene. Disp. Lips. 1748. Glandulosum facere ex Diariis colligo.

SAM. THEOD. QUELMALZ de liene citatam disputationem nunc legi. Sanguinem docet effundi in cellulosa lienis intervalla, ita fieri, ut sanguis non pulsu, sed perpetuo fluxu ad hepar veniat, coagulationem vero a vi contractili fibrarum impediti & a respirazione.

C. F. TH. de TOULOUSE de VALLUM & VANDERMONDE. Ergo sanguis a liene spissior, Paris. 1748. Inspissari tarditate sanguinem, & ad secretionem viscidæ bilis aptiorem reddi.

CHRISTIAN. LUDWIG ROLOFF de fabrica & functione lienis, Francos. Viadr. 1750. 4. utilis discipuli & amici nostri disputatio.

C. A.

De Pancreate.

Pancreas sequitur ordine indagandum. De eo viscere optandum esset, ut statum haberemus VIRSUNGII (a), quem promiserat; sed infami scelere sic fuit percussus, ex hominum invidia, quod ductum illum pancreaticum invenerat (b). Habemus tamen REGNERI de GRAAF Thesin hic loci defensam, deinde in ejus Operibus habemus tractatum de Pancreatis natura & usu (c).

Tum quæ MALPIGHIIUS circa pancreas animalium insectorum observavit, & tra-

(a) JACOBUS WIRSUNGUS Bavarus, cum apud VESLINGIUM in anatomen incumbere, essetque in teatro, ut vocant, Professor, in ductum pancreaticum, incidit, ejusque iconem unico folio cum brevi descriptione, ex plurimis tamen animalibus collecta, ad JOHANNEM RIOLANUM misit die 7. Jul. 1643. (RIOL. Opp. omn. p. 811.) quæ in prima editione, GRAAFIANI de pancreate Opusculi existat. Idem inventor brevi post, a Dalmata Medico, quem in angustias coegerat disputando, nefarie occisus est. Neque id eo dissimulandum, magnos esse testes, qui pro MAURICIO HOFMANNO discipulo WIRSUNGII pugnent; & huic viro autumno 1641. prius adeo quam Wirsungo, in gallo Indico ductum excretorium ejus glandulæ innotuisse, atque ab eo ipso WIRSUNGO demonstratum fuisse contendunt. BARTHOLINUS certe & J. T. SCHENKIIUS Exerc. anat. p. 343. aliique quos habet G. FRANK Bon. Nov. anat. n. 21. eam gloriam tribuunt HOFMANNO, & annum diem festum Altdorfii celebrari audio, quo is ductus ab ejus Aca- demia doctore inventus sit. Simile testimonium dixit, MAGNUS DANIEL OMEIS excitatus a CL. SCHMIDT de Germanorum in anatomen meritis. Vindex etiam patris filius JOHANNES MAURICIUS fuit (idea corp. hum. p. 42.)

Ductus pancreatici inventionis gloriam HOFMANNO etiam tribuit CL. BAIERUS in biogr. Prof. Altd.

(b) Hæc insipida fabella omnes libros pererravit, etiam A. O. GOELIKII histor. anat. p. 135. ab aliis adhuc magis corrupta, ut v. gr. C. DEIDIER in Anat. raisonn. p. 364. narret Monspelii, si Diis placet, eum ductum a WIRSUNGO inventum, & inventorem occisum esse a sodali, cum quo invenerat, quod contra pacta solus suo unico nomine commune inventum descripsisset. Sed vanitatem ejus famæ, & injuriam JOHANNI VESLINGIO, candidissimo homini, illatam ultus est, confutata ex ipsis actis nationis Germanicæ suspitione ILL. MORGAGNIUS Epist. anat. I. p. 83. Cæterum de pancreate non valde multa apud veteres legimus, Glandulam nempe ex qua liquidum aliquod in intestinorum initium stillaret, HEROPHILO & EUDEMO notam fuisse GALENIUS L. II. de semine c. VI. satis declarat. Sed recentiores pulcherrimam fabricam neglexerunt.

B. EUSTACHIUS figuram veriore pancreatis dedit bilobam, ferri equini similem, crus tamen longius non satis ad lienem produxit, forte quod id vulgo notum esset.

CASPAR ASELLIUS non utili instituto errorem GUINTERI a COLUMBO jam refutatam renovavit, pancreas nempe verum pro nescio qua glandula anonyma depinxit, pancreatis vero nomine coactas in centro Mesenterii glandulas conglobatas depinxit, unde nomen pancreatis Asellii ortum est, ex quo ipso plurima confusio in descriptionem vasorum lacteorum manavit.

F. SYLVIUS iconem hujus ductus paravit, quæ apud PLEMPIUM in fundamentis & in prima editione GRAAFIANI Libelli existat an. 1664. 12. idem novi systematis Auctor, de quo continuo dicitur.

HERMANN BARTHOLD Disp. de pancreate & ejus usus Jen. 1669. 4.

(c) R. DE GRAAF de succo pancreatico Libellus 1664. 12. 1671. 8. 1674. 8. & alias recusus, Gallice etiam, Parisiis an. 1666. 12. Postremæ editiones auctiores sunt. Juvenis non malum opus, quo equidem falsam, a Præceptore SYLVIO receptam, sententiam proposuit, acidi succi pancreatici, qui cum bile efferveret tum in intestinis, tum secundo in corde dextro. Sed ea occasione novam iconem Pancreatis ex homine, diversitatem in animalibus nunc.

tradidit in suis operibus posthumis, pro illustratione pancreatis in hominibus infervire potest (a).

Legatur etiam CONRADUS BRUNNERUS in *Experimentis circa pancreas institutis* (b).

Tum iterum PEYERUS in *Parergis suis anatomicis* (c).

Ex his fontibus, quodcumque hactenus notum est de pancreate, expiscari poterimus, ut tamen non omittamus unum Auctorem, THOMAM WHARTONUM (d), qui in tractatu mox laudando, usque ad pondus pancreatis, & minimum nervum examinavit.

numerosis, experimenta etiam in cane facta ad definiendam celeritatem, qua is succus fecernitur, utiliter adjecit, quod experimentum etiam habet FLORENTIUS SCHUYL. Exstat etiam in operibus omnibus.

(a) Pancreata insectorum & piscium intestinula caeca sunt, sub initia intestinorum inserta, & plena succo, de quibus MALPIGHIIUS in Tractatu de bombyce & in posthumis egit, ubi cum pancreate comparat. ARISTOTELI minime ignorata fuerunt, & fusc dicta RONDELETIO, REDO, GREWIO, COLLINSIO aliisque zoologis, in insectis vero SWAMMERDAMIO.

BERNARDI SWALWE *Pancreas Pancreno*. Amstelodami 1667. 12. & alias prodiit, joculari & tragicomico stilo scriptum.

(b) J. CONR. BRUNNER *Experimenta nova circa Pancreas*. Amstelod. 1682. 8. Saepe recusa, & nuper Leidæ 1722. Egregium Opus, quo primum innotuit vir, quem sua virtus ad summos honores, & raras in Medico divitias evexit. Suscipiebat refutandam sectam Sylvii, Graafrici libellum. Ergo non solum succum non acidum esse, & unice viscidulum, emollientem demonstravit, sed etiam difficillima operatione pancreatis partem majorem in cane delevit, ut ostenderet, absque eo succo felicem satis digestionem ciborum superesse. In posterioribus editionibus aliqua adjecta sunt experimenta, quæ BRUNNERUS post editum Librum in *Ephemeridibus Naturæ Curiosorum* ediderat. Dec. II. ann. I.

(c) Nihil valde habet, quæ eo faciant, plura WEPFERUS de cicur. aquar. & aliqua J. C. PEYER de Pancreate cogitata cum BRUNNERI Libello prodierunt.

Excarnatum, ut vocant, ductum pinxerunt KERKRINGIUS & CHESELDENIUS, non valde utili instituto.

FRID. FERD. ILMER & JAC. IGNATHI FOCKY de pancreate. Vienn. 1692. Disp.

In *anciens Mémoires* Tom. X. DUPERNEY de succo pancreatico sunt experimenta. Galli etiam Academici in *Mémoires pour l'histoire des animaux* Ductus pancreatici fabricam observare solent, tum S. COLLINS, BLASIUS, aliique. Aliqua huc facientia habet etiam J. W. PAULI in *Præf. ad L. van HORNE*.

J. M. HOFMANN de pancreate. Altdorf. 1706. Disp.

Ad naturam succi pancreatici experimenta veriora existant etiam apud BOHNIUM, C. J. LANGIUM, PECHLINUM, WEPFERUM, BLASIUM aliosque. Et PECHLINUS in primis in *metamorphosi Apollinis & Æsculapii* demonstravit, quam vitiose id ipsum experimentum institutum sit, ex quo acidum succum pancreaticum aliquando sibi obtigisse gustandum demonstratum iverat GRAAFIUS.

G. HENRICH BEHR de Pancreate & ejus liquore. Argentor. 1730. 4. Disp.

CL. WINSLOWUS caput Pancreatis, sive processum, quo cum Duodeno descendit, renovavit, situm etiam figuramque & ipse, & CL. LIEUTAUD, curatius proposuerunt, & MONROUS in *Edimburgensibus*. Iconem etiam in situ vero dedit CHESELDENIUS.

VLOOT de pancreate. Leid. 1733. Disp.

In CL. PETSCHKE saepe laudata Disp. aliqua observationes de eo ductu reperiuntur.

D'ORVILLE de fabrica & usu Pancreatis. Leid. 1745. 4.

(d) Minime mala sunt, quæ de pancreate habet THOMAS WHARTON, qui iconem dedit ductus, & pancreatis processum inferiorem non ignoravit, & ramum ductus inferioris.

CAPUT IX.

De Omento.

DE Omenti natura pro rudiori intellectu (a) legatur primo HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE (b). Deinde THOMAS BARTHOLINUS (c), in editione Anatomies reformatæ, quæ Lugduni Batavorum apud Haakium prodiit. Sed de eodem legi debet illustris MARCELLUS MALPIGHIIUS in Epistola de Omento & adiposis ductibus & usu (d), de qua re apud alios litigatur (e).

(a) Veteres non multa de Omento bona habuerunt, solum enim ipsis notum fuit Omentum vulgare, magnum, sive gastrocolicum, neque id satis recte. Mesocoli enim pars media ab omnibus ab ipso GALENO Anatomicis, nullo excepto, nisi EUSTACHIO, (ut ex iconibus judico), pro Omenti parte habita est, unde mira in vasis, situ pancreatis describendo, aliisque partibus, nata est confusio. EUSTACHIUM Omentum minus hepatico-gastricum non ignorasse ex T. X. f. 2. adparet.

THOMÆ ERASTI de pinguedinis in animalibus generatione & concretionem, Heidelberg. 1580. 4. DOUGL.

(b) HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE de gula, ventriculo, intestinis, mesenterio & Omento L. Patav. 1618. 4. Partem Omenti dixit, quæ lobulum hepatis obvolvitur, cæterum parum habet observationum.

ADAMI LUCHTENI de Adipe. Helmstad. 1607. 4. *

JOH. RIOLANI paucis vocibus demonstravit sibi omentum melius, quam plerisque Anatomicis, notum fuisse, finistram nempe sinem sive lienale, ut vocat, omentum, dextrum, sive intestinale, parvum omentum, quod vocat, includens parvum lobum. Sed pauca sunt voces, & Mesocolon cum Omento nihilo minus confundit quam priores. Idem in anatome pneumatica memoriam injecit extensi ad hepar usque Omenti.

CÆCILII FOLII della generazione della pinguedine. Venet. 1644. 4. Liber antiquo more scriptus est.

Icones omenti gastrocologici ex melioribus habet CASSERIUS & BIDLOUS.

(c) Apud BARTHOLINUM nihil valde singulare de omento reperio, qui ubique in hujusmodi rebus solet VESALIUM exscribere.

DOM. DE MARCHETTIS Mesocolon ab omento distinxit.

F. GLISSONIUS de ventriculo & intestinis omnino legi potest, idemque pinguedinem in cellulas deponi recte observavit.

H. EYSSON de officiis Omenti. Groning. 1658. 4.

(d) MARCELLUS MALPIGHIIUS in Libro de Omento & adiposis ductibus cum retrade epistolarum de lingua & cerebro, Bonon. 1661. 12. * edito, subtilem potius fabricam, quam crassiolem illam inquisivit, resorptionem tamen adipis in sanguinem experimentis in animalibus factis adseruit. Ductus adiposos, qui peculiariter fecernerent veherentque adipem, ut salivales salivam, descriptos olim, in posthumis ipse dubios reddidit. Eos ductus MORGAGNUS & SBARALEA refutarunt. (de oculorum & mentis vigiliis).

JAC. PANCRATI BRUNONIS & J. M. HOFMAN. de pinguedine Disp. Altdorf. 1674. 4.

ANT. van LEEUWENHOEK de adipis particulis Obs. Ph. Transf. n. 372. & alibi. De cellulosa vero muscolari plurimis locis Opp.

JACOB. WOLF de obesitate exsuperante. Jenæ 1683. Disp.

(e) J. MAUR. HOFMANN in Diss. de Omento, Altdorf. 1695. 4. Strias adiposas sive ductus Malpighii adiposos se vidisse sibi persuasit. Vesiculas etiam, quibus globuli adnati essent, & vasa adiposa ex vesiculis exeuntia, sibi visa descripsit.

J. M. VERDRIES de pinguedinis usibus & nocuentis in corpore humano. Giesf. 1702. 4. In Mémoires de l'Académie Royale des Sciences, pauca huc pertinent. De Omenti usu cogitationes PETITI existant an. 1725.

J. BENIGNI WINSLOW Omentum hepaticogastricum, post EUSTACHIUM, RIOLANUM, SPIGELIUM, qui leviter adumbraverant, solido constitutum describitur an. 1715. & in ejusdem expositione anatomica.

Iconem omenti minoris primus dedit GARENGETIUS in *splanchnolog.*

Idem WINSLOWUS pleraque in corpore humano cellulositates exterius membranarum circumpositas descripsit.

CHRIST. LUDOV. WUCHERER de corpulentia nimia. Jen. 1716. Disp.

A. Q. RIVINUS de Omento. Lips. 1717. 4.

H. STOKAR de Omento. Leid. 1717. 4.

DAN. WILH. TRILLER de pinguedine & succo nutritio, Hall. 1718. 4. sub F. HOFMANNO.

FRID. RUYSCHIUS vasa omenti pulchre depinxit, poros a rudioribus Anatomicis propositos refutavit.

PETR. JOH. BURETTE. Ergo refusa in sanguinem pinguedo non cedit in corporis nutrimentum. Parisiis 1733. 4.

JAC. FRID. HULSEBUSCH (amici olim nostri) pinguedinis corporis humani sive panniculi adiposi veterum, hodie cellulosa membrana dicta, fabrica ejusque & contenti olei historia & usus. Leid. 1728. 4. Diff.

R. WORSWYCK de pinguedine soluta & in massam sanguineam admista. Leidæ 1735. 4.

Verhandeling van de Cellulosa 1736.

Verhandeling van de Cellulosa est versio disputationis HULSEBUSCHIANÆ auctore D. S. M. D. edita Enchusæ. Signat se in præfatione *Descriptor sincerus.*

S. THEOD. QUELMAZ de pinguedinis sede naturali. Lips. 1738. Disp.

J. HENRIGI SCHULZE & BERTRAM de pinguedine. Hall. 1739. 4. Mira theoria. Lympham per cellulas pinguedinis ad sanguinem ait redire.

LUD. WILH. LEMONNIER & la SONE. Ergo in macilentis liberior quam in obesæ circulatio. Paris. 1740. Disp.

De omenti situ, & adhæsiōne ad duodenum in *Tentaminibus Edimburgensibus*. T. IV. observationes habet AL. MONROO.

PATYN de Omento & ejus inflammatione 12. Leid. 1740.

De adipe in fetu A. KAAU n. 792. & de cellulosa universa IDEM ubique.

Nos in programme an. 1742. edito, & cum fasciculo iconum anatomicarum. Gottingæ 1743. folio recuso, omenti cum mesocolo incommodam confusionem emendavimus, novam portionem omenti, *colicam*, primi descripsimus, icones duas omenti, quibus limites & origo a mesocolo exprimuntur.

CL. ROEDERER *thes. anat.*

CL. FRID. WILH. HENSINGIUS in *Diff. de peritonæo*, deinde in *Progr. de Omento & colo*. Giess. 1745. 4. in primo volumine *Dissertationum a nobis selectarum recuso*, parietes omenti (non laminas majores) divisit experimento, quod ipsi etiam fecimus, & fecerant WINSLOWUS & KAAUWIUS (*de perspir.*) Colicam etiam portionem pro nova descripsit, nostris observationibus, ut videtur, non visis.

CL. LIEUTAUD in *Essais anatomiques* etiam legi meretur, qui Omenti originem a Colo solo, sed aliquot linearum, eodem fere mecum tempore descripsit.

D. C. SCHOBINGERUM nostrum de cellulosa tela jam laudavimus,

Circa hanc rem non potest brevius absolvi negotium, quam legendo HIERONYMUM FABRICIUM AB AQUAPENDENTE (a), qui de Visceribus abdominalibus scripsit.

Legatur pariter BARTHOLINUS in *Tractatu de Vasis lymphaticis* (b).

Tum CASPAR ASELIUS (c) in *Tractatu de vasis lacteis*, tot editionibus vulgato. Addatur Clar. WHARTONUS de *glandulis unitis & vagis in mesenterio* (d).

Hi sunt primarii Auctores, qui tradiderunt quidquid in hac re observatum est.

(a) VESALIUS ob Omentum cum Mesocolo confusum hanc historiam non potuit perficere, distinxit tamen Mesenterium medium, dextrum, & sinistrum. De origine aliqua protulit FALLOPIUS. EUSTACHIUS contra VESALIUM in f. 2. T. XI. continuitatem Mesocoli cum Mesenterio expressit, glandulas Mesocolo adjecit. HIER. FABRICII Tr. de *ventriculo & intestinis* aliqua de mesenterio, sed nihil valde arduum habet, plicas tamen describit & modum quo intestinum coerct.

(b) NEQUE BARTHOLINUS historiam Mesenterii expedivit, neque

(c) ASELIUS, qui glandulas Mesenterii pro Pancreate descriptis hanc descriptionem mire turbavit. Eum errorem correxit in *posthumis Epistolis* JOH. VESLINGIUS.

(d) TH. WHARTON utique cellulosam telam interjectam duabus laminis Mesenterii descripsit, & glandulas, & de origine Mesenterii morbi que aliqua protulit. Nemo tamen Mesenterii historiam, multis etiam postea annis suscepit, quasi vel nimis difficile esset, vel nimis facile. Sed præterito sæculo solebant fere viscera non aliter, nisi reflecta de corpore situ que suo ab Anatomicis considerari. Ita vero Mesenterium perit.

MENH. CAR. EULERI de *Mesenterio* Disputatio, Argentor. 1714. 4. Potius ad vasa lactea spectat & sanguinem.

J. B. WINSLOWUS multa utique in melius reformavit. Deinde DOUGLASSIUS in *Libro de Peritonæo*, quem continuo laudabimus, etiam hanc productionem Peritonæi melius exponit. Aliquam nempe primam partem Mesenterii in IV. T. Edimburgensium attigit ALEXANDER MONROO: & totum in L. de *perspiratione* KAAU, & in *Essais d'Anatomie* LIEUTAUD, & in posthumo opere CASSEBOHM, & in nuperis *Dissertationibus* J. FANTONUS. Plenissime tamen de Mesenterio scripsit T. WILH. HENSING in *Dissertatione de peritonæo*. Giessæ 1742. 4. proposita, in qua imprimis fusc Mesenterium & Mesocolon, & Mesocoli cæcum foramen, ex suis & HUMMELII, nostri olim Prosectoris, observationibus descripsit. Superfunt tamen aliqua de adhæsiōne laminæ superioris Mesocoli ad Duodenum, Ventriculum, Hepar & Pancreas, nondum satis explicata, quæ aliquando conabor perficere, ex puerorum imprimis, hic aptissima anatome.

C. PLEVIER de *Mesenterio ejusque morbis*. Leid. 1721. 4.

J. D. RUCKER de *Mesenterio ejusque morbis*. Leid. 1728. 4.

Peritonæi historiam huc referimus, ut valde connexam cum Mesenterio. Pauca sunt quæ habent veteres, & vulgo receptus mos duplicis laminæ demonstrat, quam parum in ejus historia acuti fuerint: qui poterant meliora dicentem GALENUM, unicæ membranæ, & cellulositatis externæ minime ignarum, secuti fuisse: NICOLAUS MASSA primus Peritonæum integrum clausumque de corpore exemit. Sed nostro ævo JAC. DOUGLAS in *Libro de peritonæo*. Londin. 1730. 4. edito & ab E. FR. HEISTERO Latine an. 1733. 8. verso & emendatius, ut promittitur, Latine reddito a D. NELSON, Leidæ 1737. 8. diligentissime omnem ambitum peritonæi persecutus est, omnesque productiones descripsit, & nullam esse externam laminam, faciemque peritonæi non internam sed externam obverti visceribus docuit. Merentur etiam legi, quæ IDEM VIR CL. de venæ Cavae meatu per peritonæum, de exitu recti intestini ex ejus sacco, de situ viscerum, & ligamentis, de arteriarum membranarum habet.

ERN. HENRIC. WEDEL de Peritonæo, Jen. 1696. Disp.

LAUR. THEOPH. LUTTER de Peritonæo, Erfurt. 1734. Disp.

Porro J. B. WINSLOWUS falsam de duplicitate Peritonæi theoriam rejecit (post DIONISIUM), quem lege in *Comment. Acad.* an. 1715. & in Ep. ad MORAND. p. 314. & in *expositione anatomica*. Eum virum, non satis laudatum, sequitur GARENAGEOT.

Varia etiam adserpsit de vapore & membranarum viscerum abdominis ortu a Peritonæo A. KAAU L. citato.

Denique CL. HENSING in excitata Dissertatione observationes suas & HUMMELIANAS de peritonæo, deque ejus cellulositate, & de ligamenti utilissime protulit.

Varia etiam, maxime de cellulosis Peritonæi processibus habent S. MORAND de la *taille du haut appareil*, CHRYSOPH. GOTTLIEB BUTTNER in Pr. de peritonæo. Regiom. 1738. 4. in nostro primo volumine recuso, CASSEBOHMIUS in posthumo opere, VERDIER, J. G. GUNZIUS de herniis, CHRISTOPH. SCHOBINGER in Diss. de dignitate tela cellulosa.

Peritonæum a vasis spermaticis non perforari, eaque sub interna ejus parte descendere SYLVIUS jam monet, in *Isag.* p. 270. tum VIDUS, FRANCO de herniis n. 6. b. PAREUS in *admin. anatom.* & ED. TYSON *Anat. of a pigmy* p. 26. Rarum vero est diverticulum naturale adesse, etsi vidi hujusmodi fabricam, & viderunt tum JOHANNES MERY *Mémoires de l'Acad.* 1701. p. 283. tum RENEAUME in Libro de herniis p. 138. aliique.

C A P U T X I.

De Hepate.

Hujus visceris structura differt a fabrica omnium reliquorum viscerum; cum enim omnia reliqua viscera sanguinem, quem mutant, recipiant per arterias, hepar illum recipit ex venis.

Hoc ita animadversum fuit ab omnibus Anatomicis. Sed primus FRANCISCUS GLISSONIUS (a), nobilis ille Britannus & anatomie Professor, structuram

(a) Scriptores qui de hepate egerunt, in duas classes dividemus quorum priores de hepatis anatome, reliqui de physiologia ejus & bilis imprimis historia scripserunt. HEROPHILUM egregie de hepate scripsisse, & apud ORIBASIMUM legimus, & aliqua ibi conservata offendimus, quæ multum boni promittunt. VESALIUS figuras vesiculæ, adhesionem hepatis ad septum, & ligamentum sinistrum habet, & duos lobos in homine vidit tum J. SYLVIUS EUSTACHIUS aliquas bonas icones hujus visceris dedit, meliores certe, quam etiam apud recentiores invenias, T. X. f. 2. T. XI. f. 3. 4. cum iconibus eminentiarum, portarum, vasorum omnis generis, & ligamentorum, & cellulosa ad septum transversum adhesionem.

G. FALLOPIUS de itinere bilis veriorem sententiam docuit, bilem nempe continuo ab hepate ad intestinum ferri, nisi obstaculum experiatur, tunc vero in vesiculam regurgitare. Eum secutus est SALOMON ALBERTUS in *Oratione* edita, VVittemb. 1590. 8. & eandem sententiam defendit.

JULIUS FASOLINUS in Libro de Poris Choledochi & vesicula fellea pro Galeno adversus neotericos, Neap. 1577. 8. (DOUGL.) saepe recuso & cum SEVERINO de vena salvat. L. Francof. an. 1668. 4. theoriam quidem non optimam habet, cum vasa hepaticocystica minuta primus excogitaverit, quæ pro melioris bilis itinere in vesiculam, nata esse credit, dum deterior bilis per porum ab hepate ad duodenum flueret. Sed utilis tamen est icon vesiculæ, qua sinus cervicis bene exprimitur, & portiones ductuum, & valvulæ in ductu cystico, & angulus verior cystici ductus cum hepatico.

NIC. HABICOT in L. IV. ligamenta hepatis habet, dextrum & sinistrum.

C. HOFMAN de hepate, Altdorf. 1617. 4. *

J. HIE-

ram hepatis descripsit nitide in nobilissimo illo & incomparabili Tractatu de Hepate, cui præmittuntur quædam generalia ad anatomiam spectantia, & ad finem adjungitur Tractatus de Vasis lymphaticis. Plurima itaque continet, & etiam prodest illis, qui publice rebus anatomicis operam dant. Editio optima est Londini anno 1654. in 8. sed & Amstelodami fuit impressus an. 1656. in 12. quæ editio etiam valde adcurata est. Qui hoc scriptum evolvit (nam melior Anatomicus non scripsit) nihil ratiocinii inveniet, desinit enim GLISSONII sermo, ubi anatomia desinit, nec ultra pergit. Ex GLISSONIO intelligitur hepatis in majoribus partibus structura.

Deinde adjungatur MALPIGHIUS de Hepate (a). Clarissimus iste Auctor, cum nesciret, quid tandem inter arterias & venas, & inter ductus biliosos esset, dete-

J. HIERONIMI BRONZER de calido innato & principatu fœcoris, Patav. 1628. 4. sanguinem in hepate non parari, cum hepar in piscibus non rubeat, sagax vidit, neque tamen ausus est GALENUM refutare. Spirituum tres classes antiquis receptas in unam conjungit. ANDRIANO SPIGELIO lobulus solet adscribi, qui se in curvaturam ventriculi immitit. Sed dudum is quidem lobus notus erat. Tres valvulas in cervice vesiculæ descripsit. J. RIOLANUS, præter alia, fibras musculares vesiculæ negavit, quem multi sequuntur recentiorum.

GODOFR. MOEBII de bilis natura & usu utilissimo, Jen. 1644. disputatio. EJ. de usu hepatis & bilis, Jen. 1653. 4.

WERN. ROEFINKII de hepate Diss. Jen. 1653. 4.

J. WALÆUS in Epistola II. de motu sanguinis celebrem illam Glissonii capsulam primam indicavit.

FRANCISCUS GLISSONIUS anatome hepatis, Londini 1654. 8. Hag. 1681. 12. saepe recusus, nihil quidem pleni habet, cum hepar humanum raro, & ex corpore resectum unice viderit. Diligenter tamen aliqua profectus est, venam portarum, cum ramis, & capsula, sinuque, vasa, bilis cum vera de motu bilis theoria, tum hepaticocystica demum vascula, hæc ex animalibus. Multa subjecit de vasis lymphaticis, & de nutritione atque secretionem quæ ex nervis fiat.

FRANC. SYLVII Disp. de bilis & hepatis usu, Leidæ 1660. 4. inter bona aliqua paradoxam habet opinionem, bilem omnem in vesicula parari, inde in hepar venire, &c. a BACKIO receptam (Libro de corde).

In Phil. Transf. n. 178. BROWN de glandulis in hepate morbofo visis.

N. 307. de MARCHETTIS Obs. de poris vesiculæ felleæ bilem sudantibus, dum ab hepate separatur.

N. 449. Ductus hepatico-cystici ex corpore morbofo describuntur.

J. J. WEPFERUS in nuperis editionibus Libri de apoplexia an. 1669. se glandulas hepatis vidisse gravis etiam de se ipso testis, laudat. In Libro de cicuta bene descripsit monticulum, in quo ductus choledochus inseritur.

LAUR. STRAUSS de hepate, Gieff. 1665. Disp.

THEOD. KERERING in spicilegio habet vasa hepatis ad portas pertinentia, carne liberata, (ut olim SPIGELIUS) obs. 96.

OL. BORRICH de vesicula fellea observ. habet T. II. Actorum Hafniensium.

J. PECQUETUS & C. PERRAULT in Journ. des Savans 1668. & 1680. & in Essais de Physique T. III. ductum ab hepate ortum, & in vesiculam insertum, & in ductum hepaticum descripserunt, nempe cysthepaticum, qualem etiam in suo collegio anatomico Amstelodamenses proponunt.

PARISINI solent in suis animalium Dissectionibus fuscæ de vasis vesiculæ felleæ bilariis agere.

(a) M. MALPIGHIUS in Libro de hepate, qui extat in collectione de structura viscerum, Bonon. 1666. 4. * non solum glandulosam hepatis fabricam proponit, quam utiq; sibi vindicat, sed alia utilia habet experimenta, quibus pugnat contra F. SYLVIIUM. Nempe

xit esse acinos glandulosos. Verum hoc opusculum etiam in Operibus posthumis impressum est, & ibi plura contra SYLVIIUM habentur; nam eo tempore, quo MALPIGHIIUS de Hepate scribebat, natæ sunt plures objectiones, quibus per egregia experimenta anatomica respondet (a).

De-

pe MALPIGHIIUS, etiam quando vesicula destructa est, bilem generari ostendit. Folliculos etiam simplices felleæ vesiculæ describit. Huc etiam in ejus Libro de liene, Tract. de glandulis conglobatis, utilia aliqua pertinent.

J. BOHN. de hepatis & lienis officio, Lips. 1667. 4.

A. Q. RIVINI de bile disputatio, Lips. 1678. 4.

(a) JOH. BOHNIIUS in ACT. ERUD. 1682. de vasis biliaris, ductibus animalium hepaticocysticis duorum generum, & itinere bilis observationes suas habet. In Tractatu de terhalitate vulnerum experimenta habet, quibus constat lethale fieri vulnus, si bilis, non ligato cystico, ex hepate adfluens in abdomen effusa fuerit.

FRANCISCI SPOLETI dissertationes dua. I. de momento, quo gravia deorsum nituntur: II. de secretionem bilis in hepate, Venet. 1686. 4. * Theoriam secretionis proposuisse video, qua circulationis celeritas in extremis vasis major ponitur.

In JOURN. DES SAVANS. 1688. glandulæ vesiculæ felleæ & ductuum biliariorum propriæ describuntur.

HERMAN VAN BEECK de folliculo fellis Diss. Ultraj. 1687.

MAURICIUS VAN REVERHORST de motu bilis circulari Diss. Leid. 1692. 4. recusa cum NUCKII adenographia, an. 1696. & alias. Macgregia disputat. continentur hepatis historia, vasa lymphatica, mensura secretæ bilis per experimenta sumta calculorum felleorum observationes.

LAUR. BELLINUS de motu bilis, Pistojae 1695. * & in opusculis, Leidæ 1696. editis, motum fellis ab hepate ad vesiculam dirigi facile ostendit.

JOH. FRID. ORTLOB Exercitium anatomico physiologicum, integrum χειρωνακίως negotium examinans, Lips. 1691. 4.

JOH. LOQUET de de arteria hepatica, Leid. 1693. 4. & in dissp. mea collect. T. VII. Eximia disputatio. Negat arteriam hepaticam parenchyma adire.

PHIL. VERHEYEN ductus in vesiculam insertos & alios inter vesiculam, & ductus hepaticos medios descripsit, ex bove, & experimenta contra SYLVIIUM in animalibus instituit.

In Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences huc spectant.

LITRE de glandulis hepatis 1701.

Vesiculæ in homine absentia 1701. 1705.

Vasa lymphatica in superficie hepatis 1721.

MALOET de glandulis hepatis. 1727.

FERREIN de fabrica hepatis & ductibus biliaris 1733.

Experimenta aliqua pro ductibus hepaticocysticis attulit C. J. LANG, alia TACCONUS, alia GARENGEOTUS in Splanchnologia.

W. COWPERUS negat ductus hepaticocysticos in homine reperiri, aut laceratam vesiculam iterum repleti. Capsulam GLISSONII primus, ni fallor, demonstravit parvi momenti esse.

JAC. KEIL in Libro de secr. & anim. non solum ratiocinio, sed experimento etiam adgressus est definire quantitatem secretæ bilis.

J. B. MORGAGNUS in Advers. Anat. III. & in Epistolis Anatomicis duabus, Leidæ an. 1728. editis plurima notatu digna de hepatis fossis, ligamentis, situ, partibus, vesicula fellis, calculis fellis aliisque huc spectantibus protulit. Ductus hepaticocysticos refutat.

C. BIERWIRTH de hepatis structura & morbis, Leidæ 1706. 4. * cum icone glandularum hepatis cocti ex sue & ramis venæ Portarum.

BURCHART Diss. de secretionem bilis, Kiel 1709. 4. aliqua ad analysin bilis, tum in universum ad secretionem habet.

A. HELVETIUS de structura hepatis, Leidæ 1711. 4.

JOSEPHI ZAMBECCARI in vivis animalibus extirpata vesiculæ experimenta instituit, in DIONYSII SANCASSANI dilucidationibus, & alibi edita.

JAC. DRAAKE theoriam de utilitate bilis in promovendis mensibus, satis inutilem proposuit.

J. G.

Denique legantur Clarissimi FRIDERICI RUYSCHII (a) observationes anatom-

J. G. a BERGEN de bile, icteri causa facta, Francof. ad Viadr. 1710. Diff. bilem negat colorem ictericum producere, &c.

POLY. GOTTL. SCHACHER in Diff. de admin. anat. Leidæ 1710. ductus hepaticocysticos experimento restituere conatur. EJUSD. Progr. 1722. de vasorum biliariorum existentia & distributione agit.

CHRIST. FRAWN. Diss. de vena Porta, Leidæ 1715. 4. agit potius de visceribus cum vena Portarum conjunctis. Glandulas Duodeni describit.

BERNARD de JUSSIEU de naturali secretionem bilis, Monspel. 1729. 12. Est opus D. FIZES.

(a) FRID. RUYSCHIIUS in universum quidem fabricam hepatis vasculosam adsumit; glandulosam evertit per injectiones, quæ ex vena portarum in ductus hepaticos penetrant. Deinde multa bona de collo vesiculæ felleæ curvo, vasculoso, glandulis vesiculæ, vasisque ductibusque, quos non admittit, aliisque huc pertinentibus particulis protulit.

J. DOM. SANTORINI de ductus choledochi reticulo, de monticulo, in quo inseritur, observationes habet.

H. RIED de preparatione bilis in hepate, Leidæ 1722. 4.

Cum superioribus edition. operis JER. WAINWRIGHT de rebus non naturalibus existat conjuncta descriptio sive treatise on the liver, Lond. 1737. 8. Nihil autem valde a reliquis remoti habet.

J. B. BIANCHI historia hepatica, Turin. 1710. 8. 1716. 4. PL. Genev. an. 1725. 4. 2. vol. multo auctius recusa. Minor pars anatomica est. In ea historia invenio varia, quæ minime placent, ductus cysthepaticos, hepaticocysticos, icones inversas hepatis, icones improbabiles cisternæ chyli feræ, nervorum, cavillos meros & audaciam miram in carpendis scriptoribus, observationem propriam, utilemque, vix ullam.

A. VATER novum diverticulum bilis, VVittemb. 1710. observationem propriam, qua ductum choledochum in ipso intestino in rete cum pancreatico conjunctum describit, sed modeste, ut ex uno cadavere.

JOH. FANTONUS in Diff. anatomicis inprimis renovatis, multa habet & ex homine & ex animalibus. Ductus hepaticocysticos admitti, & ductus ex cystide in choledochum patentes fibrafq; vesiculæ musculares, pro glandulis hepatis pugnat, ductus choledochi motum peristalticum experimento confirmat, capsulam Glissonii refutat, poros muciferos vesiculæ describit.

CL. LOQUETI de arteria hepatica Diss. sæpe laudari vidi, ipse non possideo, neque annum novi locumve quo defensa sit.

ANT. FIZES de naturali secretionem bilis in genere, Monspel. 1719. 8. & in collectione opusculorum scripsit.

JOSEPHUS POZZI in Commentariolo Epistolico pro glandulis hepatis, & Glissonianæ capsulæ carnis fibris, pugnat.

F. HOFMAN de morbis hepatis ex Anatomie deducendis, Hall. 1726. Dissp.

P. CHIRAC vasa lymphatica hepatis picta habuisse a LA FONT, inde ea pervenisse ad CL. la PETRONIE auctor est MONTAGNAT Lettre a M. Bertin p. 71.

FRANC. JOH. HUNAUJD an bilis preparatio in Omento, Paris. 1731. 4. PL.

NIC. den OTTER de secretionem bilis cystica, Leidæ 1731. 4.

ANDR. OTTOM. GOELICKE singularia hepatis humani, Diss. Francof. ad. Oder. 1731.

GEORGII GRIEVE de secretionem bilis, Edimb. 1732. Dissp. *

J. B. WINSLOW. & hic & ubique legere oportet. Fabricam etiam subtilem, & acinos hepatis descripsit in Acad. Reg. Scient.

A. F. WALTHER in Progr. de vena Porta I. & II. Lips. 1739. capsulam Glissonii evertit.

VISSCHER Diss. de cholepoiesi, Leid. 1735. 4. experimentum habet ALBINI, quo venæ portarum cum poro bilario demonstratur continuatio, nullam vero esse ei poro cum arteria hepatica conjunctionem evincitur.

P. VINK de hepate, Leidæ 1735. 4.

G. BRITTEN de hepatis fabrica & actione & bilis natura.

J. GEORG. SEGER de ortu & progressu bilis cystica, Leidæ 1739. 4. Per experimenta profecit, in Libello, quem alibi laudavi, & inferni vol. III. Dissp. select.

R. A.

tomicae, quibus, conatur demonstrare, illud omne, quod MALPIGHIUS acinos vocat,

RAIMUND. JAC. FINOT *an. bilis circulatio multiplex*, Paris. 1741. Disp. PL.

CL. LIEUTAUD multa laude digna habet de lacunis felleae vesiculae, capsulae Glissonianae vanitate, cellulosa vesiculae, vena cystica ad cavam eunte, (hac equidem a nostris observationibus remota).

ANDR. WESTPHAL *existencia ductuum hepaticocysticorum*, Gryphiswald 1742. 4. Descriptionem habet tunicarum vesiculae. Ductus hepaticocysticos ex homine describit. Sed novi doctos viros, qui huic observationi refragantur.

CAJETANUS TACONUS in *observ. de raris hepatis affectionibus*, Bonon. 1740. 8. quae etiam in *Memoriarum* Luccens. T. II, existant, & copiam bilis, quae per vulnus effluerat, intra datum tempus determinat, & multa profert ad declarandum iter bilis.

D. MOSEDER *de vesicula fellea*, Argentor. 1742. 4.

CHESELDENUS in anatomie bonae hepatis, vesiculae, curvaeque cervicis icones dedit.

D. GIERING in *selector. Francofurt.* T. III. habet experimenta aliqua in cadavere humano instituta, quae ad bilis iter pertinent.

F. G. MOERING E. N. C. vol. V. obs. 44. pingit systema biliosum Lutrae.

J. FR. CASSEBOHM in posthumo opere *de methodo secandi capsulam GLISSONII* accurate describit cellulosa vesiculae felleae, ligamenta & externam cellulositatem hepatis.

J. JUNKER & DAV. LORENZ. *singularia ad vesicam felleam ejusque bilem spectantia*, Hall. 1745. 4.

D. CHRISTOPH. SCHOBINGER *de ortu & motu bilis cysticae*, Gotting. 1747. 4.

Ad ligamenta in *synonymologia* JOSIAE WEITBRECHT observationes existant.

Hepatis icones possunt omnino utiles esse, quas in *Tractatu de differ. nati & non nati* habet ILL. TREWINS, tum de valvulis vesiculae felleae in *Disp. de Chyloso fetus*, a L. HEISTERO, repetitae.

BRYAN. ROBINSON in *Libro of food and discharges*, Lond. 1747. 8. comparavit hepata variorum animalium, & invenit eo majora esse, quo animal debilius lentiusque, & vicissim.

ABRAHAM FRANKEN *de hepatis historia anatomica*, Leidae 1748. Habet observationes aliquas, & ALBINI experimentum de acinis.

CLAUD. PERSON *Disp. Ergo vesicula fellea per ductum cysticum bilis mittitur*, Paris. 1747. Valvulam in ostio ductus choledochi, & lacunas vesiculae felleae habet, negat ductus hepaticocysticos, &c.

DOMINICI GUSMANI GALEACII *de cystidis felleae ductibus obs. in Comm. Bonon.* T. II. P. II. Vasa statuit in vesiculam ramos dantia, peculiaria, non penetrantia in cavitatem.

JUST. GOTTFR. GUNZ *observationes circa hepar factas*, Lips. 1748. 4. nondum legi.

J. G. GUNZII l. c. nunc legi. & video primarium scopum esse describere venas, quarum trunci in hepate & vena portarum, rami in ligamenti sunt: tum de vasis lymphaticis hepatis, capsula Glissonii, exhalantibus venis a portarum trunco agit, &c.

AMBROSII BERGERANDI *dissertationes anatomicae duae de hepate & oculo* multa peculiaria continent, editae Turini 1748. 4. Varia pro BIANCHIO, & ductibus cystico-hepaticis profert, rejicit glandulas hepatis, describit ligamenta, vasa, &c.

Nunc ad alteram partem, sive de bilis functionibus, & usu transitus. A GALENO sua habet NEMESIUS, in quibus aliqui rudimenta SYLVIANAE hypotheseos quaesiverunt. Sed mihi nihil quidquam a GALENO dissentire videtur. Possit enim vix quidquam accessit novi, ad J. B. HELMONTIUM usque, qui plurimis Libellis, & imprimis quibus titulus est *sexupl. digestio, duumviratus, jus duumviratus*, bilem ab opprobrioso excrementi nomine liberavit, eamque alcalescere & aciditatem ciborum frangere fati: certe vere demonstravit, ut tamen nimium inventum suum urgeret.

Inde FR. SYLVIIUS de le. BOE in *Diff. de bile & hepatis usu*, Leidae 1660. 4. & alibi, & ejus discipulus R. de GRAAF in *Lib. de succo pancreatico*, bilem fecerunt alcalicam, eamque cum acido succo pancreatico confluere in intestinis, ita chylum separare a faecibus, iterumque in corde dextro cum acido chylo effervesce, sic ignem ali vitalem, multis obsequantibus docuerunt. Pro ea sententia scriptus est etiam Liber de veteri medicina FLOREN-

vocat, tantum esse structuram vasorum. Verum hac occasione dedit egregia de hepate experimenta.

RENTII SCHUIJ, quem aliqui F. SYLVIO ipsi tribuunt, a se ipso vero multa sumisse queritur WILHELMUS TEN RHYNE *de veter. medic.* p. 87. Leidae 1664. & 1670. editus 12. quo partim in ipso HIPPOCRATE quaeruntur radices hypotheseos, partim experimento demonstrari suscipitur, vere omnino effervescentiam in duodeno cum spuma & calore fieri. Non ineptus caeterum Libellus est, quo ostenditur bilem non esse excrementum, & LUDOVICI LE VASSEUR cavilli nimis mordaces repelluntur. Ea etiam opinio fuit BAGLIYO, HARDERO, DIEMERBROEKIO, BAYLEO, JOHANNI MATOW, SWAMMERDAMIO. Pro SYLVIO etiam & contra CASSIUM extat amici ad amicum epistola scripta 1668. Amstelodami edita.

Contra hanc theoriam vero CAROLUS DRELINCOURTIUS incubuit, ejusque tota secta discipulorum. Huc ergo pertinet IUD. LE VASSEUR *de triumviratu Sylvii*, Paris. 1668. 12. ipsius nempe DRELINCOURTII opus, quem ex Graecificatione & amarore dictionis facile adgnoscas, nimis cavillatorium utique, neque ex propriis natum experimentis. ANDR. CASSII *de triumviratu intestinorum*, Groning. 1668. 4. Neomag. 1669. 12. qui etiam analyfin bilis dedit. LUDOVICI LE VASSEUR SYLVIIUS *confutatus*, Paris. 1673. 8. priori similis; & imprimis denique JANI LEONICENI *Metamorphosis Apollinis & Aesculapii*, Leidae 1673. 8. qua SYLVII fama & eruditio mire elevatur, GRAAFIUS vero acriter exagitur, ejusque experimenta pro aciditate pancreatici ductus proposita in dubium revocantur. Sed etiam ANT. DEUSING *Sylviam caduam cadentem*, Groning. 1664. 12. & *ja-centem* 1665. 12. in *Sylviam Echo*, Groning. 1663. 12. & *disquisitionem de calido innato antisyliana*, Groning. 1663. 12. & *disq. antisyliana de motu cordis & arteriarum* 1663. 12. & *Disp. de chyli a facibus alvinis secretionem & succi pancreatici natura & usu*, Groning. 1665. 4. (MERCLIN.) scripsit, & ubique Sylvium, sed, ut solebat, non ex ipsa natura, repetitis experimentis refutat.

Longe verius JOHANNES BOHN *de duumviratu hypochondriorum*, Lips. 1689. 4. & in *circulo*, & FRIDERICUS HOFMANN in *Libro de acidi & visci pro causis morborum insufficientia*, Francof. 1689. Sectam SYLVII expugnarunt; & VERHEYENIUS, & PECHLINUS, qui experimentis SYLVIIUM refutant, & BRUNNERUS *de pancr.* & ipse denique BOERHAAVIUS.

J. GALARATI *de alcali & acido in GIORN. di PARMA.*

In *Phil. Transact.* huc varia pertinent, ut:

ALEX. STUART *obs.* de utilitate summa bilis n. 414. 427.

Alia etiam quaestio acriter agitata fuit inter antiquos, an nempe venae ex hepate, an ex corde, nascantur. Huc.

CHRISTOPHORI GUARINONII *de principio venarum*, Francof. 1601. 4. LIND.

BALTH. GITTLER *de venarum & arteriarum vero & genuino exortu*, Lips. 1605. *

PETRI GUIFFART *cor vindicatum* huc etiam pertinet, & BRONZERI jam citatus Liber & aliorum, quos ob sterilitatem quaestionis nunc non recenseo. Nempe pro corde ARISTOTELES, C. HOFMANNUS *Libro de principatu partium*, Paris. 1647. 4. CAESAR CREMONINUS, & alii pugnarunt, pro hepate GALENUS, & tota fere Schola.

Sed alia paulo prius controversia physiologica de hepatis utilitate orta est. Contra Antiquos, inventis lacteis thoracis demonstrabat GLISSONIUS & THOMAS BARTHOLINUS, neque chylum ad hepar venire, neque ibi adeo in sanguinem coqui.

Eo pertinent T. BARTHOLINI *hepatis exsequia* quae Hafniae 1653. 4. cum *vasis lymphaticis nuper in animantibus inventis* prodierunt; Liber *de hepate defuncto*, Hafn. 1661. 8. quo BILSII experimentum, ad chyli in sanguine venae portarum praesentiam demonstrandam susceptum, & DEUSINGIUM refutat, *hepatis exanthorati desperata causa*, Hafn. 1666. 8. Eo contra DEUSINGIUM aliosque chylum ad hepar venire negatur.

Huc etiam pertinet NIC. STENONIS *responsio ad vindicias hepatis rediit contra DEUSINGIUM*, Leidae 1662. 12. (MERCL.) *Triumphus cordis dictus ob victoriam ex clade hepatis* GEORGII SEGERI. Hafn. 1654. 4. adsentatoris BARTHOLINI, & PETRI GUIFFART *cor vindicatum*, Rothomag. 1672. 4.

Contra

Contra pro veteribus non solus *BILSIUS* pugnabat, de quo viro alias dicitur, sed *SWAMMERDAMIUS* proprio experimento chylum in venas mesentericas resumi ostendebat. Denique *ANTONIUS DEUSINGIUS* adjutus Bilfianis experimentis scripsit *vindicias hepatis redivivi*, quæ exstant in P. III. *Exercitationum Physico anatomicarum*, Groningæ an. 1660. 12. editarum. Porro ejusdem Auctoris est *Appendix ad easdem*, Groningæ 1661. 12. & *supplementum ad easdem* 1662. 12. Resurrectio hepatis adferta, ibid. 1662. 12. Ingenium omnes referunt *DEUSINGII*.

EJUSDEM sensus est *ECCARDI LEICHERI* *Diff. de rediviva hepatis sanguificatione cum præternaturali ejus læsione*, Erfurt. 1689. 4. * Nunc, postquam satis confirmatum est, & chyli iter, & sanguinis, nemo contra *BARTHOLINUM* sentit. Quid autem contineatur in *HENRICI HENRICI* *Disp. cui titulus est, hepatis ex tumulo ad officium sanguificationis renovatum*, Hall. 1713. non dixerim quam non vidi.

AD Bilis historiam porro

J. CORN. BRODTBECK *χολογέυμα, sive gustamen physico medicum bilis*, Tubing. 1676. 4. *

JOH. GEORG. GREULICH *Chologia*, Francof. 1683. 8. Inanis.

AUG. QUIRIN. RIVINI *de bile*, Lips. 1679. 4.

JOH. BROEN *de duplici bile veterum*, Leidæ 1685. 12. Secretiones per cribrum explicat, fermentationem vero bilis cum ductu pancreatico negat, cæterum satis inutilis ratiocinator, & propriorum parvus experimentorum. Saponem in morbis scopo resolvendi commendat.

G. WOLFG. WEDEL *de bile ejusque morbis*, Jen. 1689. 4.

HENR. CHRISTOPH. ALBERTI *de bilis natura & usu medico*, Erfurt. 1691. 4.

JAC. PANCR. BRUNONIS *duæ de bile Disputationes*. Altdorf. 1694. 1695.

FRID. HOFMANN *Disp. de bile medicina & veneno corporis*, Hall. 1704.

DEMOCRITUS CHRISTIANUS in *Libro Vita animalis morbus & medicina*, Lips. 1711. 1730. 8. proponit frigus & calorem febrium intermittentium fieri a spasmo constringente orificia ductuum biliaris & pancreatici, qui ipse alterne remittat, ut modo pancreaticus acidus succus erumpat, qui frigus facit, modo bilis quæ calorem, acidumque eum succum utique cum bile alcalina effervere contendit.

J. WOODWARD (teste *J. BAYFIELD* *letter to Woodward*, Lond. 1719. 8.) bilem habuerat pro causa omnium fere motuum in machina humana, etiam ipsius motus cordis.

C. STEPH. SCHEFFEL *de lithiasi fellea & lapide Maluccensi*, Leid. 1721. 4.

A. E. BUCHNER *de naturali bilis constitutione & usu*, Hall. 1726. 4.

F. JOSEPH HUNALD, *Ergo bilis preparatio in omento* 1731. 4.

LUD. M. POUSSE, *Ergo ab exquisita bilis secretionem perfectior digestio* 1732. 4.

Ad analysin bilis pertinent *CAR. DRELINCOURT* in *JANI LEONICENI* Libello; *GHIA-RESCHI* in *Diario Parmensi* 1687.; *BRUNO* *de bile*, Altdorf. 1694. 4.; *A. CASSIUS* L. c.; *JOH. BOFIN* in *circulo*; *ALOYSIUS della FABBRÀ* *de aqua Nucarina*; *ACADEMICI GAL-LLI* apud *DUHAMEL*, & *HOMBERG*, 1709.; *MAETSIUS* in *collestanteis chymicis Leidensibus*; *A. VALISNERIUS* *Galer. di Min. T. VI.* & *L. TESTI* ibid.; *PHIL. VERHEYEN*; *SCHA-PPER* *de corpusculis massa sanguinea*; *PETIT* in *Lettres à un Médecin* II.; *PHIL. FAC. HARMANN* *de bile*, Regiomont. 1700. & in *collect. T. III.*; *RAIMUNDUS VIEUSSSENS* in *epist. ad Lipsenses* 1698. 4. & *Phil. Trans.* n. 241. & in *Traité des liqueurs*, Toulouse 1715. 4.; *GEORGIUS BAGLIVUS*; *BARCHUSEN* post *Phys. Acroamata* *Exper. VI.*; *HENNIN-GER* *de bile*, Argentor. 1705. 4.; *FRID. HOFMANN* in *medic. systematica*; *DEIDIER* & *MONTRESSE* in *expériences sur la bile des pestiferés*, Zurich. 1722. 4.; *BOERHAAVIUS* in *Chemia*; *R. MEAD* *of poisons*; *CASPAR NEUMANN* in *prælectionibus posthumis*; *CAJE-TANUS TACCONUS* L. c. *Adde commerc. Noric.* 1743. *Diff. DAVIDS* *de calculis cysticis & hepaticis*, Leidæ 1734. 4.; *HIER. DAY. GAUBII* *experimenta* in *Diff. NARCISSI* *de gener. chyli*, Leidæ 1742. & in *Collect. Dissp. sel. T. I.* & in *Disp. VISCHERI* *de cholepoiesi*, Leidæ 1735. 4. & in *J. G. H. Comment. ad Boerh. instit. T. III.*; *MOSEDER* L. c. *STROHLEIN* *de calculis felleis*, Jen. 1742. 4. aliosque.

C A-

CAPUT XII.

De Virorum Organis genitalibus.

DE vasis genitalibus horumque origine prima circa lumbos, & exitu ultimo, qui in viris in urethram, in feminis in vaginam est, & de eorum vasorum indole, distributione, decursu, effectu, optime scripserunt sequentes Auctores. Primo (a) legendus est *REGNERUS* *de GRAAF* (b), *Delfensis*, *SYLVII* discipulus dexterrimus.

(a) De organis virorum genitalibus non negligendi sunt veteres, nam & apud *HIPPOCRATEM* aliquod vesicularum seminalium vestigium reperitur, & apud *RUFUM*; *GALENI* *de semine* L. II. & *de spermate* Liber existat apocryphus. Sed iste partes masculas parum declaravit. *VESALIUS*, uti notum est, ligamentum penis suspensorium dixit, tactum etiam *ACTILLINO*; neque vesiculas feminales ignoravit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS præstantissimas vasorum icones, quas alibi laudavimus, testis etiam virilis conspectus varios, musculos & inter azygon cutaneum perinæ, vesiculas etiam feminales caput gallinaginis, ostia duo feminalia in urethra, corpus cavernosum urethrae, primus figuris expressit.

GABRIEL FALLOPIUS vesiculas feminales, hæctenus parum integre notas, restituit, & uberius descripsit.

PHILIPPUM INGRASSIAM primum vesiculas feminales descripsisse auctor est *LEONARDUS* a *CAPOA* *Raggionam.* II. p. 82. sed, ubinam descriperit, ignoro.

J. CÆSAR ARANTIUS in *observationibus* de fabrica ductuum excretoriorum vesicularum seminalium, testium, corpore cavernoso urethrae, &c. legi potest.

JAC. SCHEGG *de plastica seminis facultate*, Argent. 1580. 8. *DOUGL.* *

PETRI *de PERAMATO* *de semine* Liber *de generatione* 4. Sanlucar de Berrameda 1576. 1590. 1596. fol. *DOUGL.* *

JULIUS CASSERIUS pennatam fabricam septi penis, & bulbum urethrae ad naturam depinxit.

CHRISTOPHORI GUARINONI *de natura humani seminis* L. IV. Francof. 1601. 4. *de generatione viventium*, ibid. eodem anno. *

JOHANNES RIOLANUS habet fibrosam testium compagem, ligamentum inter ossa pubis (aut ischii ut vocat).

N. HABICOT in *Lett. V.* Auctor est erroneæ opinionis unicum pro duabus vesiculis esse ductum excretorium.

FRANCISCI SPINÆI *de hominis procreatione*, Maceratae 1622. 4. * *DOUGL.*

J. HIERONYMI BRONZER *de principio effectivo semini infuso*, Ven. 1627. 4.

EMILII PARISANI *de seminis a toto proventu* in *Nobil. Exerc. L. XII.* Venet. 1623. & in *pare & saniori judicio de seminis a toto proventu*, ibid. 1633., &c. Vide inter organa muliebria.

CÆSARIS CREMONINI *de calido innato & semine*, Leid. 1634. 12. semen feminas non habere contra *GALENIUM* pro *ARISTOTELE* defendit.

N. HIGHMOR corpus in teste, quod ipsius solet nomini inscribi, detexit, non tamen ausus est cavum pronunciare.

ANTONII DEUSING *de partibus corporis humani conservationi speciei inservientium*, Groning. 1651. 4. *Genesis microcosmi*, ibid. 1653. 12., &c.

J. C. ZEISOLD *de seminis natura*, Jen. 1649. 8. Animatum esse negat, Philosophus.

JOH. NARDII *noctes geniales*, Bonon. 1656. 4. *secunda est de prolifica genitura facultate.* Animam in semine latitantem refutat, neque inesse vult, nisi motum a generante commissum, calori innato.

(b) *REGNER* *de GRAAF* *de partibus genitalibus virorum*, Leidæ 1668. 8. Partes utique unice adhibuit de corpore exactas, inde ea, quæ ab integritate pendent, ibi non quaras. Sed multa uti-

tèrrimus, qui promiserat plurimum emolumenti rebus anatomicis; nisi fatali peste, tam subito consumtus (a), nobis abretus fuisset. Omnia ejus opera edita sunt Latine Lugduni Batavorum in 8. an. 1677. (b) cum figuris elegantissimis. Continetur ea collectione Liber de virorum organis, & alter de mulierum partibus generationi fervientibus. Is Tractatus Belgice etiam in 8. profert, cujus editionis figuræ præferuntur Latinis. Multa GRAAFIUS detexit primus, & plura obscura explanavit.

Hoc

ita utilissima aut primus habet, aut ornavit pulchrius. Testis certe fabricam, vascula excretoria, epididymidis ortum, melius quam ullus alius Auctor expressit, sinusque mucosos urethræ, etsi breviter tetigit, minime tamen ignoravit.

(a) Ex ira, ob jurgium minime decorum cum SWAMMERDAMIO obiisse juvenem an. 1673. lego. Nam SWAMMERDAMIUS in iis ipsis partibus genitalibus solita cum industria occupabatur, in quibus primus veram causam erectionis positam in effuso sanguine per experimentum invenit in Prodrumo suo.

(b) Etiam apud VVestienium exstant 1705. 8. Icones primæ editionis 1668. utique nitidiores sunt.

J. THEOD. SCHENK de partibus generationi inservientibus masculis, Jen. 1662. 4.

H. MEIBOM in Diss. de motu vasorum, 1668. testes foliis fibris, non glandulis fieri, recte docuit, & corpus in medio cæcum habere.

In Phil. Transf. testium fabricam exhibet J. CLARKE n. 35. VADLIUS DATHIRIUS BONCLARUS sive CLAUDIUS UBERIUS in Phil. Transf. n. 42. dedit iconem testis aprugni, in quo corpus Highmori pro vero canali describitur, a radicibus propriis habente semen, reddente in epididymidem. De testium filamentis etiam agit D. KING n. 52.

Continuatio vasorum testis cum vasculis epididymidis in vipera n. 144.

GARDENI theoria vermiculorum, quæ vulgo LEEUWENHOEKIANA dicitur, habetur n. 191.

WALLER vascula epididymidis ratti evidentissima, & vesiculas seminales & glandulas ad extremum penem n. 196.

MORLAND n. 283. de secretionem feminis.

A. de MARCHETTIS experimentum in cane profert, quo demonstrat epididymidem verum semen fecundum generare n. 307.

C. MORTIMER pro anatomosi arteriarum spermaticarum cum venis dixit Phil. Transf. n. 415.

D. de SUPERVILLE de animalculis feminis n. 466.

Urethræ diversæ diametri LE CAT n. 460.

J. JAC. WEPFER in E. N. C. Dec. I. ann. 3. obs. 167. ex ariete aliisque animalibus descriptionem harum partium dedit, in qua bulbum urethræ, glandulasque in ejus membrana habet.

R. J. CAMERARIUS memorabile experimentum habet de vasis lymphaticis per inflatas vesiculas seminales turgentibus E. N. C. Dec. II. ann. I.

HIERONYMI BARBATI Liber de formatione fetus prodiit Patav. 1676. 4. Vitiosus est loquax, habet tamen proprias opiniones solum serum in arterias pampiniformis corporis venire. Albugineæ laminas tres facit, corpus Highmori vero cæcum cum intus contentis vasculis.

GUERN. ROLFINK admiranda anatomica de organorum genitalium structura admiranda in utroque sexu, Francof. & Lips. 1686. 4. Idem opus est, quod cum femininis organis recensui.

JOH. MERY in Progrès de la Médecine, 1697. musculos erectores penem deprimere recte vidit, etsi cellulosis fibris corporum cavernosorum id officium non optime dederit. Glandulas etiam inter acceleratores & prostates, quas vulgo COWPERO tribuunt, primus omnino vidit, ut apparet ex JOUR. DES SAV. 1684. n. 17.

Mr. . . . in sur la structure des organes des deux Sexes, destinés a la génération, Parisiis 1696. 12. superfetationem statuit.

DAN.

Hoc Libro cognito legendus est de organis virilibus Professor ille Patavinus LEAL LEALIS (a), cujus rarissimus Tractatus Patavii editus est, titulo περί των σπερματιζόντων ὀργάνων, qui egregia experimenta anatomica continet, & singularia observata, neque venalis reperiebatur. Nunc autem de novo impressus est mea cura Lugduni Batavorum anno 1707. apud van der Linden, & invenitur post opera Eustachii eodem anno edita.

Præterea de iisdem partibus habemus GUILIELMUM COWPERUM (b);

gra-

DAN. ASMANN de feminis virilis generatione & vitiiis. Vraject. 1696. 4.

(a) LEAL LEALIS περί σπερματιζόντων ὀργάνων in viro, Patav. 1686. 12. mihi non eodem quo PRÆCEPTORI, pretio est. Dictio theatralis & nimis florida: errores multi, ut anatomosis arteriæ spermaticæ cum vena, rectius refutata a GRAAFIO, a DIONYSIO Tr. général des accouchemens, aliisque; ductus Highmori cavus, cui vasa & sanguinea & lymphatica inferantur: osculum vesicularum spermaticarum unicum. Pleraque desumpta ex ariete.

BERNARDINO GENGA in anat. chirurgica sinum in principio glandis definivit, in quo sedes sit gonorrhœæ.

NICOLAUS HARTSOEKER vermiculos seminales annorum 18. juvenis invenit an. 1674. (Extrait critique, &c.) anno vero 1678. demum revelavit in Journal des Savans n. 30. inventionis tamen honorem etiam ab Academicis Gallis, parum sibi faventibus, retulit. De iisdem observationes suas protulit in Dioptrice & in Journ. des Sav. 1695. & in Remarques & alibi. In Extrait critique istis animam plasticam admittit, quæ ea animalcula formet, & se tuetur contra LEEUWENHOEKIUM, ejusque malam fidem excusat. Utriusque opusculi editio nostra est 1730. Hagæ excusa.

ANTONIUS VAN LEEUWENHOEK an. 1677. se ab HAMMIO Libri de herniis Auctore observationem vermiculorum habere refert. Eo pertinent ejus observationes Phil. Transf. n. 142. 145. (ubi ovaria refutat) 196. 255. 268. 270. 284. 307. 323. 331. 336. ubi fatetur non fuisse vermiculos, quos in ostreis viderat, & testacea parere absque maribus, n. 380. & per omnia opera dispersa plurimæ. Systema observationibus superstruxit, quo everteret ova Malpighiana, & primordia hominis unice in semine masculino poneret. Id ornavit magis GARDENIUS, & BOERHAAVIUS. Idem in Epistolis Physiologicis 31. & 41. de fabrica robusta epididymidis observationes habet.

DIONYSIUS van der STERRE in Libro de generatione ex ovo, Amstelod. 1687. 12. argumenta varia contra vermiculos protulit, tum GEUDERUS in L. de fermentatione, Amstel. 1689. 8. jam citato. Et ille quidem etiam in muliebri liquore genitali animalcula se vidisse adfirmat. Porro RAIUS in wisdom of God contra LEEUWENHOEKIUM scripsit, & ideas plasticas defendit. Contra eundem LEEUWENHOEKIUM LISTERUS multis locis & in Philos. Transf. n. 244. & in Tractatu de conchyliis bivalvibus, & VATERUS in Phys. ref. & LYONNET in théologie des insectes, & LAUNAI in Libro de generatione, & VERHEYENIUS & BLAIRIUS botan. essais, & MAITRE JEAN de la forme du poulet, & BOURQUETUS in epistolis philosophicis, & Auctor Libri, cui titulus Venus physique, & P. ANGO in quæst. med. an homo a vermibus, Cadomi 1711. 4. * & VALISNERIUS in operibus alias citandis, & LANCISIUS in epist. quæ exstat cum VALISNERIO, & alii scripserunt.

PETRUS MASSUET Vermiculorum Leeuwenhoekianorum opinionem probabilem censet in sua Dissertatione Medica de Generatione ex Animalculo in Ovo, Leidæ an. 1729. edita, cum Iconibus Animalculorum seminalium, Embryonum humanorum, Gyrinorum, &c. huc spectantibus.

De iisdem vero vermiculis fuse egit CL. BUFFONIUS in T. II. de l'histoire naturelle, & CL. TURBERVILLE NEEDHAM in nouvelles observations microscopiques, & videntur evincere, nihil esse nisi microscopica animalia inferioris ordinis, non hominis primordia. DALENPATTANUM autem homuncionem, pictum in Diario Eruditorum, esse jocum FRANCISCI PLANDADE auctor est ASTRUCIUS de lue vener. p. 1002. 1003.

(b) GUIL. COWPER in myotomes minoris appendicæ theoriam erectionis, vasa penis lymphatica.

M m m. 2.

ejus nempe bina opuscula (de organis virilibus loquor.) Unum reperitur in *Myographia ejus reformata*, ubi ad finem plura de structura membri virilis & ejus glande habet. Alterum Tractatus est *de glandulis urethrae* in 4. Londini editus, qui rarus utcunque est. Ibi etiam de glandulis huc spectantibus observationes habentur. Eadem observationes hujus viri inveniuntur in *Actis Societatis Anglicae*.

Post COWPERUM legi meretur MORGAGNI, ille clarissimus Patavinus Professor anatomes. Opus Patavii est editum an. 1719. duobus voluminibus cum figuris, & titulus est *Adversaria anatomica*, ubi multa continentur rara, & ab aliis Anatomicis praetermissa. Iterato impressus est ille Liber Lugduni Batavorum in 4. an. 1723.

Tunc videatur CL. RUYSCHIUS (a) in suis observationibus. Is enim primus reperit caput penis esse unice productionem spongiosam urethrae, neque hoc caput quidquam communicare cum corpore penis, sed urethram productam ad finem corporum nervosorum reflexam & expansam facere caput penis. Nobile est inventum, & ipsi viro soli debetur. In *Thesauris* etiam multa egregia circa hanc rem habet.

De testibus UBERIUS DATHIRIUS BONCLARUS (b) scripsit in Italia, in

rica, cum iconibus proponit, & aliqua in *GRAAFIO* carpit. *TYSONIS* glandulae odoriferae ibi describuntur. In *append. ad anthropographiam* habet iconem vesicularum bulbique sui. In Tractu denique quo *glandularum nuper detectarum earumque ductuum descriptio* continetur, Lond. edito, 1702. 4. Glandulas duas *MERYANAS*, jam in n. n. 258 *Phil. Trans.* describit (an. 1699.) pro novis, & tertiam, parum hodie notam, describit, cum nitidis iconibus.

N. *VENETTE* in saepe recuso Libro spurca multa ad excitandam libidinem habet, veri experimenti parum.

PHIL. VERHEYEN experimenta, analyses chemicas, sinus urethricos, & alia habet in superioribus editionibus.

In *Memoires de l'Acad. Royale des Sciences*, D. *LITRE* egit de urethra, ejusque musculis, glandula nova, (quam antiprostatam vocat, nos ignoramus) erectionis causis, corporibus cavernosis, glandulis praeputii, &c. 1700.

DUVERNEI de generationis partibus masculis ibid.

I. S. *SCHMIEDER* de feminis ad sanguinem regressu, A. E. Lips. T. V. Sect. IX.

(a) *FRID. RUYSCHIUS* in omnibus operibus plurimum his partibus lucis attulit, celulosam internam, parum notam, filamenta testis ostendit, corpus cavernosum urethrae, non equidem ignotum, cum glandis cavernoso corpore continuari recte monuit, papillas penis pulchre exhibuit, in scroto septum, sed id minus ad naturam mentem, descripsit; in posthuma denique icone, quam pictam dedit *ADMIRALIIUS*, ductus urethrae mucosus exhibuit, magnos & parvos

(b) Vide in *Phil. Trans.*

T. *FAU. RAU* epistola de septo scroti dua ad *RUYSCHIUM*, Amstel. 1699. 4. demonstrat ante *RUYSCHIUM* septum scroti notum fuisse.

J. G. *FREUND* de semine masculino, Altdorf. 1698. 4. *

STEPHANI FRANCISCI GEOFROI quaestio medica an hominis primordia vermes, Parisiis 1704. 4. cum *materie medica* posthuma recusa continet argumenta pro vermiculis, pro feru plantarum.

JOH. DEPINEY PESCHARD an homo a vermibus, Paris. 1705. 4. PL. *

JOH. FANTONUS in *Dissertationibus anatomicis*, Turini an. 1745. recensis in 8. varia, ut reliqua, ita etiam in his partibus notatu digna observavit. Darton recte negat musculum esse, &c. Ad litem etiam inter *MORGAGNIUM* & *TERRANEUM* legi debet.

DES

in Aula Hetrusca. Si addantur *LEAL LEALIS* Opera, perfecta habebitur descriptio harum partium.

DES NOUES in fossa penis duos glandularum ordines cum suis canalibus secretoriis descripsit, in epistolis an. 1706. editis.

ANTON. DOMENICO del *PINO penseri sopra la generazione dell' Uomo*. Lucca 1706. 4. *
J. B. *MORGAGNUS* in III. & IV. *Adversar.* penis ligamentum, neglectum a nuperis; glandulas coronae penis, majores sinus urethrae virilis, musculos eo pertinentes aut invenit, aut exquisitius descripsit.

Laudari solet figura urethrae humanae, quae continetur in *ALGHISI* Libro *del lithotomia*.
LAUR. TERRANEUS de *glandulis novis ad Urethram virilem*, Turin. 1709. 8. Leidae 1721. 8. Describit tum *MERYI* aut *COWPERI* glandulas, tum minores folliculos urethrae virilis, & ex homine & ex animalibus variis. De sede Gonorrhoeae & moribus partium non inutilia habet. Ob sinus urethrae inventos in controversiam incidit cum *MORGAGNO*. Eas vero glandulas, quae *COWPERO* tribui solent a *TERRANEO* annis 1698. 1699. ostensas esse, J. B. *BLANCHI* testis est *Memor. di Valentuom.* III. pag. 124.

PHIL. HECQUET, Ergo ut virginitatis ita virilitatis certa indicia, Paris. 1713. 4.

J. B. *BLANCHI* apud *MANGETUM* solitariam glandulam absidentem bulbo urethrae se demonstraturum promittit.

R. *WILH. BUSSIUS* de *adstribus virilibus*, Erfurd. 1715. 4.

GIUSEPPE VIDUSSI *motivi di dubitare intorno la generazione de' viventi*, Venet. 1717. 12. Videtur D. Theologiae fuisse. Pro generatione aequivoca pugnat, ob vermes in putrefactis corporibus reptos, qui absque ovis proveniunt, & vermes morbosos abique parente natos, & formationem fetus fermentationi particularum tribuit, & seminis utriusque miscelam statuit.

J. F. *NICHOLSON* cum *moderni syphilis* edidit descriptionem partium genitalium utriusque sexus Lond. 1718. 8.

MART. SCHURIG. *Spermatologia*, item de *castratione*, de *hermaphroditis*, &c. Francof. 1720. Compilatio, nec ex bonis Auctoribus, & nullo cum collectoris judicio.

LAURENTIUS HEISTER ligamenta penis lateralia pro perpetuis jam in Libro *de incrementis anatomes* an. 1720. proposuit. In posterioribus editionibus compendii venas superficiales penis depinxit. Glandulas etiam vesicularum feminalium ex proprio experimento dixit, & testiculum ab epididymide separatum delineavit.

ANT. VALISNERI della *generazione dell' uomo*, Venet. 1721. 4 & Germanice, Lemgoviae 1739. 8. Fere unice contra vermiculos & systema *LEEUWENHOEKII* scripsit. Pauca hic nova aut propria habet *VALISNERUS*, & magis in ratiociniis occupatur. Idem in *GAL. di MIN.* T. VI. *LEEUWENHOEKIUM* refutat, descriptiones falsas ipsi imputat, &c.

L. *BOURGUET* in *Bibliotheca Italica* T. IX. sibi tribuit, quod *VALISNERIUM*, vermiculis deditum, ad evolutionem ovorum, traduxerit.

Eunuchism displayd describing the different sorts of Eunuchs, Lond. 8. *

ANTONII MARIAE VALSALVAE rudimentum inventi ductus a capsulis renalibus euntis ad ovaria & testes, a *CL. TEICHMEYERO*, *RANBYO* *Phil. Trans.* n. 387. varie ornatum, nunc ex posthumis *MORGAGNI* Epistolis novimus esse meram cellulosam telam.

B. *DAV. MAUCHART* *Disp. de hernia incarcerata*, Tubing. 1722. 4. habet descriptionem scroti.
J. *DOMINICUS SANTORINI* multa minutius in *observationibus anatomicis* de musculis virilium genitalium habet. Venas, non satis puto repletas, sinus vocat.

EL. CAMERARIUS de *generatione hominis ex verme*, Tubing. 1723. 4. Diff.

J. B. *PAITONI* in I. *discorso Accademico della generazione dell' uomo*, Venet. 1722. 4. sequitur *VALISNERIUM*, & vermiculos nihil facere ad futurum fetum, esse vero naturales seminis hospites fuisse demonstrare fatagit.

CL. MENZ in *Diff. de paradoxa generatione ranarum*, Lips. 1724. 4. observationes aliquas a *SWAMMERDAMIO* inceptas, & in A. E. 1685. repetitas, de tumore in pollice ranarum maris qui non reperitur in pollice feminae ita auxit, ut credat posse pro pene haberi, & eo forte abire ductum aliquem deferentem obscurum. Ovaria etiam ranarum describit.

IN

In R. BRADLY *philosophical account of the works of nature* etiam vermiculorum habentur observationes, & apud COWPERUM, CHESELDENIUM in *anat. of human body* alibi in microscopiorum Auctoribus.

WILLIAM RUTTY *treatise on urinary passages*, Lond. 1726. 4. Ex DOUGLASSIO habet insertionem fibrarum longitudinalium vesicæ in prostaticam, ex MORGAGNIO alia, ad sinus urethræ observationes, &c.

J. G. DUVERNOI in *Actis Petropolitans* eorumque T. II. penem Elephanti fuscæ & eleganter describit, nervos maxime venasque & arterias, & displicere sibi demonstrat theoriam erectionis vulgarem.

HENR. FRANC. LE DRAN in suo *parallele de la taille* omnino ad has partes, quas breviter & simpliciter descripsit, legendus est. Pingit ligamenta vesicæ, describit ligamentum interosseum pubis, etiam a DOUGLASSIO in *appendice ad Tractatum de apparatus laterali* distum, negatur a CL. JOSIA WEITBRECHT in *synthesmologia*.

WILH. COCKBURN in editione IV. Libri de Gonorrhœa, cui titulus est *The symptoms nature cause and cure of a Gonorrhœa*, London. 1728. 8. lacunas urethræ innumerabiles esse, omnes inter se & cum vasis partium genitalium communicare, esseque sedem Gonorrhœæ, & icones penis addit, eas, quæ etiam cum coloribus suis pictæ existant, ut ex B. PL. confirmor.

HENRICUS BASS in *observationibus anatomico chirurgicis* iconem dedit & descriptionem vesiculæ feminalis, in qua anulum quendam describit, mihi non visum.

H. P. JUCH de *animalculis spermaticis*, Erfurt. 1731. 4.

SENAC in nuperiori editione *tentaminum physcorum* recte negat Glandulam tertiam Cowperi. Vermiculos refutat, de generationis negotio ampliat.

J. B. WINSLOW, semper & ubique laudandus, vaginas vasorum spermaticorum etiam seorsim describit in Ep. ad MORAND. p. 315.

ALEX. MONROO in *Edimburgensium* Tom. V. veram sententiam de omnis muscularis fabricæ absentia a darto, deque natura septi primus aperuit.

GEORGIUS MARTIN ibidem T. V. anastomofin arteriarum spermaticarum cum venis recte refutat.

A. F. WALTHER in *anatomy musculorum tenuiorum*, Lips. 1731. & de *collo vesicæ virilis*, Lips. 1745. musculos partium genitalium eorumque utilitates describit. Idem in A. E. 1725. de cellulosa scroti fabrica penisque occasione sarcocoles verba facit.

GOTTERID. HENR. BURGHART de *terminis pubertatis*, Francof. Viadr. 1736. 4.

J. MATTH. GESNER *Ἐχθὰ Ἰπποκράτους*, Gotting. 1737. 4. continent commentarium in I. Libro de *diata* qui existat inter Hippocraticos, quo docte, ut solet, evicit, Auctorem ejus Libri feminum perennitatem, & de corpore altero in aliud aternam migrationem alternamque involutionem & evolutionem notas habuisse.

ABRAHAM KAAU in Libro de *impetum faciente Hipp.* multa habet, quæ huc pertinent, totus LEEUWENHOEKIANUS, ut & in epididymide demum nasci vermiculos, & coire, parere, etiam immatura reperiri & alia hujusmodi doceat.

In *Anonymi dilucidationibus de origine anima & malo hereditario*, Holmiæ 1740. & *Systema vermium* defenditur.

CL. LIEUTAUD de more legi potest, maxime ad musculos.

J. FRID. CASSEBOHM in posthumis multa huc habet. Highmori corpus cæcum & foraminulentum facit, membranam describit, quæ epididymidem obvolvitur, tum darton, veram cellulosam esse recte docet, iter testium exponit, quo sensim ex abdomine in scrotum veniunt, quem lege.

J. G. GUNZ in Libro de *calculo* ob observationes in musculis erectionis, & in Libro de *herniis* legatur, ubi equidem Darti naturam musculosam defendit, a nobis non inventam, cremasterem, præterea vaginas cellulosas peritonæi describit.

Auctor *Essay on comparative anatomy* ut de aliis partibus, etiam in istis classes animalium, & varias causas diversitatis rimatur.

CL. TABARRAN in *memoriis Luccensibus* aliqua habet de glandulis urethræ.

J. FRANCISCUS ISEZ in Thesi Parisiensi defensa an. 1743. an *Vena spermatica structura secretionem seminis faciat*, lentorem parere credit eam venam, ut fiat subtilius.

TUR-

TURBerville NEEDHAM in *microscopicis observationibus*, quas in classe physica citavi, vermiculos habet pro machinis, quæ vim suam demum certis cum circumstantiis expendant & demonstrent.

FRANC. IMBERT *Diff. de la génération*, Monspel. 1745. vermiculos pro putredinis effectu habet, & alia contra LEEUWENHOEKIUM adfert, non validissima.

ERN. ANTONIUS NICOLAS in Libro *von der erzeugung der kinder*, Hall. 1746. 8. suas de vermiculis feminis observationes adducit.

J. PHIL. LAUR. WITTHOFF *commentarii duo ad systema Leeuwenhoekianum*, Leid. 1746. 8. LEEUWENHOEKII rationes exponit, adfert contrarias, nec epignefin pro certa, sed echein docet.

Anonymus Auctor Libri *Venus physique* plurima huc pertinentia habet, vermiculos statuit ad motum factos esse, generationem explicat per attractionem partium similium in utroque semine, argumento hybridum, & productionem varietatum novarumque specierum conatur explicare.

GEORG. DETHARDING de *glandula inguinali*, Rostok. 1746. 4.

CL. HEIN in *Acad. Berol. Actis* T. I. theoriam GESNERIANAM fufus ornat, & ipsam polypi reparationem per animalcula explicat de semine aut humoribus animalis insecti resorbta, & ex latere polypi erumpentia.

CHRISTIAN GOTTLIEB KRAZENSTEIN *von der erzeugung der würmer in menschlichen korper*, Hall. 1748. 8. vermiculos feminales defendit, & statuit propagari.

In dissertatione BLANCHI quæ prodiit in T. III. collectionis opusculorum de Valentuomini variæ existant observationes de musculis genitalium virilium, glandulis, ostioliis seminalibus, scroto, &c.

In SCHLICHTINGII *siphilide* cum femininis etiam mascula organa describuntur.

J. JAC. ROHT de *fecundatione absque consuetudine viri*, Argentor. 1748. 4.

JAN MONNIKHOFF *ontleed en heelkundige saamen stelling... van de byzondere plantzen... der scheurzels*, Amstelod. 1750. 8. Describit organa inprimis mascula in quibus herniæ fiunt.

In editione ultima (1748.) Libri cui titulus est *observations sur les Maladies de l'Urethre* par JACQUES DARAN, habetur duplex picta penis icon, quarum altera sinus urethrici & ductuli prostatici representantur.

Plures, qui de toto generationis systemate egerunt, inferius subjiciam. Ego vero in Progr. de *viis feminis*, Gotting. 1745. & nuper in *Phil. Transf.* ostendi vesicularum feminalium veram fabricam, quæ intestini similis sit, cui alia cæca intestina etiam ramosa inferantur. Deinde rete vasorum feminalium testis, vasaque quæ ex teste exeunt, post GRAAFIUM, vulgo ignorata, restitui & declaravi.

C A P U T XIII.

De Feminarum Organis Genitalibus.

PRimo legatur REGNERUS DE GRAAF (a), optimam enim dedit ideam de partibus illis oculo non denudandis.

Sed præterea multa egregia circa structuram vaginæ, uteri, utriusque oris, tubarum

(a) De GRAAFIO vide suo ordine.

Fusior multo & difficilior est historia generationis quæ ad mulieres pertinet. Quare omiffis infinitis eo pertinentibus observationibus majora unice sequemur.

EMPEDOCLES interius fetus involucrem ἀμνιον χόριον vero dixit, quod exterius ponitur, POLLUCE teste.

HIPPOCRATIS plufculi Libri huc pertinent, vel certe qui HIPPOCRATI vulgo tribuuntur. Ita mechanismum, quo corpus humanum struatur, descripsit in Libro *περί γυναικός*, & in eo *περί ἀρχῶν καὶ σαρκῶν* ingeniosâ utrinque hypothefi usus, tum *περί παιδίου ἀνδρῶς*, quo

quo Libro a GALENO modo veris, modo spuriiis accenso, celebre illud ovum humanum describitur, an satis verum? cum certe septimo die ea mole esse nequeat, & alia iterum theoria generationis proponitur. In Libro II. *γυναικίων* clitoridem cum columnæ nomine describit. Libri vero de *septimestri & octimestri* fetu omnino spurii sunt, (etiam a CL. TRILLERO repudiati in L. *περί ἀνατομῆς*) & auctoritatem minime merentur, quam apud Jurisconsultos nacti sunt. In eos existant commentarii JOH. LALAMANTII, Lugd. 1571. 8. 1588. 8. * DOUGL. Ita neque Libri *περί ἐπιχύνσεως* genuini sunt, neque de *atate*. In Libris 5. de genitura, & natura pueri existant JOH. GORRÆI *adnotationes*, Paris. 1545. 1564. 4. DOUGL. * Quæ DIOCLES scripsit, ea intercederunt. Cotyledones certe in utero stant in *ὑπομήμασι* *περί ζωογονίας*, SORANO citante.

Citatos Libros HIPPOCRATIS *περί γυνῆς*, *περί ἀρχῶν καὶ σαρκῶν*, & *περί παιδῆς ἀνθρώπου* spurii certe ob tautologiam aliasque rationes accenset MELBOMIUS de *jurejur.* HIP. p. 144. Liber *περί γυνῆς* seu de genitura cum NICANDRI theriacis existat cum GORÆI operibus omnibus Paris. 1622. fol. cum ejus CL. viri adnotationibus, deinde a JOD. WILLICHIO Refellano versus cum notulis, Basil. 1542. 8.

J. LALAMANTII dicti commentarii in Libros HIPPOCRATIS de *septimestri & octimestri* fetu novam habent versionem LALAMANTII. Una prodierunt etiam *scholia* in Librum de *septimestri & octimestri fetu*, ex more seculi scripta, & GALENI fragmentum in Libro de *fetu septimestri* quod spurium videtur.

J. GORRÆI *adnotationes* in libris de genitura, & natura pueri recusa etiam existant Paris. 1622. fol.

ARISTONIS SAMII de generatione locus non magni momenti existat apud A. GELLIUM. ARISTOTELIS Libri de *historia*, & *partibus Animalium* omnino toti legemur. Minime mala historia incubationis, & ovi bona descriptio habentur *hist.* VI. c. 3. & L. VII. fetus humani verus, & perfectionis, quæ sensim in partibus fetus apparet, explicatio ut omnino Auctor sit epigenesios. Ateras earumque sanationem recenset.

HEROPHILUS tubas etiam habet, quantum ex paucis ejus verbis judicare licet. RUFUS EPHESIUS tubas uterinas habet, & descriptionem partium genitalium Capræ. Clitoridem etiam nominat.

SORANUS EPHESIUS in paucis, quæ de ejus operibus supersunt, utiliter cotyledones in humano fetu nullas esse demonstravit, & uteri bonam descriptionem dedit, & clitoridis. Hymenem negavit. Hujus viri Librum *περί μήτρας καὶ γυναικίου αἰδοίου* editum habeo, Paris. 1554. 8. Aliqua LYCUM de utero scripsisse ex SORANO apparet.

CL. GALENUS duos de femine Libros plurima certe cum curiositate scripsit, & alium de *vulvae dissectione*. Et his quidem non valde profuit, cum dubiis & obscuris verbis uteri humani nunquam sibi visi, & uteri ruminantis animalis descriptionem confundat, auctorque sit minime laudabilis illius opinionis vulgo receptæ, feminam esse marem introversum (conf. VESAL. p. 669. &c.) Ovale tamen foramen satis bene in Libro XV. de *partium utilitate* descripsit, & arteriosum ductum, in Libro VI. de *placitis* HIP. & PLAT. experimentum habet de pulsatione arteriarum umbilicalium, quam demonstrat unice a fetu pendere. Ejus etiam sunt Libelli de *fetuum formatione: an omnes particula animalis quod in utero est, fiant simul: an animal sit, quod in utero est: de septimestri partu*. Seorsim editus per J. CAJUM, Basil. 1557. 8.

Inter muliebrium Auctores MOSCHION aliquam anatomen habet, & iconem cum literis, antiquus Auctor, qui Methodicus fuerit.

EROS manifestissime spurius est, & Salernitanus procul dubio Medicus, cum mulierum Salernitanarum mores citet.

CONSTANTINUS AFRIC. Libro de *coitu* nihil utile habet. JULII OBSEQUENTIS *Prodigiorum Librum* cum POLYDORO VIRGILIO de *prodigiis* L. III. & J. CAMERARII de *ostentis* L. II. Lugduni 1553. editum huc, ut originem plurimorum monstrorum, excitare visum est.

Arabes nihil addiderunt, Clitoridis tamen cognitionem conservarunt (AVICENNA imprimis post PAULUM), quam ipse ignoravit VESALIUS, & ad morbum retulit (*Examen obs. Fallop.* p. 143.)

ALBERTUS, qui vulgo magnus vocatur, Liber de *secretis mulierum*, Augst. Vindel. 1489. 4. Antverp.

barum FALLUPIANARUM, jam habemus apud VESALIUM (a). Tubarum etiam

Antverp. 1538. 8. Amstelod. 1648. 8. Francof. 1615. 8. &c. a Q. APOLLINARI versus anno 1585. 8. Germanice prodit.

THOMÆ DE GARBO *Expositio super capitulo de generatione embryonum* 3. Canon Fen. 28. AVICENNA Venet. 1602. fol. cum JAC. de FOROLIVIO, *super eodem argumento* commentario prodit.

JACOBUS CARPENSIS Hymenem habet, non quidem GALENO dictum, sed tamen non ignotum veteribus, cum sit negatus ab ORIBASIO & SORANO: IDEM non duas, sed unam umbilicalem venam esse primus monuit.

NICOLAI LEONICENI de *virtute formativa*, Basil. 1529. 8. cum aliis opusculis.

ANTONII MARTINEZ de *la complexion de las mugeres*, Madrit 1529. 8. ANT. * JASON a PRATO cujus Liber Antverpiæ dicitur an. 1524. editus esse, (mihi enim Amstelodamensis tantum editio ad manus est 1657. 12.) scripsit de *uteris* Libros II. & de *pariente & partu*. Merus ex veteribus mythologus, absque ulla propria fruge.

JOH. de KETHAM de *matrice & impregnatione*, Venet. 1495. fol. 1513. fol. iconem primam uteri tradit.

MICHAEL SCOTUS de *hominis procreatione*, Paris. 1508. 8. DOUGL.

JACOBUS SYLVIUS de *mensibus* Libellum scripsit, Basil. 1556. 8. recusum cum operibus omnibus. Præter paucas observationes feminarum præcocium, &c. vix quidquam habet. Sed in variis dissectionibus, quæ Venetiis an. 1561. 8. prodierunt partes genitales feminarum, & fetus variorum animalium minime male descripsit.

EUCHARIUS RHODION de *partu hominis & qua circa ipsum accidunt*, Francof. 1537. 1544. cum ic. * DOUGL.

Idem est procul dubio EUCHARII ROESLIN *ehstands arzney buch oder schwangerer frauen Rosengarten*, cujus multæ editiones sunt, adjectis etiam BONACIOLI, & aliorum similibus libellis. Et idem esse suspicor THOMÆ REYNOLDT *the birth of mankind other wise the womans book*, Londin. 1540. 4. 1545. 4. AMES.

NICOLAI de HAULTEAS de *contemplatione natura humana, nempe de formatione fetus in utero*, Lutet. 1555. 8. DOUGL. *

IUDOVICI BONACIOLI Liber de *conformatione fetus* anno, mihi non satis noto, primum impressus, tum Argentorati 1537. 8. Basileæ 1566. 4. & Leidæ an. 1641. 12. recusum cum PINÆO & cum antiquo nomine *Enneas Multiobris* in *Gynaceis Wolfii* editus. Clitoridem ab eo viro restitutam esse laudat J. DOUGLAS & DE NEUFVILLE. Caterum rhapsodiam fere non magni momenti habet.

J. FERNELIUS ovum humanum descripsit Libro VIII. c. 10. JOH. DRYANDER sinus mucosos sive foramina duo in extrema parte vulvæ habet.

N. MASSA monstri dedit descriptionem.

C. STEPHANUS Clitoridem habet, & uteri spongiosos & anfractuosos sinus, & Libro III. c. 7. quibusdam lineis valvulas vicinas urethræ expressisse videtur. Idem post ORIBASIIUM, & post eum Galli omnes, hymenem negaverunt adesse. Secuti enim sunt eum PAREUS, LUD. VASSÆUS, PINÆUS, MAURICEAU, DEVAUX (de *l'art de faire les rapports*) DIONIS, LAMOTTE, aliique,

FRANCISCI NICONISII de *fetu nato ex uxore marito absente per sexennium*; Cracoviæ 1541. 8. *

(a) A. VESALIUS hic minus profuit, quam alibi, cum enim gravidam feminam nunquam secisset, quo tempore magnum opus edidit (*examen obs. Fall.* p. 154. & de *rad. Chin.* p. 207.) figuras eo & ad fetum pertinentes ex brutis animalibus sumpsit. Uterum etiam humanum ita pinxit, ut & ipsa cavitas male appareat, & ovaria tubasque, ni fallor, ex brutis admisceat. Eo deterior vero is error fuit, quod in omnes fere recentiorum Libros transiverit, ut qui VESALIUM universi exscripserint. Hymenem tamen per plura experimenta restituit (de *ead. Chin.* p. 204. 205. 206.) Ova humana vidit, Foramen ovale satis bene descripsit, non item arteriosum ductum.

etiam uteri descriptio apud FALLOPIUM (a) extat in *Observationibus anatomicis*.
Hifce.

MATTHÆ CORNACIS *historia quinquennis fere gestationis in utero*, &c. Viennæ 1550. 4.
MATTH. CORNACIS l. c. extat etiam Basil. 1464. 8.
JACOB RUEFF *von der empfängnis der menschen*, Tigur. 1554. 4. * *de conceptu & generatione hominis*, Tigur. 1554. 4. & Francof. 1580. 4. (LEHM.) 1587. 4. Parum utilis. Auctor, figuras habet: situum morbosorum, & monstra aliqua. Ridiculum est, quod LA FAYE & GARENGEOT de eo laudant, circulationem nempe ipsi notam fuisse, qui nihil super fortem ævi sui vel voluerit sapere. Monet SCIPIO MERCURIALIS compilasse EUCHARIUM RHODIONEM.

J. RUEFF *de conceptu & gener. hominis* recusus est Tiguri 1569. 8. teste PASCHALI.
ALBERTI NOVOCAMPANI *Diff. utrum cor an jecur in formatione fetus consistat prius*, Cracoviæ 1551. 8. * DOUGL.

J. PHIL. INGRASSIA *trattato di due mostri nati in Palermo in diversi tempi con un ragionamento fatto sopra l'infermità epidemica dell'anno 1558*, Palermo 1560. 4. * MONGIT.
MATTHÆ CURTII *de partu septimestri* Liber extat cum opusculis *de dosibus medicamentorum*, Venet. 1562. 8.

(a) Longe felicior FALLOPIUS, tubas apud GALENUM variè confusas cum binis uteri: brutorum animalium cornubus, primus follicite restituit, clitoridem cum musculo suo, glandeque & præputio hymenem. In viis sanguinis fetui propriis erravit.

FORTUNII AFFATAT *Librum de hermaphroditis*, Venet. 1549. quo hermaphroditos dari, in utroque sexu fecundos, non bene affirmatur, nondum vidi.

ANTONIO MARIA VENUSTI *discorso generale intorno alla generazione al nascimento degli uomini*, Venez. 1562. 8. Theoretice & fere theologice scripsit.

Verum super omnes eminet industria B. EUSTACHII, quantum ex duabus Tabulis XIV. & XV. colligimus. Musculos clitoridis, sphincterem vaginæ, hymenem, vasa uteri, eaque artificiosissime, vasa communicantia ligamenti teretis, tubas, uteri humani figuram, triangularem caveam, sinus cervicis, sinus vaginæ, Amnion chorionque, ovum caninum & vitulinum cum involucris verissime depinxit. Allantoidem in homine non reperiri monuit.

A. PAREUS in Libro *de hominis generatione & in administrationibus anatomicis* aliqua habet, quæ huc pertinent. In administrationibus de membranarum numero allantoidem delet.

A. PAREI liber citatus Gallice prodiit cum titulo *deux livres de chirurgie*: 1. *de la génération de l'homme & manière d'extraire les enfans*; 2. *des monstres tant terrestres que marins*, Paris. 1573. 8. Habet anatomem practicam genitalium sexusque, monstra vero collectitia, fere, cum adjectis animalibus rarioribus. In collectione operum efficit libros XXIII. & XXIV. & plura adhuc capita habet de herniis, articulorum vulneribus, &c. quæ in ea collectione alibi suo loco reperiuntur.

R. COLUMBUS monstra rarosque partus descripsit.

G. CUNEUS apud CARDANUM *Variet.* Libro III. c. 77. primus diligenter fetum biporeum descripsit.

C. GEMMA monstra aliqua & ova humana habet in *L. de natura divina characteris*.

THOMAS TYGEON *Antimaologiam*, quo demonstratur obstetricibus non esse fidendum de virginitate & defloratione mulieris adultera testimonium ferentibus, Londini 1574. 8. DOUGL. *

J. RAPT. CARCANI Libri II. in quorum altero *de cordis vasorum in fetu unione pertractatur*, Ticini 1574. 8. recte corrigit & FALLOPIUM, qui foramen ovale omiserat, & ARANTIIUM qui canalem fecerat, & VESALIUM; qui ductum arteriosum in foramen mutaverat. Valvulas Azygæ negat. Describit satis bene utramque anastomofin, sed directionem sanguinis per ductum arteriosum moti invertit. Valvulam eidem non bene adfixit.

LACTANTIUS EUGENII *de maris & femina generatione* 1568. 8. *

VOLCHERUS COITER habet experimenta cum ovis incubatis. Corpora lutea primus descripsit.

ULYSSES ALDROVANDI *Ornithologia*, Bonon. 1599. 1605. in Libro XIV. ovi incubati observationes, & satis bonam descriptionem Partium genitalium Gallinæ ab ULMO dissectarum habet, cum multis iconibus.

DOMINICI TACCELLII *de generatione & partu hominis* Libri II. Lugdun. 1578. 8. *

CLAU-

CLAUDII GUARDINI *de partu* 271. dierum, Ancon. 1573. 4. MERCL. *
PETRI de PERAMATO *de semine, generatione, spiritibus, conceptu in partum*, S. Lucar de Barrameda 1576. 1590. fol. DOGL. * Partum quarto mense vitalem editum vidit, aut certe descripsit.

J. B. CANNANUS apud AMATUM *Cent. I. cur. 27.* monuit etiam in gemellis unam uteri caveam esse, leviter in dextram & sinistram divisam.

RENATI BRETONNAYAU *de generatione hominis tractatus variis & multis observationibus refertus*, Paris. 1583. 4. *

ALBERTINI BOTTONI *de morbis muliebribus*, Patav. 1585. 4. Libri II. Venet. 1588. 4. DOUGLAS & in *Gynæciis*.

ANDRÆ HELLEPYRI *de hominis conceptu*, Ingolstadt. 1582. 4. *

F. ROUSSET *de partu cesareo sive HYSTEROTOMOTOKIA*, Basil. 1588. 8. & 1591. 8. Opus eximium, non chirurgica sola, sed & anatomem peritonæi & partium genitalium & virilium & muliebrum, tum plurimos morbos organorum habet. Accessit editioni Basiliensi JOH. ALBOSII Senis 1582. 8. excusum opusculum cum titulo *Lithopadii Senonensis in utero materno petrefacti & PROVANCHERII de lithopadio Senonensi annis 28. gestato exiguis Libellus*. Hi duo, Amstel. 1622. 12. recusi sunt sub nomine *Lithopadii Senonensis*. Edit. ROUSSETI Prima est Paris. 1581. (DOUGL.), alia 1590. 8. auctior. Extat etiam cum *Gynæciis WOLFII*.

EJUDEM ROUSSETI extat *exercitatio medica assertionis nova veri usus anastomoseon cardiacarum fetus ex utero materno sanguinem trahentium in suos pulmones cordi præpositos*, Paris. 1603. 8. *

ALBERICI GENTILIS Liber *de nascendi tempore*, VVittemb. 1586. 8. a

PETRI UFFENBACH *de generatione & interitu*, Argentor. 1591. 4. *

JULIUS CÆSAR ARANTIUS *de formato fetu*, Venet. 1571. 4. Basil. 1579. 8. & Venet. 1587. 4. & cum *Observationibus anatomicis*, Venet. 1595. 4. Foramen in observationibus

ovale describit, emendatius in hac posteriori editione quam in priori. Monuit priores anatomicos brutorum animalium uteros depinxisse: Sphincterem vaginæ descripsit, mucumque ventriculi, & placentæ membranam obversam utero. Primus anastomoses vasorum uteri cum fetus arteriis negavit.

In MAUR. CORDÆI *Commentariis ad L. I. muliebrum Hipp.* qui extant cum *Gynæciis* variæ bonæ observationes anatomico-practicæ continentur. Negat discessum osium pubis in partu, & diversitatem sceleti feminini.

C. VAROLIUS clitorides fere majores esse, quas pro hermaphroditis habeant, monuit. Quid ejus radices dorsales sint, quibus in principiis fetus alatur, id quidem non video.

SEVERINUS PINNÆUS (PINEAU) *de notis integritatis & corruptionis virginum & de partu naturali*, Paris. 1597. 8. Francof. 1599. 8. Leid. 1641. 12. &c. in qua editione quinque

adjectæ sunt figuræ partium genitalium, quæ in Parisina non reperiuntur, tum Francofurti & Lipsi. 1650. 12. Mala continet mista bonis, est eruditi certe Chirurgi opus. Fetus humanos varios, nisi fallor, non bene depinxit. Hymenem male exterminavit, & carunculas ipsi substituit, vestibulum tamen pudendi, & valvulas (partes a nymphis diversas). Ossa pubis in partu paulum discedere contra MAURICIUM CORDÆUM confirmavit. Observationes etiam varias adpersit. In lithotomia excelluit.

SEVER. PINÆI l. c. recusus extat Amstelod. 1663. 12. Germanice etiam prodiit Erfurt. 1724. 8.

MARTIN WEINRICH *de monstrorum ortu* Comment. Breslav. 1595. 8

DAVID KYNALOECH *de hominis procreatione carmen*, Paris. 1596. 4. Amstel. 1637. 12. *

DUNCANI LIDDEL *de generatione hominis*, Helmst. 1597. 4.

HORATII AUGENII *quod homini non sit certum nascendi tempus: adjectum est Embryon petrefactum Senonense*, Venet. 1595. 8. MERCL. *

ANDRÆ LIBAVII *de vagitu expresso fetus in utero*, Norimb. 1597. 4.

In HIER. CAPIVACII operibus etiam Liber est *de virginitatis tam mascula quam femelle notis*, & alter *de fetus formatione*.

H. CAPIVACII Libri *de fetus formatione* anonymam editionem Patavinam fol. possideo. Sed opusculum inutile est.

A. LAURENTIUS imaginarium canalem descripsit ab ovario in cervicem euntem, diversum ab illo Veterum.

Hifce addatur tractatus SWAMMERDAMII (a), Clarissimo TULPIO dicatus, & in scriptus *Miraculum naturæ*. Tum HIERONYMUS FABRICIUS ab *Aquapendente*, in Tractatu de pullo incubato (b), egregia enim, quæ eo spectant, habet, & plura ibi inveniuntur, quam a tam antiquo Auctore facile sperares.

Hifce

BALDUINI RONSÆI de humana vita primordiis & affectibus hysteriis Cento. Leid. 1594.
BALDUINI RONSÆI citati libri exstat etiam editio Leid. 1618. 8. Cæterum addimus, aliqua eum habere de partu, de femine, partibus generationis & monstris.
J. COSTÆI de humani conceptus, formationis, motus & partus tempore. Bonon. 1596. 4. Papiæ 1604. 4. (MERCL.)

TAB. HIPPIUS de corporis humani ex femine ortu. Lips. 1597. *
JOH. LALAMANTII de mora partus in utero. Lugdun. 1599. 4.
Cæterum gynæciarum collectiones equidem non sunt penitus hujus loci, quarum prima Basil. 1586. 4. prodiit: alteram ISRAEL SPACHIUS edidit, Argentor. 1595. fol. Multa tamen ibi reperiuntur.

CHRISTOPHORI GUARINONII de generatione viventium Liber Francof. 1601.
M. ANTONII ULMII uterus muliebris. Bonon. 1601. 4. Anatomica peritiæ aliquod vestigium dedit in anatome uteri gallinæ, quæ exstat apud ALDROVANDUM. Hic vero nihil habet fere, nisi irritamenta libidinis, & arbitraria temperamenta uteri eorumque spurcissima signa, cum nonnullis eo pertinentibus. Hymenem negat.

SYLVII LAMCEANI de mola generatione, fetus formatione. Rom. 1602. 8. *
MERCURIALIS de hominis generatione. Venet. 1597. fol. Francof. 1602. fol. Placita veterum absque propria observatione.

EJUSDEM monstrorum historia posthuma. Bonon. 1642. fol. Nauseosa compilatio, cum paucis propriis descriptionibus tripodum & quadrupedum pullorum. Monstra vegetabilia etiam continet.

FRID. BONAVENTURÆ de partus octimestris natura adversus vulgarem opinionem, Francof. 1601. fol.

J. JESSEII a JESSEN de generationis humana periodis. VVittemb. 1602. 4. disp.
JOH. RIOLANI Lib. de monstro Lutetia nato Paris. 1601. 8. Anatome mediocris, Auctor credulus.

JOH. RIOLANI filii esse Librum de monstro Lutetia nato, non patris, ut alii voluerunt, constat ex privilegio.

EJUSD. Liber de fetu inter magna Opera exstat, quo dissectio feminae gravidæ & alia utilia continentur. Idem in *Anthropographia* libero sermone & pruriginoso persequitur historiam genitalium muliebrum. Clitoridis musculos & ligamentum suspensorium sibi tribuit: urachum humanum cæcum esse monet: ossa pubis hiare confirmat experimento suo: hymenem contra malam descriptionem PINÆI restituit, fetum in ovario vidit.

EJUSDEM Discours sur les Hermaphrodites. Paris. 1614. 8. citatur in B. THUANÆA, cujus nullum vestigium alibi reperi.

RODERICI a CASTRO de universa mulierum medicina P. I. continet theoriam, anatomicam nempe, ex aliis sumtam, & physiologiam partium genitalium utriusque sexus, graviditatis, partus, ejusque octimestri & alio tempore monstris & androgynis. Hamburgi prodiit 1603. fol.

(a) Vide suo ordine.

(b) HIERONYMI FABRICII ab AQUAPENDENTE Liber de formato fetu & de formatione ovi atque atque pulli. Patav. 1625. fol. Patav. 1604. fol. DOUGL. * Incubationem observavit in gallinæ Indicæ ovis, teste ipso PEIRESCIO, & una observante (Vit. Peiresc. p. m. 50.) Ovarium, infundibulum, ova, petiolos, mutationes fetus in ovo describit. Deinde per varia animalia fetus & involucrorum conditionem plurimis tabulis exprimit. Vasa omphalo mesenterica in fele & cane invenit, præcipuus in his Auctor.

In JULII CASSEII iconibus habentur etiam valvula & media eminentia cervicis uteri, tum vaginae uteri.

J. GEORG.

J. GEORG. SCHENK monstrorum historia memorabilis monstrosa humanarum partium miracula referens, cui accessit analogum argumentum de monstris brutis. Franc. 2609. 4.

J. G. SCHENK l. c. Germanice prodiit cum titulo *Wunderbuch von misgeburten*, Franc. 1610. 4. satis utilis est collectio, neque enim sola habet plurimorum scriptorum collectanea, sed etiam sua propria bene multa non absque dissectionibus.

MELCHIORIS SEBIZ exercitat. med. & anat. reliquaque scripta, quæ Argentor. recusa esse diximus, edita sunt primum Argentor. 1629. 4.

FELICIS PLATERI quaestiones physiologicae de partium in utero conformatione exstant cum SEVERINI PINÆI Opusculo. Leidæ 1641. 12. & continent observationes aliquas de ovibus humanis, tribus bullis, embryonis incrementis.

JOH. HUEBER de sterilitate utriusque sexus. Genev. 1610. 8. DOUGL. *
LUD. SEPTALII Liber de navis. Mediol. 1606. 8. Patav. 1628. 8. 1651. 8. & c.

SIGISMUNDI SCHILLING de procreatione hominis. Lips. 1710. 4. *
MELCHIORIS SEBIZ in L. de notis virginittatis, cujus veram editionem ignoro, doctè scribit, & HOR. AUGENIUM, qui hymenem negat, egregie refellit, additis etiam tribus propriis observationibus. Exstat recusus cum PINÆO, Leid. 1641. 12. EJUS etiam exercitationes Medicae & anatomicae; Diss. de discrimine corporis virilis & muliebris: de notis virginittatis: & de femina qua ventrem supra modum tumidum plus quam decennio gestavit. Argentor. 1672. 4. recusa sunt. *

RUDOLPHI (le MAITRE) MAGISTRI doctrina Hipp. in qua de limitibus partus humani, & c. Paris. 1613. 12. *

GUIL. FABRICII HILDANI de monstro Lausanna equestrum exciso, Oppenheim 1614. 8. *
In ejus posthumis schedis, quas Bernæ in Bibliotheca vidi, multum iconum monstrorum reperi,

HECTORIS SCLANOVII de vasis umbilicalibus diascopsis, & tractatus de partu Gabsheimense, Franc. 1614. 8. Urachum etiam ligamentum esse, neque veram homini inesse Allantoidem recte monet. Monstri bicorporei descriptionem dat.

ÆGIDIJ ROMANI de formatione corporis in utero. Paris. 1615. 4. Venet. 1623. 4. *
DOUGL.

JOH. SISINI AMABILIS de natura fetus disputatio. Rom. 1615. 8. * DOUGL.

JOH. STEINMEZ oratio utrum femina in sexum masculi mutari possit, Jen. 1615. 4.

FORTUNII LICETI de monstrorum natura. Patav. 1616. 4. & cum iconibus 1634. 4. recusus a G. BLASIO, Amstel. 1665. 4. Monstra ex theoria in classes distribuit, exempla omnium collegit ex PAREO aliisque, absque anatome, proprii vix quidquam addidit. BLASIUS Librum ex TULPIO, EVERARDO, & BARTHOLINO auxit, unam etiam monstri historiam de suo addidit.

EJ. LICETI de spontaneo viventium ortu, Vicetia 1618. fol. Inutilis. EJUSDEM de perfecta constitutione hominis in utero. Patav. 1616. 4. est ARISTOTELIS quædam cum GALENO combinatio, ut ex femine de toto deciduo maris & feminae, exque sanguine menstruo conjunctis formaretur fetus.

GREG. HORST de causa similitudinis parentum. Giess. 1628. 4. Orationes sunt, hinc mere rhetoricæ. IDEM in Epistolarum cum observationibus editarum L. IV. valde titubanter de hymene scripsit. J. D. HORSTII Progr. ad anat. Canis gravide. Gieg. 1639. 4. habet iconem fetuum in cornu uterino jacentium.

VALENTINI RYLAND de procreatione hominis & procreantis matris purgatione. Disp. Basil. 1618. 4. * In B. RIV. lego annum 1608.

SCIPIONIS MERCURII *Commare o raccogliatrice*, Milan. 1618. 4. Veron. 1652. 4. & c. Liber dudum scriptus est, & Auctor anno 1568. ARANTII discipulus fuit. Anatome brevis est, cum nonnullis figuris, quaestionum abunde. Urachum ligamentum esse, allantoidem nullam docet, & c.

FRANCISCI PLAZONI de partibus genitalibus mulierum Libri II. Patav. 1621. 4. Leid. 1644. Lacunas obiter descripsit, & aliquas vasorum spermaticorum varietates, cæterum veteres est secutus.

THOMÆ FIENI de formatione fetus Liber I. Antvverp. 1680. 8. Liber II. Lovan. 1624. 8. & pro

& pro sua de animatione fetus opinione apologia, Lovan. 1620. 8. DOUGL. Contra PETRUM SANTACRUZ defendit sententiam suam de animatione fetus, quam ait tertio die contingere.

EJUSDEM de viribus imaginationis Liber Leidæ 1635. 16. Ibi limitari conatus est effectus imaginationis maternæ in fetum, & nimis fabulosa rejicere, & recte fatetur, multa imaginationi tribui, quibus nihil cum ea commune sit.

TH. FIENI dictus de viribus imaginationis liber Londini recusus est 1657. 12.

MUNDINI MUNDINI Disputatio, in qua ea, qua de femine sunt controversa, discutuntur, Tarvis. 1609. 4. DOUGL. EJUSDEM de genitura pro Galenicis adversus Peripateticos Disputatio pro animatione seminis, Venet. 1622. 4. EJ. Aditamentum ad disputationem de generatione contra EMILIUM PARISANUM, Venet. 1626. 4. (DOUGL. non bene 1625.) Refutat inprimis vulgarem opinionem, quod semen de omnibus partibus corporis decedat.

FRANCISCI SPINÆI de hominis procreatione. Macerata 1622. 4. DOUGL. *

THOMÆ REINESII de vasis umbilicalium eorumque missione. Lips. 1624. 4. *

A. SPIGELII de formato fetu Liber Venet. 1626. fol. Francof. 1631. 4. Icones habet speciosas partium muliebrium, sceleti, placentæ. Hymenem defendit.

EJ. de incerto tempore partus. Patav. 1618. & cum PLAZZONI editione Batava, brevissimum Opusculum.

J. CONR. RHUMEL partus humanus, sive de partus humani natura, temporibus & causis. Amberg. 1624. 8. *

JOH. FABRI in suis adnotationibus ad alia animalia RECCHI quæ cum historia Mexicana prodierunt. Habet egregiam dissectionem monstri vitulini, observationes factas in fetibus casæro partu editis: descriptionem vitellarii & organorum generationis in Gallina.

JOH. ELERI Liber de partu. Lunenburg, 1626. 4. *

ANDRÆ EMMEN beschreibung zwoyer wundergeburten, Lips. 1627. 4. Partus uterque biceps est, quorum alter ad thoraces, alter ad umbilicum connatus erat. Anatome minime mala.

VINCENTI ALSARII a CRUCE Diss. generalis ad historiam fetus nonimestris &c. Rom. 1627. 4.

VICTOR CARDELINI de origine fetus Libri II. Vincentiæ 1628. 4.

HENRICI HOPFNER de signis virginittatis. Ulm. 1628. 4. inter epistolas Horstianas.

Inter Libros GUILLEMÆI conjunctim editos reperitur etiam Liber de generatione, collectus ex veteribus, in quo præter alia, ex suis quingentis observationibus, ossa pubis in partu laxari defendit.

GREGOR. NYMMAN de vita fetus in utero. VVittemberg. 1627. 4. Fetum sibi vivere defendit, & causam motus cordis in ipso fetus corde esse, etiam experimento adducto. Respirare fetum credit. Recusus est cum PLAZZONI jam citata editione.

C. HOFMAN de generatione hominis, Franc. 1629. fol. Pro ARISTOTELE in GALENUM, doctior quam utilis. EJ. de generatione hominis Diss. prodiit. Altdorf. 1625. 4.

C. BAUHINI de hermaphroditorum monstrorumque partuum natura Libri II. Francof. 1629. 8. Ingens collectio cum paucis propriis experimentis.

N. HABICOT bonas aliquas de foramine ovali observationes habet, sero claudi, celeriter vero arteriosum ductum, &c.

ALPHONSI de CARANZA de partu naturali & legitimo. Madrit. 1626. Genev. 1630. 4. accessit ANNIBALIS FABROTTI de tempore humani partus & numero puerperii liber. Aquis Sextiis editus 1629. 4. Jurisconsultus utique doctus in suis, in nostris aliorum stat judicio. Partus annuos recte excludit, Leges tuetur.

DANIELIS WINKLER animadversiones in NYMMANNUM, Lips. 1630. 4. Vitam fetus a matre esse, ratiociniis potius, quam experimentis demonstrat.

ÆMILII PARISANI Libri de genitalium femine II. de similitudine ad parentes Liber, de primis fetus materiebus, de procreationis modo ac ordine Liber EJ. par & sanius judicium de seminis a toto corpore casu contra MUNDINUM, Venet. 1623. fol. EJ. de seminis a toto proventu Lapis Lydius. Venet. 1635. fol. & alius Lapis Lydius de seminis a toto proventu, Venet. 1638. fol. Omnes bono fructu perinde cassi.

VINCENTIUS ROBINUS an. 1632. 4. Divione edidit synopsis rationum T. FIENI & ad-

ver-

Hæc rite perlectis legatur GUILIELMUS HARVEIUS (a), in illo nulli umquam

ærfariorum, de animatione fetus tertia die facta, & FIENUM defendit (NICERON).

J. SPERLING de monstris. VVittemb. 1635. 4.

MATTH. ANDR. LAURENTII de monstrorum. Lips. 1639. 4.

MICH. RUPERTUS BESLER admiranda fabrica muliebrium partium generationis & fetus delineatio, Norimb. 1640. 4. Amplissimæ tabulæ sunt, quarum quæ de fetus viis propriis, valde ad FABRICIANAS accedunt. Icones pleræque rudes. Vesicam fetui majorem, urachum solidum, uterum gravidum duarum unciarum crassitie, ova muliebria bene pinxit.

HENNINGI ARNISÆI de tempore partus Liber. Franc. 1641. 12. More veterum scripsit, veram tamen sententiam defendit, partumque ad finem noni & initium decimi mensis definivit. Aliquis etiam observationes adfert, & ipse urachum vesicæ ligamentum facit.

LOUISE BOURGEOIS observation sur la stérilité, perte des fruits, &c. Libri I. II. III. Paris. 1642. 8. quæ editio altera est. Multa utilia apud eam: feminam inveni, descriptiones variorum ovorum humanorum, & alia.

J. BENEDICTI SINIBALDI Geneanthropia, sive de generatione hominis Pentateuchos, Romæ 1642. fol. Franc. 1669. 4. Anatome nulla, historiarum aliquarum practicæ, neque ipsæ forte factis certæ, multum fabularum, & inutilis obscenitatis.

GEO. BOUDEWYN, Essne decimestris partus perfectissimus, Lutet. 1642. 4.

ECCARI LEICHTNER Diss. de generatione. Erfurt. 1643. 4. & Exercitationes Antiperipateticæ XX. de generatione, sive propagativa animalium, plantarum & mineralium multiplicatione. ibid. 1649. 4. B. RIV.

RUPERTI BESLER observatio anat. med. trigeminorum, Norimb. 1644. 4. Placenta unica fuerat. Cordis vasa in fetu usu esse promiscuo docet.

In J. VESLINGII synagmate fetus bonæ satis icones exstant.

DOMINICUS PANAROLUS hymenem bene descripsit & pinxit in quinto Jarrologismo.

In PAULO ZACCHIA plurima ad partum, virginitatem, aliasque de partibus genitalibus quæstiones exstant: tum in aliis Medicinæ forensis Auctoribus.

MAURITIUS HOFMANN de generatione & usu partium eidem inservientium. Altdorf. 1661. 4.

NICOLAI le MAIGRE Monstri an. 1649. in lucem editi historia. Paris. 1650. 8. *

CAROLI LUSSAULA functionum fetus officialium assertio cum exercitatione adversus PHILIPPUM le HOUST Niort. 1651. 8. Una prodiit PHILIPPI le HOUST exercitatio contraria adsertioni CAROLI LUSSAULÆ de functionibus fetus officialibus. Niort. *

NATHANAEL HIGHMOR history of the generation examining the opinions of different authors, chiefley of K. Digby, and a description of generation in plants and animals. Lond. 1651. 12.

ANTON. DEUSING Diss. dua, altera de lacte & nutrimento fetus in utero. Groning. 1651. & 1655. 12. Anatome parvorum naturalium. ibid. 1651. 4. Idem in Institutionibus anatomicis vasa lactea uteri: ex cane descripsit. EJUSD. genesis microcosmi prodiit 1653. ib. 1665. 12. in qua editione accesserunt cura secunda de generatione & nutritione, quibus COURVEUM refutat, & pro nutritione fetus per os pugnat. EJUSD. DEUSING. Liber de fetu Mussipontano, Groning. 1661. 12. EJUS. fetus Mussipontani secundina, Groning. 1662. 12. Et vindicia fetus: extra uterum geniti, Groning. 1662. 12. Contra personatum. BERNARDUM a DOMA

Bartholini discipulum acriter invehitur.

BALDUS BALDUS in ovis quadrupedibus ova depinxit.

In PECQUETI editione posteriori exstat historia hominis, cui viscera inversa fuerunt, ut dextra essent, quæ sinistra esse solent, & vicissim. MENTELLI opus: CL. AUZOUT ibidem vasa omphalomesenterica descripsit.

JOSEPHI MANCUSI de partu dierum. 238. quod non sit legitimus, sed octimestris, minimeque vitalis, Panormi. 1651. 4.

(a). GUIL. HARVEI Exercitationes de generatione animalium, de partu, de membranis ac humoribus uteri, de conceptione, Lond. 1651. 4. Amstelodami eod. anno 12. &c. Anglice Londini 1652. 8. Leidæ cum: ALBINI præfatione recusæ sunt 1737. 4. Has solas schedas senescenti amico extorsit flagitationibus suis G. ENTIUS, dignissimas, quæ conservarentur. Habet gallinæ organa genitalia, mutationem partium. successivam in ovo incubato, per singulos dies: anthro-

anthro-

quam comparando Tractatu de *Generatione Animalium*. Si CAROLUS I. diutius vixisset (a), & Anatomico suo HARVEJO sumtus suppeditasset, ut quidem inceperat, ab eo viro optima quæque habuissimus. Sed etiam nunc constat, melius opus non existare, quam sunt egregii duo Tractatus HARVEII. Verum fatali bello civili omnia reliqua combusta & perdita fuerunt (b). HARVEII Libello nemo carere potest, qui præcedentes Auctores pertractavit.

Post

anthropogoniam egregiam, dissectionem Damarum aliquot (ex qua in errorem incidit, semen in utero non recipi) perpulchra multa de partu, de vi propria uteri, &c. Urachum recte negat pervium esse. Epigenesin statuit, ubique fere, paucis exceptis, verus, ingenuus, & solers. Ova non aliter intellexit, nisi membranam liquore plenam.

Injustum autem est nimiumque iudicium BUFFONII, quando HARVEIUM ait vix habere quidquam, nisi ex ARISTOTELE, *Histoire naturelle* II. p. 79.

(a) Nihil omnino a Rege habuit, nisi duodecim Damas l. c. p. 228.

(b) Adversaria sua periisse & multa ex anatome insectorum ipse queritur *Exerc.* 67.

HIER. KORNMANN de *virginitate, virginum statu, & jure*. Hagæ 1654. 12. * Norimb. 1679. 12.

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS *Liber de natura muliebri*. Han. 1654. 4. Franc. 1668. 4.

JOH. CLAUDII de LA COURVEE *paradoxa de generatione fetus*. Dantisc. 1655. 4. HARVEII experimentis usus nihil fere addidit, nisi ratiocinia. Docuit aquam chorii, & aquam amnii, distinctas esse, & utramque alere, hanc primam, denique & illam a fetu per os fugi, nihil subire per umbilicum, nisi aliquid aeris a matre, &c.

WHARTONUS de amnio, ovariis, placenta, &c. varia habet.

REN. DESCARTES de *homine & de formatione fetus*. Editio mea est cum notis LUDOVICI de la FORGE. Amstel. 1677. 4. alia Leid. 1672. 4. alia Gallica, Amstel. 1680. 4. Explicat mechanicè, quomodo potuerit machina humanæ similis oriri ex semine utriusque parentis effervescente, sibi inducente cuticulas secundum leges mechanicas. Pertinaciter tuctur contra HARVEIUM erroneam theoriam de cordis motu.

LAURENTII VELTHUSII de *Liene & generatione*, Ultraject. 1657. 12. Excerptit HARVEII experimenta, & nescio quas, nobis inutiles, addit ratiocinationes.

LUD. de BILS *beschryving van een vvaanschepzel*, Middelburgi 1659. 4. & Latine Roterodami 1661. 4. Paradoxum monstrum, si satis verum, cum pene in faciem translato, &c.

MARTIN SCHOOK de *signatura fetus*. Groning. 1659. 12. Compilatio navorum absque experimento proprio.

JOH. ZWINGER de *monstris eorumque causis & differentiis*. Basil. 1660. 4. *

J. ZWINGER & CÆSO GRAMM de *monstris* Basil. 1660. 4.

GEORGII SEGER de *Hippocratis orthodoxia in doctrina de nutritione fetus humani*. Accedunt *Dissertationes dua: Una de Democriti heterodoxia in doctrina de nutritione fetus in utero; altera de Coryledonibus*. Basil. 1660. 4. Theoria complicata est. Nutriri fetum per umbilicum sanguine materno; & lacte materno pariter per umbilicum, & liquore amnii, qui a vasis quibusdam lactiferis placenta oriatur.

HONORATI MARIE LAUTHIER *Prodigium, fetum nempe humanum extra locum conceptum, lapideum, &c.* Aix. 1660. 4. De Mussipontano fetu agit, & in collectione STRAUSIANA reperitur.

JOH. SPERLING de *formatione fetus in utero*, VVittemb. 1661. 8. Inutilis.

HENRICI EYSSON *Diss. de fetu lapidescente per 20. annos retento*. Groning. 1661. 12. *

STEPHANI WILLET de *osento Dolano*, Dolæ 1661. 4. * MERCL.

ANTONII EVERARDI *novus exortus hominis & animalium*. Medioburgi 1661. 12. & cum falso titulo *Cosmopolita historia naturalis*, Leid. 1688. 12. Habet de generatione Cuniculi minime mala & propria experimenta, pro successiva formatione fetus, et si lactea vasa uteri non optime admittat. EFUSD. *lux ex tenebris affulsa ex viscerum monstruosi partus enucleatione*. Mediodurgi 1661. 12.

In JOH. van HORNE *microcosmo fetus monstruosi descriptio* habetur: & alia in SCULZETII *armamentario*, alia in C. V. SCHNEIDERI *Lib. de Corde*.

C. DRELINCOURT de *partu octimestri vivaci*, Parisiis 1662. 12. Errorem epidemicum refutat.

FRID. MOELLER de *partu 175. dierum vivo*, Custrin. 1662. 12. Ut demonstraret ejus ætatis partum vitalem esse posse, eum septimestrem facit, partim menses admittendo lunares, partim inceptos & imperfectos menses numerando, non tamen absque ingenio, sed ita ut causæ serviat.

ARNOLDI SENGUARD *osentum Dolanum*, Amstelod. 1662. 12. Historia fetus indurati, se decimo a conceptu anno in abdomine reperti. Aliqua de fetu Mussipontano.

In T. CORNELII *Progymnasmatibus*, quorum prior editio est 1663. 4. varia huc spectant; & totum Programma de generatione, & liquor naturalis in utero fluens.

PIHRINGER de *monstro*. VVittemb. 1664. 4.

J. C. WEPFERRI *historia anatomica de puella sine cerebro nata*. Scaphus. 1665. 8.

J. THEOD. SCHENK de *conceptione*. Jenæ 1664. 4.

N. STENONIS f. in *Specimine observationum anatomicarum*. Hafniæ 1664. 4. ductus omphalo-mesentericos, resorbitionem vitelli in intestina, multas vero de ovo & pullo & de ovis viviparorum animalium corporibusque luteis observationes edidit in *Actor. Hafniens.* ann. II. Ova humana primus adgnovit in specimine myologiæ, etiam SWAMMERDAMIO fatente in *prodromo*.

G. ROLFINK *methodus partium generationi dicatarum cognoscendi fabricam*. Jenæ 1664. 4. Erudite, Grace, flosculis ex Comicis decerptis, textibus Aristotelis & Galeni copiosissimis, utriusque sexus tradit organa, sed sua propria vix adfert, etsi demonstretur in præfatione, Rolfinkium publice pro FABRICIO ab AQUAPENDENTE Patavii secuisse. Hymenem negat. In *Dissertationibus* anatomicis idem fetum bicipitem unicorporeum descripsit.

JAC. BARLINI *Disp. de feminis ex suppressis menstruis barbatis*. Altd. 1664. 4. *

FRANCISCI VERDE *observationes de fetus animationis & nutritionis tempore*. Lugdun. 1664. 4. * MERCL.

G. RIVA in rarissimis iconibus anatomicis habet trigeminorum, & monstri anatomem.

MICH. HEYLAND de *monstro Hassiaco*, Giesl. 1664. 4. & 1677. 8. MERCL. Egredia & accurata est descriptio fetus bicorporei, capite unico. IDEM ediderat 1655. 4. *Disp. de principis generationis corporis humani materialibus*.

In *Phil. Transactionibus* plurima huc pertinent.

Caput vituli monstruosum, n. 5.

Androgynus, sed vera, ut videtur femina, n. 32. alius ibid. alius, n. 186.

Cor testudinis, n. 36.

W. DURSTON monstri figura, n. 65.

Viscera inversa, n. 107.

GREAVES de modo excludendi pullos in Ægypto, n. 137.

BRIGGS monstrum porcinum, n. 142.

LEEUWENHOECH contra systema ovarum, n. 145.

Conceptus super conceptum, n. 149. 243. 302. 461.

Ossa, pili, dentesque in ovario, n. 150.

Monstri descriptio, n. 160.

MALPIGHII de uteri fabrica, n. 161.

C. DRELINCOURT experimenta anatomica de ovo & utero, n. 169.

Fetus in tuba sedens utero integro, n. 170.

WALLER de girinis (*frog spavun*), n. 192.

BUSSIERE partus tubarius, n. 207.

DUYERNEY ex vasis uteri via in uterum, glandulae uteri, n. 26.

Ova anguillarum ALLEN, n. 321.

Partus cum vagina coalita, n. 237.

HARTMANN embryo quatuor septimanarum.

SOUTHWHEEL vitulus biceps, n. 238.

Generatio pulicum, n. 249.

- BUSSIERE fetus absque cerebro, n. 251.
 Porcelli caput monstruosum, n. 259.
 Uterus puerperæ, n. 269.
 RICH. HALE Allantois humana & ejus anarome, n. 271.
 DRAKE & COWPER pro communicatione vasorum placentæ & uteri, n. 281.
 Membræ ex toto corpore, n. 303.
 Catulus absque ore genitus COKBURNE, n. 304.
 Urachus solidus: hymen verus: lactea uteri; uterus crassus in gravida A. de MARCHET, n. 307.
 Monstra CAMELI, n. 307.
 Uterus gravidus ejusque glandulæ DOUGLAS, n. 308.
 Monstruosus pectus, n. 308. 311.
 Felis extra uterum, n. 323.
 Vagitus sterini exempla DERHAM, n. 324.
 A. VAN LEEUWENHOECK ovarium mytuli & ejus animalis generatio, n. 336. De mamma elephantis IDEM ibid. testacea absque mare generare ibid. de fetu & genitalibus ovis, n. 373. & de generatione animalium, n. 380.
 Caput vituli monstruosum, n. 337.
 Tubæ cæcæ, n. 337.
 Partus duplex, n. 377.
 Fabrica non naturalis pudendorum, n. 384.
 RANBY arteriæ novæ ovarii, n. 395.
 NICHOLLS de sexu locustarum marinarum & androgynis in eo genere, n. 413.
 Fetus in ovario, n. 416.
 SUPERVILLE de monstris, n. 456.
 Le CAT de foramine ovali, n. 460.
 Homo cui adnatus ex pectore alter homo, n. 453. 461.
 Partus similis fimiæ, n. 461.
 DE TORRES cor situ motum & inversum, n. 461.
 Fetus genitalibus monstris, n. 462.
 Partes genitales monstruosæ in recens nato, n. 464.
 Acaros virgines parere BONNET, n. 470.
 Fetus tubarius, n. 475.
 Partus ossium per anum, n. 477.
 Singulare monstrum. J. PARSONS de monstris. n. 487.
 J. C. WEPFER historia anatomica de puella sine cerebro nata, Scaphus. 1665. 8. * Sed repetitur in E. N. C. In Libro de cicuta aquatica uteri humani anatomem tradit.
 In HONORATI FABRI L. II. de plantis & de hominis generatione, Paris. 1666. 4. Norimb. 1677. 4. De rebus sibi parum cognitis scripsit audaculus. Circulationem sanguinis sibi tribuit: si boni aliquid habet, id est de oculis.
 In J. L. BAUSCH de arate. Lips. 1665. aliqua monstrorum historia, & partuum diffcilium existant.
 J. PEYSSONEL de temporibus humani partus secundum Hippocratem, Lugd. 1666. 8. Partus terminum brevissimum die 182. definit, longissimum 282.
 GOTTFRIED WEISCH de gemellis & partu numerosiore. Lips. 1667. 4.
 THOMÆ BARTHOLINI de insolitis partus viis. Hafniæ 1668. 8. Scriptum est occasione femine Lalandicæ, quæ 18. anno fetum per ulcus hypogastrii ediderat. Ea occasione multa alia similia exempla collegit. EJUSD. historia monstrorum nuper in Dania natorum. Hafn. 1665. 8. cum Tractatu de cometis prodiit. Ediderat jam Basil. an. 1645. orationem de monstris in natura & medicina.
 In ACTIS HAFNIENSIBUS T. BARTHOLINI multa huc spectant.
 In T. II. monstra, generatio ranarum, N. STENONIS observationes in ovis viviparorum.
 In T. IV. glandulæ uteri, ova animalium, renes quadruplices, monstra.
 T. V. C. BARTHOLINI de ovariiis mulierum observationes.
 THOMÆ ALDES Dissertatio epistolica contra HARVEIUM interpolata & auctior 1667. 12. Bona, observationibus propriis dives, etsi brevis epistola. Duplices aquas HARVEII refutat.

- futur. Allantoidem homini recte denegat. Communicationem uteri cum cotyledonibus habet.
 Contra eum JOH. de ANGELIS Vindicias ab epistola T. SLADE edidit eodem anno, & eodem loco. Excusationibus fere pugnat, non experimentis.
 Invenio autem THOMÆ ALDES (I. MATTHÆI SLADI) Observaciones in ovis factas & sciagraphiam pulli in ovo & fetus in utero, nec non Friderici Ruyschii observariunculam de ovo in utero humano, cura CAROLI SCHÆFFERI Hallæ prodiisse 1674. 12. B. RIV.
 GUALTHER NEEDHAM de formato fetu. Lond. 1666. 8. Amst. 1668. 8. Egregius Liber & per experimenta natus. In variis animalibus uterum fetusque incrementa observavit, errores populares plurimos refutavit, ut flammulam cordis, aëris in sanguinem receptionem, vasa lactea ab utero ad mammas euantia. Vasa omphalo-mesenterica distinctius descripsit. Hominem ipsum secare ipsi non contigit.
 In Diario Eruditorum 1667. experimentum exstat de catella, quæ, cum sanguinem multum amisisset, fetus peperit exsanguis. In eodem Diario multa monstra describuntur annis 1677. 1680. 1684. 1698. (pectore nuda corda) 1727. Vagitus uterinus 1686.
 Fetus cerebro & cerebello destitutus 1690.
 Partus 22. mensium 1695.
 SAVIARD fetus extra uterum, 1696. gemelli per pelves oppositi, 1707. (iidem qui descripti a DUVERNEYO.)
 Anno 1678. exstat RAINSAINT examen de l'histoire de l'enfant de Toulouse, de Bayleano nempe fetu explicatio.
 An. 1694. POUPART de partibus genitalibus limacum.
 1695. BUSSIERE de ovario, &c.
 JANI ORCHAMI de generatione animalium, Colon. Brandeb. 1667. 12. Verum Auctorem ait BARTHOLINUS vocatum esse JOH. VORST. Defendit ex utroque femine componi fetum, & masculum sperma omnino in uterum venire, contra quam sit HARVEIO visum.
 LAUR. STRAUSS historia fetus Mussipontani, Darmstad. 1662. 4. Francof. 1669. 4. In hac editione primo STRAUSSII exstat fusa de fetu diu in femina abdomine gestato expositio, qua etiam ova aliqua humana describuntur; deinde DEUSSINGIANA jam dicta: tum HONORATI MARIE LAUTIER prodigium, ad eundem pertinens fetum, & responsio calidissima contra anonymum quemdam Massiliensem: denique collectio judiciorum doctorum virorum, GUIDONIS PATINI, qui totam historiam pro fabella habet, EISENMENGERI, hoc utilius, & aliorum. EJUSD. STRAUSSII de ovo Galli, Giesl. 1669. 4. Extra uterum ova gigni non posse, fuscæ & parum utiliter defendit.
 Collezanea de diuturna graviditate. Amstel. 1662. 12. video citari. *
 JOH. MAYOW habet inter Tractatus suos etiam de respiratione fetus, & de ovo differentiationem, & de succo uteri, nutritione fetus, usu aëris in ovo.
 PETRI le MERCIER potestine infans per plures annos in utero matris ejusque tubis sanus superstitere muliere conservari, Lutet. 1667. fol.
 J. SIMONIS diversicolor fetus, Vvittemb. 1668. 4.
 FRANC. REDI esperienze intorno la generazione degli insetti, Firenze 1668. 4. Refutat epidemicum errorem generationis æquivocæ, & nihil ex putredine nasci evincit, nisi quod animalcula in gallis ex anima vegetante arborum gigni creant.
 IDEM in Libro degli animali viventi negli animali viventi monstrum serpentis bicapitis describit.
 H. MEIBOM in Disp. de motu sanguinis, &c. Helmst. 1668. 4. ostia arteriarum capillarium uteri, per quæ menses fluunt, & descripsit, & seta immissa exploravit.
 NICOLAI HOBOKEN anatomie secundina humana, Ultraject. 1669. 8. & anatomie secund. hum. repetita, ibid. 1675. 8. In prima editione maculas habet arteriarum, varietateque & longioriam fabricam funiculi. Altera potius novum Opus est, multaque ornatus prepolitata habet, membranam mediam fetus adsertam, icones Auctoris manu pictas, physiologiam brevem. Ordo minus commodus, cum secundum cadavera observationes disponat, multas adeo repetat.
 G. FRID. RALLII de generati. ne animalium, Stettin. 1669. 12. Originem animalis ex ovo defendit, & quidquam, præter motum, a mare negat conferri. HARVEIUM adeo contra ORCHAMUM tuetur, parum tamen ipso in experimentis usus.

anatomico medicæ Decades IV. Amst. 1674. 12. Prima particula est HARVEI Liber de generatione conceptus, & observationes in ordinem dispositæ. In altera Medicus Dordraceus suas in incubatis ovis & in ovis dat observationes, quarum aliqua HARVEIO adversantur. In SCHRADERIANIS multa bona & rara reperiuntur præceptorum ejus viri RUYSCHII, F. SYLVII, J. SWAMMERDAMII, JOH. van HORNE, quæ omnia vix alibi exstant.

JEREMÆ LOSS de ovario humano. VVittemb. 1675. 4.
Ovum Harveianum generationis animantium curiosum, &c. Kiel. 1675. 4. *

HIERONIMUS BARBATUS in Libro de formatione, conceptu & organisatione fetus, jam citato, & edito Patav. 1576. 4. materiem fetus a femina, spiritum feminalem, qui efformet, a viro venire, vascula ovarii albo liquore plena esse, modulos dari scribit, secundum quos formentur partes spermaticæ, unde fetus corpusculum nascatur, vidisse se fetum tubarium, &c.

PAULI AMMANI paranesi ad discipulos & docentes respiratio fetus defenditur, & fetus humani abortivi describuntur.

C. BARTHOLINI de ovarii mulierum & generationis historia. Rom. 1667. 8. (MERCL.) Amstel. 1678. 12. In priori Epistola Romæ edita, describit prostratam illam femininam, & auram feminalem defendit. In altera, quæ primum Amstelodami prodijt, HIERONYMUM BARBATUM refutat. IDEM jam in Libro de diaphragmate ductus ramosos, fibras musculares, uteri, glandulas ad latera vaginæ descripsit ex DUVERNEY fere experimentis, & in Miscellaneis quæsierat, an fetus nutriatur a sanguine matris.

C. BARTHOLINI de ovarii, &c. historia recusa est Norimb. 1679. 8.
J. BOHN disputatio de generatione, Lips. 1677. 4. de fetus œconomia, ib. 1677. 4.
HENR. CHRISTIANI HENNINGS de hominis generatione. Ultraj. 1677. 4.

GOTTFRIED von LANZKISCH beschreibung einer Mißgeburt, Zittau 1679. 4. Fetus abfque corde & capite.

CONRAD BRODYBECK de sanguine menstruo. Tubing. 1679. 4.
RUMMEL de fetibus leporinis extra uterum repertis epistola. Ulm. 1680. 4.

FRID. WILHELM SCHMUCKER de spielenden natur Kunstwerke. Argent. 1679. fol. cum continuationibus quatuor, quæ prodierunt an. 1679. 1680. 1682. & 1683. In prima decade habentur monstra vera humana, & eorum unum cum anatome. In reliquis varia rara, maxime monstruosa, aut undique collecta exstant.

In NICOLAI BLEGNY Zodiaco Medico Gallico multæ monstrorum historiae sunt, DUVERNEY etiam aliqua contra ova GRAAFIANA objectiones, & NOVESII suorum ovorum descriptio, quæ in cervice uteri nidulantur.

In STEPHANI BLANCARD jaar register Cent. V. de respiratione fetus fuscè disputatur, ut supra dictum est.

JOH. CONRAD. AXI de partu septimestri an sit legitimus. Jen. 1679. 12. Cordatus homo non adeo incertum esse pariendi tempus multis argumentis docet, septimestrem fetum oportere indicia imperfectionis gestare monet, &c.

CL. FERRAULT essais de physique. Tomo tertio continetur tractatus de generatione, qua panspermiam adfirmat, sive semina plantarum & animalium in aere obvolitare & ore hauriri. HIPPOCRATIS locum de diætâ huc olim revocavit. Explicavit, quomodo imaginatio navos producere possit, dum nempe vel magis ad datum locum imaginatio nutrimentum determinat, vel inde avocatur.

In Actis Eruditorum.

An. 1687. de generatione ranarum fusa & bona dissertatio.

1693. Conceptus vagina pene coalita.

1706. NICOLAI BIDLOO Arch. Russ. descriptio partus bicipitis.

1710. HENRIC HEYSE monstri bicipitis descriptio.

In TASSINI administrationibus fetus habetur tubarius.

J. C. PEYERUS in exercitationibus anatomicis glandularum adfidentium vaginæ a DUVERNEY inventarum etiam meminit.

FRID. WILH. KRAUS de ovario mulierum. Jen. 1681. Disp.

CHRIST. FRIEDERICH GARMAN homo ex ovo, sive de ovo humano. Chemnitz. 1682. 4. & ejusdem oologia curiosa Zwickau 1691. 4. Multum variæ lectionis, proprii experimenti parum.

FRAN-

FRANCISCI MAURICEAU Opus des maladies des femmes grosses, &c. Paris. 1683. 4. sæpe recusum, multa habet ad incrementa fetus per pondera definita, ad systema generationis, ad fetus ovorum similes abortivos, &c.

MICHAEL BERNHARD VALENTIN de nova matricis anatome aliisque observationibus curiosis. Gieff. 1683. 8. recusa post Polycræsta Exotica glandulas vaginæ describit.

ANTON. FELICIS MARSIGLI relazione del ritrovamento dell' uova di Chiocciola, Bolog. 1683. 12. sive de ovis cochlearum, August. Vind. 1684. 8. in qua editione accesserunt J. JAC. HARDERI & LUCÆ SCHROECKII aliquot de partibus genitalibus cochlearum Epistola. MARSIGLIUS contra BONANNUM demonstrat, ova in cochleis esse, & ex iis ovis cochleas prodire. HARDERUS penem & uterum cochleæ describit, & REDI animam vegetabilem Gallarum refutat.

BRONCHET Lettre a M. BRYON sur un monstre. Paris. 1683. 4. *

CLEM. JOS. BRECHT didymographia, Argentor. 1684. 4. Puellæ earum similes, quas descripsi. Anatome non valde minuta, & admixta integra pene physiologia.

Tractatus anatomicus de organorum generationi dicatorum structura in utroque sexu. Franc. 1684. 4. *

J. ULR. SCHMID de causa partus monstruosi. Marburg. 1684. 4. cum icone.

J. DANIEL DORSTEN de monstro humano nupero. Marburg. 1684. Disp.

MICH. BERNH. VALENTINI de monstrorum Hæstiacorum ortu Ep. ad DORSTENIUM. Marburgi 1684. 4.

Apud BIDLOUM fetus secundum ætates non male depicti habentur, ovaque humana. Similia addit de incrementis fetus COWPERUS. Vasa succifera fetus, a BIDLOO proposita & a MUNNIKIO nemo invenit.

NATHANAELIS SPRYE Tract. de fluxu menstruo, Patav. 1685. 8. * Lunæ vim, & fermenta refutat, aucto imperui sanguinis menses adscribit.

DIEMERBROEKIUS etiam ova humana habet, & non contemnendam totius negotii generationis tractationem.

MARCI MAPPI de aquis fetus. Argentor. 1681. Disp.

In HARDERI apiario ovula Nabothi, nempe glandulæ inter uteri plicas habentur.

ANDREAS SNAPE discourse on the generation of animalis post anatomen equi pro appendice est, qua series phænomenorum incubati ovi, ex propria, ut certe promittit, observatione continentur.

A. van LEEUWENHOEK præter ea, quæ passim habet de ovario inutili, descripsit etiam in anat. Cent. II. conceptum ovillum, &c.

GUALTH. CHARLETON de causis catameniorum & uteri rheumatismo, Lond. 1685. 8. Leid. 1686. 12. Menses explicat a succo alimentario, qui in acrem materiem mutatus, stagnat in sinibus uteri, quos ex BAYLEO recipit, ibique distensione sua irritationem faciat, &c.

J. BAPT. a LAMZWEERDEN historia naturalis molarum. Leid. 1686. 8. hic citari potest, cum molas virgineas, vivaces, partus ex humana & belluina fabrica compositos, rejiciat, nimis tamen fufus & longus in ratiociniis.

J. GEORG. STEIGERTHAL Disp. de imaginationis materna in fetum efficacia. Helmst. 1687.

FRID. SCHRADER de imaginationis materna in fetum efficacia, Helmst. 1686. 4.

P. STALPART van der WIEL, CORN. FIL. de nutritione fetus. Diss. Leid. 1686. 4. excusa cum patris observationibus. Contendit fetum unice ali per os, & nihil quiaquam per umbilicum ad fetum venire, ut placenta sanguinis unice diverticulum sit, quo interim cedat, donec pulmo explicetur. Pater etiam apud BILSIUM Urachum cæcum esse demonstravit. Habet membranam extus placentam vestientem, membranam mediam, &c.

In J. a MURALT collegio anatomico monstri agnini capite semiduplici habetur descriptio.

J. a MURALT etiam est kinder und bebsammen büchlein, Basel 1697. 12. Habet partium anatomen cum iconibus BIDLOI.

In Diss. J. C. STURMII de plantarum & animalium generatione, Altdorf. 1687. repetitur PERRALTI theoria, & HIPPOCR. de diætâ locus eo revocatur. In historia etiam aliqua habet STOLLII.

Gaudebat PERRALTUS defensore STURMIO, GEUDER de ort. anim. pag. 340. 341.

C. BARTHOLIN de formatione & nutritione fetus in utero, Hafn. 1687. 4. Experimenta

ta

ta varia habet, & descriptionem fetus vaccini in utero adhuc latentis; ovarium tubam amplexum.

M. MAPPUS de *Acephalis*, Argent. 1687. 4. bona collectio.

DIONYSII van der STERRE de *generatione ex ovo & monstrorum productione epistola dua*, Amstel. 1687. 12. Priorem Dissertationem diximus. In altera explicat generationem navorum, nempe matris animam aliquam fibram comprimere, sic ejus incrementum impedire similia facere fetus animam, &c. Monstra etiam aliqua describit.

NICOLAI VENETTE *tableau de l'amour conjugal*. Priorem editionem ignoro, video jam 1696. prodiisse, video fuisse, qui CAROLO PATINO lascivum Librum tribuerint. LAUNAI de *la generat.* p. 123. Ceterum seminum missionem defendit, parum anatomicus.

Prima editio NICOLAI VENETTE videtur fuisse N. SALONICCHI *tableau de l'amour dans l'état du mariage*, Amstel. 1688. 12. Belgice versum a J. V. E. Amstelod. 1695. 8. de *bedryven der liefde in den stande des huwelyks*.

J. PAULI STABE de CASSINO Dissertatio ad NIGRISOLUM, qua investigatur ratio, ob quam gallina incubant, & quare fetus maculis & monstruositatibus deturpati & parentibus similes nascantur, Mutinae 1688. 8.

DU RONDEL *histoire du fœtus humain des Extraits de M. BAYLE*, Leidæ 1688. 12. * PL.

J. GOD. a BERGER de *conceptione fetus humani*, VVittemb. 1688. 4.

PHIL. BONANNI *observationes circa viventia qua in rebus non viventibus reperiuntur*; Romæ 1691. 4. Defendit generationem æquivocam experimentis dubiis aut fictitiis.

De GEUDERO diximus, eum post Librum de fermentis in Diss. de ortu animalium evolutionis systema & ovariorum defendere.

JOH. SCHRÏYER ob es ein gewisses zeichen sey, wann eines kindes lunge unterfinkt, dass es mutter leibe gestorben sey, Zeitz. 1690. & Hall. 1745. 4. exstat etiam in M. B. VALENTINI *Pandectis Medicis*. Pugnatur pro certitudine signi, quod a pulmone fundum petente pro mortuo fetu petitur, & consensum aliquorum in Germania collegiorum Medicorum adducit, GOESGEN de *monstro*, Lips. 1690. 4.

ANT. NUCK uteri feminei anatome nova cum Adenographia prodiit, Leid. an. 1691. & alias. Experimentum profert ligatæ tubæ, ut inter ovarium & vinculum fetus reperiretur. Allantoidem statuit.

ALANUS LAMI in Tractatu *explication de l'ame sensitive fusc systema ovariorum humanorum refutat*, ob angustiam uteri, &c.

ERN. REYER de *hermaphroditis*, Arnstätt. 1688. 4. PL.

J. A. CRAMER de *glandulis uterinis*, Leidæ 1690. Disp.

LAUR. BELLINI de *ovo incubato experimenta*, quæ exstant in *opusculis*, Leidæ an. 1696. & alias recusis, demonstrant inprimis aeris progressum, qui per poros ovi subeunt sensum cavitatem in ovo sibi parat, & ejus humores comprimit. Vasa aeris accuratius describit IDEM in *epistola ad VALISNERIUM*, quæ exstat in *Giornal. de' letter.* T. II.

J. R. de HONUPHRIIS *abortus bicorporeus monoceps*, Romæ 1691. 4.

FRID. GODOFR. BARBECK de *generatione animalium*, Duisburg. 1693. 4. B. RIV.

RYCHARDUS CARR in *Epistola XVI.* demonstrat, puellas quæ dicuntur sexu mutato in mares transiisse, fuisse veras feminas, sed longa clitoride.

MELCH. FRID. GEUDER de *ortu animalium*, Amstel. 1689. 8. LEEUWENHOEKIO non valde credulus, LAMYUM refutat. Defendit prima stamina in ovo. Admisceri tamen credit aliquid de paterno semine, & alere fetum, ideam etiam patris a matre fetui imprimi.

JOH. ZELLER Disp. de *subsidentia pulmonum in aqua*, Tubing. 1691. recusa an. 1747. Halæ, & ejus *vita humana ex fune pendens* an. 1692. 4. omnino observatu dignæ sunt. In ista amnii glandulas & earum oscula excretoria se vidisse adfirmat, & rationem reddere conatur, cur in brutis animalibus nulla a resecto funiculo hæmorrhagia fiat, quod ad brevitatem funiculi refert. In illo fetum jam respirare in utero, nec certum esse signum fetus ante partum mortui, si pulmo fundum petierit, aut vivi editi, si natus sit, experimentis suscipit demonstrare, quæ considerari merentur.

C. POSNER *generationis humana descriptio*, Jenæ 1692. folio. Compilatio. Lego etiam ejus Diss. exstare de *monstris quid ea sint*, Jenæ 1652. 4. & de *illorum differentia in genere atque in specie*, ibid. 1652. 4. *

C. PO-

Post hunc addamus CAROLUM DRELINCOURTIUM (a) de *feminarum ovibus*
P P P

C. POSNER etiam est de *fœtum in uteris vita*, Jenæ. 1676. 4.

FRANC. MARIA NIGRISOLI *lettera nella quale si considera l'invasione fatta da' topi* Ferrar. 1693. * Examinatur error epidemicus, murium nempe gravidos dari fetus.

MARTINUS LISTER in suis *Exerc. de Cochleis*, Lond. 1694. partes genitales animalculorum istorum modo androgynorum, modo sexu distinctorum, sollicite describit. SWAMERDAMII descriptionem corrigit. In Libro fusc de generatione agit & de mensibus.

JOH. VAL. SCHEID *paradoxa circa generationem hominis*, Argent. 1694. 4. habet observationes nonnullas, ut v. gr. cæcas tubas in femina quæ pepererat.

J. M. HOFMAN de *fluidorum catholicorum fetus motu*, Altd. 1695. 4.

DOM. de SANDRIS in Libro de *ventriculo & sanguine*, Bonon. 1696. 4. aliqua de ovarii habet.

JOH. RAJUS in *visdom of God*, uti dixi, contra generationem spontaneam scripsit, & pro plasticis ideis.

(a) CAROLUS DRELINCOURTIUS, cum obierit an. 1697. huc omnia ejus opuscula refero. Ea sunt de *partu octimestri* 1668. 1680. de *feminarum ovibus & de utero*, Leidæ 1684. 12. 1687. 12. cum *curis secundis*.

De *conceptione animadversaria*, 1685. 12.

De *humani fetus membranis hypomnemata*, de *tunica allantoide*, de *tunica chorio*, de *agnina*, de *fœtu cum pileolo*, de *umbilico*, *conceptus de conceptu*, de *feminarum ovibus*, omnia eodem anno prodierunt 1685. 12. EJ. de *semine virili*, de *utero*, *tubis*, *partu*, Libelli editi sunt cum canicidiis.

Collecta hæc opuscula exstant in editione 1727. 4. quæ certe valde confusa & imperfecta est, & repetitos habet integros Tractatus, ut recte monetur apud NICERON T. XV. Ego quidem valde in his Libellis a PRÆCEPTORE dissentio, sed Morgagnum habeo, qui mecum ster. Video eruditum virum, qui plurima legerit, qui excutiat, & refutet alios acriter & libere, sed propria experimenta alicujus momenti non invenio.

C. DRELINCOURTII de *partu octimestri* Liber primum prodiit Lugd. 1666. 8. & ibid. 1668. 12.

CONR. PHIL. LIMMER de *monstroso abortu Dessavienst*, 1691. Disp. *

JOH. HIERONYMI SBARAGLI *sceptis I. & II. de generatione vivipara*, Viennæ 1696. (DANIELI) Bonon. 1701. 8. summa rei est ova non continere primordia animalis, cum a tuba remota sint, neque ea apte se applicare ovario possit; aut perimovere ova, utilitatem adeo ovorum ignorari. Observationes aliquas habet in morbofis corporibus factas, & alias in brutis animalibus.

Nouveau progrès de la Médecine. In hoc Diario MERYUS contra ova pugnat, & ea habet pro hydatidibus, atque seminum miscelam defendit, ligamenta deferentia cava facit. Habetur etiam ibi descriptio fetus ventralis, quam Chirurgus SAVIARD aliter paulum dedit.

J. MURNIK in brevi sua anatome observationem habet allantoidis membranæ sibi visæ, & aperti urachi. Non valde fidem invenit. Habet etiam ductus succiferos secernentes humorem Amnii, qui sunt ipsa spongia gelatinosa umbilici.

R. VIEUSSENS in *second' Epître* cicatricem ovarii, & tubam dilatam post abortum vidit.

DAV. SEMLER de *infante sine manibus pedibusque*, VVeimar. 1699. 4.

JOH. HÆNFLER de *ovo gallopavonis*, Custrin. 1697. 4. Rotundum ovum sine testa ab ave hujus generis mare editum describit, unice exterius & absque anatome. Contra fabulam basilicæ dicit.

In BUSSIERII epistola ad BOURDELIN accuratè describitur fetus capite dimidiato.

G. HERN. STAHL. de *menstruo fluxu mulierum*, Hall. 1694. de *mensum insolitis viis* 1702.

PHIL. JAC. HARTMANN in *dubiis de generatione viviparorum*, Regiomonti 1699. 4. & *collekt.* Disp. select. T. V. validius quam vix ullus aliorum anatomicorum, evertere admissus est systema ovorum. GRAAFII experimenta diluere tentat globulis albuminosis a se ipso in Cuniculis, sed sterilibus repertis, non ovibus unquam, massis vero gelatinosis, vasis pictis visis loco ovorum in Sue recens imprægnata: vesicarum circa uterum nimia copia & luxuria; tubarum angustia. Palspermiam statuit, & epigenesin ex gelatina. Utilis certe & memoranda Disputatio.

B. AL-

ovis; de fetus tunicis; de umbilico; de humoribus fetus; atque periocha seu conceptus
de

- B. ALBIN de partu naturali, Dis. Francof. Viadr. 1697. 4.
In Commentariis Parisiis plurima huc pertinent, quorum aliqua recensebo.
In *anciens Mémoires animalium* omnino partes genitales solent describi. In Tomo X. MERYUS aërem defendit per placentam ad fetum venire. In eodem systema suum proponit, & duos fetus describit in eodem Amnio positos. In eodem Tomo agitur cur adultus absque aëre vivere nequeat, cum id fetus possit. Cor etiam testudinis describit MERY, & apud du HAMELIUM. Ibi etiam describitur fetus duplex pectoribus conjunctis.
In novæ Academiæ Commentariis.
1693. Gemelli in eadem Amnio. Alia historia 1700. & 1720.
1699. DUVERNET cor testudinis, ranæ, viperæ, &c.
Vasa omphalomesenterica EJUSDEM.
1700. Infans monstruosus. Connati lepores. Puer cucullatus. Foramen ovale apertum in adulto.
1701. MERYUS multa contra ova, objicit cellulas non liberar esse, membranam nimis duram esse.
DODART descriptio embryonis. Fetus ore impervio.
LITRE pro ovario; tuba ovarium amplexa; fissura in ovario, &c. & 1709. IDEM alantoidem sive membranam mediam describit, & ibi & in seqq. corpora lutea.
1702. LITRE descriptio embryonis 40. dierum cum fissura ovarii, &c. Feles connata, fetus inæquales, in eodem utero. Fetus in ovario positi.
1703. MERY de circulatione sanguinis in fetu, & de corde testudinis fuscæ contra DUVERNEXUM, quem certe videtur convincere.
Agnus monstruosus.
Fetus connati,
Fetus in ovario.
1704. Fetus acephalos, puella absque visceribus. Tuba amplexa ovarium, in quo cicatrix grana granulosa tubarum cum poris LITREI.
1705. LITRE uterus divisus.
1706. Uterus musculosus in puerpera LITRE.
Puellæ per pelves connatae DUVERNET & pro systemate monstruosæ in ipsa jam delineatione Dissertatio.
1708. MERY de circulatione sanguinis inter uterum & fetum. DUVERNET generatio limacum.
1709. MERY contra ovaria. Pulli corde duplici. De causis uteri ad latus declinantis. Fetus monstruosus LITREI & MERYI ore impervio, &c.
Idem MERY an. 1711. 4. edidit *Problèmes Physiques*, quæ maximam partem huc spectant, nempe an generatio fetus ab alimento pendeat, an inter eum & matrem communicatio, ubi negat experimentum FALCONETTI. An alatur lacte uteri. An adultior lac sugat, quod negat. An vita ejus a Matre pendeat. An ob defectum alimenti exeat utero. Idem apud la MOTTE des *accouchemens* vasa in amnio lymphatica vidisse dicitur.
1710. Gallina pariens ova absque vitello, & causa hujus morbifici partus.
1711. & 1712. MERY fetus absque cerebro & cerebello.
1712. Vagina in partu dilatata quæ angustissima fuerat.
1713. Puer acephalos.
1714. P. S. ROUHAULT de placenta (& idem 1715. 1716.) Partus vesicarius, Fetus tubarius. Ovum humanum ANEL. 1714.
1715. DUPUY de agno monstruo, ore impervio.
1716. MARCOT fetus monstruosus & alia.
1717. LITRE fetus monstruosus Cyclops. WINSLOW de valvula Eustachii.
1718. Ovum monstruosum. Funiculus nodosus.
1720. MERY fetus monstruosus.
LITRE de fontibus mensium,
PETIT Androgynus verus.

- de conceptu. Auctori huic tuto confidere possumus, observationes etiam egregiæ, sunt,
P p p 2
1721. Fetus, qui 46. annis in utero manserat. De catellis exsanguibus cum mater sanæ guinem amisisset.
1723. GEOFROY monstrum. Monorchis.
1724. De Nigritis & mistis ex diversis gentibus, hominibus.
LEMERY fetus monstruosus, & Diss. pro systemate monstrorum accidentalium.
1725. WINSLOW de circulatione sanguinis in fetu.
1726. Psittacus pariens.
1727. Educta placenta sanguis ex utero per funiculum fluens. Infantes frontibus connati.
1729. MASSON superfetatio.
1732. GEOFROY lactis analysis.
1733. WINSLOW de monstris, & Diss. pro monstruositate germinum. De eodem subjecto Idem 1734. 1742. 1743.
MORAND ovis monstruosæ anatome.
PETIT de prima respiratione & ejus causis, de pulmone fetus, &c. EJUSDEM. infans monstruosus.
1734. Puer albus ex matre nigra.
1735. PETIT & MALOET de suctione.
Cyprinus androgynus MORAND.
1738. 1739. 1740. LUDOVICI LEMERY contra WINSLOWUM pro monstris accidentalibus Dissertationes.
1739. EJUSDEM de circulatione sanguinis in fetu contra WINSLOWUM.
1741. GOVRAIGNE fetus monstruosus.
1742. Ovum geminum.
1743. GRANJEAN de FOUCHY pro germinibus monstris.
1744. Catellus cyclops. Vitulus hydrocephalicus.
1745. MORAND & de la SONE & alia monstra.
An. 1706. incepit edi *Diarium Trivultinum* in quo multa sunt quæ huc spectant, maxime vero fetus monstruosus 1701. 1706. 1714. 1722.
De tempore partus incerto, & fetuum quinto mense editorum ortu probabili 1702.
J. CASP. GRIMM relation von einem monströ bicorporeo, Lips. 1700. 4. * LEHM.
J. CASP. GRIMM in dicto libro puellas connatas describit, absque anatome.
DANIEL TAUVRY an. 1695. Disp. inauguralem defendit. Ergo est uteri cum supernis partibus consensus a nervis. EJUSDEM est Liber de la *génération & de la nourriture du fetus*, Paris. 1700. 12. Magna pars collecta ex variis scriptoribus, aliqua propria ex fabrica brutorum animalium. Contra MERY systema de circulatione fuscæ pugnat, sed argumentis neque veris omnibus, neque firmis. Chordulas foraminis ovalis invenit.
JAC. GAVOT in *idea febrium*. Genev. 1700. etiam egit de generatione animalium.
Inter MICHAELIS BERNH. VALENTINI *Diss. epistolicas varii argumenti*, quæ Francof. 1700. 4. prodierunt, nona habet novam uteri anatomen, cum glandulis vaginæ.
ABRAHAMI CYPRIANI *epistola ad T. MILLINGTON historiam exhibens fetus humani salva matre ex tuba extisi*, Leidæ 1700. 8. Gallice, Amstel. 1707. 8. Continet propriè historiam fetus, quem ex matre viva exciderat Auctor, & tubarium credit, ego vero suspicor ventralem fuisse ex nimia magnitudine. Sed plurima egregia addit ad negotium generationis, & ad universam Chirurgiam pertinentia.
HENRICI van DEVENTER *novum lumen obstetricantium*, Leidæ 1701. 4. & P. II. sive *ulterius examen partuum difficultium*, Leidæ etiam an. 1733. & Parisiis anno 1734. recusum, aliqua huc pertinentia habet, ad fabricam uteri sani, gravidique, &c.
- Ad anatomem mammarum observationes habet J. B. MORGAGNUS Adversarior. I. & V.
- THEOPH. PRAUSER de lactis natura, usu & abusu, Leid. 1706. 4.
- FR. PETIT in epistolis Namur. 1710. 4. editis habet lactis analysin.
- J. SIGISM. HENNINGER de lacte, Argent. 1713. 4.
- DAN. SLUIM de lacte, Leid. 1716. 4. *
- J. FRANÇ. LEAULTE an virgines possint lactescere, Paris. 1719.
- FRANÇ. WILHELM. MENCELII Diss. de structura mammarum, Leid. 1720. 4.
- HIER. LUDOLF de lacte, Erfurt. 1724. 4.
- J. FRID. de PRE' Diss. de lactis progenie, caseo & butyro, Erfurt. 1725.
- CHRIST. GOTFR. STENZEL de lactis succique nutritii preparatione, VVittemb. 1721. 4.
- GUTERMANN de mammis ac lacte, Tubing. 1727. 4.
- LAUR. HEISTER Dei existentia ex mammis &c., Helmst. 1730. 4.

COG.

- COG. ROSSI de mammis Opuscul. scientif. T. VII.
- J. GOTFR. GUNTZ de mammarum fabrica & lactis secretione, Lipsi. 1734. 4.
- L. THEOPH. LUTER de lactis humani statu naturali & praternaturali, Erfurt. 1735. 4.
- J. V. de BERG de Mammis, Leid. 1737. 4.
- HYACINTHI THEODORI BARON Ergoprolemlactare matribus saluberrimum, Paris. 1741.
- De VANDENISE & LEAULTE Ergo recens nato lac maternum, ibid.
- PH. AD. BOEHMER de ductibus mammarum lactiferis, Hall. 1742. 4. cum icone.
- POLYC. FRID. SCHACHER de lacte virorum & virginum, Lipsi. 1742. 4.
- J. H. SCHULZE de lacte, Hall. 1742. Diss.
- J. J. S. untersuchung in wvelchen fallen es erlaubt sey Saug-Ammen zu halten, Lipsi. 1745. 8. *
- J. DOLDE de colostro, Basl. 1750. bona disputatio.
- Icones etiam ductuum lactiferorum non tamen optimas dederunt ANT. NUCK & PH. VERHEYEN. Bona adhuc deficit.
- Ad lactis porro analysin LUD. TESTI in Libello alibi citato, & Mercure Suisse 1734. BOERHAAVIUS in Chemicis DOORSCHOOT in Diss. Leidæ habita 1737. 4. quæ experimenta HIERONIMI DAVIDIS GAUBII continet. CASPAR NEUMANN in posthumis prælectionibus. J. FRID. CARTHEUSER in pharmac. GOURAIGNE in Libello jam citato. CL. BERCH in Svenska Acad. Hantlingar 1745. HOMBERG Acad. Reg. Scient. 1712. J. C. BARCHUSEN in sæpe citatis Acroamatibus, & alii scriptores habent.
- Ad lactis analysin citatus J. FRID. CARTHEUSER, de eadem etiam egit in mar. med. T. II.

C A P U T XIV.

De Renibus.

RENES referimus ad hoc caput propter magnum nexum, & exortum vasorum spermaticorum. De iis itaque primus legendus erit magnus ille & illustrissimus Romanus scriptor BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS (a). Inter ejus nempe opuscula anatomica, non aliud magis super alios Auctores eminet, quam Tractatus de Renibus, qui Liber ita latuit, ut quindecim, & viginti florenis constiterit; sed edendum illum curavi in 8. anno 1707. in qua editione simul adduntur figuræ æneæ, quæ latuerant in bibliotheca Principis in Italia (b). Hic etiam Auctor.

(a) Ante EUSTACHIUM parum profecerat renum historia. RUFUS urethram ab uretere separaverat. Papillas tamen JACOBUS CARPUS dixerat, aqua injecta fistulas uriniferas exploraverat, & NICOLAUS MASSA ductulos uriniferos ipsos. CAROLUS STEPHANUS descripsit meatus acicularum similes, ægre visibiles, innumeros, quibus renes urinam adtrahunt, vidit etiam renem ex duobus connatum. VESALIUS nihil addidit. GABRIEL FALLOPIUS fistulas in sinu renis cum operculis breviter indicavit: varietates etiam vidit minorum ureterum, arteriarum duplicium. WILHELMUS RONDELET renes compositos Delphini aliorumque animalium dixit, & papillas, forte ante EUSTACHIUM.

Sed BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS justo Libro, excuso Ven. 1563. 4. & 1564. 4. papillas renales, earumque ductus multo liquidius descripsit, VESALII ex animalibus desumptam descriptionem correxit, capulas reni vicinas invenit, vasorum innumerabiles varietates vidit, iconibus expressit, ureterum in ingressu ad vesicam fictitias valvulas refutavit, experimento doctur vesicam vacuum reperiri si ureter ligatus fuerit, dextrum renem humiliori loco poni contra omnem antiquitatem demonstravit, tumorem album ureteribus continuum indicavit in Tabulis posthumis.

(b) Misit Librum quidam PETRUS HOTTON, icones vero DOMINICUS GUIGIELMINI, qui eas invenerat inter libros RAMAZZINI (Præf. ed. 1707.). Cæterum recuderat eas icones.

RIT. 2.

C. BAU.

Auctor incomparabilis est, & habet ea omnia de renibus, quæ pro novis nunc a neotericis traduntur, cum tamen antiquus Auctor sit, vixit enim cum VESALIO.

Legatur etiam LAURENTII BELLINI Tractatus exiguus de Renibus (a), editus Florentiæ, sed & iste elapso nuper anno Lugduni Batavorum recusus est. BELLINUS multa quidem habet, quæ EUSTACHIUS jam invenerat (b), ex eo enim se ornaverunt plurimi, quod lateret ille Liber, neque furtum facile agnosceretur. Aliqua tamen propria habet.

Videatur etiam MARCELLUS MALPIGHIUS de Renibus (c).

Dein-

C. BAUHINUS in theatro anatomico. BOERHAAVIUS in editione sua omisit PINI adnotationes, quibus indicantur loci antiquorum, ad quos EUSTACHIUS respexit.

SALOMON ALBERTI in histor. part. glandulas vermiculatas (papillas) pervias poris ægre visibilibus non admittentibus pilum dixit, EUSTACHIO forte usus.

J. RIOLEANUS capsulas cavas esse primus negavit, musculum dici, qui esset vesicæ membrana, noluit.

A. SPIGELIUS canaliculos renovavit, musculum vesicæ a H. F. ab AQUAPENDENTE propositum recensuit, renem sinistrum altiorem in iconibus fecit.

GEORG. GRASSECK de fabrica corporis humani, Argent. 1605. 8. vidit renem ex duobus coalitum.

JOACH. OELHAVEN de usu renum, Gedan. 1616. 4. & Hafn. 1669. 8. Theoria mera, quæ renes ad generationem & feminis præparationem facere contendit.

BARTH. CABROLIUS etiam observationem habet duorum renum in unum coalitorum.

J. RHODIUS in Mantissa varias renum & vasorum eo facientium anomalias habet, & ductum a succenturiato rene in testem. Sed etiam M. A. SEVERINUS in Zootomia hunc ductum prior dixerat.

THOMAS WHARTON in Adenographia icones dedit capsularum bubularum, cavitatem adseruit, foramina in cavo vidit in venam cavam ducentia.

V. B. PLEMBIUS papillas renales & earum ductus descripsit, qui etiam stylum recipient, addidit, non bene, membranas valvulas.

OL. WORMIUS de usu renum, Hafn. 1669. 8. ad feminis generationem facere credit.

DOM. PANAROLUS aliquos in rene lusus observavit, tum J. van HORNE in BOTALZUM, aliique, quos omnes laudare nimium foret.

JOEL. LÖESEL de genuina renum fabrica, Regiomont. 1642. 4. Non malus Libellus cum iconibus propriis & observationibus anatomicis varii argumenti.

THOMAS BARTHOLINUS capsulas accuratius consideravit, cavas esse adseruit, varietates observavit. Renes in unum connatos vidit. Pro viis stetit propioribus urinæ.

M. LYSERUS carunculas & tubulos descripsit, per quos serum stillat.

(a) LAURENTIUS BELLINUS de structura renum, Florent. 1662. 4. Argent. 1664. 12. cum iudicio de renum usu. J. ALPH. BORELLI, Patav. 1666. 8. Leid. 1665. 12. (cum rene monstruoso BLASHI, tum an. 1711. & variis annis in 4. Distio complicata. Sinulos EUSTACHII ita auxit, ut cavos tubulos faciat; de vasis renum observationem addidit, quod ex circulis suis ad superficiem renis ramos spargant; spatium inter arterias renis & fistulas medium interposuit.

J. ARN. FRIDERICI de Renibus, Jen. 1663. 4.

(b) EUSTACHIUM nempe nusquam citat, & unicum corpus papillare facit, ex vervece, manifesto argumento, nunquam humanum renem ab ipso fuisse dissectum.

(c) MARCELLUS MALPIGHI in Libro de viscerum structura, Bonon. 1666. 12. Londin. 1669. 12. & in operibus omnibus habet de Renibus Tractatum in quo prioribus addidit glandulas elementales renis, quas credidit urinam separare, & infundere ductibus BELLINIANIS, ut vulgo vocantur. Aliqua, ejusdem scopi, in posthumis addidit.

CHRISTOPHORI WREN historia renum, quam erat adgressus, nunquam prodiit (THURSTON distrib. de respir. p. 116.)

GER. BLASIIUS in observationibus fabricas peculiare renis multas habet: in Civetta va-

sa per

sa per superficiem decurrere observavit; ad BELLINI Opusculum renem adiecit ex duobus coalitum.

F. SYLVIUS sanguinem a liquore capsularum reddi fluidiorem ex conjectura proposuit, in Diss.

In Philosophicis Transactionibus.

TYSON fabrica renum peculiaris de capsularum figura & cavitate, n. 142.

Renes distincti in urso, lutra, phocæna, struthione, n. 144.

Triplex vesica, n. 168.

Ureteres feminarum ampliores sunt. Aliqua de situ renum. De vasis renalibus observatio, n. 307.

Pilulæ & alia egesta per urinam, n. 323.

Ureter per duas tertias suæ longitudinis partes duplex, n. 337.

Viarum urinæ fabrica non naturalis, n. 410.

Ureteres duo & pelvis duæ in rene, n. 475.

T. KERKRINGII alternas ureteris dilatationes & contractiones vidit Obs. 50.

THOM. PETRUCCI in spicilegio anatomico de structura & usu capsularum renalium, Romæ 1680. 12. ut ex JOURN. des SAV. video, docet ferri eo per venas sanguinem, ex quo separatur atra bilis: hinc valvulas esse, quæ ex vena in cavitatem capsulæ liquidum admittant, non contra adfirmat. Renes ex lobulis compositos vidit.

TH. PETRUCCI librum citatum cum ab eo tempore ipse nactus sim, de eo addo, quod proponat, atram bilem a vena secretam per arteriam resorberi, & urinæ misceri, eamque tingere. Icones, quas habet, non bonæ sunt. IDEM parabat etiam renovatam hominum generis & de hominis generatione ex ovo, qua novam de semine sententiam proferre constituerat. P. MANDOS. p. 249. sed videtur nunquam prodixisse.

De viis novis ad vesicam, de quibus diximus, invenio etiam apud T. GUIDOT in prolegomenis historiam, qui partem porus ventriculo suscipi credit.

Vias novas ad vesicam, rene insalutato patentes, eo tempore multi descripserunt, post HIPPOCRATEM περὶ τῶνον, ERASISTRATUM, ASCLEPIADEM (GAL. facult. natur. I.) Anonymus in Phil. Transf. n. 65. 67. & E. N. C. Dec. I. Ann. 2. T. BARTHOLINUS, CORNELIUS CONSENTINUS, M. TILING de vas. brev. A. DEUSING aliment. depurat. THEOD. CRAANEN, TOB. ANDRÆ (qui proprias observationes adlegat p. 119. 127. 160.), la HIRE anciens Mémoires T. II. ubi observat ex vesica inversa aquam destillare, hinc poros habere admittentes, neque vicissim emittentes. MORIN Acad. des Sciences 1701. & REAUMUR 1714. quod experimentum, ubi de vesica agemus demonstrabimus ab aliis etiam, ab ea secta alienis viris factum esse. G. V. FRANKENAU in diapedese restituta, Hafn. 1716. 4. (& in coll. mea T. III.) & NIC. HARTSOEKER in suite des conjectures, & MORGAN in mechanic. principes (quorum uterque adfirmat ligatis ureteribus vesicam tamen repleti.)

OL. BORRICHIIUS in Act. Hafn. fabricam ureterum descripsit.

MATTH. TYLING de admiranda renum structura, Francof. 1672. 12. Compilatio, & ex vulgaribus scriptoribus. Recusa est cum titulo M. T. mirabilis anatome renum, Francof. 1699. 12. & nephrologia nova curiosa M. T. cura J. HELFR. JUNKEN, Francof. 1709. 12.

P. ANTONIUS MOLINETTI varietates vesicæ vidit, de capsulis sententiam proposuit, factas esse, ut sanguinis in fetu diverticulum sint, quo decedat, ne in renes decumbat copiosior.

P. PERRAULT valvulas ureterum renovavit, & fuse de eorum officio egit.

In JOURN. des SAV. 1671. 1678. renes monstruosi connati describuntur.

J. M. HOFMAN de glandulis renalibus Diss. Altdorf. 1683. 4.

R. J. CAMERARII historia anatomicæ renum & vesicæ, Tubing. 1683. 4.

EL. RUD. CAMERARII historia anatomica renum Disp. Tubing. 1699. 12.

SAMUEL COLLING ex anatome comparata, ut solet, diligenter egit de renibus, etiam in rarioribus animalibus, ut in tigride, ex homine etiam papillas octo, cum suis lineolis & apicibus in infundibula prominentibus satis bene pictas dedit.

T. GIBSON in Anatomy epitomized, Lond. 1684. 8. habet icones capsularum TYSONIANAS, exiguas.

ANTONIUS NUCKIUS contractiones & dilatationes alternas, in uretere fere perpetuas, indicavit. J. GOD.

Deinde FRIDERICUS RUYSCHIUS, tam in *Observationibus*, quam in *Theat. Lauris* diversis locis. (a).

J. GOD. WELSCH de renibus succenturiatis, Lips. 1691. 4. eas capsulas aliquid ad ductum thoracicum mittere suspicatus est, quam opinionem video etiam B. TEICHMEYERO placuisse in *anthropologia* & a J. A. KULMUS in *Breslauer Samlungen* 1722. experimento quodam confirmari. Sed vicinia vasorum lymphaticorum manifesta est, ex cavea capsulae oriri superest ut demonstratur.

CAR. DRELINCOURT apud BLASIIUM aliqua de liquore capsularum styptico habet, &c. J. J. HARDER in *apiario* de capsulis aliqua & maximum renem descripsit, & glandulas corticales MALPIGHII ex femina.

G. BIDLOO glandulas MALPIGHIANAS pro re certa & definita depinxit.

J. HARTMANNUS capsulas renales docuit liquidum separare, quod sanguinem, sero plurimo privatum, fluidiorem redderet. Ea etiam sententia est BIUMI de *cannalotti* &c. & J. FANTONI.

G. BAGLIVI renem unicum vidit.

J. BOHNIUS egregiis experimentis contra vias peculiare urinae pugnavit *Progyrn.* XIV. & ligato uretere nihil in vesicam venire vidit: tum P. VERHEYEN in *T.* II. varietates etiam in rene vidit.

J. COWPERUS in *Anthropologia* cera & aere per venas capsulas se replevisse scribit: circulationem per renes descripsit injectionibus. Ureteris contractionem ad unum locum arteriae iliaca non bene restrinxit.

In *Mémoires de l'Académie des Sciences*.

In *Anciens Mémoires* Academici cavitatem capsulae negarunt, renem urfi depinxerunt, in Elephanto Glandulas renales & ductus excretorios manifestos expresserunt.

In novae Academiae monumentis 1700. Nullus in altero latere ren.

1701. Glandulae ureteris.

1704. Appendices vesicae.

1702. 1705. 1706. Glandulae renis Malpighianae a LITTRIO confirmatae, ita evidenter, ut nimum videatur.

1707. LITTRE ren unicus.

1715. MARANGONI de immensa vi aquae a virgine reddita.

1714. Membrana de vesica decedens.

1730. Ren unicus major.

1731. Ren in delphino in renculos discedens, postquam externa membrana remota est.

1740. Explicatio modi, quo bifurcati ureteres generantur HUNAUUD.

1744. T. E. BERTIN fabricam renis describit, cui restituit MALPIGHII glandulas, magnasque facit, & ex iis majorem partem ductuum uriniferorum oriri, minorem ex arteriis, docet.

J. FANTONUS in *Dissertationibus* defendit ex brutorum anatomicis glandulas elementares renis: capsulas cavas esse aut proprium liquorem habere cum MORGAGNO negat.

J. PETRI HOLLARD de renum structura & usu, Basil. 1705. 4. * PL.

J. B. MORGAGNUS demonstrat Ureterum diametrum inaequalem esse, neque tamen id pertinere ad vim comprimentem iliacorum vasorum. Capsularum cavitatem negat, aut in dubium revocat, Valsalvianum inventum in *epistola XX.* explicat.

Vaginas vasorum renalium habet J. RAU apud VALENTINUM.

RAYMUNDUS VIEUSSENS in *novo vasorum systemate* habet iconem arteriarum renalium ex cervice, quam RUYSCHIUS, & descriptionem, eo quo solet omnia modo. Vasa credidit se vidisse neuro-lymphatica, quae urinam ab arteriis ducerent in ductulos uriniferos. In *Tractatu des liqueurs* renem per medium sectum, papillas numerosas ductusque earum satis pulchre expressit p. 361.

(a) FRIDERICUS RUYSCH glandulas renales negavit, renem unice vasculosum esse, & ejus corticem componi vasculis serpentinis in ductus Bellini continuatis, capsulas non remotas esse a rene, sed incumbere contra BARTHOLINUM ostendit. In *Adv.* II. habet conjecturas aliquas de vasculis ex uretere abscidentibus.

Arcus arteriarum renalium se vidisse confirmat SCHELHAMMER in *physiologia posthuma*. A. M.

A. M. VALSALVA, ut notissimum est, credebat se vidisse in animalibus, maxime in his, quae testes in lumbis gerunt, vasa a capsulis ad ovaria aut testes euntia. Sed ea fuerunt cellulosa tela vid. *Comm. Bonon. Giorn. de letter.* T. 32. & *Dissert. posth. a MORGAGNO* editam III. CL. RANBY arteriolam pro eo ductu habuerat *Phil. Transf.* n. 385. 395. CL. TEICHMEYERUS nervum in *Disp. de generatione*.

In MIDDLETONI de calculi sectione Libro varietates aliquae in ureteribus habentur.

In MIDDLETONI de calculi sectione Lib. 1. habet glandulas & contractiones ureteris.

J. KEIL in *compendio* habet glandulas & contractiones ureteris.

G. D. COSCHWITZ de valvulis ureterum, Hall. 1723. & in *Collect. nostra* T. III. statuit in decursu ureterum valvulas, quas in *Musaeo* admittit A. VATERUS, nos non reperimus. Habet etiam alias utiles observationes.

W. RUTTY a *tractate on the urinary passages*, London. 1726. 4. Est Gulstoniana lectio. Multum utitur MORGAGNO. Addidit renis cum duplici pelvi, & vasorum in rene animalium rapacium per superficiem decurrentium Parisinis Anatomicis & BLASIO minime ignoratorum iconem. Practicas etiam observationes aliquas proponit.

W. CHESELDEN habet icones renum in situ. CL. BASSIUS in observationibus de venalibus capsulis scripsit, & serum fecernere quod sanguinem adtenuaret, cum PETRUCCIO aliisque credidit.

RICH. POWER de *urina secretione, & excretionem*, Leid. 1729.

H. P. JUCH de *urina secretionem & excretionem*, Erfurt. 1729. 4.

J. G. DUVERNOI in *Tom. V. Astor. Perop.* egit de capsulis renalibus, & P. A. MOLYNETTI atque JOSEPHI POZZI conjecturam secutus est.

A. NOOT de *usu & structura renum*, Leid. 1733. *Disp.*

In EDIMBURG. SOC. SPEC. vol. III. habetur exemplum urinae per foramina duo super pubem effluentis.

S. P. HILSCHER in *progr.* Jen. 1733. renis unici observationem descripsit. Recusum est in *vol. Disp. select.* III.

H. J. REGA in *Tractatibus duobus de urinis*, Lovan. 1733. 12. impugnat vasa peculiaris urinae; urinam potus ab urina sanguinis separat.

J. CHRISTOPH. LISCHWITZ *renum in fetu urina secretionem declinans diverticulum*, Kilon. 1736. 4. *

J. NELSON de *renibus & secretionibus, & diabete*, Leid. 1736. *Disp.*

CL. PETSCH in *anatomicis observationibus*, Hall. 1736. 4. arteriarum circulos describit, unde rami rectilinei exeant Belliniano more. Varietates etiam multas describit.

JOS. MOSES BENDIEN de *renibus eorumque affectibus*, Traject. 1737. 4.

J. H. SCHULZE & KESSELRINGII *Disp. de lithiasi sinistro magis quam dextro reni magis infesta*, Hall. 1738. 8. Omnino legi meretur ad vasa renum, &c.

JOH. KENNION de *situ & structura renum*, Leid. 1739.

Perspirationem renum proposuit CL. KAAU.

CL. CASSEBOHMIUS in posthumo Libro renem vervecinum bene descripsit. Valvulas COSCHWITZII refutavit, alia bona attulit.

D. VELSE in *Disp. de ingressu intestinorum* duas in uno rene pelves, statum a vesica in ureterem redire vidit.

GYSBERTI BEUDT de *fabrica & usu viscerum uropoieticorum*, Leid. 1744. 12. & in *Coll. nostra* vol. III. Multa utilia habet, membranas ureterum quinque; glomeres albos renis ex cera alba a spiritu vini expressa explicatos; varietates vasorum. Ductus aliquando duos a capsulis renalibus ortos & euntes versus pelvim se vidisse refert.

CHRISTIAN SWAGING de *excrementis secunda coctionis*, Leid. 1744. 4.

EDUARDI LYNE de *urina secretionem in statu naturali & morbofo*, Leid. 1744. 4.

ABRAHAMUS BAECK in sua oratione habita coram Academia Suecica meminit renis ex duobus connati.

CLIFTONUS WINTRINGHAM vasorum renalium capacitates, & robora, aestimavit. Venas amplissimas & laxissimas invenit, arterias ex firmioribus.

In Libro *of comparative anatomy* ut aliorum, etiam hujus visceris aetiologiae existant. Papillam unicam carnis ob factorem lotii, ad celeriore secretionem datam esse suspicatur.

Ren unicus a CL. HANDWIG in *Bibl. Hamburgensi* in vol. I. describitur. Alius ex HUME-



HUMELII olim mei Professoris observatione in *Comm. Lirt. Nor.* 1743. alius in CL. WITTHOEII nupero scripto de hypothefi LEEUWENHOEKIANA exhibitur, alius in *Commens. Bonon.* T. II. P. I.

HENR. KINTIUS in *Disp. de nephritide*, Leidæ 1746. 4. habet observationes aliquas in vasis renalibus & anatomen visceris.

G. AUG. LANGGUTH de *humoris saccati per solos renes percolatione*, Vitteemb. 1746. 4. Negat vias peculiare urinæ.

Nos in monstri descriptione renem duplicem connatum exhibuimus, & in icone vasorum renalium tres classes arteriarum capsularium; arterias ureterum, aliaque minute investigavimus.

Scriptores subijcimus, qui de vesica urinaria egerunt, quorum plerique equidem jam tum sunt citati, quando egimus de partibus generationis virilibus.

A. VESALIUS peritonæi ad vesicam habitum in *examine observationum FALLOPII* descripsit.

G. FALLOPIUS sphincterem, fibras vesicæ, insertionem ureterum, & ejus utilitatem ostendit.

F. ROUSSET in *Libro de partu casareo* egregie expressit peritonæi ad vesicam habitum, ejusque super ossa pubis situm, & in vacua & plena vesica.

J. ROLANUS sphincterem vesicæ duplicem fusius descripsit, ut exterior amplecteretur prostatas: in *enchiridio* appendicem vesicæ ex primis vidit, quam calculus fecerat.

NIC. HABICOT vesicæ ligamenta tria describit, ad os pubis euntia, & ad intestinum rectum, & tertium super vesicam extensum, quo ab abdomine separaretur.

J. CASSERIUS vesicam super os pubis adfurgere in iconibus expressit: fibras per longitudinem vesicæ decurrentes, posteriores, bene depinxit.

M. A. SEVERINUS duos monticulos albæ & durioris substantiæ in initio urethræ positos primus in sue vidit in *zootomia*. Eos etiam GRAAFIUS habet.

V. P. PLEMPIUS valvulas ureteris refutavit compressionem vesicæ musculis abdominalibus potius, quam FABRICIANO musculo tribuit.

J. PECQUET experimenta de vesicæ contractione fecit, & vidit, acu punctam nihil emittere.

T. BARTHOLINUS appendices vesicæ & ejus absentiam plenam vidit, & vim contractilem in vivo animale. Sphincterem apud BARTHOLINUM descripsit O. BORRICHIIUS.

G. BLASIIUS etiam absentem vesicam & ureteres ad umbilicum apertos vidit, & vesicas gemellas, & septo distinctas.

Glandulas vesicæ in VII. Centuria *colleſtaneorum* habet S. BLANCARD, in *apiario* vero HARDERUS.

In *Phil. Transf.* glandulæ vesicæ per morbum auctæ describuntur n. 228. & a CL. BUSSIERE n. 268.

LEEUWENHOEK duodecim in vesica bubula membranas distinxit n. 323.

JURINUS n. 359. vim contractilem vesicæ æstimavit, ad libram unam & semis.

CL. NIC. LE CAT Urethram, cera plenam, & cellulositatem inter vesicam & os pubis descripsit, depinxit n. 460.

J. C. WEPFER vesicæ motum contractilem, diversum a muscutorum abdominis vi, recte confirmavit, tum DRELLINCOURT in *canicidiis*: tum BOHNIUS.

R. J. CAMERARIUS de *renibus & vesica*, Tubing. 1683.

Glandulas mucosæ vesicæ COWPERUS in *Libro de glandulis urethra* descripsit. IDEM in *myologia* muscolum ut vocat proprium vesicæ expressit.

In *Acad. Scient. Gallica*.

1701. LITRE vesicæ sphincterem describit.

1713. Vesica amplissima, quatuor pintarum capax.

J. G. de BERGER resorptionem vaporis abdominalis in vesicam admittit, vias urinæ præter renem, nullas admittit. Eum vaporem in vesicam venire etiam J. FANTONUS admittit, & DEIDER, A. KAAU & alii.

Idem J. FANTONUS imam partem vesicæ latiore esse recte observat, &c.

JAC. RAVIUS sphincterem vesicæ describit, missum ex fibris sphincteris ani & vesicæ fibris.

J. W.

J. W. PAULI in *programmate de siph. anat. usu* 1721. vesicam ope ejus machinæ in multas laminas dividit, nerveam in tres, carneam in quatuor, &c.

J. B. MORGAGNUS de vesica & urethra multa habet, quorum partem recensui. J. BAPTISTÆ BIANCHI novos musculos & pseudosphincterem refutat, tumores albos ab ureteris ingressu continuatos sollicite describit, &c.

T. ALGHISII urethræ ex utroque sexu figuras in naturali situ dedit.

J. KEIL in *Tract. de velocit. sang.* vim vesicæ æstimat, & trium unice unciarum facit. Sed eam vim P. A. MICHELOTTUS 504. libris æquat, & duplo etiam majorem facit D. RUTTY.

C. WOLFIIUS in *nützliche versuche* III. vesicæ poros introrsum ducentes, aeri impervios demonstrat, etiam J. W. ALBRECHT in *observationibus anatomicis*, & J. E. CARTHEUSERO de *aeris circulatione*, &c. & olim C. CONSENTINO aliisque visos, membranæ vesicæ divisionem, ope siphonis sui, factam describit.

L. HEISTERUS glandulas vesicæ, & appendices exhibet (in Chirurgicis).

J. BAPT. BIANCHI in *Theatro anatomico MANGETI* L. II. multa nova proponit: Sphincterem vesicæ negat, ejus vices ait repleri a prostata in vesicam eminente: in feminis vero a prostata ibi minore (ignota). Levatorem vesicæ novum, & depressoem; & velum musculosum infra prostatas ad bulbum urethræ progressum pro sphinctere habitum solus hætenus proponit.

Quæ J. B. BIANCHI l. c. proposuit, eorum multa repetit in nupera dissertatione quæ recula est in *Memorie di Valentuomini*.

J. D. SANCTORINUS in *observationibus* sphincterem vesicæ negat, ad urethram varia observat.

In MIDDLETONI *Tractatu de calculi sectione* aliqua etiam ad vesicæ situm super os pubis, & ad cellulofam telam pertinent.

W. CHESELDEN in *Libro de apparatus alto*, Lond. 1723. 8. bonas figuras dedit situs vesicæ super os pubis, & plenam super id os adfurgere observavit.

W. RUTTY habet ex DOUGLASSIO fibras longitudinales vesicæ ortas ex prostata & osse pubis.

JOS. WEITBRECHT in *Act. Petrop.* vol. V. figuram situmque vesicæ egregie explicavit: fasciculos ad os pubis euntes potius pro musculosis habuit.

H. FR. LE DRAN in *parallèle de la taille*, Paris. 1730. 8. icones habet & observationes multas egregias; tendines, ut vocat, vesicæ ab ossibus pubis ortos; cellulofam vesicæ, situm in imo abdomine, cellulofam telam circumpositam, figuram veram variabilem aliaque. In *Academia Chirurgica* Monumentis, modum explicat mechanicum, quo appendices generantur, de quibus etiam alii Auctores in eo Libro observationes adferunt, & situm pinxit FOUBERT.

J. B. WINSLOW in epistola ad MORAND (cum ejus *Libro de apparatus alto* excusa) plicam illam semilunarem peritonæi, & hujus membranæ cellulofam telam circumfusam vesicæ describit.

In nova editione *Commentarii HEISTERIANI* ligamenta vesicæ a lamina interna peritonæi facta, & saccus cæcus secundum vertebrae lumborum positus a WINSLOWO visus adducuntur, de quo postremo possit expectari, esse eam viam urinæ peculiarem a ventriculo descendentem.

JAC. DOUGLASS adhæSIONES fibrarum vesicæ longitudinalium ad os pubis vidit, & situm in peritonæi sacco, hujusque adhæSIONES & semilunares plicas primus in *Libro de peritoneo* sollicite exposuit.

J. VAN BEEKHOVEN de *WIND de ureteribus & vesica urinaria*, Leidæ 1734. *Disp.*

F. NICHOLSS novam hypothefin de pyramidalibus musculis proposuit, qui vesicamelevant & ligamenta vesicæ laxent, dum mingitur. Eam in *œconomia animali* propositam non sibi displicere demonstravit JAC. PARSONS.

CL. CASSEBOHM in posthumo opere tunicam mucosam diversam a nervea statuit, sphincteremque in utroque sexu ab ani sphinctere ortum describit.

A. KAAU vim contractilem vesicæ observavit, resorptionem in vesicam demonstrat, & arterias halantes in ejus caveam, & aliam exhalationem in abdomen.

JAMES PARSONS *description of the urinary bladder*, Lond. 1742. 8. Paris. 1743. 8. recusa.

§ ff

EO

Et sine imprimis scripsit, ut JOHANNÆ STEPHENS medicamentum refutaret. Brevem tamen etiam anatomicam descriptionem dedit maxime detrusoris fasciculi ex JACOBI DOUGLASSII observationibus, & de appendicibus, modoque egit, quo generantur, de figura vesicæ latiori, &c. Auctor Libri *of comparative anatomy* figuras vesicæ, ut ex pueris factas, carpit, quæ sacco inferiori destituuntur.

A. F. WALTHER in *Diff. de collo vesicæ virilis*, Lips. 1745. 4. Sphincterem vesicæ non sufficere officio sagax vidit, eamque vel a solo situ claudi, deinde in adfuetis multos musculos vicinos eo conferre, levatores alioque. Sed omnino legenda est.

CL. G. A. LANGGUTH in *Disp. supra citata* etiam nerveam a villosa tunica distinguit: aquam, ut per eam penetret, docuit.

PALUCCI in chirurgicis suis de calculi sectione observationibus etiam descripsit vesicam vasaque pelvis & urethram.

GYSBERTUS BEUTH in *Disp. jam laudata*, iconem dedit vesicæ insidentis recto Intestino: fibras ab uretere descendere versus urethram docet: cellulosam vesicæ primam, aut inter primas, describit; & mucosam & peritonæi habitum ad vesicam per varias ætates: figuram vesicæ veram: & sphincterem & vasa, & exhalationem demonstrat.

Ad urinam ejusque analysin pertinet THURNEISERI paradoxus Liber an. 1576. Berolini editus *neue erfundung der harnprobierung*. Pondera ipsa & analysin sollicitè habet, & salis, sulfuris & mercurii proportionem, indeque prælagia deducit, sed sani, ni fallor, nihil inest. P. FORESTI Librum *de incerto urinarum judicio* & alios ejus generis de industria nunc omittimus, ut qui praxin unice secuti sint, neque analyses habeant. F. B. HELMONTIUS *de lithiasis*, ubi præter paradoxas aliquas opiniones de spiritu urinæ vinoso, de origine calculi, habet tamen experimenta sua minime mala & nova, ex putrefacta urina nata, sales varios, spiritum urinæ cum spiritu vini coagulabilem. Idem *de febribus bilem lotii* refutat.

O. TACHENIUS in *Hipp. Chémico* saltem marinum in urina demonstravit.

BARTHOL. BONACORSI *de humano Jero, vel de urinis*, Bonon. 1650. 4. *

R. BOYLE in *apparatu ad historiam sanguinis humani*, in *Chémica sceptico*, in *historia fluiditatis & firmitatis*; in *Libro de insido experimentorum successu*, in *Libro de origine formarum*, & saltem crystallinum urinæ, & fixum marino similem, & volatilem alcalinum saltem, & alium ammoniacalem, & differentiam urinæ putridæ a recenti docuit.

H. MARTIN *Anatomia urinæ Galeno-spagirica*, Francos. 1658. 12.

THOMAS WILLIS *de urinis*, Lond. 1662. 8. Ed. III. Analysin habet, aut certe consilia ad destillationem, ad exhalationem, ad admistos liquores chemicos, & rariores viarum urinæ morbos.

THOMÆ WILLIS l. c. Gallice versus prodit Paris. 1682. 12.

J. PHIL. BONANUS moleculas salis marini in urina vidit.

LAURENT. BELLINUS *de urinis*, Bonon. 1683. 4. (MERCL.) avocata de urina aqua augeri factorem & intendi colores expertus est. Similia etiam habet PITCARNIUS in *Elementis*, EBERH. LANGERMANN *de excrementis corporis humani*, Leidæ 1694. * PL.

Varia hac pertinentia existant apud *Anciens Mémoires* T. XI. LUDOVICUM LÉMERY *Mémoires de l'Acad.* 1707. HOMBERG 1712. HELLOT 1737. JOHANNEM BOHN in *Progr. XIV. ANTONIUM de HEYDE* obs. 89. CAR. DRELINCOURT. *Disp. de liensis*: PHILIP. VERHEYEN *Anat.* l. II. J. C. BARCHUSEN post *Acroamata*: G. E. STAHL in *fund. Chem.* NIC. LEMERT in *Chem. VIEUSSENS Traité des liqueurs* (qui acidum lotii defendit): SCHAPER *de corpusculis masse sanguineæ* in T. II. *Coll. Disp. recusum*: F. HOFMANN in *Med. systematica* T. I. P. GERIKE in *Chem.* F. NICHOLLS in *compend. œconom.* CASPARUM NEUMAN (in operibus, quæ quidem valde placent): F. STEPHANUM GEOFROY *Expériences sur la pierre*, Eximia etiam sunt quæ CL. POTT & MARGGRAAF de sale fusili urinæ habent in *Berol. Acad. Scient. m. num.* an. 1746. Aliqua habet PINELLI in *Traçtatu de podagra*.

FERMANNUS BOERHAAVE in *elementis chemicis*. T. II. saltem essentialem urinæ sollicitè describit. Idem in *Libello de calculo*, quem nos recudi fecimus, generationem crystallorum calculosarum describit. Similia fere HENKELIUS *de aggregatione* habet.

ERN. HENR. WEDEL *physiologia urinæ*, Jen. 1703. 4.

De sale fusibili urinæ lege etiam HENKELIUM redivivum, ROHTIUM in *Chémia*, &c. Anonymus in *Trivultinis* 1708. habet analysin urinæ putridæ, & contendit in fundo destilla-

destillationis mansisse saltem ammoniacum. Aliqua contra eas analyses vide in *Journ. des Savans*. 1708.

CL. LANGRISH per analyses diversitatem principiorum urinæ hominis sani & febrientis exponit.

J. HENRICUS POTT *Misc. Berol.* T. VI. analysin lotii habet, & acidum ejus experimentis confirmat.

Præcticos scriptores alibi dicemus.

Ad scriptores de phosphoro in physicis recensos adde.

JOURNAL DES SAVANS. 1677.

HELMONTIUM *de homin. morb.* *

HOMBERG *Anciens Mém.* vol. X. *Misc. Berol.* T. VI. VII. POTT *librogeognos.* LEIBNITZ *Miscell. Berol.* T. I. HENKEL *kleine schriften* p. 601.

SECTIO V.

De Adenographia, seu Glandularum descriptione.

Historiam de glandulis postpositi visceribus, ex hac ratione, quia inventionem glandularum antiquior est viscerum cognitio.

Hæc historia vocatur adenographia, quia *adon* Græce significat glandulam, & *γραφω* scribo.

De glandulis legendi sunt (a), primo, eminentissimus ille anatomicus, THOMAS WHARTON (b), gravissimæ auctoritatis in anatomia, & bonæ fidei, laudisque optimæ, non magnus ratiocinator, sed unice fidens cultro anatomico. Scripsit *Adenographiam*, qui Liber editus est in 8. Londini anno 1656. quæ editio optima est propter figuras; iterumque Amstelodami in 12. an. 1659., quæ editio satis bona est, nisi quod figuræ non tam bene exaratæ sint. Nullibi plura de generatione animalium, de testibus, vesiculis feminalibus & prostaticis reperies, quam apud WHARTONUM; hinc qui de iis rebus publice & cum laude dicere & scribere vult, meliorem non potest consulere Auctorem.

Sff 2

PO-

(a) Veteres ante GALENUM non passimam glandularum cognitionem attigerant. HIPPOCRATICIS equidem Libris inmixtus Liber *περι αδωνων*, spurius dictus GALENO, in quo inventio vestigia glandularum mesentericarum, quas in omento ponit Auctor, capsularum renalium, glandularum in articulis, quas credo esse inguinales & alares. Doctrina de catarrhis et similis est, quæ existat in *Libro de locis in homine*.

Deinde GALENUS *de semine* l. II. ex MARINO manifesto repetit eam distinctionem glandularum rararum, conglomeratarum, secretoriarum, a conglobatis sive densis, ut vocat, quæ divisionibus vasorum adfident, quæ longo abinde tempore a FRANCISCO SYLVIO de se BOE proposita est in *Dissertatione medica* V. qui conglobatarum glandularum bene plenum catalogum dedit.

B. EUSTACHIUS mesentericas, mesocolicas, aliasque expressit iconibus. Neglectæ tamen sunt pleræque glandulæ, maxime quod VESALIUS, ignobili attributa utilitate, eas contentim habuerit. Quas ipsi tribuunt dorsales EUSTACHIUS etiam habet.

(b) Sed primus utique T. WHARTON proprio opere *adenographia*, Lond. 1656. 8. Amstel. 1659. 12. Vesaliæ 1671. & alias edito, eas rimatus est, quo libro plenior enumeratio glandularum, & multa ad pondera respectiva & incrementa thymi, thyreoideæ, salivallium continentur. Sed ex vitulis pleræque desumpit, icones satis malas, & passim dedit observationes parum fidas, & ex nervis liquida pleræque fecerunt non bene ex constructura docuit, cui multi crediderunt, Angli maxime. Laudat auxilium GLISSONII.

Postea (a) videatur Epistola MALPIGHII de glandulis conglobatis (b) ad Societatem Britannicam. In ea epistola exactissima habetur descriptio, & puto plus quam decies editam esse.

Post hæc legatur Adenographia ANTONII NUCKII, edita Lugduni Batavorum in 8. an. 1692. (c), non quod putem (d) NUCKIUM præstitisse aliquid, cum tentat refutare MALPIGHIUM: verum hac occasione nova aliqua detegit, quæ a WHARTONO & MALPIGHIO omissa erant.

Tunc MALPIGHII castigatio ad NUCKIUM potest videri (e).

Et laudatus tractatus GUILIELMI COWPERI de glandulis Lond. editus (f). Denique FRIDERICUS RUYSCHIUS in suis Observationibus anatomico-chirurgicis, thesauris & epistolis (g).

Glan-

(a) NICOLAI STENONIS Filius in specimine observationum de musculis & glandulis, Hafn. 1664. 4. & in priori Libello de glandulis oris, Leidæ 1662. 12. 1680. 12., qui natus est ex inaugurali Dissertatione habita Leidæ 1661. 4. & in appendice speciminis myologia multa invenit in hoc genere, ductum, quem laudabimus, glandulas mucosas narium, palati, laterales linguæ, ceruminis, cutaneas mucosas animalium, oculares glandulas. Distinctionem SYLVII, qui glandulas conglobatas & conglomeratas fecerat, primus propagavit.

(b) MARCELLUS MALPIGHIUS magnam suarum laudum partem a glandulis habet. Omnia viscera, certe cerebrum, hepar, lienem, renes glandulis fieri primus docuit, quæ secretum ex arteriis, per earum membranas distributis, liquorem per ductum excretorium ad proprium locum amandarent. In Libro de externo tactus organo & in posthumis glandulas sebaceas diligenter descripsit. Deinde in Epistola de glandulis conglobatis (quibus fibras musculares & vim similem tribuit), Londini 1689. 4. & alias edita, & Leidæ 1690. 4. recusa, multa de mesenterii, ventriculi, intestinorum glandulis pulchra & utilia addidit. Eadem epistola cum operibus omnibus prodit, & in Diario Parmensi an. 1689. p. 285. recusa est.

J. J. WEPFER tubulos in ventriculo avium, sive glandulam simplicem evidentiorum egregie descripsit.

FRANCISCO MARIA GILIO (NIGRISOLIO) dell' anatomia Chirurgica delle Glandole, Ferrar. P. I. 1681. P. II. 1682. Nunquam vidi.

JEREMIAE LOSS Disp. de glandulis in genere, VVittemb. 1683. Congregatas, conglobatas veriores, conglomeratas, ad quas refert lymphaticas, conglutinatas denique glandulas ponit, accuratius quam SYLVIVS aut MALPIGHIUS, omnesque fieri vas, glutine (cellulosa) connexis, acute vidit. Recusa est in Coll. Disp. T. II.

FR. SCHRADER de lymphis & glandulis, Helmst. 1686. 4.

NEHEMIAS GREW in Cosmologia sacra recte docet, glandulas conglomeratas, ut in testiculi exemplo, fieri fibris & vas (p. 20.)

J. PHIL. EYSEL de glandularum natura & usu, Erfurt. 1694. 4.

(c) ANTONII NUCK Adenographia curiosa (cum qua nova uteri anatome conjuncta est), Leid. 1691. 8. 1723. 8. Catalogum glandularum copiosorem proposuit, fabricam muscolarum glandularum sive conglobatarum demonstravit, lymphatica maxime persecutus est.

(d) Mihi quidem videtur A. NUCKIUS aliqua in melius mutasse, cum v. gr. mediam cavitatem sive acinum in conglobatis glandulis sua injectione mercuriali deletum expunxerit.

(e) Nempe in posthumis glandularum conglobatarum involucrum carnosum extus glandulam ambiens, & fibras intus reticulatas carneas repetit.

(f) Vide supra de part. genit. viril.

(g) F. RUYSCHIUS glandulis in universum iniquior fuit. Cum enim in visceribus variis caveas Malpighianas non invenisset, non de visceribus solum rejecit, falsam utique glandularum imputationem, sed de universo fere corpore nomen deletum voluit, & omnium simplicissimas glandulas cryptarum nomine reformare conatus est. Acinos viscerum non negat, sed ad glomeres valde coherentium vasorum refert. Icones dedit glandularum nonnullarum & imprimis mesentericæ cum subtilibus vas.

Hanc

Glandulæ vero nonnullarum partium, ut glandulæ palati, ad loca illa sitæ, ubi membrana SCHNEIDERI est, videri possunt apud SCHNEIDERUM. Glandulæ uteri apud MALPIGHIUM describuntur, & apud eos, qui de utero

Hanc RUYSCHII sententiam ex omnium primis defendit J. GOD. BERGERUS in Diss. de natura humana, & in Disp. de secretionibus 1712. & cum eo BERNHARDUS ALBINUS Libro de poris. Nunc ubique obtinuit.

GODOFRIDUS BIDLOO in opusculis, inque expositulatione in COWPERUM ad glandulas conglobatas, & vasa lymphatica eas glandulas prætervehentia varia addidit. In Disp. inaug. quam defendit GUILIELMUS MYLIUS, Leidæ 1698. habetur novus catalogus glandularum conglobatarum, earumque fabrica describitur, nimis, ut vereor distincta, musculo duplex dicitur, dilatans folliculum & constringens, & tendinea, cum folliculo & vas lymphaticis, quæ transire secundum glandulas, abque ipsis ramos simplices accipere vult, dicitur, non autem in eas glandulas dividi, aut eo suum liquorem deponere.

J. CHRISTIAN WOLF Epistola de glandulis, Lips. 1699. 4. * PL.

J. WILH. PAULI de abstrusissima glandularum structura & differentia, Lips. 1709. 4. *

LAUR. TERRANEUS in jam laudato opusculo glandularum receptis classibus novam adjicit disgregatarum, quo nomine simplices glandulas intelligit, quas utique a lymphaticis & conglomeratis merito separat cum J. FANTONO & olim MALPIGHIO. In morbos etiam earum glandularum inquirat.

ADAMI FRIDERICI KRÆMER de structura & officio glandularum, Vienn. 1716. *

HERMANNI BOERHAAVE & FRIDERICI RUYSCHII epistolæ de structura glandularum, Leid. 1722. 4. PRÆCEPTOR ornatissimo primo sermone doctrinam MALPIGHII exponit, & propriis experimentis usus, longam simplicium glandularum seriem per universum corpus humanum persequitur, adjecta humorum descriptione. Glandulas ex simplicibus compositas, parum notas, proponit. Denique fabricam viscerum glandulosam ex insectorum anatome, morbis, aliisque rationibus defendit, quam tamen theoriam sub vitæ suæ finem deseruit. RUYSCHIANAM etiam artem fraudis alicujus & nonnaturalis mutationis viscerum ream facit.

J. B. MORGAGNUS magnam glandularum minorum vim passim aut invenit, aut accuratius descripsit, in epiglottide, larynge, lingua, pene, urethra, vaginæ muliebris orificio, articulis, mamma, cute, alibi. Vide ubique & imprimis Adv. I. III. IV. V. Pro glandulosa fabrica viscerum, & pro MALPIGHIO erudite, ut solet, & morbis imprimis usus disputavit in Epistolis ad VALSALVAM datis, & ipse VALSALVA in Epistola III.

NANNIUS in Comm. Bononiensibus I. fabricam etiam glandulosam tuendam suscepit: tum JOSEPHUS POZZI in commercio epistolico, & J. FANTONUS in anat. dissert.

B. D. MAUCHART de vera glandula appellatione, Altdorf. 1718. 4. sententiam CL. PRÆCEPTORIS sui HEISTERI defendit, nempe ab habitu definiendam esse glandulam.

J. JAC. GRAMBS de glandulis qua præter necessitatem in corpore humano statuuntur, Altdorf. 1719. 4. HEISTERI videtur opus esse.

JO. NIC. WEISS de viscerum & glandularum & ulcerum analogia, Altdorf. 1729. 4.

C. G. STENZEL de glandularum in plurimis visceribus absentia, VVittemb. 1731. 4. Sententiam Ruyshianam defendit.

LAURENTIUS HEISTER Compendio suo adenographiam adjecit, qua universalis aliqua ad glandulam & compendium glandularum corporis continetur.

W. CHESELDENIUS glandulas conglobatas a musculo functione removit, cum fibris eam perfecturis destituantur.

THEOPHILUS LOBB. in rational method of curing fevers, Lond. 1734. 8. fabricam glandularum simplicium ex theoria definiit, ut vas esset ex rubro ortum valde flexuosum, ex cujus flexionibus orta lymphatica vasa humorem tenuiorem traherent. Conglomeratas ex hujusmodi simplicibus congregatis fieri posuit.

J. F. CRELL de glandularum in cæcis & apertis divisione (quam refutat), Helmstad. 1741. 4.

C. GOTTL. LUDWIG de glandularum differentia, Lips. 1740. 4. Nobiscum glandulas conglobatas separat a simplicibus, cum quibus nescio quomodo conjunxerunt BOERHAAVIUS.

Eam

utero scripserunt; hinc non opus est, ut de his seorsim agamus. Glandulae intestinalium apud PEYERUM, & illos, qui de illis partibus scripserunt, habentur (a).

Eam nos observationem in commentariis nostris feceramus, passim etiam forte ad historiam glandularum aliqua addideramus, ad thymum, conglobatas.

SERVAAS van de COPPELLO de fabrica & actione glandularum, Leidæ 1743. 4.
A. de HUGO de glandulis in genere & thymo, Gotting. 1743. 4.

(a) Subjungemus Auctores, qui de glandulis sigillatim dixerunt, deinde alios, qui secretionem, absque glandularum memoria proposuerunt, alios denique qui liquores varios corporis humani, in superioribus nondum tactos, consideraverunt. Ad pleraque eundem glandulas jam Auctores citavimus, addemus qui supersunt.

Salivales ductus inferiores invenit EUDEMUS, unde ad GALENUM, & Arabes omnes; & JACOBUM BERENGARIUM, & AL. ACHILLINUM transferunt, apud quos viros describunt nominari. Suscitavit antiquum inventum THOMAS WARTON loco citato & ex vitulo descripsit, cum fatis mala icone, & proportionem indicavit ejus glandulae cum thyreoidea, thymo, aliisque glandulis.

JAC. SEIDEL de saliva, spuma & muco, Gryphsvvald. 1588. 4. *

JULIUS CASSERIUS ligamenti meminit in buccinatore, quod videtur esse ductus Stenoniani resecti superstes radix, & venarum nomine eos ipsos ductus expressisse videtur. Id ligamentum in medio buccinatore an. 1648. repertum pro re nova describit MOULINS in Muscular. histor. p. 17. Sed neuter ejus naturam totam perspexit. Eum ductum ergo invenit juvenis adhuc N. STENONIS, & descripsit ex brutis animalibus, non tamen optime, in Diss. de glandulis oris, Leidæ 1661. 4. GERARDUS vero BLASIUS, sibi tribuit discipuli præstantissimi inventum, in præf. ad medicinam generalem, & de eo apud BARTHOLINUM litigavit (in Epist.) Verum præter NICOLAUM HOBOKEN, cujus existat ductus salivalis Blasianus, Ultrajecti 1661. 12. excusus, & qui testimonia trium discipulorum, pro BLASIO adjecit, atque DEUSINGIUM infensum STENONI vix quemquam quædam invenit. Nam & imperfecte valde loco citato descripsit, & magnæ laudes aliæ NICOLAI faciebant, ut ab eo, qui adeo multa invenisset, plura facile expectarentur; Ipse se tuitus in Libro de muscul. & gland. Neque NEEDHAMUS, qui sibi idem adrogabat inventum, consensum ullum expertus est.

J. von HORNE de ductibus salivalibus, Leidæ 1656. 4. Vol. Diss. sel. I. Tres disputationes sunt, omisæ in editione PAULIANA operum HORNII. Primus ductus novus WHARTONII ex homine descripsit.

Apud M. AUR. SEVERINUM multa semina inventorum reperiuntur, quæ alibi laudavi, ad glandulas intestinales, bronchiales.

F. SYLVIUS, STENONIO teste, invenit glandulas buccales.

In Collegio Amstelod. observationes utiles existant.

CAROLI RAYGER de saliva natura & vitiiis, Argentor. 1667. Diss.

NICOLAUS STENONIS filius, præter priores laudes, etiam buccarum glandulas descripsit in Diss. & Libro de muscul. & gland. Glandularum sublingualium oscula primus vidit, sed ad perfectionem inventum non deduxit. Plura deinde excretoria oscula princeps RIVINUS in corollario disputationis de dyspepsia, Lips. 1679. 4. unum autem grandem ductum, similem VVhartonianum, CASPAR BARTHOLINUS descripsit de ductu salivali novo, Hafniæ 1684. 4. Ultrajecti 1685. 8. sibi vero inventum tribuit J. M. HOFMAN Diss. de gustu, p. 34. J. de MURALTO, qui sibi in Libello, quem Vademecum Anat. inscripsit, ductus sublinguales tribuit, neminem consentientem invenit. Porro ALBINUS pater in Diss. de salivatione mercuriali, Francof. Viadr. 1689. ductus sublinguales descripsit parallelos VVhartonianos, fere uti BARTHOLINUS. Propius ad verum accessit J. B. MORGAGNUS, cujus de ductulis salivalibus, foramine cæco, &c. observationes legere oportet. Deinde A. F. WALTHERUS in Libro de lingua, Lips. 1724. 4. Harlemi 1745. 8. & in Diss. select. vol. I. & tenues glandulae sublingualis ductus observavit, & alios majores, similes Bartholinianorum. Contra eum, eundem objectiones aliqua motæ sunt in A. E. 1725. ab anonymo, qui WALTHERIANOS ductus a MORGAGNO jam descriptos fuisse suspicatus.

rus est. J. DOM. SANTORINUS eodem loco aliqua addidit, & MORGAGNIANOS ex sublinguali glandula vere oriri testatur. Sed WALTHERUS ad eas objectiones respondit in A. E. 1727. & aliqua addidit. Idem glandulam VVhartonianam continuari sublinguali, nec distinctam esse, recte monuit, & ductum Coschvitzii refutat. Et certum est, perpetuo multa earum glandularum ostia adesse, etsi minime rarum sit, ductum aliquem grandem inde nasci, similem descriptioni C. BARTHOLINI.

T. BARTHOLINUS thymi succum & cavitatem lacteo succo plenam vidit. Eam etiam AMADEUS BOURDON, & J. G. DUFVERNOI, & alii viderunt. Ductus vero excretorius Thymi quem DAN. TAUPRY, & anonymus in Breslav. Aët. 1718. & Fr. BELLINGER in Libro of the nutrition of the fetus in the womb, Lond. 1717. 8. & olim RUYSCHIUS & alii aliquando crediderunt se invenisse, is quidem hæcenus latet.

GEORG. BALTHASAR. MEZGER historia anatomico-medica thymi, Tubing. 1679. Diss. Pituitariam glandulam dixerunt WILLISIUS, LOWERUS, & imprimis J. C. BRUNNERUS in Diss. propria, Heidelb. 1688. habita, in qua pro conglobata habet, & vaporem cerebri credit resorbere. De ea etiam legi potest CL. LITTRÉ in Mémoires de l'Acad. des Sciences 1707. MORGAGNUS Adv. VI. aliique.

J. M. HOFMAN de saliva natura, usu & effectibus, Altdorf. 1676. Diss.

FEREM. LOSS de natura & usu saliva, VVittemb. 1677. 4. *

G. FRANK de vasis salivalibus, Heidelb. 1673. Diss. *

F. SCHRADER & COLLINSIUS foramen cæcum, & folliculos simplices linguæ descripserunt.

ANT. NUCK de ductu salivali novo Librum scripsit, Leidæ 1686. 12. quem ex glandula quadam brutis animalibus peculiari deduxit, in homine nondum repertum, sed in cane a B. ALBINO visum & sibi vindicatum. Sed idem in fistulographia, Leidæ 1690. 8. adjecit reliquos prius notos ductus salivales, & satis mediocriter depinxit, salivæ vero analysin dedit.

AUG. HENR. FASCH parotides, Jenæ 1683. 4. *

BERNHARDUS ALBINUS in Disputatione de poris habita Francof. ad Viadr. 1685. p. 27. ductum molarem five palatinum haud longe a Stenoniano apertum invenit. IDEM an. 1688. 4. Diss. edidit de massa sanguinea corpusculis, quam recudi curavi, ob analyses liquidorum humanorum.

CONTULUS in ACT. LIPS. 1699. enormem glandularum cutanearum dedit iconem.

Sic J. PHIL. VERHEYEN in supplemento salivæ & fere omnium liquidorum humanorum analyses dedit: tum C. DRELINCOURTIUS de liensis: HERM. BOERHAAVE in Diss. inaugurali de excrementis quam CL. HAYMANNUS excudi curavit: JOSEPHUS DEVERNEI in historia DU HAMELLANA: JOH. ASTRUC de digestionem: GEORGIUS BAGLIVUS: CHRISTIANUS DEMOCRITUS von Krankheiten des animalischen lebens: T. ZWINGER in collectis Diss. quarum una est de saliva sana & ægra.

G. BAGLIVUS, quem ibi citavimus ad salivæ & liquidorum C. H. analysin, de eo argumento egit in dissertationibus II. Perusæ editis cum tractatu de fibra motrice.

J. VIRIDET in Libro de prima coctione, Genev. 1691. 8. & Paris. 1735. 8. in saliva, succo gastrico, & enterico experimenta fecit, & acidum inesse credidit.

F. HOFMAN de saliva ejusque morbis, Hall. 1694. 4. Diss. & progr. 1698. glandulas in musculo buccinatore sitas descripsit.

F. ROPER de salivatione critica, Hall. 1702. 4.

GUIL. COWPERUS in anthropographia salivales ductus & sebaceas glandulas passim glandulas varias per occasionem icone expressit.

Sed etiam A. van LEEUWENHOEK glandulas sebaceas faciei earumque smegma in epistolis physiologicis descripsit.

JOH. ERN. SCHAPER de glandulis mucilaginosi, Rostok 1698. 4. *

J. C. BARCHUSEN post Acroamata supra laudata salivæ habet analysin.

J. W. PAULI in præf. ad microcosmum JHO. van HORNE glandulas buccinatori incumbentes describit.

J. W. PAULI ibidem citati etiam est programma de glandulis conglobatis, Lips. 1717. 4.

ANTONIUS MARIA VALSALVA glandulas sebaceas cum J. B. MORGAGNO inter primos constituit. Idem ductus Stenoniani iconem non optimam dedit, ex homine tamen.

- JOS. LANZONI de saliva, Ferrar. 1702. 8. & in operibus omnibus.
- RAIMUNDI VIEUSSENS *Traité des liqueurs du corps humain*, Tolosæ 1715. 4. salivæ etiam & aliorum liquorum humanorum habet analysin. Multa repetit & late BERGERI inprimis loca describit.
- J. SIG. HENNINGER de saliva Diff. I. & II. Argentor. 1705. 6.
- J. ADR. SLEVOGT *spicilegium circa tonsillas*, Jen. 1704. 4. suo loco omissum.
- WILH. HENR. MULLER (discipulus BIDLOI) de thymo, Leidæ 1706. 4. & J. PHIL. VERHEYEN *responsio ad exercit. anatomicam de thymo*, Lovan. 1706. 4. Non magis momenti etiam acerba fati controversia.
- JACOBI VERCELLONI de glandulis œsophagi conglomeratis, humore vero digestivo, &c. Astæ 1711. 4. Describit glandulas œsophago incumbentes, bronchiales etiam, dorsales, & alias nescio quas, ductus excretorios adscribit, non valde probabiles, ramosos, inde vero & inprimis ex thyræoideâ fermentum vitale, nempe vermes ad ventriculum descendere supponit. Contra eum JOHANNES HAGERUS, VVittembergæ an. 1721. Diff. de glandula thyræoidea edidit, tum J. W. PAULI scripsit in progr. ad RIPPINI filii de auditus vitiis Diff. demonstravit glandulas bronchiales lymphatici generis esse, œsophageas ipsas magis ad ductum thoracicum pertinere.
- JACOB GELLETIN de excerniculis capitis recentioribus inventis anatomicis illustratis, Hall. 2712. 4. habet glandulas salivales, pituitarias.
- FR. BAPT. GASTALDI de saliva in *Act. Trivulturnis* 1715. eam habet pro fermento ventriculi. *
- THOMÆ SCHWENKE de saliva, Leidæ 1715. Disp.
- CHRIST. ADAM GORN de pituita, Lips. 1718. 4. Utilis Disputatio cum experimenta chemica varia contineat, facta cum pituita, & variis chemicis salibus commistis.
- BENED. STÄHELINUS in *spec. anat. bot.* 1724. Basileæ edito, glandularum subcutanea- rum in homine reperatarum habet exemplum.
- J. G. a BERGEN de parotidibus, Francof. ad Viadr. 1717. Disp. *
- MARTINI SCHURIG *siatographia*, Dresd. 1723. 4. De saliva & ductibus salivalibus brevis compilatio. De hydrophobia & morfu animalium rabidorum fuffissime.
- BARTHOLOMÆI BOSCHETTI de salivatione mercuriali, Diff. Venet. 1722. Ofenbac. 1732. Venet. 1744. 4. Naturales etiam & præternaturales salivæ dotes considerat.
- A. VATER de ductu salivali in lingua, VVittemb. 1720. 4. recus. 1721. 4. & 1723. 4. præter alia inprimis glandulas simplices ad posteriorem partem dorsi linguæ positas pro una glandula conglomerata describit, cujus ductus excretorius esset in linguæ foramine cæco, rami etiam ad glandulam thyræoideam irent. Contra eum ductum L. HEISTERUS monuit in *Annal. Jul.*
- G. D. COSCHWITZ de ductu salivali novo, Hall. 1724. 4. ductum salivalem ex sublinguali, maxillari aliisque glandulis ortum, a dextris & sinistris in parte posteriori linguæ in arcum coeuntem, ramis suis in superficiem linguæ distributum describit ex unica observatione, & in continuatione observationum de ductu salivali, Hall. 1729. 4. eum defendit. Eum etiam ductum industrius alias FR. A. KULMUS crediderat se vidisse.
- J. G. DUVERNOI de ductu salivali novo, Tubing. 1725. 4. & A. HALLER experimenta & dubia circa ductum Coschvitzianum, Leidæ 1727. 4. In priori Diff. ex brutis animalibus, in ista ex hominis cadavere demonstratur, non fuisse verum ductum, quem descripserat COSCHWITZIUS, sed venas, rete facientes ante epiglottidem. Porro ILL. olim WALTHERUS, & L. HEISTERUS, & CL. BEHR in *physiolog.* & alii contra eum ductum dixerunt. Nunc obsolevit.
- SANTORINUM ubique legere oportet. Habet glandulam impositam ductui Stenonis, cujus ductum excretorium primus ni fallor descripsi, & depinxi (icon. art. fac.)
- A. F. WALTER de lingua humana, Lips. 1724. 4. Harlem. 1745. 8. Egregium opus, quo & salivales ductus, glandulæ, aliique vicini fontes, etiam de thyræoide ductu excretorio suspiciones continentur.
- A. F. WALTHERI l. c. Harlemensis editio annexas habet illas jam dictas anonymi cum WALTHERO controversias.
- WILL. CHESELDEN in Anatomie sua præter bonam iconem thymi, aliaque id genus, diversas etiam secretiones ab attractionibus variis, &c.

J. G.

- J. G. GMELIN de actione glandularum mesenterii retardatoria, Tubing. 1725. 4.
- JAC. SWART de saliva, Leidæ 1731.
- ACHILLIS FRANCOIS FONTAINE an a saliva digestio, Paris. 1732. 4.
- In *Actis Petropolitanis* de Thymo extant observationes CL. DUVERNOI, & de salivalibus ductibus D. JOSLÆ WEITBRECHT T. IX.
- Thymum etiam JOSEPHUS POZZI descripsit, & HENRICUS BASS, in *observ. anat. chirur.*
- LAURENTIUS HEISTER glandulas bronchiales & thyræoideas in E. N. C. Cent. VII. VIII. tonsillas in Cent. III. IV. descripsit. Oesophageas incertas esse recte monet, in *compendio*, & thymi iconem dat, & glandula molaris, quæ pars est palatarum.
- ANTONIUS DEIDER in Libro de *rumours* salivam alcalinam esse per experimenta proponit, secretiones ex fibris & poris respuentibus explicat.
- FRIDERICUS RUYSCHIUS glandulas nasales, palatinas, thymum, mesentericas aliasque observationibus illustravit. Ejus extat epistola in L. D. de WESTHOVEN de *angina*, in qua liquorem peculiarem in thyræoidea glandula parari, & in sanguinem venosum recipi suspicatur: similia etiam in thymo & liene fieri adfirmat.
- CHRIST. JAC. TREW de *vasis Lingua salivalibus* epistola ad A. HALLER, Norimberg. 1734. 4. Ad salivæ ductus, sublinguales maxime, refutandum COSCHWITZIUM, &c.
- JOH. JUNCKER Disp. de ignobili muco, Halæ 1739. 4.
- A. KAAV plurima in Libro de *perspiratione* egregia huc pertinentia habet, ad glandulas in universon, sed inprimis ad simplices cutis, faucium, ventriculi, &c. tum salivales aliasque.
- FR. OSTERDÏCK SCHACHT de saliva, Ultraject. 1741. 4. PL.
- PETRI JOH. BURETTE. Ergo canalis intestinorum glandula primaria, Paris. 1741. Disp.
- VOLPRECHT de saliva ejusque ortu ex Parotide, Lips. 1741. 4.
- J. C. KUCHLER de saliva non temere exspuenda, Lips. 1741. 4.
- CL. LIEUTAUD ad ductus salivales legi potest, qui bonam sublingualium descriptionem habet. EJUSDEM extat in fine speciminum Diff. de *secretionis animalis mechanismo*.
- J. GEORG. LAUTH de glandula thyræoidea, Argent. 1742. 4.
- NIC. FRID. WILH. PRÆTORIUS de saliva, Leidæ 1742. 4.
- In HAYMANNI commentario BOERHAAVIANO analysi salivæ GAUBIANÆ extat. Alias habet etiam in commentario G. van SWIETEN.
- AUG. LUD. de HUGO in Disp. de *glandulis in genere & de thymo*, Gotting. 1746. 4. habet icones thymi cum cavitate, & duas diversas glandulas esse confirmat.
- In suis ad HALESIUM accessionibus FR. de SAUVAGES habet tabulam coæfionum in variis liquoribus humanis.
- R. BROCKLESBY de saliva sana & morbosa, Leidæ 1745. 4.
- AUG. GOTTFR. KURELLA de saliva vera secretionem, Hall. 1748. 4.
- Classes humorum animalium constituit CL. J. GOD. WALLERIUS in *hydrologia*, p. 79. Nunc de secretionis modo agamus.
- CARTESIUS de formatione fetus explorare cœperat secretionem per figuras pororum, quæ unice transmitterent humorum particulas figuræ suæ respondentes. Similia habent J. A. BORELLUS adjecta amplitudine, J. D. GUILIELMINI, J. P. VERHEYEN, THEOD. CRAANEN, J. H. VOGLI *hist. fluidorum*, aliique.
- MORLANDUS in *Phil. Trans.* n. 283. de secretionem animali minime malas cogitationes protulit. Diametros cæterum osculorum secretiorum diversitatem secreti liquidi facere credit.
- GUIL. COLE in Libro de *secretione animali*, Oxon. 1674. 12. Hagæ 1681. 12. Amstelod. 1698. 8. & alias passim recuso fermenta humores in loca secretionum pellentia in spiritibus animalibus quæfivit. Omnem secretionem glandulis tribuit, glandulas ubique adesse posuit.
- J. M. HOFMAN *sciagraphia secretionum*, Altdorf. 1695. Disp. & cum eodem fere titulo 1707.
- J. M. HOFMAN citati libelli editio anni 1695. *sciagraphia est secretionis animalis*, altera vero anni nempe 1707. vocatur *specimen secretionis animalis*.
- C. BARTHOLIN de *secretione humorum in corpore animali*, Hafn. 1696. 4. *
- LAUR. BELLINUS inter *opuscula*, aliqua etiam de glandularum fabrica habet, & de arteriarum minimarum structura, retardatione quæ a plicis fit, feminis secretionem in teste.

T t t

FRAN-

LUD. ALEX. VIEILLARD *ab imminuta sanguinis velocitate in capillaribus faciliior secretio.* Paris. 1740. Thes.

EJUSD. VIEILLARD & CANTWELL *an diversarum secretionum causa multiplex,* Paris. 1741. Thes. Recte non unam, sed multas causas esse variarum secretionum.

LUDOV. GUILL. LE MONNIER *Ergo ex vasorum figura & origine faciliior aptiorque fluidorum dispensatio* 1741. Paris.

CLIFTON WINTRINGHAM *in experimental inquiry in some parts of animal structure* varia observavit ad secretiones facientia, imprimis autem firmiores esse arterias, quæ ad organa secretoria ferantur, ut etiam vena portarum de eo privilegio participet.

ANT. FIZES *de Liene varia huc habet. Secretiones depauperare sanguinem fluidioribus particulis recte monet.*

CORN. GOESSEL *de organis secretoriis & ipsa secretionem in genere,* Märpurg. 1746. 4.

FLORENTII CAROLI BOLLOT *an quo lentius a corde distat organum secretionis, eo humor secretus subtilior,* Paris. 1746. 4. B. PL.

Inter CL. LAMURE *diff. extat etiam de secretionum mechanismo disp.,* Monspel. 1749. ni fallor.

BENJ. LUD. LUC. de LAUREMBERT, *ergo a diverso glandularum situ secretio diversa,* Paris. 1749. 4.

S E C T I O VI.

A N G I O L O G I A ,

Sive vasorum proprie sic dictorum descriptio.

C A P U T I.

De vasis rubris.

Vasa corporis proprie vocantur *Canales* 1. qui ducunt humores a corde acceptos ad quodlibet internum & externum punctum corporis, & 2. qui liquores referunt ab hisce punctis iterum versus cor; & tum 3. qui humores ibi & delatos & secretos in se stagnantes aliquamdiu continent, quos alii sinus, vesicula alii aut folliculos vocant, sed nihil refert. Ergo vasorum nomine continetur omne arteriarum, omne venarum, vesicularum, folliculorum, sinuumque genus (a).

De arteriarum ortu, natura, distributione, & usu, duo quæri possunt, 1. in usum chirurgicum nempe, 2. in usum theoreticum. Chirurgis enim magnæ arteriæ notæ esse debent, ut eas vitare queant, quando aliquas corporis partes secant, & curare easdem in vulneribus.

Qui nosse vult arterias, per totum corpus distributas, inspiciat 1. Tabulam VESALII in *Libro III. pag. 483. (b)*. Ea tabula fidissima omnium est, quæ editæ sunt non

(a) BOERH. INST. n. 131.

(b) Angiologiam in tres partes dividemus. Dicemus primo arteriarum historiam, secundum magnos truncos, qui ex corde per omnes corporis partes pergunt. Inde subtilem arteriarum

non ideo perfecta (a), id enim sperari ab eo tempore non potest, sed tamen optima, etiam cum suis vitiis.

Ve-

rum historiam sive ultimas divisiones, & quæ eo pertinent. Deinde sanguinem prosequemur, paulum mutato ordine PRÆCEPTORIS: denique venas. Ergo arteriarum historia, post pauca ARISTOTELIS rudimenta, & RUII, incipit omnino a GALENO, qui in *Libro de arteriarum & venarum dissectione*, cujus propriam editionem habemus interprete ANTONIO FORJOLO, Basil. 1529. 8. plenum systema vasorum dedit, in *Libro de utilitate partium*, an sanguis in arteriis contineatur, & alibi sparsim arterias descripsit, cujus apud ORIBASIIUM etiam compendium superest. Nihil ibi finiti expectabis, habet tamen utique multa utilia, ut ipsam v. gr. bronchialem arteriam receptam ab ERASISTRATO.

Librum de arteriarum & venarum dissectione GALENI, hoc loco dictum, ipse auctor citat in *L. de propriis libris*, & ait pro tironibus scriptum esse.

Ex GALENO Arabes omnes de more aliquid angiologici & imprimis etiam arteriam bronchialem conservarunt.

(a) Inde VESALIUS L. III. arterias & venas descripsit. Quem virum mallet certe laudare, qui ejus admiror in tanta juventute industriam, robur animi, peritiam. Sed omnium minime angiologiam laudare licet, cum arterias carotides per aliena foramina in sinus cerebri duxerit, arteriam meningeam pro vena habuerit, arterias omentales posteriores (sive mesocolicas) ex splenica prodeuntes finxerit, & in unum universum aliqua etiam GALENO nota omiserit. Cæterum loca a PRÆCEPTORE citata sunt ex editione 1555. Icones autem VESALII a VALVERDO, PLATERO, CASSERIO, BARTHOLINQ & fere ab omnibus Anatomicis receptæ sunt.

Quare VESALII loco laudo EUSTACHIUM, quem miror hic prætermisum fuisse. Is, ut viderur, correcturus VESALIUM minutissime vasa rimatus est. In sceletis, quos dedit vasorum uterinorum, mesentericorum & cœliacorum, brachialium, hepaticorum, cranialium, pulmonalium, renalium, summam industriam adhibuit. Idem utilissimo instituto in T. XXV. & XXVI. arterias cum venis in situ, inter suos musculos expressit, quo modo fere solus usus est, multo certe meliori, quam illo VESALIANO, quem omnes, etiam ipse COWPERUS, sunt imitati, in quo vasa exempta corpore, absque viciniis, in uno plano, fatis, ni fallor, inutiliter exprimuntur.

Nomina arteriis imposuit JACOBUS SYLVIUS, GABRIEL FALLOPIUS multa in arteriis, sed imprimis arterias capitis emendatius proposuit, tum renales, aliasque in *observationibus*.

THOMÆ MOSTELII *Synopsis arteriarum & venarum ex Vesalio*, VVittemb. 1558. 8. Respondet titulo.

VIDUS VIDIVS Fallopianas observationes non valde bonis iconibus illustravit. Cæterum sæpe miratus sum, qui fieri potuerit, ut VIDUS, & COLUMBUS, & VESALIUS, & J. P. INGRASSIAS de ossibus, cæterum non valde in arteriis curiosi, adeo minutos tamen ramos recensent, qui cranii canales, & exempli causa canalem pterygoideum percurrant.

COLUMBUS etiam arteriam penis sibi tribuit inventam, & vertebralem inter os occipitis, & primam vertebra cranium dicit subire.

J. CÆSAR ARANTIVS aliquas observationes de arteria lienis serpentina, & de vasis spermaticis habet.

JULIUS CASSERIUS aortæ bonam figuram in *Libro de org. vocis* dedit, quæ apud VESALIUM & reliquos mala erat. Laudem etiam mereatur icones, quas in cerebro exhibuit. Plurimas etiam in magno opere dedit arteriarum tabulas, sed fere, forte sculproris vitio, confusas, ut passim venæ cum arteriis videantur confundi.

F. PLAZZONUS de partium genitalium vasis aliquas observationes habet.

C. HOFMANN de usu arteriarum & venarum mesaraicarum, Norimb. 1615. 4. Theoria. EJUSD. de usu vena arteriosa & arteria venosa 1618. *

Angiologia RIOLANI non respondet famæ viri, ramos tamen principes aortæ restituit, & arbatos a prioribus.

JOH.

JOH. CASTELLANI *phylacterium phlebotomia & arteriotomia cum figuris venas & arterias totius corporis representantibus*, Argentin. 1628. 8. *

G. HARVEIUS nomina reformavit arteriæ & venæ pulmonalis, cum omnis antiquitas venæ arteriæque nomen in hypothefin commutasset. Vim pulificam arteriæ experimento refutavit.

JOH. LEONCENÆ, qui VESLINGIO pro ministro fuerat, quem *Professore* vocant, tabulæ vasorum corpore exemptorum extant in *Phil. Transf.* 280. Passim vitiosæ sunt, & multo deteriores EUSTACHIANIS. Vertebralem sinistram ex trunco aortæ deducit. T. BARTHOLINUM simili instituto vasorum systemata disposuisse ex corpore exempta, ipse testis est *Anat. reform.* p. 584.

In JOH. RHODII *maniffa*, quæ cum historiis BARTHOLINI prodiit, observationes aliquæ habentur rariorum fabricarum, & ramus a coronaria arteria ad hepar.

R. LOWERUS arterias, carotides earumque ad cerebrum iter, & arcum aortæ emendate pinxit.

D. de MARCHETTIS varia angiologica habet, & arteriam hepaticam a mesenterica primus vidisse videtur, & bronchialem post veteres renovavit, & a mesenterica cœliacam separavit, quæ pro ejus ramo habebatur.

NATHANÆLIS HIGHMORI grandes icones clanculum adVESALLANAS sunt imitata. GUERNERI ROLFINKII inter *anatomicas dissertationes*, Jenæ 1656. 4. etiam V. VI. de venis & de arteriis sunt, ex lectione librorum, quam ex proprio experimento, magis, nata.

J. J. WEPFERRI de *apoplexia* Liber Scaphus. 1658. 8. & auctius 1675. 8. & Amstelodami 1728. continet bonam descriptionem arteriarum cerebri, qualis eo tempore haberi poterat. Rete mirabile, popularem eum errorem, proscripsit.

Sed in eodem opere etiam T. WILLISIUS versatus est in Libro de *cerebro*. Idem in *Pharmacopœa rationalis* T. II. icones tunicarum arteriosarum, minus tamen bonas dedit. Erroreæ glandulosam introduxit, quam VIEUSSENJUS & VERHEIENIUS conservarunt, & fibras longitudinales intimæ. Vasa medullæ spinalis etiam habet IDEM & G. BLASIUS.

Circa hæc tempora inventa, aut restituta, in Belgio, vasorum repletionem, via ad Angiologiam aperta est. Et SWAMMERDAMIUS quidem GRAÆIUSQUE unice in genitalium partium vas. versati sunt, quæ multo ornatius depinxerunt prioribus, & ille quidem anastomosis spermaticarum cum epigastricis per ligamentum teres notam habuit.

Ligatæ arteriæ experimentum, quo motus muscularis destruitur non a N. STENONIS solo, sed a BRUNNERO post Librum de *pancreate*, D. BROWNE LANGRISCH *lect. on muscular motion*, n. 93. JOH. ASTRUC in *Diff. de motu musculari* aliisque repetitum est.

In F. GLISSONIO descriptio vasorum ad partes chylopoieticas euntium habetur.

GER. BLASIUS in *miscellaneis* aliqua non incommoda habet, ut phrenicam a lumbali.

H. MEIBOM de *motu sanguinis*, arteriarum valvulas, a quibusdam propositas, recte refutat, & unice limbos prominentes esse ostendit.

MATTHIÆ TILING de *vaso brevi*, Rinteln. 1676. 12. supra citatus est.

PARISINI non incommodas angiologias animalium, maxime avium, dederunt in suis nimalium dissectionibus.

GOD. BIDLOO icones vasorum ex omnium vitiosissimis sunt.

A. de MARCHETTIS in *Phil. Transf.* n. 307. & in n. 29. FAIRFAX de vas. spermaticis observationes habet, & n. 415. C. MORTIMER, & LEAL LEALIS, etsi minus bonam defendat hypothefin, legi potest.

Chinenses ridiculas angiologias habet CLEVERUS in *I. de medicina Sinesium*.

RAIMUNDUS VIEUSSENS omnino ad vasa capitis etiam subtilia illa, quæ nervos olfactorios, acusticos, aliosque comitantur, & medullæ spinalis arterias, legi meretur in *Neurographia*. Idem in *novo vasorum systemate* non bene expungit musculosam, a maceratione delusus, quæ similis & a natura alienissima est SCHELHAMMERI adfirmatio in *Analestorum* *Diff.* IX: & olim I. N. PECHEINI de *purg.*

JOSEPHUS DUVERNEY arterias umbilicales in adulto apertas manere, & dare vesicales ramos invenit.

In *Act. Reg. Scient. Gallica* angiologica pauca exstant. Hæc tamen an. 1725. HELVETII cal-

Verum post hæc tabulam adjungenda est *tabula tertia* GUILLIELMICOWPERI, in *Appendice ad BIDLOIANUM Opus magnum (a)*, in editione Londinensi. Ibi enim ex fetu, cera injecta, repleto, totum systema arteriarum accuratissime depictum habetur.

Clarissimus RUYSCHIUS per partes etiam hujusmodi edidit tabulas (b).

HI.

calculus, quo rationem trunci aortæ ad suos ramos æstimavit, anno 1735. Varietates satis mirificas ramorum magnorum aortæ suppeditat D. HUNDAULD.

Sic RIDLEYUS etiam aliqua de arteriis duræ matris minoribus, & de flexione vertebralis addidit. Arcum Aortæ etiam ad vivum pinxit.

J. GOD. de BERGER in *Act. Erud.* 1698. p. 295. de vertebrali ex arcu aortæ nata exstat observatio.

(a) Tabula III. quæ etiam paulum emendata est XX. DRAKIANI operis, passim & in CL. BURGGRAVII lexico recusa. In abdomine aliqua, & circulum magnum arteriæ mesentericæ habet, & in brachio arterias recurrentes & flexionem externam carotidis. Cæterum longissime a perfectione abest. IDEM COWPERUS in *Phil. Transf.* n. 280. iconem carotidis dat, eamque ad cranium dilatari observat, & vertebralem, & alibi splenicam, aliqua etiam ad recurrentia ea vasa, & ad circulationem sanguinis habet, & in *Philos. Transf.* n. 290. de peculiari fabrica Aortæ in animale Opossum. Idem consideravit lentorem sanguinis in arteria spermatica, & in *myotom. parva* vasa penis descripsit, in magna vasa faciei pinxit T. XXII. & alibi alia dedit, quorum hic usus est. Icones etiam vasorum pulmonalium, & arteriæ venam excedens magnitudo ad ipsum pertinent, quæ sunt apud DRAKIUM.

J. PHIL. VERHEIEN icon arteriarum multa meliora habet, in aortæ arcu, vasis manus, aliisque partibus.

JOS. de la CHARRIERE in sua capitis anatome etiam vasa tradidit.

ALEX. THOMSON de *motu arteriarum elastico* egit, quo sanguinem in minima credit urgeri.

Arterias minimas sanguinem sibi a corde pulsante submissum elastica vi retropellere observavit H. BOERHAAVE de *usu ratiocinii mechanici in Med.*

(b) F. RUYSCHIUS arterias optime cognitatas habuit. Verum, dum ad conservandas partes omnem industriam impendit, potius aliquas minores particulas arteriarum quam systemata descripsit. Bronchialem arteriam renovavit, & œsophageam supremam, vasa mammarium, scroti, cordis, pericardii, hepatis, oculorum, tympani, officulorum auditus, narium, aliaque delineavit.

J. B. MORGAGNI observationes de arteria aorta & ejus principio sinibusque cum VALSALVÆ de iisdem hypothefi exstant in *Epist. posthumis*. Arcum aortæ emendavit in *Adv.* I. & alia passim utilia addidit.

J. H. KELLNER de *vasorum elasticitate*, Leid. 1711. 4.

J. FAC. RAVII minime contemnenda angiologia exstat in M. B. VALENTINI *zootomia amphibeatro*.

J. MARIA LANCISIUS in Libro de *motu cordis & aneurysmate*. Fufus est in fabrica arteriarum, maxime aortæ. In eodem Libro vasa cordis, & carotides, earumque flexum externum expressit.

A. CANT in *impetibus cordis & aortæ situm*, arteriasque faciei & carotidem, sed eas minus bene expressit.

J. E. WREDENS *arteriologische tabellen*, Hannov. 1721. fol. Minus, quam merentur, notæ sunt, quibus multa contineantur, quæ ab aliis prius inventa putaram, ut cœliacæ bona descriptio.

STEPH. HALES experimenta de robore arteriarum exstant in *hamasatiks*. Aliqua jam KEILJUS habuerat, tum de ratione arteriarum ad venas.

In WILH. STUKELEY *description of the spleen* arteriarum tabulæ parum fideles reperiuntur.

G. van SWIETEN de *arteriarum fabrica*, Leid. 1725.

H. A.

Hi tres Auctores optime satisfaciunt ad hoc quaesitum. Optandum quoque foret,

H. A. NICOLAI de directione vasorum, Argent. 1725. 8. satis erudita, neque absque observationibus aut propriis est, aut a **SALZMANNO** acceptis. Arteriam hepaticam a mesenterica ortam dixit in *Comm. Nor.* 1732.

Unicam membranam veram arteriae relinquit **CL. J. DOUGLAS** Libro de peritonao.

Haec tenus miris modis languerat arteriarum historia. Nunc incipit reviviscere **J. B. WIN-SLOWI** ope, cujus in *Expositione*, etsi in compendio, optima tamen existat arteriologia earum quas habemus, & unice haec tenus eo nomina digna. Inventa singulatim recensere impossibile videtur. Ex eo viro pleraque habet **BOUDON** ad **PALFYN**, **VERDIER** & **GAREN-GEOT**, & **SYLVA** in *Traite de la saignée* in quo multa subtiliora de vasis capitis, & bronchialibus habentur.

W. CHESELDENIUS multa habet eo pertinentia. In editione III. arteriarum capitis internarum non mala icon existat, & hepatis & mesentericarum. In Editione VI. arteriae brachii, maxime in sede venae sectionis pinguntur.

T. MORGAN *mechan. praest.* omnes arterias ex cellulosa fabrica fieri acute vidit p. 338. Vim arteriae contractilem mechanice considerat **JOH. QUINCY** post Librum de *perspir.*

A. F. WALTHER solitariis hanc medicinae partem illustravit. Huc ergo spectant *Tabula coeliaca*, Lipsi. 1729. 4. & in *ACT. ERUD.* 1730. Progr. de *vasis vertebrali-bus*, ibid. 1730. & Progr. I. & II. de *vena portarum*, Lipsi. 1731. ubi imprimis diligentem se, etiam in thyreoideis inferioribus & aliis minus notis arteriis se gessit. Sed etiam in Progr. de *aneurysmate aorta* ejus arteriae membranas descripsit.

J. R. C. GARENGEOT in *splanchnologia* & alia & imprimis rariorem, & male procon-stante venditam, habet iconem arteriarum intercostalium, quas omnes ab aorta deducit.

LAUR. HEISTER praeter ea, quae in compendio sunt, dedit etiam observationem arteriae brachialis in humero fissae, quam frequentem reperimus, in *Diff. de aest. crural. vul-ner.* & in *obsf. anatomicis* quas defendit **D. MOEBIUS**. Ea observatio etiam existat apud **PALFYNUM**, **HEBENSTREITIUM** Progr. ad *Diff. inaug. CL. HAHNII*, **TREWIIUM** *comm. Litt.* 1737. **CL. PETSCHÉ** l. 1. c.

J. F. CASSEBOHM subtilem angiologiam auris perfectiorem dedit, quam **DUVERNE-TUS**: & fabricam arteriae in univertum in postumis.

In *Aetis Edimburgensibus* Vol. II. Tab. II. habentur arteriae communicantes brachii, quae ad latus humeri utrumque ab arteriis cubiti ad humeralem ascendunt. Ibi etiam **CL. MONROI** de arteriae fabrica *Diff.* existat, in qua tendineam ex numero membranarum expungit. In V. Tomo de vasis spermaticis observationes **MONROI** reperiuntur.

In **H. FRANCISCI LE DRAN** *parallele de la taille* & in **FOUBERTI** *Obsf. in Academ. Roy. de Chirurgie*, aliqua sunt ad vasa partium genitalium & ani.

In *Commercio Litterario Norico* **ILL. TREW** existant variae observationes de vasis brachii l. c. de vasis pelvis annis 1733. 1734. 1737. 1738. 1743. Varietates aortae expressae sunt an. 1737. In Libro etiam de *praeceptis hominis non nati differentiis* & in Ep. ad me de *vasis salivalibus* data **VIR. CL.** multa ad arteriarum historiam habet.

J. PARSONS arterias umbilicales in *Tractatu of the bladder* depinxit.

LUDOVICI BELLOT *Ergo attenuando sanguini motus arteriarum*, Parisi. 1735.

B. S. ALBINI de vasis intestinorum observationes alibi laudavimus. Plurima etiam huc pertinentia passim existant apud ejus discipulos in disputationibus Leidensibus.

HIER. LUDOVICUS BACCHETTONI in *Anatomia medicina ministra*, Oeniponti 1740. 4. vasorum ex corpore extractorum & ficatorum tabulas habet, fere uti **LEONCENA**, sed haud paulo deteriores.

De arteriarum fabrica legatur etiam **J. FR. SCHREIBER** in *Elementis*.

Huc pertinent **CL. HEBENSTREITII** de arteriarum confiniis 1739. de *vaginis vasorum*, Lipsi. 1740. 4. de *flexu arteriarum* 1741. 4. de *vasis sanguineis oculi* 1742. 4. quibus varia nova & rariora continentur. Existant in *Coll. Disp. mearum* T. II. & IV.

In **CL. PETSCHÉ** *observationum sylloge*, Hall. 1737. 4. Plurima egregia ad arteriarum flexiones & varietates pertinent, imprimis rara aortae in abdomine duplicis observatio.

CLI-

ret, ut figurae COWPERI ederentur in usus communes, pro iis nempe rerum a- nato-

Vuu

nato-

CLIFTONUS WINTRINGHAM in *experimental enquiry into some parts of animal structure*, Lond. 1740. 8. duritatem arteriarum per varias partes humani corporis per experimenta persecutus est, & in minoribus vasis majorem esse, versus uterum insigniter minorem, majorem in secretoriis organis, majorem, quod mirum, in arteriis quam in venis reperit.

C. G. LUDWIG *Diff. de tunicis arteriarum*, Lipsi. 1739. 4. & in *Coll. nostra* T. II. cel- lulositatem arteriae pro tendinea tunica habitam, fibrarum in arteriis divisionem, muscu- losam membranam in arteriis cerebri, & alia utilia demonstravit.

CL. LIEUTAUD in *Essais* omnino legi meretur, ad arterias pelvis aliasque.

Vasa capitis in icone inserta *Traite des sens* depinxit **CL. NIC. LE CAT**.

CL. PHIL. A. BOEHMER Progr. de *quatuor & quinque ramis aorta*, Hall. 1741. 4. va- rietates nonnullas ex **CASSEBOHMII** preparationibus adduxit. *Coll. nostra* T. II.

J. GOD. GUNZ de *arteria maxillari interna*, Lipsiæ 1743. 4. edidit Dissertationem, quam etsi aliquando minus nobiscum convenerit, minime absque laude oportet dimisisse, ut in re difficili. In *Dissertatione de mammis arterias mammarias* descripsit.

JOSEPHI EXUPERII BERTINI historia carotidis jam, nisi fallor parata, cum ejus sa- nitate intercidit. Vindicabat sibi, dum secum mens ipsi fuit, **CL. GUNZII** observationes.

J. STEPH. GUETTARD *Thes. an. ex vasorum figura & origine facilius fluidorum dispen- satio*, Parisi. 1741. Arterias cum **BELLINO** cylindricas facit.

JOH. JAC. GRAMBS *Anweisung ... zur ... Angiologie*, Francof. 1741. 8. Breves sunt arteriarum venarumque tabulae.

CASIMIRI CHRISTOPH. SCHMIEDEL de *varietatibus vasorum* *Diff.* Erlang. 1745. 4. va- ria rariora habet de arteriis brachialibus recurrentibus cubiti, arteriis pelvis, earum com- municatione cum vesicalibus.

In *Syllabo partium corporis humani*, Petropol. 1743. edito, T. XVI. fol. 2. & 6. habentur vasa circa cor.

MICH. ALBERTI de *arteriarum dubia systole* *Disp.* Hall. 1743. 4.

In **J. NICOLAI WEISS** de *arteriis viscerum propriis*, Altdorf. 1744. 4. & varietates ali- quae, fabricae internae secretoriarum mollioris observationes.

DOMINICUS TABARRANI in *memorie de' Valentuomini* T. II. etiam arteriosas varietates de brachialibus aliisque habet.

AD. BERNH. WINKLER de *arteria brachii*, Gotting. 1745. 4. Disputatio diligenter, uti notum, ad naturam elaborata.

In **CL. MOLINELLI** Libro de *aneurysmatibus* recurrens radialis & arteriae magnae bra- chii exprimentur T. II. fol. 3.

GEORG. AUG. LANGGUTH de *arteria efficacia ab officio cordis remota*, VVittemb. 1745. 4. Arterias nihil sua contractione ad sanguinis circulationem conferre defendit. **IDEM** in *Disp. de fractura patella* promittit, se in ejus ossis vasa inquisitionum.

HENR. WESSELING *Specimen de arteriis hominis*, Leid. 1747.

HENR. WESSELING in citato *specimine* motus cordis **BOERHAAVIANAM** theoriam refutavit.

J. FRID. MECKEL in nuperrima *Diff. de Quinto Pare nervorum Cerebri*, Gotting. 1748. iconem dedit multorum vasorum subtiliorum capitis, stylomastoideae arteriae, dentalis anterioris, aliarum: laqueos etiam arteriae temporalis meningae, arterias receptaculi descripsit. Angiologiam in sua *anatomie en couleurs* incepit edere **GAUTIER**.

CL. SENAC & cordis arterias & arteriarum venarumque fabricam, & cylindricas ar- teriarum longitudines atque diametros, & de elatere arteriarum cogitationes & alia pro- tulit in Libro de corde.

PHILIP. CONRADI FABRICII de *cognitionis anastomoseos vasorum insigni usu*, Helmstad. 1750. 4.

Qui de ossibus scripserunt, occasione foraminum cranii, plerumque etiam aliqua ha- bent de vasis, quae per ea foramina migrant, plura imprimis **MONROUS**, tum **POUPAR- TUS** in compendio *Chirurgiae*, quod sub nomine *Chirurgie complere* jam an. 1695. 12. prodit.

Ego

natomicarum curiosis, qui ejus magnum Opus non habent; constat enim ingenti pretio.

Præter hos etiam legatur ANTONIUS LEEUWENHOECKIUS in *Tomo tertio observationum suarum*, ubi optime fines & exitus arteriarum in venas delineat (a).

In

Ego vero multum ab omni tempore hac in parte anatomes laboravi, & integram historiam arteriarum humani corporis nunc maxime molior. Præter ea ergo, quæ sparsim in *Commentariis Boerhaavianis Primis lineis physiologia de feru monstroso*, ad arterias pertinent proprie Progr. edit. 1643. quo *baseos cerebri icon* habetur, in qua icones arteriarum receptaculi & minorum arteriarum duræ matris, & ophthalmicæ existant. Tum in *Disp. de arteriis & venis bronchialibus œsophageis*, Gotting. 1743. 4. ostendi, multo plures & bronchiales & œsophageas esse, quam plerumque credebatur. In *Disp. de nervorum in arterias imperio*, Gotting. 1744. 4. imprimis laqueos descripsi, per quos arteriæ transeunt, & a quibus reguntur. Arteriæ carotidis Icon I. quæ pertinet ad arteriam maxillarem internam an. 1745. prodiit in *Fasciculo II.* qua majores trunci hujus arteriæ in iconè, reliqua in descriptione habentur.

Arteria Thyreoidea inferioris T. I. & II. eodem anno prodierunt, cum suis ad duram matrem spinæ dorsæ, ad asperam arteriam & œsophagum ramulis, & cum vertebrali, occipitali, bronchiali arteria anastomosibus. Occipitalis etiam ea occasione describitur.

Arteria Cœliaca T. I. & II. anno 1745. editæ. Cœliacam, primum a WALTHERO descriptam, per ramos minores persequitur, rami pancreatico-duodenalis anastomoses cum mesenterica & duodenali superiori, aliæque minuta exprimit. Altera vitio Sculptoris non placet.

Arteria Carotidis T. II. Prodiit in *Fasciculo Iconum III.* qua pharyngæ arteriæ non descriptæ, submentalis, palatarum, tympani continentur.

Arteria Carotidis interna T. III. ubi icon arteriarum faciei habetur, & oculi cum nervis ciliaribus anterioribus describuntur, una cum priori prodiit.

Arteria Mesenterica Tabula in *Fasciculo etiam III.* expressa est cum ramis pancreaticis cæcalibus anterioribus, posterioribus.

Arteriæ anteriores pectoris, parvæ illæ thymicæ, comitis nervi phrenici descendentes & ascendentes, mammariæ ejusque rami phrenici, hepatici aliique, & anastomoses cum thoracis externis, phrenicis, intercostalibus, eodem anno descriptæ sunt.

Arteriarum bronchialium superiorum & inferiorum numerum diversum, & varietates œsophageas copiosas, in eodem *Fasciculo* dedi.

Arteriarum renalium & phrenicarum Tabula, arcum diaphragmaticum, arteriam phrenicogastricam, arterias a capsularibus ad hepar, capsularium classes tres, & adiposarum, & uretericarum & spermaticarum varietates continet.

In eo qui nunc recentissime prodiit *Fasciculo IV.* existant arteriarum pelvis T. V. Reliquas, si DEO videbitur, subjiciam, & paratæ sunt arteriosæ tabulæ.

In V. *Fasciculo*, qui nunc prodiit Arteriæ artus infimi describuntur & depinguntur. In VI. ejus icones paratæ sunt, brachii vasa pingentur, & in VII. quo opus absolvitur, arteriæ cerebri & medullæ spinalis.

(a) De vasis nunc minoribus sive subtili angiologia dicendi locus est. Ea tota ad Anatomicos recentiores pertinet, & debetur arti injiciendi, ut vocant, & microscopio. Nam, etsi veteres de anastomosibus inter arterias & venas non debiles conjecturas habuerint (loca vide apud HARTMANNUM *perit. anat. v. f. spec. p. 66.*) quas experimentis suis RIOLANUS (in resp. ad HAR. p. 53.) sed parum firmis, aliis M. A. SEVERINUS in phoca, alii aliis confirmare conati sunt, non tamen multum ultra conjecturam sunt progressi, cum imprimis parenchyma non organicum ex concreto succo inter arterias & venas ponerent. EDMUNDUS KING in *Phil. Transf. n. 18. 52.* ut alibi dixi, hoc parenchyma organicum fecit & vasculosum, quæ ita auxit D. DUVERNEY, ut omnia solida corporis humani ex vasis & vesiculis inter vasa mediis componi doceret in *Anciens Mémoires*, & LISTERUS omnino nihil præter vasa in corpore relinqueret, expuncto omni intermedio inter arterias venasque corpore *Exerc. Anat. II.* Hæc opinio celeriter increvit, & sola

In omnibus etiam suis operibus depingit vasa sanguine distenta, ita ut ibi videamus, quo modo in ipsis animalibus vivis se habeant.

Pariter ad titulum de Microscopiis in Actis Societatis Londinensibus supra hac re continentur plurima, in appendice etiam ad opera BIDLOIANA (a).

Sed & FREDERICUS RUISCHIUS arterias cera implevit, quæ frige facta præbuit videndos fines antea incognitos (b).

Si distributionem arteriarum ultimarum cognoscere quis velit, videatur BELLINUS in *Opusculis postremis seu Epistola ad PITCARNIUM* (c).

In

& sola diu viguit. Deinde microscopia ad scrutanda vasa minima in pulmone rapino, & imprimis in ranæ mesenterio adhibuit MARCELLUS MALPIGHIVS, cujus curiosa certe est observatio, in *posthumis*. ANTONIUS vero van LEEUWENHOECK imprimis anastomoses arteriarum & venarum tum per ramos transversos, tum per circumflexos & redeuntes parallelo itinere truncos exposuit plurimis locis. RAIM. VIEUSSENS in *nova vasor. Systemate* similia utique docuit, & vasculosa viscera esse, quæ pro glandulosis habebantur, per experimenta propria evincere conatus est. Ea quidem omnia prius a se demonstrata fuisse RUISCHIUS objecit, arte certissime superior, & perinde tempore, si numeros anorum accurate subducamus, quibus thesauri & epistolæ prodierunt.

(a) GUILIELMUS COWPERUS in *Phil. Transf. n. 280. & 281. 285.* tum S. MORLANDUS n. 283. divisiones & ramos vasorum capillarum microscopio observarunt.

STEPHANUS HALES in *hæmaphysicis* ramorum minimorum angulos, conjunctiones varias, & celeritates consideravit.

THOMAS SCHWENKE in sua *hæmærologia* huc pertinet, qui recte observat, arterias minimas frequenter cylindricas esse, &c.

(b) Verus Auctor angiologiæ subtilis RUISCHIUS est, cum SWAMMERDAMI aut perierint opera, aut attentio unice ad insecta conversa sit. Is vir industria felici, totis fere 70. annis per experimenta consumtis, omnium partium corporis humani vasa, amnio humano & allantoide & arachnoidea exceptis, sebo replevit, & magna ex parte depinxit, & varietates fabricæ, in singula parte variæ, fideliter expressit. Sed totum oportet legere. Adde autem ADMIRALII vasa periostei acetabuli & duræ matris ad RUISCHII præparationes picta, & edita Amstelod. 1738. Quæ post eum præstitit B. S. ALBINUS, & J. N. LIEBERKUNHN, ea nondum descripta sunt.

(c) BELLINUS equidem in Opusculis de arteriarum divisione, figura inter ramos cylindrica, ramis reticulatis, hujusque fabricæ utilitatibus multa habet, sed a theoria potius, quam ab experimento repetita.

Ad id studium pertinent etiam ARCHIBALDUS PITCARNE in *Traçtatu de circulatione sanguinis per minima*, BOERHAAVIUS ipse, J. F. SCHREIBER in *elementis*, J. de GORTER in plerisque scriptis, Libro de *secretione*, *Compendio med.* & alibi. Huc etiam refero eos, qui de vasorum minimorum habitu ex theoria imprimis dixerunt. Huc ergo

G. FRANK in *Anastomosi detecta*, Hafn. 1705. 4. M. LISTERUS in *Exerc. Anat. I. II. & III. VIEUSSENS in nov. syst. & Tr. des liqueurs. J. G. BERGER in Libro de natura humana*, & *Disp. de inflamm. J. S. de BERGER in Disp. de transitu sang. per vasa min.* ad J. E. HEBENSTREIT de *venis communic.* qui omnes arterias cum venis absque medio corpore conjungi docent. Neque tamen desunt, qui etiam nunc, frustra reclamante injectione, transfusione, infusione, intervalla inter arterias venasque tueantur, ut STAHLIANA secta, & CL. SENAC in *comm. ad Heist.* p. 458. (quod experimentum unice exhalationem facilem in cellulosam telam demonstrat), & olim BOHNIUS simili argumento, & KERKRINGIUS, quod aer viam in venas non inveniret, & ipse STAHLIUS de *motibus humorum sphaëmaticis*, Hall. 1707. 4.

RAMUEL STEK de *vasorum minimorum natura & efficacia*, Leid. 1712. *Disp.*

J. KEIL non quidem primus ramorum lumen trunci lumine majus esse vidit, nam id in Epistola ad D. BOURDELIN video observasse D. BUSSIERE, longius tamen eam confide-

In his habetur, quidquid ad hoc negotium desiderari potest.

Si distributionem venarum cognoscere quis velit, is quaerat apud VESALIUM paginam 450. in Libro tertio (a), ibi habetur tabula quæ exhibet omnium in corpore venarum distributionem, nec meliorem novi apud Auctores. Verum, si arteriarum, & venarum conjunctionem simul, ubi per corpus decurrunt, videre velimus, tam accurate ac in cadavere reperiri potest, tunc id spectandum habe-

rationem provexit, & considerata frequente repetitione ejusdem divisionis demonstravit, insignissimam in ultimis vasis ex ea ipsa fabrica retardationem sequi. Aliqua similia THOMAS MORGANUS habet in *Philos. principl. of Phys.*

CLIFTON WINTRINGHAM, dudum laudatus, hic omnino repetendus est. Ejus tamen *Enquiry into the exility of the vessels of human body*, Lond. 1743. 8. potius de staminibus corporis humani minimis & perpetuis agit, quam de vasis.

W. CHESELDENIUM video observasse angulos ramorum ad cor maximos sensim minores fieri, ut celeritas in ultimis ramis minima ad circulationem sufficeret. Rete etiam arteriosum & venosum pictum dedit, & hoc ut verum est, crassius fecit. Idem non totum corpus vasis fieri, pro suo quo pollet iudicio, monuit.

G. MARTINE in *Edimburgens. Act.* Vol. III. divisiones successivas vasorum & diametri trunci ad ramos rationes, & dilatationem, ubi ramos producit, describit, & ramos minores majoribus angulis oriri observat, ut modo ex CHESELDENIO citavi, & alia lia, ut tamen necesse sit cum ALBINO monuisse mensuras vasorum ab EUSTACHIO minus accurate sumi, cum vir optimus, unice de observationibus suis sollicitus, minimam in aliis ferum, quas pingebat, proprietatibus curiositatem adhibuerit. Recte etiam observat MARTINE, vasa in cellulositate membranarum imprimis decurrere. IDEM in *Tractatu de animalibus similibus & animalium calore*, Lond. 1740. 8. eandem truncorum ad ramos proportionem fufius repetit, adhibitis etiam EUSTACHII tabulis & KEILII mensuris, scopus vero princeps est comparare animalium similitim vasa, diametros, velocitates liquidorum simplici calculo neque inutili.

SAM. THEOD. QUELMALZ de *venis absorbentibus*, Lips. 1732. 4.

CHRISTOPH. ANDR. KOCH de *proportione solidorum ad fluida*, Götting. 1737. 4.

PETRI ARCELIN, *Ergo dantur vasa absorbentia*, Paris. 1745. 4.

(a) Venæ multo veteribus notiores fuerunt, quam arteriæ, ob venæ sectionem, ob dubium an omnino aliquid, præter spiritum, inesset arteriis, ob molem forte. Nomen etiam venæ multo est antiquius, sub quo ipso arteriæ apud veteres diu latuerunt. Venæ percussam adhuc PLINIUS dixit L. VII. c. 51. Huc ergo pertinet ille HIPPOCRATICIS innixtus Libellus περί φλεβών, qui in vetustis editionibus Libro περί ὄσων continuatur. In eo valde paradoxa venarum corporis humani descriptio habetur, & quatuor venarum principum paria ponuntur, quæ nuppiam in corpore humano reperiuntur: Alibi tamen veræ venæ, etiam subtiliores & mammariarum cum epigastricis anastomosis, vena sine pare, nervique non male describuntur.

De venis passim ARISTOTELES agit & maxime in *hist. anim.* L. III. c. II. ex DIOGENE APOLLONIATA & SYENNESI Cyprio vasa corporis humani venas describit.

GALENUS etiam in Libro de *venarum & arteriarum dissectione* ad venas magis respexit cum peculiari studio alibi venas cerebri, aliasque descripsit, quæ historiæ bono ordine digestæ exstant apud ORIASIUM.

Arabes ad insignem utilitatem venas reduxerunt, cum ex hypothesi alias aliis salubrius crederent secari. Inde vena *salvarella*, scilicet aliæque. Vide RHAZEM L. I. c. 4. L. VII. c. 21. AVICENNAM & reliquos.

Sub tempore reformatæ anatomes J. FERENGARIUS CARPENSIS in *Isagoge* icones dedit venarum brachii pedisque, quæ vulgo secantur, nominibus ad Arabum doctrinam expressis p. 66. seq.

Sed & ALEXANDER ACHILLINUS easdem venas describit, & NICOLAUS MASSA in *Isag. anat.*

Fufius

habetur iterum apud VESALIUM pag. 505. Libro tertio (a). Ex illis tabulis poterunt tirones animo suo vasorum ideam satis claram insculpere.

Sed si valvulas accurate designatas in venis videre cupias, vide HIERONYMUM

Fufius C. STEPHANUS adjectis etiam iconibus idem præstitit. Idem *Apoplyses membranas factas ne sanguis in hepar regurgitaret, fere uti in corde valvula* in p. 185. descripsit, primus, nisi fallor, valvularum Auctor.

JACOBUS SYLVIVS in *Isagoge* venis nomina imposuit, & recensuit omnes, ramos a renalibus ad lienales euntes dixit, & varietatem azygæ in cor insertæ, & aliquid simile valvulis in azyga, jugulari, brachiali, crurali, cava, sed is potuit habere a J. B. CANNANO. In *calumniarum depulsione azygæ* descriptionem GALENICAM cum summa servilis ingenii infamia defendere conatus est.

(a) ANDREAS vero VESALIUS utique Libro III. venas fufius, & paulo quam arterias melius dixit, & expressit iconem universali sive sceletio venoso p. 450. & alia tabula venas cum visceribus conjunctas pinxit p. 505. cui alia minores figuræ peculiare sunt additæ. Membranam porro venarum adscititiam dixit, fibras carneas vix admittit & eminentias intra venarum corpus, quod comparare studuit membranis, quæ in ostio aortæ sunt (p. 443.), quas tamen in *examine* pro crassitie tantum protuberante non pro valvulis admittit p. 83. ubi refert J. B. CANNANI experimentum, qui valvulas in initio azygæ, emulgentis, iliacæ repererat, iis similes quæ sunt in cordis arteriis, non nimis tamen credulus amico.

IDEM proprium Libellum scripsit, quo docet *venam axillarem dextræ cubiti in dolore laterum secandam*, Basil. 1539. 4. impressum, qui deest in nupera editione operum VESALII. In eo Libello iconem dat venæ sine pari, & descriptionem, quod crederet eam venam, ut propriorem dextræ basilicæ, inflammationes intercostalium spatiorum melius levare. Idem denique in Libro de *radice China cavæ inferioris truncum a GALENO in thorace descriprum, & venæ sine pari insertionem in pericardio redarguit.*

G. FALLOPIUS in *institutionibus anatomicis, observationibus & in obss. de venis* quæ cum operibus sunt editæ & prius prodierunt Venet. 1570. 4. cum titulo *expositio in GALENUM de ossibus, cui accesserunt observationes de venis cum aliquot earundem figuris a FR. MICHINO de S. ARCHANGELO ex fidelissimo codice edita**, descripsit & pinxit imprimis venam sine pari, ejus cum vena cava inferiori communicationes, truncos tres brachiales, inter quos profunda est, venarum dextræ & sinistri lateris communicationes, aliasque. Valvulas & in vena sine pari & alibi rejecit. VIDUS cogitata FALLOPII iconibus expressit.

AMATUS LUSITANUS in *Curacione* 52. C. I. & in *Cur.* 70. L. V. ostiola azygæ defendit, quæ nihil ex ea vena in cavam admittant, & ea occasione anastomoses cum mammariis adjicit. Testem citat J. B. CANNANUM, manifesti tamen erroris reus, postquam via sanguinis in circulum detecta est.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS in describendis venis eminuit. Ejus Liber de *vena sine pari*, qui an. 1564. cum Opusculis prodiit oppositus VESALIO, habet hujus venæ anatomem, per omnia fere animalia excultam, & minimas quasque ejus proprietates. Valvulas illas AMATI repudiavit. Iconem etiam dedit valvulæ coronariæ, ut de Eustachiana taceam, & tres (non duas) venas brachii. Deinde vasa renum jam alibi laudavimus. Deinde in magno opere sceletos venarum subtilissimos dedit artus superioris, in quo correvit VESALIUM, artus inferioris, colli, viscerum chylopojeticorum, hepatis, uteri, etiam nostro seculo admiratione dignissimos. Deinde venas superficiales & profundas multis tabulis in situ cum suis musculis, unico fere exemplo, exhibuit, ita ut arterias una pingere, magis tamen venarum historiæ studeret.

JOACH. GARCEI de *origine venarum*, Francof. Viadr. 1587. PL. *

AMBROS. PAREUS Libro II. *anat.* aliquas suas observationes passim profert de venarum portarum, renalibus aliisque.

J. B. CARCANUS in Libro I. *Anatomia* negat valvulas venæ sine pari, & Germanum Medicum, qui sibi præfenti eas voluerit demonstrare, se refutasse adfirmat.

MOSTELIUM citavi.

(a) HIE-

MUM FABRICIUM AB AQUAPENDENTE in Libello de Venarum valvulis (a).

Abfol.

(a) **HIERONYMUS FABRICIUS** ab **AQUAPENDENTE** valvulas venarum non invenit, ut adparet ex prioribus, sed certe restituit an. 1574. eisdemque proprio Libro de venarum officio, Patav. 1603. fol. 1625. fol. & alias edito, descripsit & magnifice depinxit, per singulas fere corporis partes, utilitatem tamen veram non attigit. Adrogabat sibi inventas valvulas **SARPIUS**, sed vindicat **FABRICIO B. S. ALBINUS & MORGAGNUS**.

NICOLAUS SAMMICHELIUS Novocomensis invenit venam bronchialem, quod inventum an. 1568. H. F. ab **AQUAPENDENTE** approbavit (**HENR. BOTTERO** teste ad **HORSTIUM** Ep. p. 460.) Sed ea vena omnino figmentum est, ut ex descriptione video, magnam enim a vena cava inter cor & diaphragma venam in pulmones ire, quis videt aut credit?

FR. MICHINI de Castro **S. ANGELI** de azyga observationes apud **MARCELLUM DONATUM** laudantur, quas, nisi Fallopiæ sunt, non novi.

SALOMON ALBERTI, edoctus a **FABRICIO**, valvulas in sua partium historia, & in appendice orationum descripsit, utilitatem assignavit, ut velocem sanguinis motum tardarent. De vena azyga in inferiorem cavam inserta & vasis renalibus observationes habet.

Aliqua habet **ARANTIUS**, & jugularem externam cum humeraria negat misceri: venam azygam cum axillaribus communicare monet.

A. LAURENTIUS varia monet non aliena, & rete vasorum brachii non male pingit p. 231. f. 2.

BALTH. GISLERI de venarum & arteriarum genuino ortu, Lips. 1615. 4. *

C. HOFMAN de venarum origine secundum Aristotelem, Altd. 1615. 4.

JUL. CASSERIUS icones, ut dictum, angiologicas plurimas dedit, & venas capitis aliasque.

J. RIOLANUS angiologiam totam dedit. Valvulas venæ sine pari ex proprio experimento confirmat, tubulos ex venæ substantia pronatos describit, & in ortu venarum renalium valvulam, aliasque, (p. 346. &c.) **IDEM** in novis opusculis habet Tractatum proprium de venarum valvulis.

C. BAUHNUS in G. VII. app. mirificam dedit tabulam perfectæ duplicis azygæ.

G. FABRICIUS HEDANUS in Libro vom Nutzen der Anatomie historiam venarum brachii propriam protulit.

N. HABCOT inter aliam communicationem vasis brevis cum sinistra phrenica describit & sibi tribuit Dec. I. Lect. II.

A. SPIGELIUS venæ sine pari anastomoses cum renalibus, venam dorsalem superficalem a summo dorso ad imum decurrentem, quæ utiliter secari possit, descripsit, vix dictam recentioribus, sed apud **RONDELETIUM** notatam.

LUD. du GARDIN manu ductio per omnes medicina partes, sive Institutiones medica in tres Libros digesta, Duaci 1634. 4. **DOUGL. a** Habet venas quæ a Medicis secantur.

G. HARPEI veram utilitatem valvularum detexit.

J. SALZMANNUS in epist. ad **HORSTIUM** varietates venarum ad pectus, ad renes pertinentium, a se ipso observatas, tum in *obs. anatomicis*.

WERNERUS ROLFINKIUS doctam collectionem habet, valvulas venæ sine pari tanquam proprie experimento inventas sibi adscribit.

T. BARTHOLINUS varias fabricas venarum vidit, aut ex aliis recensuit. Ita ex **FALCOBURGIO** duplicem venam cavam refert Cent. II. *hif.* 84. ex **PAVIO** de venæ azygæ cum emulgentibus conjunctione, ex **RHODIO** varietates renalium vasorum adducit. Valvulosum circulum in venarum hepaticarum insertione, & in emulgentibus, & mesentericis sibi visum in *anatomye* describit.

T. WILLIS, R. LOWER & G. BLASIUS cum cerebri & medullæ spinalis historia sinus venasque conjunxerunt. **WILLISIUS** præterea fabricam venarum descripsit, fere primus.

M. A. SEVERINI scilo-plebtoromia castigata prodit, Hanoviae 1654. 4. Francof. 1668. 4. sed dedicatio data est an. 1635. Venas brachii describit, & ex **VESALIO** pingit, nullam autem venæ aut salvatellæ, aut seilem esse prærogativam docet præ reliquis in corpore humano venis, nihil manui cum liene peculiaris commercii, &c.

D. de

D. de MARCHETTIS & hic & ubique utiles habet observationes.

J. LEONCENÆ Tabula venosa cum arteriosa existat in *Phil. Transf.* n. 2. 280. ubi **COWPERUS** suam de utilitate venæ sine pari hypothefin protulit. In iisdem *Transactionibus A. de MARCHETTIS* n. 307. aliqua de vena portarum habet.

THEOD. KERKRING tubulos illos **RIOLANI** nomine piriformium valvularum, a **RUYSCHEIO** utique inventos describit, tum varietates valvularum nonnunquam quintuplicium.

FRANC. BAYLE in *Diff. sur quelques questions de physique & de médecine*, Tolosæ. 1688. 12. habet etiam quæstionem de utilitate valvularum venolarum.

P. PERRAULT in *Essays* III. & in *Traçtatu de motu peristaltico* valvularum officium mechanicè explicavit.

H. MEIBOM de valvulis venarum earumque structura, Helmst. 1682. 4.

THEODULI KEMPER de valvularum in C. H. natura, Jen. 1683. *Disp.* Valvulas venæ cavæ valde numerosas tribuit.

J. M. HOFMANN de vena portarum, Altdorf. 1687.

J. PHIL. VERHEYEN iconem venæ cavæ emendatiorem dedit, & quæ hæctenus, post **EUSTACHIANAS**, optima est.

J. JAC. DOEBEL valvularum, vasorum lacteorum lymphaticorum, ac sanguiferorum diluendo, Rostoch 1694. 4.

G. E. STAHL de vena portæ, Hall. 1698. 4. anastomosi vasorum hypogastricorum cum mesentericis descripsit.

RAYM. VLEUSSENS in novo systemate habet etiam venarum fabricam & membranas.

G. W. WEDEL de valvulis animalium semilunaribus, Jenæ 1698. proportionem valvularum ad diametrum venæ pro numero variabiles exprimit.

In *Acad. Reg. Scient. Paris.* huc pertinet an. 1738. C. N. Le *CAT.* azygos bifurcata. Vena coronaria in subclaviam inserta.

P. JAC. HARTMANN in *Diff. de vite lienalibus* adhuc venis valvulas relinquit, uti **N. HIGHMORUS** alique.

INJ. DRAKE *Anthropologia nova*, Lond. 1707. 8. venæ pulmonales pinguntur, & aliæ.

J. J. RAU in *Amphitheatro in appendice* jam citata **VALENTINI** venam bronchialem dextram invenit.

J. SALZMAN de vena porta, Argentor. 1717. 4. negavit anastomoses Stahlianas.

A. MAR. LANCISI de vena azyga ad **MORGAGNUM** epistola existat cum Adv. V. cum iconè & descriptione. Confirmat sphincteres azygæ.

J. B. MORGAGNUS in *Epist.* XV. de historia valvularum suas inquisitiones profert, **SARPIO** laudem inventi & merito, ut puto, negat, suas de valvulis, & inprimis azygæ, observationes proponit.

J. DOMINICUS SANTORINI de venis, inprimis penis, iisque quæ inter sinus cerebri & venas capitis externas mediæ sunt, observationes habet.

J. BAPT. BLANCHI venæ portarum descriptionem, & non bonam iconem dedit in *hif. hep.*

J. A. WEDEL de valvula vena subclavia ductui thoracico imposta, Jenæ 1714. 4. hanc valvulam ad eam venam non ad ductum thoracicum pertinere adfirmat. Sed certum est eum ductum sua propria ostiola habere.

J. KEIL venarum proportionem ad arterias expressit, tum **B. de MOOR** in *instaur. med.* & alii.

W. STUKELEY venam portarum pictam dedit, sed vereor non ad naturam.

H. A. NICOLAI ut arteriarum ita venarum dedit observationes.

W. CHESELDEN in *Phil. Transf.* n. 337. unam observationem azygæ in auriculam cordis insertæ habet. In *anatom. ed.* VI. venam portarum integram, & venas brachii depingit. Venarum ad arterias numerum majorem rectè observat. Fibras earum musculares restituit.

PETRI GERIKE de valvulis venarum progr. Helmst. 1733. 4. *

STEPHANI HALES experimenta de robore venarum superius jam citata sunt.

J. F. CASSEBOHM de venis bronchialibus observationes existant apud **GLASSIUM** de sanguinis circuit. de aliis vero vasis venosis in codice, quem posthumum reliquit, methodi secandi. Valvulam inter hepar & diaphragma descripsit in *Libro de sectione viscerum*.

J. BEN.

'Abfolvi hoc thema, & certus sum, eum qui præscriptos Auctores ordine legit, inventurum ea omnia, quæ in hac anatomes parte necessaria sunt (a).

J. BEN. WINSLOW hanc historiam primus fere contexuit. Inter rariora etiam ramos inter iliacam & azygon communicantes, ramos extrorsum a vena pulmonali euntes habet.

F. RUIS HIUS valvulas dixit singulares, ad ortum venarum minorum positas. Ramos venosos a cava vena ad intestina in senectute descripsit, quas tamen alii, & nuper CL. HAYMANNUS, pro ramis venæ portarum, nos pro ramis venarum spermaticarum in venas portarum inosculatis habemus.

J. CHRIST. LISCHWITZ de origine venarum, Kiel. 1736. Disp.

C. J. TREW cum arteriis linguæ socias venas descripsit.

CLIFTONUS WINTRINGHAM vires comparativas venarum magnas eas, & præter consuetam hypothefin, duritiem ad uterum majorem & alia habet.

CL. TETSCHÉ in sua Disp. toties laudata miras habet de venarum, etiam ipsius cavæ, varietatibus observationes.

In Acad. Reg. Scient. 1738. LE CAT habet azygæ in auriculam insertæ observationem ex sue.

A. F. WALTHER de vasis vertebralibus, Lips. 1730. & Act. Erud. 1731. de vena portarum I. & II. 1739. 1740. cujus vaginam refutavit, & de vena bronchiali 1731. egregia programmata reliquit, quæ in collectione nostra recusa sunt.

A. F. WALTHERI etiam est de erubescensibus & venarum capitis subitaneo tumore, Lips. 1739. 4.

CL. HEBENSTREIT de venis communicantibus, Lips. 1740. multa utilia proponit, ut azygæ ad capsulas adiposas ramulos, in renalem venam inosculatos. Eam etiam observationem & alias de azyga J. A. KULMUS habet in tabulis anatomicis, & Bresl. 1718. Idem CL. HEBENSTREITUS recte negat valvulas venæ cavæ inferioris & in universum venarum profundarum.

B. S. ALBINUS de antiquitatibus valvularum dixit in præf. ad HIER. FABR. ab AQUAP. opera, & eam laudem FABRICIO vindicavit. Aliqua etiam ALMELOVEENIUS habet novantiqua p. 228.

CL. C. C. SCHMIEDEL, loco nuper citato, anastomoses venæ azygæ cum iliacis & spermaticis descripsit.

CL. TABARRANI de venis bronchialibus, occipitalibus, aliisque observationes habet, in Memor. di Lucca T. II.

HUYBERS de valvulis qua in intestinis ut & qua in systemate venoso occurrunt Disp. Leidæ 1744. 4.

CL. MECKELII de venæ facialis & temporalis laqueis a nervo buccinatorio & a duro factis observationes exstant in sæpe laudata Disputatione.

Qui in osteologicis foramina cranii recensent, solent venas una enumerare, & antiqui & recentiores. Neque systematum scriptores repeto.

A venarum descriptione dudum me absterruit earum inconstantia, quæ facit, ut ex cadaveribus paulo numerosioribus unam communem descriptionem concinnare vix possibile sit. Venam tamen bronchialem dextram & sinistram constitui, negatam a RUYSCHIO aliisque: in progr. de arteriis bronchialibus & de vena sine pari, portarum vena, adiposis aliisque observationes protuli.

(a) Nunc de sanguine dicam, qui arteriis & venis continetur, & cujus particulæ elementales per microscopium, per hydrostatica experimenta, & per chemicam analysin exploratæ sunt. Etsi enim ad anatomem non valde proprie pertinet hoc omne studium, ob nequum tamen naturalem, & ob ordinem Medicis receptum hic repetere visum est.

Et Veterum equidem modica in his rebus sunt merita. Quatuor humores primigenii apud HIPPOCRATEM reperiuntur *περί φούου ανθρώπου* & *περί χυμών*. Fibras sanguinis habet ARISTOTELES *hist. animalium* III. c. 19. & analysin aliquam in quatuor humores ubique GALENUS. Huc ergo in primis pertinent de temperamenti L. III. seorsim excusi ex recensione D. SEBASTIANI SINCKELER, Basileæ 1538. 8. & Liber de humoribus seorsim Argentor. 1557. 8. qui cum Commentariis ARCHANGELI PICCOLHOMINEI, Paris. 1556. 8. * (RIV.) cum

cum aliis C. LOPEZ Complati 1665. * fol. cum aliis L. FUCHSII, Paris. 1554. * cum aliis H. JEREMIE THRIVERII Brachellii, Lovanii 1535. 8. * cum aliis ACCORAMBONI, Romæ 1590. fol. * & cum J. B. MONTANI periochis, Hanoviæ 1595. 8. * prodierunt. Verum in his omnibus parum omnino veri experimenti est, & atra bilis penitus commentitia, flava valde precaria, sanguinis partibus essentialibus adjectæ sunt.

Huc etiam pertinet GAL. Liber an sanguinis arteriis natura contineatur contra ERASTRATUM, quem de l. propr. citavit.

Commentarius in tertium Librum GAL. de temperamenti extat F. VALESII, Franc. 1645. fol. & J. B. MONTANI periocha in L. de temperamenti & de atra bile, Venet. 1560. 8. Fos III. Libros citat in l. de ordine leg. script.

De colore sanguinis ex doctrina medica Persarum prodiit Leid. 1745. 8. libellus cura J. S. BERNARDI ex codice M. S. bibliothecæ academicæ Leidens.

J. CORVINI de sanguine dialogi VII., Lugdun. 1562. 8. SYLVII discipulus, in I. dialogo ad ingenium veterum egit de sanguinis essentia, & quatuor humoribus. Dial. II. de iudicio ex sanguine emisso.

JOH. CORVINI de sanguine dialogi, Hanov. 1605. 12. LEHM. *

Coagulari sanguinem in fervida in speciem jecoris FABRICIUS vidit form. ov. p. 55.

JAC. SCHEGK de sanguificationis instrumentis L. I. Argentor. 1581. 8. *

PHIL. SCHERER de temperamenti, Altd. 1586. 4. *

J. JESSENI de JESSEN de sanguine ex vena missa, Prag. 1618. 4. (LIND.) & Nuremb. 1668. 12. cum notis J. PANCRATII BRUNONIS. Sanguinem sponte coire, & a feri diversa copia varias indicationes desumi posse vidit.

J. RUD. SALZMANN de natura sanguinis, Argentor. 1618. *

SCIPIO PORTIUS in opere physiologico, Messan. 1618. 4. edito, Quæstione V. egit de sanguinis temperamento, quod calidum facit.

M. HOFMAN de sanguine, Altd. 1622. *

M. HOFMAN sunt etiam fundamenta medica prudentia ex sanguine, Altdorf. 1690. 8. physiologiam etiam sanguinis continent.

HERMANNI CONRING de sanguinis generatione naturali, Helmst. 1643. 4. Leidæ 1646. 8. Theoretice. EJUSD. de calido innato, Helmst. 1647. 4. Ignis in corde habitantis theorica.

J. B. HELMONTIUS quatuor humores, hætenus quasi canonice receptos, industrie certe & per experimenta refutavit in Libro Scholarum passiva deceptio atque ignorantia & alibi.

G. ROLFINK de chylo & sanguine, Jenæ 1652. Disp.

HENRICI CITTADINI de homœomeria massa sanguinea. L. II. Paris. 1659. 8. *

J. PANCR. BRUNONIS de fermentatione sanguinis Disp. Altd. 1663.

JOH. BETTI de ortu & natura sanguinis, Lond. 1669. 8. Pauca experimenta habet & theorica statulentæ plurimum. Ad finem subjecta sectio lenis descripti THOMÆ PARRE.

M. HOFMANN de sanguine & ejus observatione, Altdorf. 1660. Disp.

ANT. DEUSING exercitatio phys. anat. de chylicatione, motu chyli, sanguificatione, &c. jam dictæ sunt.

CASP. POSNER de sanguine, Jen. 1666. 4.

GEORGE THOMPSON *αιματιασις or the true way of preserving the blood in its integrity*, Lond. 1670. 8. * PL.

In WILLISII variis Libris de sanguine nonnulla habentur, ut in Libro de fermentatione & febribus, in quo aliqua sanguinis analysi exstat, & in Libro de accensione sanguinis.

HENR. MARTINI de natura sanguinis & generationis modo 1671. 4. PL. *

T. BARTHOLINI de sanguine verito, Francof. 1673. 8. Theologicæ sanguinem in cibum adsumi non licere, neque unquam ab Ecclesia concessum esse demonstrat. In anatome etiam aliqua huc habet pertinentia, & in Libro de hepatis desperata causa aliqua ad elementa sanguinis.

A. QUIR. RIVINUS de sanguificatione, Lips. 1678. 4.

C. VICT. SCHNEIDER de sanguine, VVittemb. 1679. disp.

FRID. SLARE de effectibus liquoris cujusdam cum sanguine misti Phil. Trans. n. 196.

Xxx

CONR.

CONR. VICT. van SCHNEIDER de sanguine corporis parte principe, Wittemb. 1679. Disp. RIF. In RICHARDI LOWERI opere de corde integrum caput de colore sanguinis reperiuntur, quem a nitro admisto derivat, quæ etiam MAYOWII fuit, ut notum, opinio.

OTTO TACHENIUS in Hippocrate Chémico c. XII. aliquam analysin sanguinis ejusque salelem fixum habet.

HIERONYMUS BARBATUS de sero & sanguine, Paris. 1667. 12. Francof. 1667. 12. & nuper cum JOS. PAPA, Leidæ an. 1736. in 8. docet serum sanguinis omnium secretionum materiam esse; in igne coire, sanguini supernatare, &c.

Primus autem qui aliquid ferri in sanguine præstitit MALPIGHIVS fuit in Libro de polyo, qui cum Exerc. de viscerum natura prodiit, sæpe citato. Rete sanguinis descripsit, & fila & aliqua ad elementa & phænomena cruoris cum variis liquoribus misti. Polypos ab acido cogi credit. In pestibus fibras sanguinis, negatas a J. A. BORELLO, tuetur.

NEHEMIAS GREW sanguinis salelem, & ejus cum acidis effervescentiam descripsit (phytologia. p. 251. 2.)

Deinde ROBERTUS BOYLE in apparatus ad historiam sanguinis humani, Londini 1684. 8. primus fere, omnis sterilissimis theoriis, ad verum laborem accessit. Pondera specifica sanguinis & ferri exposuit, sed ea quidem a recentioribus mutata: Phænomena misti cum chemicis liquoribus sanguinis recensuit. Deinde analysin chemicam & elementa misti cum chemicis fundit destillatus, docuit, maximum vero laborem posuit in spiritu sanguinis alcalino. Principiorum proportionem non inveniri posse fassus est.

Membranam sanguinis MERRETUS vidit post BOYLEUM de frigore, & analysin etiam habet BOYLE Chémist. sceptic. P. I. de utilis. philos. exper., &c.

In Phil. Trans. de sanguine experimenta sunt, n. 29. 69.

ALEX. MOULIN de pondere sanguineæ massæ in variis animalibus, n. 191.

VIEUSSENS de sanguinis analysi, n. 241.

COWPER de globulis sanguineis, n. 260.

Medici Romani de acido sanguinis, n. 264. contra R. VIEUSSENS.

LISTER de copia sanguinis, quam octo libris æstimat, n. 270.

ADAMS sanguinem ramosum esse, non globulosum, n. 325.

Infusoria experimenta COURTEN, n. 335.

De sanguine MUIS, n. 339.

JURIN de globuli sanguinei diametro, quem $\frac{1}{124}$ uncia æstimat n. 355. EJ. de pondere specifico sanguinis & analysi n. 361.

Serum album in sanguine, n. 442.

De globulis sanguinis, microscopio LIEBERKUHNI visis, BAKER in 458.

ANTONIUS vero van LEEUWENHOEK globulos sanguineos an. 1673. vidit 15. Augusti. Vid. Trans. n. 102. 106. 108. 117. 145. Phil. Collect. 1678. Trans. n. 280. 293. 375. 377. 380. & Act. Hafn. III. n. 3. quibus locis, deinde in operibus suis eos globulos descripsit, dissilente, elasticos, compressibiles, &c. Contra eos NICOLAUS HARTSOEKER Extrait critique n. 5. monuit, non proprios sanguini, sed a liquoribus heterogeneis commistos, uti etiam parum globulis tribuit J. Z. FLATNERUS Disp. de supuratione cohibita p. VI. & MUSSCHENBROEKIUS fere omnia liquida crassiora globulis componi observat.

Globulos etiam sanguinis post LEEUWENHOEKIUM vidit PHIL. BONANNUS micrograph. BIDLOO T. 23. COWPER Phil. Trans. n. 280. BAKER in microgr., &c.

OL. BORRICHIVS de sanguine ejusque sale (inter Orationes) & in Act. Hafn. V. II. narrat experimenta sua infusoria, & eventus a vario genere liquorum injectorum.

FRID. WILHELM KRAUSS de fermentatione in sanguine non existente, Jenæ 1682. 4.

PHIL. JAC. HARTMANN de sanguine alimento ultimo, Regiomont 1684. Disp.

CHRISTIAN HEIWICH de sanguine, Gryphisvald. 1685. 4.

B. ALBINUS de massa sanguinea corpusculis, Francof. ad Viadr. 1688. & in T. II. Disp. nostrarum.

ANT. de HEYDE ad sanguinis cum succis chemicis misti phænomena legatur, tum M. ETTMULLER in Disp. de Chirur. infusoria, & ad pondera partium sanguinis MONCONIS in Itinerum Tom. IV.

J. CHRISTOPH. WENZEL de purpura sanguinis, Jenæ 1689. 4.

CL. BOHNIUS & in pragmatismate & in A. E. Ann. I. proportionem sanguinis & ferri habet, fibras resutat.

J. PHIL. VERHEYEN in T. II. analysin sanguinis chemicas habet, & in Chémia sua LEMERY, & alii eo pertinentes scriptores.

G. E. STAHL multa habet quæ huc pertinent, uti Diff. de sanguificatione in corpore semel formato, Jenæ 1685. 4. EJ. Diff. qua temperamenta physiologica, physiognomice, pathologica, mechanice enucleantur, Hall. 1697. 8. qui idem Libellus sub titulo lebre von den temperamenten, Lips. 1723. 8. recusatus est, ubi ex aqua, sulfure & terra, horumque elementorum con-temperatione, & ex stricto & laxo habitu pororum, & vasorum eam theoriam deducit. EJUSD. de sanguinis temperie optima Disp. prodiit 1711.

RAYMUNDUS VIEUSSENS in Phil. Trans. n. 241. Epistola ad Lipsenses de sanguinis spiritu acido, Lips. 1698. 4. & in JOUR. DES SAVANS 1698. n. 5. EJ. deux Dissertations touchant l'extraction du sel acide du sang, & touchant la quantité de ses principes sensibles, Monspel. 1698. 8. & in Tractatu des liqueurs super citato, habet experimenta, quibus persuadetur invenisse se veras proportionem aquæ, spiritus, salis, terræ, olei, in sanguine: salelem etiam acidum sanguinis & invenit, & defendit, cum a Romanis Medicis bolo imputaretur, eum autem etiam absque bolo parari posse, neque a sale marino oriri ostendit, cum perinde ex sanguine vituli obtineatur.

J. CHRISTIAN SCHELHAMMER de temperamentis, Kiel. 1700. 4. EJUSDEM sententia de temperamentis habetur in JOURN. de TREVOUX, Novemb. 1709. Ab oleo, sale acri, Phlegmate & acido ea explicat, uti quodlibet eorum dominaretur.

JAC. GYSI de temperamentis, Basil. 1704. Disp.

DOM. de SANDRIS de naturali & præternaturali sanguinis statu, Bonon. 1696. 4. Francof. 1721. 8. Potius physiologia aliqua totius corporis, quam sanguinis historia est, aliqua tamen phænomena habet cum reagentibus, ut vocant.

In Monumentis Academiæ Regiæ antiquis apud DU HAMEL ad analysin & phænomena sanguinis cum variis liquoribus aliqua exstant, & in projet pour l'hist. des ph., &c.

PARENT de rete sanguinis 1711. Analysin sanguinis KOMBERG 1712. quem ex sale alcalino & acido commistos componit, ut neuter alteri repugnaret.

Phosphorus ex sanguine LEMERY 1714. quem dudum reperio apud CARDANUM de subtilitate.

PETIT de grumo & coagulo sanguinis an. 1731. 1732.

REAUMUR de frigore, quo sanguis cogitur.

CAROLUS DRELINCOURTIUS sanguinis cum chemicis liquoribus phænomena habet in Bill. Manger. I. p. 951. & de copia sanguinis experimenta in Canicidii.

J. H. SBARAGLI de reticulo sanguinis scripsit, fibræque negavit in Libro de mentis & oculorum vigil.

DOM. GUILIELMINI de sanguinis natura & constitutione, Venet. 1701. 8. Ultraject. 1704. 8. & in operibus. Theoreticus potius quam per experimenta.

FRID. HOFMAN de temperamento fundamentorum & morborum, Hall. 1705. Disp.

J. C. BARCHUSEN in Acroamatibus ad Jatrochémiam & physicon spectantibus, Ultraj. 1703. 8. habet etiam analysin sanguinis chemicam.

In BAGLIVI Diff. IV. phænomena injectionum, & sanguinis cum variis chemicis liquoribus misti, & alibi de ejus coagulis morbosis aliqua exstant. Aliqua etiam habet J. BROEN de duplici bile veterum.

C. NIEWAART de sanguine, Leidæ 1710. Disp.

PAUL HENRICH VOGEL de sanguificatione in homine secundum & præter naturam, Erfurt. 1710. 4.

FR. PETIT in Lettres d'un Médecin sæpius laudatis plurima habet in Epist. II. ad sanguinis cum variis liquidis commistos phænomena; injectionem liquidorum variorum, &c.

In DEIDER physiologia exstat analysin sanguinis. Idem in Libro des humeurs habet aliqua experimenta injectoria, & filamenta sanguinis defendit, quæ etiam HECQUETUS variis locis, & TEICHMEYERUS in anthropologia & in Disp. de polyo, & SENNAC, & alii admittunt.

HERMANNUS BOERHAAVE globulos sanguinis & ferri & lymphæ, & alios decrescen-
tium

tium ordinem statuit, quem plurimi clari viri secuti sunt, JOHANNES de GORTER de *secretione & alibi*; & J. F. SCHREIBER in *elementis*; ILL. ROSEN in *Compend. Anat.*; & KINNEIR *essays on the nerves*, Lond. 1739. 8. & alii. IDEM PRÆCEPTOR in *Elem. Chem.* T. II. egregiam analysin sanguinis proposuit.

F. HOFMANN in *medicina systematica* aliqua etiam ad pondera specifica pertinentia habet, & J. ARBUTHNOTH de *aëre* & J. B. MAZINUS *mechanic. morb.* T. I. ad analysin aliqua, tum IDEM HOFMANNUS in *obss. chemicis*.

Olei animalis DIPPÉLII *encheiresis* existat BRESL. 1718. Jan.

JACOBUS KEIL in *account of the quantity of blood*, Londini 1708. 8. & in eodem Libello, inserto *tentaminibus physiologicis*, quantitatem sanguinis partim ex computatione facta & æstimatione cavi luminis arteriarum ad earum solidas membranas, partim ex parca residui solidi post diffata fluida copia æstimat, valde magnam. Globulos sanguinis in Dissertatione de motu musculari habet pro bullulis aëre plenis.

JOH. FREIND in *Emmenologia* plurima phænomena habet sanguinis cum variis succis & medicamentis compositi.

FRID. MENTZ de *temperamentis*, Lips. 1712. 4.

ARCHIBALD PITCARNE in *elementis medicina* phænomena habet sanguinis cum variis succis commisti. In Dissertatione de *opera quam præstant acida & alcalica* acidum sanguinis salii marino vel bolo tribuit.

J. M. LANCISIUS in *Diff. post MERCATI metallotheam & in Dissertatione IV. de acido sanguinis* agit contra VIEUSSENIUM.

DANIEL de SUPERVILLE de *sanguificatione*, Trajecti 1718. Disp.

JAC. LUFNEU de *sanguinis calore naturali ac præternaturali*, Leidæ 1718.

JUSTI VESTI de *temperamentis*, Erfurt. 1718. Disp.

JOH. TABOR in *exercitationibus medicis sæpe citatis rationes feri ad rubram partem sanguinis, & magnitudines globulorum & pondera specifica* dimittitur.

J. J. a BRUNN de *sanguine*, Duisburg. 1723. 4.

ANT. DEIDIER *questio de temperamentis*, Monspel. 1726. *

CHR. STENZEL de *veritemperamenti in corpore humano absentia*, VVittemb. 1727. 4.

Ad analysin aliqua habet ERMEL in *compendio*, qui etiam de oleo animali agit, & ROHTIUS in *Chemia* toties recusa Germanice, & Gallice; & C. NEUMANNUS in *oper. Chem.* p. 1242, & CL. P. GERIKE in *Chemia*, & J. F. CARTHEUSER in *Pharmaceutice*, ubi etiam oleum animale describit; & CL. POTT in *Miscell. Berol.* T. VI. ubi acidum sanguinis defendit, & PINELLI de *podagra*.

THOMAS MORGAN in *philosophical principles of Medicine* varia habet ad sanguinis historiam. Negat globulos sanguineos aëre plenos esse, cum ponderosiores sint ferro, diametrum æstimat ad $\frac{1}{3000}$ pollicis.

An *essay on the transmutation of blood*, Lond. 1725. 4. A chemicis colorem sanguinis deducit, & cum in pus mutari contendit.

THOMAS KNIGHT in *vindication of a late essay on the transmutation of blood*, Lond. 1731. 8. Aliqua de sanguine habet, & globulos pro vesiculis aëreis crusta viscida a chylo unitis, ruborem esse a sulfure cum alcali misto docet, quod cum acido albescat.

GUIL. OSTENS de *sanguine*, Leidæ 1728. 4.

F. RUYSCH membranam ex sanguine parare docuit, quem CL. TEICHMEYERUS, & LOESCHER *specim. anthropol. experim.* & in muco B. S. ALBINUS sunt imitati.

DAN. de MEZA de *αιματώσει*, Leidæ 1731. 4. Disp.

MICHAEL PROCOPE COUTEAUX E. *sanguinis partes tenuiores in venis quam in arteriis*, Paris. 1732. Disp.

MICHAEL ALBERTI *hamatologia physico-medica*, Hall. 1736. 4. EJ. de *differentia sanguinis arterialis & venosi*, Hall. 1737. 4.

F. QUESNAY quatuor humores radicales veterum renovare studuit, lympham diversam ab humoribus gelatinosis, atram bilem mucosam, acidum in sanguine contentum defendit. Sed fusus est & legi potest in *Oeconomia animalis* nova editione T. II. & III. Similia ferre leges in *Mémoires de l'Académie de Chirurgie*.

ANDR. PASTA de *motu sanguinis post mortem & de polypo cordis in dubium revocato*, Bergomi

gomi 1637. 4. Polypos habet pro crusta sanguinis, quæ pro vario situ corporis innatans varie adhæreat.

STEPH. HALES in *vegetable Statics* calorem sanguinis comparativum, aerem sanguinis demonstrat. In *Hamatiks* pondus specificum, magnitudines globulorum aliaque.

J. H. SCHULZE, & J. M. OTTO de *sanguinis humani constitutione naturali & præternaturali*, Hall. 1735. 4.

VISSCHER de *Cholepoiesi*, Leid. 1735. analysin sanguinis habet.

Auctoribus, quos ad analysin sanguinis citavimus, addendus est STANCARI in *Act. Bon.*

PH. AD. BOEHMER de *præcavenâ polyporum generatione*, Hall. 1736. 4. Habet de fibris sanguinis quas defendit, & membrana inde nata, minime inutiles observationes.

G. W. MUYR in *fabrica muscutorum* sanguinis piscium particulas fuse describit.

BROWNE LANGRISCH in pulcherrimo Libro *modern practice*, Lond. 1738. 8. diversas analyses sanguinis, & variabiles quantitates feri, cruoris, salis, terræ, olei pro varia ætate, pro morbis, definit, & cohesionis in sanguine gradus varios.

C. AUG. a BERGEN de *judicio medico ex sanguine per vena sectionem misso*, Francof. ad Viad. 1740. 4. Pondera globulorum & sanguinis habet, & de sanguinis exhalatione experimenta.

De S. LEGER an *proxima, qua corpus alitur, materies a rubro sanguine diversa*, Paris. 1740. Thesi. Albam partem solam alere, & fecedere in partem fibrosam, gelatinosam, & aqueam: rubram partem forte inutilem esse. &c.

THOMÆ SCHWENKE *hamatologia sive sanguinis historia*, Hagæ 1743. 8. Dignum omni laude opus, quo plurima de calore sanguinem cogente, & resolvente, de globulis, de grumo sanguineo & seroso, de analysi, de ponderibus specificis sanguinis & feri, & alia perutilia habentur.

J. STAM de *αιματωποιήσει*, Leidæ 1743. 4.

J. H. SCHULZE physiologiam ideo cito, quod faretur non dari temperantia. EFUSDEM existat *Disp. de temperamentorum existentia illorumque usu in medicina*, Hall. 1734. 4.*

MARTIN SCHURIG *hamatologia*, Dresd. 1744. 4. Compilatio.

ALEX. MONROO in *Actis Edimb.* II. de grumo sanguinis obturante vulnus fibroso. G. MARTINE ibid. de globulis diversarum serierum sanguinis, de ponderibus specificis, de temperamentis a globulorum numero variis, de analysi. In T. V. STEVENSON pro motu sanguinis intestino scripsit, a quo suscitetur cordis motus.

J. BOECLER an *nirrum sanguinem solvat*, Argent. 1741. 4.

In *Miscell. Berol.* T. VI. globuli sanguinei ranini motabili figura aliaque utilia describuntur.

JAC. FRANC. le CHAT de la SOURDIÈRE. Ergo non ubique corporis sanguis idem, Paris. 1743.

B. D. MAUCHART de *oleo animali*, Tubing. 1745. Utilis Disp. De eod. *Comp. Lit. Nor.* 1731. 1734. 1741. & D. LOEBER me Præside habita Disputatio. Gotting. 1747. 4.

CL. de SAUVAGES in *Mémoires de l'Acad. de Montpellier*, 1743. sanguinem carotidis arteriæ specificè leviolem facit. Idem in Libro de *inflammatione* ad pondera specifica sanguinis aliaque ejus phænomena observationes suas attulit.

In CL. KNOLLE *Diff. von der verdickung des geblütes* sanguinem arteriosum venoso densiorem & ponderosorem esse defenditur.

CLAUDII BOURDELIN de la MOULIÈRE. Ergo in quacunq; corporis parte hamatosis, Parisiis 1745. 1745.

CL. CHRISTOPHORI ANGREÆ MANGOLD in nuperis suis *Ghymische Erfahrungen*, Erfurd. 1748. 4. de oleo animali bona experimenta habet.

In Tomo II. operis Svvieteniani de crusta & pelle sanguinis, & de coagulatione in morbis acutis aliqua reperuntur.

De ferro in sanguine contento egregiæ observationes VINCENTII MENGHINI existant in *Comment. Bonon.* II. P. 2. & aliqua JOSEPHI BADIA in *opusculis scientif.* T. 18.

C. IUD. LEBRECHT IOESEKE de *motu sanguinis intestino*, Hall. 1747. 4. Eum motum generari negat a repulsione globulorum, &c.

J. G. BRENDÉL *progr. I. II.* Hotting. 1747. 4. demonstrat globulorum sanguineorum & minorum progressionem non posse respondere descriptioni BOERHAAVII & LEEUWENHOEKII.

ROB. DOUGLAS of the generation of heat, Lond. 1748. 8. De globulis & eorum ad generandum calorem aptitudine.

FRID. GOTTL. JACOBI Disp. de colore sanguinis, Lips. 1748.

P. GERIKE de temperamentis, Helmstad. 1748. 4.

SAMUEL ANDR. TRESSELT de olei animalis facilliori preparatione & modo agendi, Præfide J. H. LUDOLF. ERFURT. 1748. disp.

Multa de sanguine, lymphâ, sero, mucô, habet SENACUS, & globulos sanguinis lentculares esse ostendit.

E. A. NICOLAI de spissitudine sanguinis, Hall. 1749. 4.

J. PETR. FBERHARD de sanguificatione, Gall. 1749. 4.

J. EICHEL Experimenta circa sanguinem humanum instituta, Erfurt. 1749. 4.

C A P U T II.

De Vasis lymphaticis.

Priusquam de scriptoribus agam, qui hanc vasorum pellucidorum descriptionem dederunt, opus est aliquid dicere de sententia, quam super hac re spondeo, & quam credo omnibus placituras (a).

Medici quidem vocant vasa lymphatica, „ Vascula oculo nudo conspicua, „ in quibus liquor limpidus deprehenditur „. Et primo omnia vasa, hæcenus apud Auctores descripta, sunt huiusmodi, ut oculo nudo discerni possint. Si sufficeret scrutatori anatomes hæc scire, promptum opus foret ex sequentibus Auctoribus ea addiscere. Verum ii nihil nos docent, nisi in corpore quædam vasa esse satis magna, quæ talem lympham ferant: atqui hæc vasa omnia tantum venæ sunt, quod demonstrabo.

Vena est canalis liquorem motum continens, qui movetur iterum versus majores venas, & cor, adeoque venæ ferunt liquidum redeunt a communi fonte versus

(a) Hoc systema vasorum minorum superstructum hinc arteriis minorum generum a RUYSCHIO repertis, inde globulorum in sanguine seriebus decrescentibus in ZEEUWENHOEKII experimentis, maximo PRÆCEPTORI honori fuit, & ab omni fere Medicorum ordine hæcenus receptum est, ut arterias minores, tenuiorem sanguine liquorem ferentes admittant. Prima vero hujus theoriæ stamina non solum apud ERASISTRATUM (CELS. in præf.) arterias statuentem spirituosas, in quas transeunt sanguis inflammationem faceret, sed inprimis etiam inter recentiores apud RAIMUNDUM VIEUSSENIUM reperiuntur, qui paulo ante BOERHAAVIUM in novo vasorum systemate fase & ubique descripsit „ vasa neurolymphatica secretoria, ab arteriis orta, inserta venis, aut excretoriis ductibus. Ipsam denique errorem loci sive inflammationem ex sanguine in vasa minora aberrante manifesto descripsit p. 109. 110. & in Tractatu des liqueurs p. 129. Imo subtiliter trium generum vasa minora statuit, primum ex arteriis rubris ortum, alterum ex primo genere, tertium ex secundo. Et ea quidem vasa inflammatio, melius vero repletio vasorum rubrorum demonstrat, unde in toto corpore humano vasa continua rubris pellucida prius, & invisibilia, aut succo decolore cœruleo, fuscove plena conspicua fiunt. Inde non male ANTONIUS FIZES inventum vasorum minorum generum VIEUSSENIO vindicat, de tumoribus p. 10. Neque dissimulandum, vulgaria lymphatica vasa ex arteriis deduxisse, & per eas replevisse varios Auctores, COWPERUM, inprimis TISONEM in Annot. of a pigmy: & ductum thoracicum atque lymphaticam per coeliacam injecisse CL. BORRICHIIUM apud BARTHOLINUM, ut nuper CL. TARINO in lacteis successisse legimus & multo prius CL. MANGETO Theatr. anat. II. P. 168.

versus cor. Nunc dico omnia vasa lymphatica, hæcenus ab anatomicis descripta meras venas esse.

Sic demonstratur. 1. Omnis canalis in corpore, qui ex angustiis deducit versus ampliora spatia, vena est: sed omnia vasa lymphatica, hæcenus descripta (videantur omnes figuræ, legantur omnes Auctores) sunt vasa, quæ ex minoribus ramis in ampliora ducunt, ergo, &c.

Verum 2. vena est, quæ per laterales canales recipit liquidum, seu canalis, in quem alii canales minores se exonerant: nam omnis vena, gracili orta ramusculo, grandior fit per novum catialem ad latus insertum: si nunc omnia vasa lymphatica, hæcenus descripta, consideravimus, omnia a radicibus invisibilibus incipiunt, & majora sensim fiunt, acceptis lateralibus vasis, quæ se in majorem truncum exonerant. Ex majori vero trunco in lateralia vasa nihil omnino derivari potest. Ergo omnia vasa lymphatica, hæcenus ab anatomicis descripta, quæ oculis apparent, sunt meræ venæ, & nobis tum demum apparent, quando plures graciles venæ in unum magnum vas evacuarunt.

3. Omnia vasa lymphatica habent valvulas (loquor de illis hæcenus descriptis). Verum nullibi in corpore in arteriis valvulæ reperiuntur, nisi in arteria aorta, & arteriæ pulmonalis initio, quas, si sedulo intueri lubuerit, constabit eas non proprie pertinere ad substantiam harum arteriarum, sed ad cordis carnem. Ergo in arteriis non sunt valvulæ, eæ vero in venis sunt, & ubicunque metus est, ne præcedens sanguis impediatur liberum transitum subsequenti ibi maximæ valvulæ sunt, nec alia ratio est omnium valvularum in corpore: venæ enim in initio tenuissimæ sunt, postea majores fiunt; sed demonstrant mathematici, „ si liquidum perpendiculariter ascendere debet, tunc totam se „ riem perpendiculariter obitare motui inferioris liquidi, hinc cum venæ facile comprimantur, non transiret sanguis pondere impeditus columnæ superioris. Ergo ne liquidum pressum, ubi major est vena, sanguinem per omnes venas minores fluentem impediatur, valvulæ ibi sunt. Videatur RUYSCHIIUS.

Hinc in venis ubique valvulæ sunt, & vix per unciam progredimur, quin valvulas inveniamus, ob necessitatem mox dicendam.

Verum 4. vena est vas, quod ab extremis liquidum in majus infusum versus cor reddit; arteria contra a corde ad extrema ducit. Vide nunc omnia lymphatica vasa a RIDLEIO in cerebro picta, vide omnia lymphatica vasa a LOWERO detecta in externo & interno capite, quæ ad glandulam pituitariam reddunt suum liquidum venis jugularibus, vide omnia vasa lymphatica thoracis, quæ se exonerant in ductum PECQUETIANUM, in venam subclaviam, in sinum venosum, in venam ἀκρωτιον, videantur demum BARTHOLINUS, LOWERUS, MALPIGHIUS de vasis lymphaticis abdominis, omnis certe ea lymphâ, quam hi clari viri viderunt, unice versus cisternam fertur; hinc in ductum PECQUETIANUM, ut ipsa NUCKIO picta vasa lymphatica femoris, ad superiora eant & in venas lacteas majores se evacuent. Ita videmus, hæc omnia vasa lymphatica mediantibus vasis lacteis variis liquorem suum cordi reddere. Ergo concludimus, omnia vasa lymphatica, hæcenus exarata & descripta, meras esse venas.

Sed

Sed nulla est vena, quin debeat habere suam arteriam, hoc est nullum vas potest deferre versus cor, quin ab alio vase liquidum suum deferendum receperit. Quod enim liquidum versus cor movetur, id debet prius liquidum a corde accepisse. Ergo vena ab aliis vasis suum liquidum habere debet. Et ex eadem ratione vasa lymphatica, quæ versus cor reducunt, debent ab aliis vasis suum liquidum accepisse. Neque ea alia vasa venæ esse possunt; nam venæ recipiunt, quod attulerunt arteriæ. Ergo lymphatica vasa serum suum debent accipere a quibusdam arteriis, uti omnes venæ ab arteriis recipiunt; hinc, uti videmus, venas lymphaticas esse; sic etiam necesse est dari lymphaticas arterias invisibiles, a quibus venæ lymphaticæ liquidum accipiant. Neque enim ex sanguinea arteria vena lymphatica oriri potest, tunc enim per eam ferretur liquor crassior, sanguineus, qui semper ruber est, docente microscopio. Ergo arteria ea, unde prima vena lymphatica oritur, debet esse vas, quod ex arteria cruenta recipiat liquidum tenuius, quam est sanguis; ergo debet esse vas minus quam arteria cruenta, hoc est lymphatica arteria. Verum ubi cruenta arteria ultimo desinit, ibi non est conspicua; ergo longe minus hæc arteria lymphatica conspicua erit. Si nunc quæsieris, cur arteria illa lymphatica conspicua non sit, respondebo, quia liquorem pellucidum vehit. Ita in pediculo, ubi a posteriore novimus infinita esse vasa, tamen ob pelluciditatem nobis ea videre haud licet.

Hæc ergo sententia nostra est, ad omnem locum, ubi transmittitur sanguis, ruber ex arteria in venam, ibi oriuntur canales infiniti, ad minimum decuplo minores diametro arteriarum rubrarum. Docent hoc globuli liquidorum pellucidorum per microscopia inspecti, nam globuli sanguinis rubri non intrant in illa vasa lateralia, & si comparentur cum globulis lymphaticis, ingens erit differentia, dum enim sanguis ad ea vasa lateralia applicatur, exprimit in eas liquidissimam partem liquoris sui, qua orbatu transit recta in venam. In hanc vero lateralem arteriolam, inquam, transit liquidissima pars, eamque voco *arteriam lymphaticam*, & certum est, ferri per eam liquidum motu arterioso, hoc est, ex lato in angustum, neque eam aggregari ex minoribus in majus vas, sed ex majoribus ferri in minora, tunc desinere prolongatam in venam lymphaticam, quæ solitaria non conspicua est, sed aggregata ex minoribus conspicua fit, tuncque ibi demum incipit initium venarum lymphaticarum.

Neque hoc solum, sed id etiam mihi probabile fit, arterias lymphaticas, ubi in venas transibant, dare laterales canales tanto minores se ipsis, quanto ipsæ minores erant ultima arteria rubra, ex qua oriuntur. Hæc vasa vocantur mihi *lymphatica secundi generis (a)*, & sic porro. Quousque vero hæc progressio

(a) Cum PRÆCEPTOR videret LEEUWENHOECIIUM plures nonnunquam globulorum series reperisse, ut etiam flavus globulus in lymphaticos pellucidos divideretur, neque viderentur ultimæ parvitatis arteriolæ commode ex ipsa rubra arteria posse provenire, in id systema incidit, quod vide INSTIT. MED. CCXLV. CCXLVI. Ab eo transit ad SWIETENIUM, HELPETIUM, GORTERUM, MARTYNUM CLIFTONUM WINYRINGHAM patrem de podagra p. 28. aliosque. Nam HELPETIUS, qui sibi hoc systema tribuit in *Mém. de l'Acad. des Scienc.* & cui le TELLIER eum honorem defert in critica *Emmenologia* FREINDINÆ p. 75. post BOERHAAVIUM omnino scripsit quodcumque huc referendum edidit. Dubia vero mea contra id systema proposui, & pleraque vasa minorum generum ex arteria rubra oriri, per experimenta ostendi in *comment.* ad CCXLVI. & apud CL. C. A. a BERGEN Diisp. de inflammatione sanguinea.

gressio pertingat, ignoramus, id tamen novimus, eousque pertingere, ut (nervi) (a) vasa lymphatica sint omnium minima.

Dantur ergo arteriæ lymphaticæ & venæ lymphaticæ, deinde rami arteriosi lymphatici arteriarum lymphaticarum, & harum iterum aliæ propagines. Uti nunc sanguis redit in sanguinem, sic lymphæ primi generis redit in venam lymphaticam primi generis, lymphæ secundi generis in venam lymphaticam secundi generis, & sic porro, hacque ratione omnia derivantur ex arteriis a corde in venas & redeunt in cor.

Objici posset, quæri omnino an hæc fabrica necessaria sit in corpore. Respondeo omnino esse. Advertat rerum gnarus animum ad cutim, tendinem, membranam, ossa, loca glandulosa, vix sanguinis rubri aliquid in vasis adesse reperiet, & tamen crescit hujusmodi pars nihilo segnus, quam pars rubra. Imo, quod majus est, in initio fetus omnino non reperitur sanguis ruber in ipsis partibus, quæ postea rubræ fiunt, & tamen eo tempore celerius, quam in alio æquali tempore crescunt. Verum ut crescant ex partes, oportet eas, hoc est vasa quibus constant, impleri. Deinde debent nutriri, hoc est, debent liquido repleti, & applicari ex eo liquido tantum, quantum fuit perditum, quod non fieri potest, quin ad omnia puncta corporis applicetur hoc liquidum. Verum docent microscopia, maximam partem corporis sanguine carere. Si pes ranæ ad lentem instar grani sabuli magnam applicetur, in mediis locis non reperietur sanguis ruber, & tamen ibi nutritur illa pars pedis; ergo ibi esse debent vasa, quæ recipiunt, receptum propellunt, sed hæc vasa tantum possunt esse arteriæ, hoc est conferunt liquorem suum ex lato in angustum; ergo arteriæ lymphaticæ requiruntur. Sed tertio debet corpus humanum flecti, nec flexibile manere potest, nisi ex partibus infinite parvis constet. Nunc vasa, quæ sanguinem rubrum ferunt, non sunt partes minimæ, minora enim dantur, quæ liquidum tenuius quam sanguinem ferunt; videamus v. gr. in cute, quæ omnium maxime flexilis pars est, ibi vix vasa sanguifera, sed minora reperiuntur. Si corpus haberem, quod constaret ex partibus tam magnis, ac quinque meidigiti sunt, simul sumti, non posset flecti hujusmodi corpus absque separatione partium quarundam, hoc est absque ruptura. Verum, si constaret idem corpus ex partibus tam tenuibus, ac unus meus digitus est, tunc possent partes adhuc in contactu manere, licet flecteretur corpus; hinc quo vasa ad majorem tenuitatem reducuntur, eo facilius flecti possunt; hinc requiruntur vasa, quorum membranæ infinite tenuiores sunt, quam membranæ arteriarum; hujusmodi autem sunt vasa lymphatica.

Ex his vero vasis totum corpus constat; nam membranæ majores flexiles sunt, quia membranæ minoribus constant; & hæc minores membranæ sunt flexiles, quia ex minoribus adhuc canalibus componuntur, & illi canales sunt flexiles, quia ex minoribus adhuc canalibus componuntur. Si vero quæras quotuplicia hæc vasa sint, hoc ignoramus, majorem tamen crederem esse subdivisionem, quam facile imaginemur.

Y y y

Omnes

(a) *Instit. Rei Med.* n. CCCII. Eam conjecturam ita intelligere oportet, ut arteriæ æque parvæ, ac sunt nervi, etiam intra cerebrum orientur, non ideo aut sensus capaces, futuræ, aut motus. Habet etiam eas arterias CL. WINYRINGHAM L. C. p. 33.

Omnes haftenus anatomici dixerunt, corpus ex arteriis & venis constare; nihil de lymphaticis dixerunt: nunc & arteria & vena lymphatica demonstratae sunt. Sed pergit divisio, donec omnes partes aequaliter parvae, & liquida aequaliter divisa sint; hinc puto, haec omnia tandem desinere in vasa tam parva, quam origo nervi est, nam neque tenuiora liquida spiritibus, nec vasa nervis tenuiora haberi possunt.

Hoc sensu nervi ubique sunt, & oriuntur non ex cerebro tantum, sed ex ultimis arteriis ubique (a), & a quibusdam lymphaticis nascuntur etiam lymphatica ubique, ubi plexus vasorum reperiuntur, hoc est, ubi arteriae in venas fiunt.

Ultima arteria lymphatica definit duplici loco. 1. Partim extra corpus in vacuitates aliquas. 2. Partim in venas corporis. In vacua spatia se exonerat, ut extrorsum ad cutem, & intus in cavitates corporis. Si quaeras, ubi illa iterum, quae

(a) Vasorum lymphaticorum antiquitates habet P. T. HARTMANNUS de peritia veterum anatomica II. c. 5. qui pene persuadet, aliquam eorum vasorum cognitionem apud veteres fuisse. Fibras certe inter arteriam venamque medias, ex natura sua sanienem continentes ARISTOTELES dixit *hist. anim.* L. III. c. 6. Vasa vero lactea ERASISTRATO atque HEROPHILO nota fuisse, vulgo nunc ex GALENO scitur Libro *Admin. anat.* VII. c. ult. de usu partium L. IV. c. 19. Lactea autem de lymphaticorum esse genere, notissimum est. GABRIEL FALLOPIUS in *obs.* de venis vasa lymphatica hepatis descripsit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS ductum thoracicum, omnium lymphaticorum vasorum maximum, descriptum dedit in Libro de vena sine pari, originem tamen ignoravit.

GASPARI ASELLII Liber de lactibus sive lacteis vasis, Mediolani an. 1627. 4. Basil. 1628. 4. Leidæ 1640. 4. & cum SPIGELIO an. 1644. 4. prodiit. Cum alia quaereret in vivis animalibus, in vasa lactea incidit, ea ab intestinis ad hepar usque persecutus est, quo ire credidit, ut videtur, a lymphaticis delusus, & descriptionem dedit eruditam, etsi posthumam, cum an. 1626. mortuus sit, icones vero artificiosas tribus coloribus distinctas, satis vitiose passim recusas, restaurator adeo vasorum lacteorum, quorum etiam valvulas non ignoravit. Male ejus inventum celebris ex libris doctor derivit C. HOFMANN *Apol. pro Galen.* L. II. c. 133. neque hic laudari potest HARKEIUS, cujus eadem fuit opinio in Libro *generat. animal.* & in epist. ad HORSTIUM, ut lactea vasa solam lympham revehere crederet. ADRIANUS vero SPIGELIUS, quando chylum rubrum saepe se vidisse dicit L. V. c. 3. videtur aliquid de lymphaticis olfecisse. Brevi post ASELLIUM lactea se demonstrasse ROLFINKIUS sibi ipsi testis est *Dissert. anat.* p. 909. ubi ea vasa describit.

P. GASSENDI varia, de nutritione animalium, ubi & de venis lacteis, &c. Lugd. 1649. fol. cum Opere de *Philos. Epicuri* edita sunt.

MENTELIO inventæ an. 1629. cisternæ laudem tribuit CAROLUS le NOBLE, non satis tamen ea fama confirmata est.

JOH. YESLINGIUS in *posthumis* vasa lactea ita auxit, ut etiam in thoracem usque sit persecutus ibi ductum thoracicum viderit, sive lymphatica vasa. Ex humano etiam corpore primus lacteorum iconem bedit.

MAURITIUS etiam HOFMANNUS jam 10. Mart. 1643. se canalem inter septi crura ad thoracem ascendentem vidisse, anno vero 1649. a YESLINGIO percepisse, vasa sibi sub pancreate apparuisse, unde rami ad hepar & thymum, & ad cor abirent, ipse refert.

N. TULPIUS primus aut inter primos vasa lactea in homine vidit.

JOH. WALÆUS de chyli motu & natura egregiam epistolam ad BARTHOLINUM anno 1641. scripsit.

JOSEPH PECQUET *experimenta anatomica quibus incognitum chyli receptaculum & ab eo per thoracem ad subclavios usque ramos lactea deteguntur*, Paris. 1650. 4. & auctius 1654. 4. & Anglice, Londin. 1653. 8. & alias prodierunt. Dieppensis Medicus, an. 1647. cum venam

quæ in cavitates effunditur lymphæ, maneat. Porro ubique vasa esse absorbentia, uti BELLINUS demonstrat, & uti tota cutis perspirat juxta SANCTORIUM, sic tota cutis inspirat juxta BELLINI experimenta: verum sicut in cute, sic in omnibus membranis interioribus ubique.

Yyy 2

Hæc

venam cavam in cane lacteum humorem stillare vidisset, inquisivit, ampullam vidit cui lactea se infereret, & unde ductus duplex ascenderet, inque utramque axillarem semultis osculis infereret, & receptaculum suum juvenis, necdum Doctor, demonstravit Monspelii (BINNINGER *Obs.* l. n. 30.). Hæc quidem fabrica valde ab humana, ad quam passim traducta est, aliena videtur. Inde conclusit in *Diss. de chyli motu & circulatione*, chylum nec ad hepar ire, neque ibi coqui. Adjecta est *Diss. de thoracis lacteis contra RIOLANUM*, qua non bene invidentem novo invento doctum cæterum senem refutat: tum HYGINI THALASSII SANGERMANI personati acris contra RIOLANUM inventio, & gratulationes variae ad PECQUETUM MENTELII, D. AUZOUT & aliorum.

J. PECQUET *experimenta anatomica* &c. recusa etiam sunt, Amstel. 1700. 12.

EJUSDEM PECQUETI nova communicatio ductus thoracici cum venis lunabulibus & cava habetur & inter PERRALTI *Essays de Phys.* T. III. & in *Journal des Savans* 1667. n. 7. & 1672. n. 1. & in *Anciens Mémoires de l'Acad.* T. X. valde certe mihi incredibilis. Receptaculum Chyli ibi ex homine pingitur. Finem vitæ fecit valde singularem, cum spiritus vini solo se optime ali persuasus ejus liquoris abusu se enecaverit.

Pro PECQUETO scripsit etiam GUILIELMUS de HENAUET *Clypeum*, in quo tela in PECQUETI cor a CAR. le NOBLE conjecta infringuntur, Rothomag. 1655. 12. *

J. van HORNE *Disp. de ductu chyliifero*, Leidæ 1652. 4. & jam in collectione operum PAULLANA existat. Habet ductum thoracicum ex homine, sibi primum visum. Idem experimenta pro definiendo motu lymphæ instituit.

F. SILVII *Disp.* VIII.

PETRI GUIFFART *utrum chylus vel sanguis sit lactis materies*, Rotomag. 1652. 4. De receptaculo chyli aliqua habet. Inde ad placentulas ductus ire, liquorem amni secernere credidit.

JOH. RIOLANI *opuscula nova*, Paris. 1652. 12. In iis commentatio adversus novum de venis lacteis commentum habetur, qua elevat PECQUETI inventum vanis, ut solent, ex theoria captiunculis contra experimenta usus. IDEM. Paris. 1653. 8. edidit *opuscula nova anatomica. Judicium de venis lacteis lymphaticis BARTHOLINI refutatur. Dubia anatomica resoluta. Anno vero 1655. 8. Responsiones duas, primam ad experimenta nova PECQUETI, alteram in duos Doctores Parisinos Pecquetianos adversus sanguificationem in corde: accessit Ejus judicium de vasis lacteis & CAR. le NOBLE observationes de lacteis thoracis* *.

OL. RUDBEK Rostochienfis *Nova exercitatio ductus aquosus exhibens & vasa glandularum serosa*, Arosiæ 1653. 4. Leidæ 1654. 12. (LIND.) In editione Arosiana, quam debeo ILL. ROSENIO pauciores icones sunt, & observationes, quam apud HEMSTERHUYSIUM, ubi 14. observationes noviter accesserunt, & tabulæ 13. RUDBEKIUS anno 1650. vasa lymphatica vidit, & ea certe longius BARTHOLINO per varia viscera persecutus est, & propria manu depinxit in teste, pulmone, corde, utero, variis animalibus usus. Præclaræ etiam observationes sunt, quas addidit de feru, de vomitu, &c. Existat pro an. 1600. testimonium L. ROBERG *recent. invent. anatom.* p. 18. ubi adjectum est, etiam in artubus ovis Leidæ eundem virum anno 1654. ostendisse lymphatica. EJUSDEM de *fero e jusque vasis* *Disp.* Upsal. edita 1661. 4. a nemine fere visa est: Continer tres tabulas lymphaticorum cordis, septi transversi, colli, linguæ, &c. Eam in supplemento *Dissertationum* edam.

Insidia structa ductibus aquosis a THOMA BARTHOLINO, Leidæ 1654. 8. prodierunt. Contra BOGDANI Libellum scriptæ sunt, qui proxime sequitur, & quem non inmerito ex diffione multum de Præceptore habere suspicatur RUDBEKIUS. IDEM famam suam mascule tuetur & Aprili M. 1652. Regina se demonstrasse ductus suos adfirmat, cum Majo mense nihil adhuc de iis innotuisset BARTHOLINO, argumento silentii, quod egit in *lacteis thoracis* eo mense editis. EJUSDEM *epistola de vasis serosis* ad T. BARTHOLINUM, Upsaliæ 1657. 12. dicitur a MERCLINO prodidisse. Et certum est THOMAM paucos

Omnes hætenus anatomici dixerunt, corpus ex arteriis & venis constare; nihil de lymphaticis dixerunt: nunc & arteria & vena lymphatica demonstratae sunt. Sed pergit divisio, donec omnes partes æqualiter parvæ, & liquida æqualiter divisa sint; hinc puto, hæc omnia tandem desinere in vasa tampus, quam origo nervi est, nam neque tenuiora liquida spiritibus, nec vasa nervis tenuiora haberi possunt.

Hoc sensu nervi ubique sunt, & oriuntur non ex cerebro tantum, sed ex ultimis arteriis ubique (a), & a quibusdam lymphaticis nascuntur etiam lymphatica ubique, ubi plexus vasorum reperiuntur, hoc est, ubi arteriæ in venas fiunt.

Ultima arteria lymphatica desinit duplici loco. 1. Partim extra corpus in vacuitates aliquas. 2. Partim in venas corporis. In vacua spatia se exonerat, ut extrorsum ad cutem, & intus in cavitates corporis. Si quæras, ubi illa iterum, quæ

(a) Vasorum lymphaticorum antiquitates habet P. T. HARTMANNUS de peritiâ veterum anatomica II. c. 5. qui pene persuadet, aliquam eorum vasorum cognitionem apud veteres fuisse. Fibras certe inter arteriam venamque medias, ex natura sua saniem continentes ARISTOTELES dixit *hist. anim.* L. III. c. 6. Vasa vero lactea ERASISTRATO atque HEROPHILO nota fuisse, vulgo nunc ex GALENO scitur Libro *Admin. anat.* VII. c. ult. de usu partium L. IV. c. 19. Lactea autem de lymphaticorum esse genere, notissimum est.

GABRIEL FALLOPIUS in *obs. de venis* vasa lymphatica hepatis descripsit. BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS ductum thoracicum, omnium lymphaticorum vasorum maximum, descriptum dedit in Libro de vena sine pari, originem tamen ignoravit.

GASPARI ASELLII Liber de lactibus sive lacteis vasis, Mediolani an. 1627. 4. Basl. 1628. 4. Leidæ 1640. 4. & cum SPIGELIO an. 1644. 4. prodiit. Cum alia quæreret in vivis animalibus, in vasa lactea incidit, ea ab intestinis ad hepar usque persecutus est, quo ire credidit, ut videtur, a lymphaticis delusus, & descriptionem dedit eruditam, etsi posthumam, cum an. 1626. mortuus sit, icones vero artificiosas tribus coloribus distinctas, satis vitiose passim reculasq; restaurator adeo vasorum lacteorum, quorum etiam valvas non ignoravit. Male ejus inventum celebris ex libris doctor derisit C. HOFMANN *Apol. pro Galen.* L. II. c. 133. neque hic laudari potest HARVEIUS, cujus eadem fuit opinio in Libro *generat. animal.* & in epist. ad HORSTIUM, ut lactea vasa solam lympham revehere crederet. ADRIANUS vero SPIGELIUS, quando chylum rubrum sæpe se vidisse dicit L. V. c. 3. videretur aliquid de lymphaticis olfecisse. Brevi post ASELLIUM lactea se demonstrasse ROLFINKIUS sibi ipsi testis est *Dissert. anat.* p. 909. ubi ea vasa describit.

P. GASSENDI varia, de nutritione animalium, ubi & de venis lacteis, &c. Lugd. 1649. fol. cum Opere de *Philos. Epicuri* edita sunt.

MENTELIO inventæ an. 1629. cisternæ laudem tribuit CAROLUS le NOBLE, non satis tamen ea fama confirmata est.

JOH. VESLINGIUS in *posthumis* vasa lactea ita auxit, ut etiam in thoracem usque sit persecutus ibi ductum thoracicum viderit, sive lymphatica vasa. Ex humano etiam corpore primus lacteorum iconem bedit.

MAURITIUS etiam HOFMANNUS jam 10. Mart. 1643. se canalem inter septi crura ad thoracem ascendentem vidisse, anno vero 1649. a VESLINGIO percepisse, vasa sibi sub pancreate apparuisse, unde rami ad hepar & thymum, & ad cor abirent, ipse refert.

N. TULPIUS primus aut inter primos vasa lactea in homine vidit.

JOH. WALEUS de chyli motu & natura egregiam epistolam ad BARTHOLINUM anno 1641. scripsit.

JOSEPH PECQUET *experimenta anatomica quibus incognitum chyli receptaculum & ab eo per thoracem ad subclavios usque ramos lactea deteguntur*, Paris. 1650. 4. & auctius 1654. 4. & Anglice, Londin. 1653. 8. & alias prodierunt. Dieppensis Medicus, an. 1647. cum venam

EDMUNDUS MARIOTTE anno 1668. 4. edidit *nouvelles découvertes sur la vue*, recusas in *anciens Mémoires* 1669. p. 102. & Paris. 1682. 4. cum epistolis PERRALTI & PECQUETI, & responsionibus MARIOTTI. Experimento ingenioso conatus est ostendere reveracæcam esse retinam, atque in choroidea sensum visus exerceri, id experimentum a D. PISCARD paulum mutatum est sine eodem.

JOSEPHI BURRHI de *artificio humores oculi restituendi*, Hafniæ 1669. 4. Mirus homo, Alchemista, sed absque vera peritia. profugus, quod ex Maria virgine DIVINIS personis quaternitatem faceret (DEUSING. *append. ad nutrim. elaborat.* p. 355.) nescio quo arcano, ex Chelidonio composito, humores oculi, & in junioribus ipsam etiam lentem restituere suscepit, & magno cum plausu artificium exercuit, donec a F. REDO aliisque demonstratum est, humores oculi absque ulla Medici arte sponte renasci.

Sectæ & novi ordinis caput fuit, a Viennensibus traditus Pontifici in carcere Castelli Sancti Angeli mortuus est, ut tamen ei usus laboratorii permitteretur. CONNOR *descr.* Polon.

Polon. I. pag. 139. Caterum contra BURRHIUM scripsit J. DAN. MAJOR *considerationem physiologicam occurrentium in duabus epistolis BURRHI*, Kiel. 1669. 4. non valde inutilem.

ANTONII MOLINETTI *Dissertatio anatomica physica de sensibus*, Patav. 1669. 4. Pleraque hic de oculo sunt. Retinæ adduci lentem a musculis externis, removeri a processibus ciliaribus: lentis circumferentiis ellipticas esse docet. Musculum peculiarem, insertum trochleæ a FRANCISCO BALDUINO demonstratum habet, repetitum ab ALBINO. In *Dissertationibus anat. pathologicis* iconem etiam oculi dedit, & de eo organo fufcegit, atque eum musculum omisit.

J. OTT. *cogitationes physico-mechanicae de natura visionis*, Heidelberg. 1670. item *de proprietatibus ocularum defectibus ad leges mechanicas revocatis*, Basil. 1671. 4. Promittit potius.

J. A. BORELLI in *oss. intorno alla virtù ineguale degli occhi* GIORN. de' LETTER. apud TINASSIUM ed. p. 1669. p. 11. oculos demonstravit plerumque inæquales esse, ut alter distinctiora & majora objecta videat. Praefert sinistrum. Eum autem acutius videre certum est. Nempe minus callosus est, cum dextro utamur.

P. de GOTTIGNIES in *codem Diario* p. 139. 140. negat pulchros illos oculos insectorum esse veros oculos, habere enim alios, duos, quos in cimice campestri describit.

In B. N. C. Dec. II. Ann. REISELIUS de multiplici cornea. Observaciones habet & varia alia in eo *Diario* latent.

PAULI MANFREDI *novæ observationes circa uvulam oculi & aurem*, Romæ 1674. 4. * & in MANGETI *Bibliotheca anatomica*.

IS. BARROW *lectiones opticae, & geometricæ* Cantabr. 1674. 4. In physicis laudatur.

GUILIELMI BRIGGS *ophthalmographia, sive visionis theoria*, Cantabrig. 1676. 12. Londini 1685. 8. & alibi. Princeps institutum auctoris est, ostendere cur visus in duobus oculis simplex sit: nempe chordas in nervo optico alias longiores, alias breviores, adeoque diverso modo tenas esse, ut aliqua cum aliquibus in utroque oculo consentiant, dissentiant aliæ. Tunc ergo unum objectum adparere quando id objectum in fibris homologis utriusque oculi pingitur.

J. VALENT. SCHEID de *visu vitriato*, Argentor. 1677. 4. Erudita *Diff. EJUSDEM de visu* *Disp.* alia, Argentor. 1684. 4.

MARCI MAPPI de *oculi humani partibus & usu*, Argentor. 1677. 4.

P. CHERUBIN la *vision parfaite*, Parisiis 1677. fol. Fufe negavit, contra GASSENDUM; hominem uno oculo in videndo uti. IDEM in *dioptrique oculaire*, Parisiis 1681. cum priori operi opere excusa varia habet non abs re v. gr. non in unum punctum imaginem retinæ radios coire, corneæ refractionem esse tandem, quæ aquæ, uti per experimentum invenerit.

J. B. VERLE *anatomia artificialis oculi humani*, Florentiæ 1679. 12. (*Journal des Savans.*) Amstelodami 1680. 12. Describit oculum vero similem ex vitro, ebore, & membranis factum.

DAN. B. SCHERERS *beschreibung eines kunst-ages*, Nuremberg. 1680. 4. *

SEBASTIEN le CLERC *discours touchant le point dans lequel il est prouvé que les choses qu'on voit distinctement ne sont vues que d'un œil*, Paris. 1679. 12. Celeberrimus sculptor ostendit nos unico oculo videre, cum alioquin in speculo imago sub diversis angulis deberet duobus oculis incidere, neque adeo in puncta correspondentia incidere, neque simile objectum adparere. Neque posse nos ita videre demonstrat, ut unus axis opticus sit alterius director, neque ullum radiorum in oculis penicillum admittit, &c.

A. M. nempe ALLEN MOULIN *anatomical description of the elephant burnd at Dublin together with a relation of new anatomical observations in the eyes of animals*, Lond. 1682. Describit ex bove ligamenta peculiaria oculi in media sclerotica orta, & in corneam inserta, quæ pupillam dilatare, lentem retrorsum versus retinam pellere possent.

ALLEN MOULIN l. c. vasa a sclerotica in choroideam hinc in vitreum humorem & lentem euntia describit.

In *JOURNAL DES SAVANS*. Observations extant p. la HIRE an. 1678. (& in *Anciens Mémoires* T. X. p. 610.) An. 1680. Abbas CATALAN tres oculos insectorum minores descripsit. An. 1681. Libellæ oculi describuntur. Ibid. an. 1684. MERY in fele submersa viva retinæ vasa vidit (& in *Anciens Mémoires* X. p. 656.) An. 1685. existat methodus, qua oculorum boni.

Tum NUCKII observationes de *Ductibus aquosis & humoribus oculi*, Lugd. Batavorum editæ 1686. in 12. (a).

Tum

bonitas aut myopiæ & presbyopiæ gradus inveniri potest. An. 1689. Monachus tres oculos inspectorum CATALANI negat.

GUENELION in *nouvelles de la République des Lettres* 1686. glandulas & ductus adnatæ piscium, cellulositatem humoris vitrei, membranam inter choroideam & retinam, quæ impedit omnem a retina ad choroideam radiorum commutationem, contra systema MARIOTTI valide pugnantem, fibras radiatas retinæ, & alia utilia descripsit.

P. ANGO *l'oprique divisée en trois livres*, Paril. 1682. 12. Pro retina in choroideam dixit. *

J. DUVERNEY in *Journal de Médecine* 1686. glandulam lacrumalem inferiorem ex homine relegat ad animalia, quibus tres palpebræ sunt: Idem in *Anc. Mém.* X. musculos palpebrarum fatis peculiariter describit.

AUG. QUIR. RIVINI *de visu*, Lips. 1686. 4. fig. EJUSDEM *an emittendo an recipiendo fiat visio* 1675. *

ANT. le MOINE *an visionis primum instrumentum retina*, Paril. 1681. 4. PL.

ANTONII le MOINE & EMMERETZ, *Ergo visionis primum instrumentum est retina*, Paril. 1681. fol.

F. JOH. ZAHN *oculus artificialis teleiopicus*, Herbioli 1685. fol. 2. vol.

P. PERRAULT *du mouvement des yeux quod est inter essais de physique* T. IV. oculos immobiles esse contendit. Alibi in *Mécanique des Animaux* oculos avium & palpebram tertiam descripsit mobilem. In epistola contra MARIOTTI opinionem adtigat, qua ad arteriolam centalem nervi optici experimenti MARIOTTIANI conatus refertur.

SAM. COLLINS ad nervos opticos in animalibus decussatos & non decussatos omnino legi debet.

(a) ANTONII NUCK *de vasis aquosis oculi*, Leidæ 1685. & *ductuum aquosorum anatome nova* cum sialographia edita an. 1690. 8. Ductus ex Carotide ortos, fecerentes humorem aqueum describit, & in posteriori Libello defendit.

J. DAN. DORSTENII *de oculo*, Marburg. 1687. 4.

J. H. MEIBOM *de fluxu humorum ad oculos naturali & praternaturali*, Helmst. 1687. 4.

J. DAN. MAJOR *de oculo humano Chamæleontis & aliorum animalium*, Kiel. 1690. *

ANDR. PETERMANNI *de visu*, Lips. 1690. 4. * (B. RIV.)

ZACHARIÆ TRABER *nervus opticus*, Vienn. 1690. fol. nempe optica, catoptrica & dioptrica, & oculi brevem fabricam.

WARNER CHROUET *de trivium humorum oculi origine, formatione & nutritione* Ed. II. Leodii 1691. 12. Ductus aquosus NUCKII arterias esse, & docet, & defendit contra posteriorem NUCKII Libellum. Multa præterea utiliter vidit, cellulosam fabricam humoris vitrei, analyses lentis & humoris aquei, membranam, quæ iridem claudit, in catulis recens natis vidit.

Contra CHROUETUM equidem *defensionem ductuum aquosorum*, Leidæ 1691. 8. edidit NUCHIUS, cum *solutionum apologeticarum (CHROUETI) eversione* per M. van REVENHORST. Sed ea theoria nunc exolevit.

In BERNARDINI GENGA *anatome chirurgica* describitur musculus peculiaris depressor palpebræ.

J. N. PECHLIN in obs. 33. L. II. vidit ex cæcis lentes opacatas gypseas extractas fuisse.

P. VERHEYEN oculis gelatis ad humores exprimendos usus est apud PALFTN *anat. Chirur.* Ed. II. p. 392.

G. W. WEDEL *de nyctalopia*, Jen. 1693. 4. observationes habet etiam proprias.

PHIL. de la HIRE *de divers accidens de la vue*, Paril. 1694. fol. Etsi oculum immutabilem faciat, hæcenus a nostra opinione alienus plurima tamen pulcherrima habet de myopia, presbyopia, ejusque causis, de mensura virium oculi, de judicanda distantia.

P. de la HIRE l. c. prodiit recusatus nuper cum *Mémoires de l'Acad. avant le renouvellement*.

C. HU-

Tum Clarissimus HOVIUS in dissertatione inaugurali Ultrajecti habita *de oculo* Aaaa 2.

C. HUGENIUM *de la lumière* laudavi in physicis, hic inprimis repetendum. G. COWPER oculatorum musculos & in priori & in posteriori myologia depictos dedit, in officia noviter inquisivit.

G. BIDLOO in magna anatome processus ciliares aliasque oculi partes pinxit. In *Libro de oculis*, Leidæ 1715. 4. anatomem comparatam oculatorum animalium, & talpæ, & insectorum habet.

MARCELLUS MALPIGHIUS in *Libro de cerebro* dixit de fasciculis medullaribus nervi optici, in *posthumis* imaginis in retina depictionem descripsit.

Glandula nova lacrumalis HARDERII ex cervo describitur in *A. E.* 1694. n. 2. Eam HEUCHERUS etiam habet & HORSTIO tribuit; tum J. M. HOFMANNUS, cum ductu excretorio circa initium membranæ nictitantis aperto *Idea mech. hum.* p. 268.

NICOLAI HARTSOEKER omnino laudabilis *dioptrica* anno 1694. 4. Paril. prodiit, cum observationibus microscopis.

J. C. STURM *de visionis organo & ratione genuina*, Altdorf. 1676. 4. PL. E. J. *oculus theoscopus* 1678. EJUSDEM *vergaminum par problematum de sensu unius geminato*, Altd. 1686.

4. * *de loco imaginum a speculo representatarum* 1693. *de presbyopiis & myopiis* 1697. 4. *de sensu visionis nobilissimo*, Altd. 1699. 4. Multa utilia habet de loco imaginis visæ, de motu, magnitudine, figura. In *Diff. de oculi comparatione cum camera obscura*, aliqua de motu ligamentorum ciliarium habet, de imagine in retinam incidente.

WOLFG. ERN. WAGNER *de oculo*, Altd. 1698. 4.

WOLFG. ERN. WAGNER *de oculo delicatissimo machina humana organo*, Altdorf. 1698. Disp.

J. MERY in *Journ. de Méd.* 1697. in caruncula lacrumali multas parvas glandulas cum ductibus secretoriis detexit.

In *Journ. des Sav.* 1699. bursa lentis crystallinæ avium describitur. (& in dissectionibus animalium).

BAYLEUS in suo *corpore animato* mutationem oculi pro objectis varie distantibus ex machina pro oculo artificiali inserviente demonstrat. Musculos corneam convexionem facere credit.

In *Mémoires de l'Académie des Sciences* huc pertinent

In *Anciens Mémoires* tapetum sive membrana Ruyschiana in Leone, palpebra avium tertia. Bursa uti diximus.

In *recentioris Acad. Monumentis* an. 1699. MARIOTTE de coloribus post visum solem apparentibus.

1704. & 1710. MERY de iride.

1706. De lente crystallina.

La HIRE de oculi immutabili indole.

1707. La HIRE de refractione vitri.

1708. La HIRE optica & de visu.

1709. IDEM contra MARIOTTUM.

1711. MERY de organo visus & nervi optici fabrica & 1712. de iride felis sub aqua mersæ demuo. An. 1713. EJUSDEM observationes de cataracta, experimenta in nervo optico, obff. de glandulis in circumferentia exteriori iridis.

J. B. WINSLOW de musculis oculi & iride 1721.

1722. MORAND de duobus generibus cataractæ.

J. L. PETIT de cornea 1722. mensura camerarum oculi 1723. EJUSDEM anno 1725. obff. de cataracta. An. 1726. descriptio oculi hominis & animalium nonnullorum, de adnata, de cornea obff. An. 1727. EJUSDEM de oculatorum cum nervo intercostali nexu, de visu infantum, ganglio ophthalmico. An. 1728. de oculatorum fabrica, cornea, &c. musculis. An. 1730. de lente crystallina. An. 1735. de oculo galli Calecutici. An. 1737. de oculis testudinis.

J. L. PETIT de lacrumarum resorptione & viis.

1738. & 1741. FERREIN de vasis lymphaticis uveæ. Contra ea in *lettre sur la formation de la*

de la

de la voix monet **BERTINUS**, quæ citabitur dudum nota fuisse, sed respondet in epistola **D. MONTAGNANT**.

1739. **LE CAT** de oculo observationes.

1741. **DES MOURS** de fabrica cellulari humoris vitrei, de cornea.

1743. **BUFFON** de causa strabismi, de coloribus accidentalibus qui ante oculos versantur. **LAUR. ROBERG** in *Diff. de inventis anatomicis recentiorum & eorum in medicina usu*, Upsal. 1700. 4. Iconem propriam, microscopio auctam dedit, glandularum & ductuum sebaceorum palpebræ. In *Diff. de cataracta* 1722. 4. pro membrana cataracta pugnat.

JOS. de la CHARRIERE in *anatomie de la tête* de sensibus & de oculo fuse agit.

P. G. SCHACHER de cataracta, Lips. 1701. 4. primus, quantum novi, habet ganglion ophthalmicum.

JOH. GOTTSCHED de luce & coloribus, Regiom. 1701. *EJUSDEM* de visus modo finiendi 1702.

CONR. JOHRENI de visu integro & corrupto, & in specie de gutta serena, Francofurti ad Viadr. 1701. 4.

D. PUGET in *Journ. de Sav.* 1702. 1704. 1706. multiplices oculos insectorum ex muscarum genere describit.

WILH. ULR. WALDSCHEMID de coloribus objectis coloratis non inexistentibus, Kiel. 1703. 4.

F. H. SBARAGLI in *oculorum & mentis vigiliis* aliqua habet de inversione cavi & convexi, quæ a lentibus vitreis oritur.

CHR. WARLITZ *scrutinium lacrumarum*, VVittemb. 1705. 8. Nihil præter titulum huc pertinet.

J. B. MORGAGNUS plurima in oculis invenit, correxit, in *Advers.* I. IV. VI. *Epistolis* XVI. XVIII. XIX. Palpebram tertiam, carunculæ lacrumalis glandulas, vias lacrumarum ad nares, exiguitatem cameræ posterioris, refutationem ductuum conspicuorum innominatæ glandulæ, vires muscutorum oculi, cataractæ veram sedem declaravit & alia. Anulum moderatorem nervi optici, propositum a **VALSALVA** in *Diff. posth.* II. veri amantissimus deseruit. Pro nova de cataracta opinione etiam **VALSALVA** experimenta habet.

GUILIELMI COWARD *ophthalmiatria*, Lond. 1706. 8. Nihil legi, nisi acerbam censuram **WOOLHOUSII**. Videtur arcana amasse.

J. A. SLEVOGT de oculis, Jen. 1706. 4.

ANTONII MAITRE-JAN *traité des maladies de l'œil*, Troyes 1707. 4. Paris. 1741. 12. Notum est, primum aut inter primos cataractæ sedem in crystallina lente posuisse ab hominum memoria, cum **REMIGII LASNIER** & **QUARREI** opiniones exolevisent. Descriptionem etiam dedit oculi, in qua membranam paradoxam, nobis ignotam proposuit. Lentis flavedinem vidit, fibras descripsit.

F. HAWKSBE vires refractrices lentis, & aquei in *Phil. Trans.* 328. descripsit, refractionem radii a vacuo in aerem illapfi defendit, &c.

J. BRISSEAU de la cataracte & du glaucome. Tornaci 1706. 24. * Paris. 1709. 8. Liber anno 1705. scriptus est. Cataractam non viso Libro **ANTONII**, in lente posuit, & oculum descripsit.

G. ERN. STAHL de fistula lacrumali, Hall. 1707. ubi **ANELLIANORUM** siphonum certe idea habetur.

ALEX. le FRANCOIS *peste sine stare viso adque crystallino?* Paris. 1708. 4. *

GEORGII BERKLEY (post ea tempora Episcopi) *Essay toward a new theory of vision*, Dublin. 1708. 8. Lond. 1709. 8. 1733. 8. Gallice & Italice versus 1732. Cum **DEUM** aiat arbitrarium nobis cum rebus mundanis fecisse quasi sermonem mutuum, plurima habet valde singularia. Visibilia a tangilibus separat, negat illa solita de angulo visorio, distantias a sola debilitate objectorum, magnitudinem & erectionem ab experimento judicari docet, &c.

HERMANNI BOERHAAVE de Morbis oculorum lectiones posthumæ editæ, Gottin. 1746. 8. Satis corruptum & vitiosum exemplar, neque ita tamen absque utilitate, sive physiologiam oculi, sive curationes respexeris. Cataractæ veram sedem inter primos recepit cum eas prælectiones an. 1708. habuerit.

A brief treatise of the Eyes by **WILLIAM CROSSE**, Lond. 1708. 12. Anatomem oculi habet sed compilatio videtur, ex censuris. *

Inter

culo, ubi plura egregia habet, quamvis non omnia admittantur (a). **FRE-**

Inter **G. A. HAMBERGERI** dissertationes existat de opacis oculorum vitis.

J. PALFY ad versionem operis **MAITREJEANI** varia anatomica adjecit, quæ inprimis a **DUVERNEYO** habuit.

In *Miscellaneis Berolinensibus* varia huc pertinent ut in T. III. **CL. LUDOLFI** historia cataractæ, quæ **VIGNOLIO** sponte delapsa fuerat, qua occasione etiam agit de viribus refractricibus humorum oculi. Tum in Cent. III. **A. VATERI** de ductibus sebaceis oculorum observationes & de viis lacrumarum, quas subtilibus foraminibus etiam alia, quam communi via, in narium cavitates credit stillare. In T. VI. cataractæ membranæ depositio habetur.

AUG. FRID. WALTHER de lente crystallina, Lips. 1712. 4. & in *Coll. Disp.* nostra Vol. IV. egregia habet de viribus refringentibus humorum oculi experimenta.

SEB. le CLERC citatum ibi opus nonne idem est, quod recensuimus ad annum 1679. & in addendis.

SEBASTIEN LE CLERC *système de la vision*, Paris. 1712. 8. Uno nos oculo videre, & unicum punctum, unico radio, nec oculum mutari pro distantis, nec radios oculos subire, sed unice ferire corneam, &c.

DOMINIQUE ANEL *nouvelle méthode de guérir la fistule lacrimale & recueil de diverses pieces*, Turin. 1713. 4. Historiam quidem ductuum lacrumalium, eo tempore minus cognitam, satis accurate proposuit, & post aliquas cogitationes **STAHLII**, subtilia instrumenta ad curationem invenit. Verum lites, quas aluit cum **D. SIGNOROTTI** tædium faciunt. Scripsit autem **SIGNOROTTI** *lettera nella quale il S. risponde a M. ANEL*, Genova 1715. & *critiche della critica convinta* ibid. 1713. 4. & alios Libellos.

PETRI KENNEDY *ophthalmographia*, Lond. 1713. 8. & *supplement to his ophthalmographia*, 1735. 8. Anatome non optima est, nisi quod circulum uveæ ex **RAVIO** habet. In posteriori volumine varia contra **D. PORTERFIELDS**, **JURIN**, **SHARP**, **CHESELDEN**, **BRACKEN** & alios objicit.

G. SIG. GAKENHOLTZ de visione per cataractam impedita, Helmst. 1713. 4. Non absque experimento scripsit, & contra **PITCARNIUM** ostendit, objecta proxima omnino repræsentari in oculo, confusius equidem.

ARCHIBALDI PITCARNE *Diff. II. de theoria morborum oculi*. Vitia humoris aquei negat in retina impressionem facere, calculo geometrico adducto.

EL. HOPPE de palpebris, Basil. 1715. 4.

ANDR. WEBER *vestigia sapientia divina in oculo conspicua*, Amstalt. 1715. *

AUGUSTIN GRISCHOW *Polychresta ophthalmographia methodica*, Jen. 1716. 4. *

G. W. WEDEL de visione qua fit oculo gemino, Jen. 1714. 4. & in *Collect. Disp.* vol. IV. varia utilia habet, & utroque oculo nos uti demonstrat.

In **W. DERHAM** *Physical Theology* multa ad teleologiam oculi & ejus anatomem comparatam pertinentia existant.

In **VIEUSSENII** *Traité des liqueurs* p. 211. utique existant ea, quæ sibi tribuit **FERRERIN**, vasa lymphatico-nervæa uveæ etiam uberius descripta, & sphincter circulus, ut audit, uveæ. Lentem etiam frequentius in cataracta vitari expertus confirmat.

(a) **JACOBI HOVII** de circulari motu humorum per oculos *apologetica epistola ad RUYSCHIIUM*, Leidæ 1615. 8. Barbara dictio, experimenta suspecta, ut historia ductuum aqueum humorem adferentium, quinque lamina membranæ choroideæ, vasa corneæ, vitrei humoris, & crystallinæ lentis, adeo conspicua. Invenit tamen, ni fallor, circulum venosum iridis. Contra **RUYSCHIIUM** acriter descripsit. Vide in eum criticam **HEISTERI** in vindiciis p. 156. seq.

LAUR. HEISTER de Choroidea, Hardervici 1708. 4. & nuper, Helmstadii 1746. 8. In hac posteriori editione contra experimentum **MARJOTTI** suas observationes adtulit, vasa oculi descripsit, &c.

EJUSDEM de cataracta in lente crystallina, Altdorf. 1711. 1712. 1713. tribus dissertationibus, & auctiori Libello de cataracta, glaucome & amaurosi, Altdorf. 1713. 8. collegit experi-

FREDERICUS RUYSCHIUS in *observationibus suis & in Thesauris pluris* & egregia, nullibi certe reperiunda habet de oculorum tunicis (a).

Tum etiam Clarissimi BRIGGS *Ophthalmographia* in 12. legi potest (b).

Hi principes sunt, qui de hac parte videri merentur, nam reliqua apud collectores facile inveniuntur (c).

experimenta, quæ demonstrant, in lente sedere cataractam. Eam opinionem primus in Germania defendit, & encheireses addidit. IDEM in *apologia systematis sui de cataracta*, Altdorf. 1717. 8. in *vindictis sententia sua de cataracta* ibid. 1719. 8. fuscè contra NICOLAI ANDRY *ensurarum medicarum* in *Journal des Savans* auctorem, & contra WOOLHOUSIUM, membranaceæ cataractæ patronum novam sententiam defendit, & longe frequentiores crystallinæ lentis morbos, quam membranaceas suffusiones esse ostendit. IDEM in *Compendio oculorum congelatorum icones* dedit, cameram posteriorem minorem esse demonstravit. In *Diss. de fistula lacrumali* & in *Chirurgia magna* habet icones vasorum lacrumalium.

CÆL. COCCHI in epistola *de lente crystallina vera suffusionis sede*, Romæ 1720. 8. pro nova sententia argumenta proposuit.

J. B. BLANCHI *de dustibus lacrumalibus novis*, Turini 1715. 4. * Leidæ 1723. Enormiter amplos ductus, saccum, & nasalem canalem pingit, cum valvula imaginaria, quæ omnia MORGAGNI censuram meruerunt.

CL. WOOLHOUSE *Diss. de cataracta & glaucomate contra systema Brissæi, Antonii & Heisteri*, Francof. 1719. 8. Varia sunt opuscula, Epistolæ duæ ad P. le BRUN contra BRISSÆIUM; aliæ censuræ ex *Mercurio Gallico* an. 1707. 1708. 1709. contra ANTONIUM, alia contra HEISTERUM: epistola ad PALFYNUM: carmen ad HOVIUM: DANIELIS GEISLER epist. ad LE CERF de membranacea cataracta Norimbergæ visa: censura in *Librum HOWARDI*, & programna de 40. operationibus chirurgicis quas in oculo suscipit WOOLHOUSE. Summa rei est, clamore artibusque non optimis defendere cataractam membranaceam: in utraque oculi camera, ut in lente raro & immedicabili cum morbo sit. IDEM variis locis varia alia scripsit. Ita an. 1718. GEISLERI experimentum edi curavit. Anno 1725. 4. dedit *disquisitiones physicas & anatomicas sur l'expérience de M. HEISTER, qu'il avoit trouvé plus d'humour aqueuse*, &c. * Experimenta congelationis HEISTERIANÆ, ut in cadavere animalis facta refutare conatur. Anno 1726. de crystallina lente observationes & an. 1728. musculi pathetici divisionem in duos tendines descripsit. IDEM an. 1726. edidit *observationes sur le Mémoire de M. MORAND touchant la cataracte*. *

HENRICI PEMBERTON *de facultate oculi qua ad diversas rerum conspectarum distantias se accommodat*, Leidæ 1719. Credit ipsam lentis substantiam fibras continere, quæ figuram mutant pro diversa objecti distantia.

H. PEMBERTON citata disputatio recusa est in *collect. Diss.* Tom. VII.

PETR. BECKER *de duplici visionis organo, dioptrico & catoptrico*, Rostoch. 1720. 4.

(a) FREDERICUS RUYSCHIUS pro magna sua industria multa in oculo invenit & imprimis in Ep. XIII. & Thes. II. proposuit papillas & vasa palpebrarum, circulum uvæ vesiformis & arteriosum, arteriolarum reptatum per Choroidæam, per eam internam ejus fasciam, quam Ruyfchianam vocavit, aliasque oculi subtiliores particulas.

(b) Jam citatus.

(c) J. W. PAULI ope siphonis sui corneam in 16. laminas separavit.

J. H. FREYTAG *de cataracta*, Argent. 1721. 4. Pro membranacea cataracta.

D. PINSON in *observations sur la cataracte & le glaucome faites a Tubingue*, in *JOURNAL DES SAVANS* 1722. M. Julio recensis, exemplum habet cataractæ membranaceæ.

L. P. THUMMIG in *versuch einer gründlichen erkklärung*, &c. Hall. 1723. 4. agit de visu nocturno a læsione oculi, cum ejus sanatione evanescente. In II. *Versuch* historia visus pernares, habetur, qualis a SENNERTO etiam describitur.

A. VATER *de duobus vitiis visus rarissimis*, VVittemberg. 1723. 4.

J. DOM. SATORINI experimenta contra decussationem nervorum opticorum profert.

In J. Z. PLATNER *Diss. de fistula lacrumali*, Lips. 1724. 4. describuntur ductus & sacculus lacrumarum.

J. A. KULMUS post *Tractatum de monstro & in Breslaviensibus collectionibus* 1722. descripsit secundum musculus trochlearem sibi visum.

ANTON. EMANUELIS a ROSSET *de visu*, Basil. 1725. Disp.

JAC. GERING *praxis vitia partium oculi cognoscendi & curandi*, Meissen 1725. 4. * PL. EJUSDEM *de distantia lentis convexa ab oculo, in qua objectum sub maximo angulo apparet*, Meissen 1726. 4.

CL. NOGUEZ in suo *compendio ganglion ophthalmicum* habet.

In *Diario TRIVULTIANO LE MAIRE* an. 1727. microscopicas de oculo observationes proposuit, nescio quas catenas pendulas lentis, & ejus vasa pellucida, papillas uvæ describit. Anno 1733. dissertatio habetur, an possit capsula separari sine destructione lentis, quod negatur. An. 1739. varia objiciuntur contra NEWTONI experimenta & fixum colorum numerum.

De S. YVES *Traité des maladies des yeux*, Paris. 1723. 8. Habet anatomem oculorum WINSLOWIANAM.

CL. BOUGUER *Essai d'optique sur la gradation de la lumiere*, Paris. 1729. 12. Lucis debilitationem, dum per aërem, vitra, & media varia transit, causam opacitatis, solaris lunarique lucis rationes docet.

F. PETIT *Lettre I. & II. dans laquelle il est démontré que le Crystallin est fort près de l'uvée*, Paris. 1729. 4. Et *troisième Lettre ou réflexion sur les découvertes faites sur les yeux*, Paris. 1732. 4. * quæ videntur eadem esse cum *Lettres de M. PETIT contenant des réflexions sur les découvertes sur les yeux*, Paris. 1733. 4. nam neutras legi. Cum WINSLOWO de quibusdam inventis pugnat. IDEM in *Epistolis* illis an. 1710. editis analysin dederat humorum oculi. Circulum, uti notum est, lentis crystallinæ, veras dimensiones camerarum oculi, & alia subtilia in oculo primus detexit.

P. PETIT in *lettres I. & II.* respondet HECQUETO, dat oculi mensuras, ostendit in recepta administratione semper perforari lentem & destrui, docet aperire capsulam lentis, eamque per ejus rimam eximere, deponere in anteriorem oculi partem. Cameram posteriorem brevissimam esse ostendit.

J. PALFYN in sua *chirurgia DUVERNEYUM* ait vasa adducentia humoris aquei demonstrasse.

J. BUXTORF *de visu*, Basil. 1728. 4.

C. G. MOEHRING *de visu*, Leidæ 1729. 4.

C. G. MOEHRING in citata disp. ex ALBINO duas laminas retinæ describit, scleroticam a dura membrana oriri negat, &c.

J. CASP. SCHOBINGER *de fistula lacrumali*, Basil. 1730. 4. habet descriptionem viarum, & de novo musculo sacculi lacrumalis conjecturam.

BENEDICTI DUDDELL *treatise on the diseases of the horny Coat*, Lond. 1729. 8. Oculi descriptio brevis, cum ganglii tamen ophthalmici memoria. Epidermidem conjunctivæ demonstrat, & corneæ opacitatem, quæ post 16. annum accedit.

BEN. DUDDELL. l. c. membranam crystalloidem ab arachnoidea separat, quod tantum anteriorem partem lentis tegat, &c.

Inter LANZONI *Dissert.* existat 13^{ma}. *de visione*.

In *Comm. Bononiensium* T. I. CL. viri ZANOTTI & ALGAROTTI experimentis confirmaverunt theoriam NEWTONIANAM: CL. STANCARI nervos opticos tot esse in oculis insectorum, quot corneas, esseque adeo veros oculos ostendit. IDEM in *scholis mathematicis* (vid. *GIORN. de LETTER.* T. XVIII.) ad experimentum MARIOTTI respondit. In iisdem *GIORN. de LETTER.* Suppl. I. RIZZETTI systema refractionum habetur, oppositum NEWTONIANO.

In T. II. P. I. habentur variæ utiles P. P. MOLINELLI ad ductus viasque lacrumarum observationes. Motum peristalticum ductulis lacrumalibus tribuit.

In *Petropolitanorum* T. I. D. BERNOULLI subtiliori modo repetiit experimentum MARIOTTI in T. VII. JOSIAS WEITBRECHT de musculo orbiculari palpebrarum egit, & IDEM in *syndesmologia* T. 26. ligamentum palpebrarum expressit.

In *Edimburgensium Actorum* T. III. ALEXANDER MONROO de viis lacrumarum egit. In Tomo IV. CL. PORTERFIELD fuscè de oculi morbis scripsit, mutabilem esse oculum adseruit, non tamen ab externis musculis, sedem macularum consideravit, multum usum la HIRIO & REGIO. In T. V. Cataractæ in lente historia existat.

CL.

CL. DES MOURS in sua editione *Actorum Edimburgensium* T. I. varia bona ad oculum attulit; & inter alia experimentum, uno oculo distantias male æstimari. Uvæ fibras nervosque describit.

J. F. SCHREIBER de *fletu*, Leidæ 1728. 8. Lips. 1729. 8. supra laudatus est.

Inter PHIL. HECQUETI opuscula cum Libro de la digestion & des maladies de l'estomac, Paris. 1733. edita, existat Lettre V. sur les maladies des yeux.

DAV. PARADIES de oculorum fabrica, Leidæ 1731. Disp.

JOSEPHUS POZZI vidit exentis humoribus oculi omnibus renatum vitreum & aqueum, non lentem, & obscuriorem visum rediisse.

PLACIDI de PUZZOLIS de organo visorio dissertationes anatomico philosophica, Romæ 1738. 4. EX BRIGGSIO.

ANTONIUS FERREIN an. 1738. Parisiis disputavit de quæstione non ergo fistula lacrum mali cauterium actuale, & vias lacrumarum descripsit. IDEM Monspelii 1732. 4. duodecim quæstiones defendit pro cathedra Regia de duplici visu, de luscitate ab inæqualibus lentibus crystallinis, &c. IDEM apud HENKELIUM in *Chirurgische Anmerkungen* II. retinæ cum capsula lentis nexum subtiliter rimatus est.

CL. SENNAC in nov. edit. comm. in HEISTER foramina corneæ, lentis vasa ex equo, adnatam corneæ obductam, & alia descripsit.

GEORG. THOMSON of the four senses, Lond. 1734. 8. cum aliis anatomicis edita tractatio parum plena est.

P. C. van der MARK de oculorum fabrica Disp. Duisburg. 1738. *

JEAN TAYLOR *mécanisme du globe de l'œil*, Paris. 1738. 8. Pars prima anatomica est, & ad recentissima inventa conformata. Negat ligamenti ciliaris efficaciam. Contra retinam pugnat pro choroidea, eo inprimis argumento, quod a luce nimia iris claudatur, continua choroideæ. Arterias oculi male describit, & Bibliothecam subjecit deterrimam, ubi v. gr. VAROLII de nervis opticis Epistola sub titulo NEROBI habetur. EJUSDEM *Traité sur l'organe immédiat de la vue*, Paris. 1735. 8. Londini sub titulo *impartial enquiry into the immediate organ of sight*, Lond. 1743. 8. recusatus, eandem de sede cataractæ opinionem defendit. *Conf. diseases of the chrystalline humour*, Lond. 1736. 8. Situm retinæ mutari concedit, figuram negat.

JEAN TAYLOR primo loco citatus libellus anglice prodiit 1737. ni fallor & Germanice ruper Francof. 1750. 8. recusatus, adjecta brevi anatome oculi, longa vero serie morborum.

EJUSDEM etiam est *versuch über die bewegung der maülein der augenkugel*, Lusitanice 1740. 8. *über die beschaffenheit und schönheit des auges*, Anglice L. 1744. 8.

JEAN BANIERES de la lumière & des couleurs, Paris. 1737. 12. Describit etiam oculum & visum. *

JAC. de MAFFE de oculi constructione, Leid. 1737. 4.

J. ZACH. PLATNER de motu ligamenti ciliaris in oculo, Lips. 1738. 4.

ROBERT SMITH *complete system of optiks* cum notis JURINI, Cantabrig. 1738. 4. In I. Libro populari facili & laxa demonstratione utitur ad lentium functiones declarandas, &c. In notis JURINI varia sunt de visu, qui fit duobus oculis, de judicio distantiarum, de paradoxo BARROWII. EJUSDEM JURINI subiectus SMITHIO Liber of distinct vision extendit limites hujus visionis a 5' ad 14' 5'. & invenit non sufficere vulgo notas mutationes oculi, hinc advocat sphincterem, qui corneam constringat, convexam reddat. Lentem vero a ligamenti credit conplanari, ob aquam sub lentis capsula mobilem. Corneæ refractionem recte magnam facit. Musculum vero priorem optat potius quam demonstrat. Cæterum & hic & alibi apud optimos Auctores erectio imaginum tribuitur experimento, non bene, cum animalia recens nata, homo, cui nuperrime cataracta deposita est, continuo omnia in vero situ videant. Contra hoc scriptum BENJAMIN ROBINS, Londini 1739. 8. edidit *remarks on . . . Smiths c. systeme of optiks and on Jurins Essay upon distinct vision* *. Respondit J. JURIN in reply to ROBINS remarks on the essay on distinct vision, &c. ibid. eod. anno *.

DOMENICO MARIA MANNI degli occhiali da naso, Florent. 1738. 4. Veteres conspicilla argentia literas ignorasse, ALEXANDRUM de SPINA autem jam inventam artem calluisse, verum autem inventorem esse SALVINUM de ARAMATIS docte demonstrat.

BEN-

BENJAMIN MARTIN a *compendious system of optiks*, Londin. 1740. 8.

CLIFTON WINTRINGHAM in *experimental enquiry on some parts of animal structure*, Lond. 1740. 8. refractorias vires humorum oculi assignat, in lente potentiam confringentem exiguam facit, in cornea magnam, eam credit convexiorem reddi posse. Robur corneæ, capsulæ lentis crystallinæ, & densitates definit.

RICHARD HELSHAM *course of lectures in natural philosophy published by BRIAN ROBINS*, Lond. 1739. 8. In opticis distinctus, & facilis, & inter compendia mihi præstare visus est. Focos vitrorum, refractiones humorum, per experimenta persecutus est.

De RICH. HELSHAM addimus, elegantissimos viri mores, & insignem artis peritiam laudare HIFFERNAN of man pag. 22.

CL. NIC. le CAT *Traité des sens*, Amstel. 1744. 8. solo fere in visu versatur. Membranam novam, quæ piæ matri continua est & scleroticam subtendit, veram omnino, invenit, & in *Comm. Ac. Reg.* 1739. etiam descripsit. Experimenta optica plurima habet, tum ad erectum vel inversum, simplicem vel duplicem visum, tum ad radiorum refractiones, in quibus fuscè demonstrare suscepit, non esse in ratione reflexibilitatis radiorum refrangibilitatem. Pro choroidea sentit. Septem colores se non potuisse demonstrare, nec NOLETUM nec du FAY aliove Gallos, miror posuisse. Animam inversa videre credit. Plurima propria habet aut paradoxa.

CL. NIC. le CAT citatus liber primum prodiit Rouen 1740. 8. Melioratus vero, Amst. 1744. W. CHESELDENIUS apud VOLTAIRIUM habet singulares observationes in cæco nato, cui cataracta deposita fuerat. Nervum opticum non ad alternum oculum ire confirmat.

SEBASTIANI MELLI il pro e contra delle fistole lacrimali, Venet. 1743. 8. Descriptionem satis minutam habet viarum lacrumarum, sed nescio quæ exigua foramina ex faccu lacrumali in nasum addit, valvulam etiam depinxit. In practicis ANELLIUM refutat. Adjecta est SIGNOROTTU descriptio ductuum lacrumalium valde aliena a vera.

GER. FITZGERALD de visu, Monspel. 1741. 8. * PL.

G. AUG. LANGGUTH de luce ex pressione oculi, VVittemb. 1742. 4.

G. J.'s GRAVESANDII & P. van MUSSCHENBROEK elementa physica etiam oculi bonam descriptionem & multa notata digna continent. Et's GRAVESANDIUS inprimis optimi compendii pro opticis vice fungi potest.

In *Comm. Lit. Nor.* 1737. corneæ vis refringens defenditur. An. 1733. 1735. & 1745. cataracta in lente visa recensetur.

P. C. FABRICIUS in *idea anatomæ practicæ* lamina duas choroideæ etiam in humano oculo demonstrari posse docet.

DEN. APPEL de oculi humani fabrica, Leidæ 1714. 4. Vasa lentis ab ALBINO demonstrata recenset.

PETRI IDEMA *antleed en natuurkundige verhandeling van't oog*, Leeuvvaarden 1741. 4. Adnatam obduci corneæ negat: Retinæ jura defendit, tum cataractam membraneam. Cameram posteriorem majorem facit.

OL. BURCHARD DAVID MAUCHART plurimum laboris posuit in oculi morbis. Scripsit ergo *Diff. de cornea oculi tunica*, Tubingæ 1743. 4. aliam de ungue 1742. 4. de mydriase 1745. In prima lamellas corneæ fibrillis conjunctas describit, corneæ diametros definit, & in ea vasa rubra vidit. In altera eandem corneam porosam lamellatam, & a sclerotica diversam describit. In ultima fibras circulares iridis confirmat.

ANTONIUS FIZES de cataracta, & in lente & in membrana sedem esse mali, sed eas, quas deponi vidit, semper fuisse in lente, cautus docet.

CL. LOBE' de oculo humano Disp. Leidæ 1742. ALBINIANA inventa habet, pro retina pugnat: fibras circulares iridis defendit, choroideam negat duplicem esse, aut scleroticam a dura oriri, arteriam habet a retina per vitreum ad lentis tunicam euntem, & duas retinæ arterias.

J. E. HEBENSTREIT de vasis sanguineis oculi, Lips. 1742. 4. & de oculo lacrymanre, an. 1743.

CL. SHARPE in chirurgia sua pinxit oculum & ductus lacrumales.

In *syllabo partium corporis humani* edito Petropoli habentur ad oculum f. 7. 8. & 13. T. 21. & T. 19.

P. ARCELIN, Ergo stare potest visio absque crystallino, Paris. 1743. 4.

Bbbb

JOS.

JOS. MARIA de la SONE thefis. Ergo stare potest absque cryſtallino viſio, Pariſ. 1743. 4.
 SYLV. ANTONII LEMOINE thefis. Ergo obliqui oculorum muſculi retinam a cryſtallino re-
 movent, Pariſ. 1743. Negat figuram mutari poſſe.

CL. LIEUTAUD modum ſecandi oculi deſcripſit, & ſollicite fabricam expreſſit: albugi-
 neam ex membrana muſculorum oculi ſuper corneam extendi credit, ductus glandulæ in-
 nominatæ deſcribit, & plexum ciliarem valde ſingulari modo in conjunctione ſcleroticae
 & corneæ exponit.

E. A. NICOLAI vom thranen und weinen hic unice repeto, quod etiam ductus lacry-
 malis glandulæ hic indicati habeantur.

LEONHARDUS EULER in Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin 1745. & in opusculis, no-
 vam theoriam de lumine propoſuit, quod cum ſono comparavit, ut eſſet tremor elatiſticus
 ætheris, & colorum diverſitas a numero tremorum intra datum tempus penderet, &c.

THOMIN inſtruction ſur l'usage des lunettes ou conſerves, Pariſ. 1746. 8. De preſbyopibus
 & myopibus varii generis laudabiles obſervationes habet.

THOMIN libro citato offendit ut facile quiſque poſſet vitra ſibi aptiſſima eligere fili
 ope, quo diſtantia viſionis diſtincte menſuratur. Strabonum vitium tribuit fere nimix
 convexitati corneæ & remedium docet &c. EJUSDEM etiam eſt traité d'optique méchanique
 dans laquelle on donne les regles pour faire toutes ſortes de lunettes d'approche, microſco-
 pes, &c. Pariſ. 1749. 8. *

CL. KRUGER in phyſiologia contra MARIOTTUM pugnat, experimentum maculæ in re-
 tina pictæ ex catulo recenſet.

BAKERUS in microſcope made eaſy vim microſcopiorum dimenſus eſt.

J. F. SAUVAGE in Diſſ. de ſuſtione vaſorum capillarum corporis humani, Monſpel. 1744.
 vim attractricem palpebrarum verſus puncta lacrumalia demonſtravit.

CL. J. G. GUNZIUS in Libro de humoribus deſcribit ductus Meibomii: ſaccum lacruma-
 lem etiam per poros inſpirare vidit, &c.

In Stokholmienſibus Actis. 1745. depingit D. RIBE ductulos lacrumales glandulæ inno-
 minatæ ſex ſeptemve.

KEAUHOLD de viſu duplicato, Argentor. 1746. exempla collegit, & propria etiam habet.

CL. MONTAGNAT in epiſtola ad J. E. BERTIN ſur un nouveau genre de vaiſſeaux décou-
 verts dans le corps humain, Pariſ. 1746. 8. gloriam detectarum arteriarum pellucidarum
 uveæ adſerere conatur FERREINIO: ſed ea certe RUYSCHEO debetur.

CAMPER de viſu. IDEMQUE de oculorum partibus, Leidæ 1746. 4. Lentis phænomena in
 aqua, arterias ejus (ab ALBINO petitas), canalem PETITI ejuſque utilitatem, fibras ci-
 liares deſcribit, & retinæ jura defendit. Uveæ fibras circulares demonſtraſſe dicitur a DE
 LA METTRIE ichthyolog. II. p. 37. in Machiavelliſmo.

JACOBUS PARSONS in Tractatu of human phyſiognomy qui cum Phil. Trans. conjunctus
 prodit, Lond. 1747. 4. orbicularem muſculum palpebrarum deſcripſit, & fere ut RIOLA-
 NUS, diviſit, de motu oculi fuſe egit, & de animi adfectuum ſignis ex eo motu petitis.

CL. V. F. HENKELIUS an. 1738. epiſtolam de ſingularibus circa Nervum opticum edidit.
 Hall. 1738. 4. & anno 1744. Diſſ. de caracata cryſtallina vera, Francof. an. 1747. verum in II.
 collectione der Chir. und Medic. Anmerkungen. obſervationes de caracata propoſuit, quæ
 in capſulæ opacitate reſidet.

C. AUG. a BERGEN de maculis in oculo, Francof. ad Viadr. 1747. 4. Contra PITCAR-
 NIUM opaca in aqueo humore corpora in retina ſui imaginem dare oſtendit, & focum
 radiorum viſoriorum in retina eſſe, &c.

CL. CASSEROHM in poſthumis ductus etiam innominatæ glandulæ deſcribit, retinam
 deducit ad marginem lentis cryſtallinæ, &c.

Ego omnino parum in oculi fabrica profeci. Membranam tamen, quæ pupillam claudit,
 poſt aliqua ſparſa veſtigia, v. gr. in LUCÆ relatione itineris Tartarici, ubi Tartaros cæ-
 cos naſci ſcribit, poſtque CL. PETSCHÉ Diſp. ſæpe laudatam, ubi iridem in pullo incu-
 bato pupillam claudere confirmat, & poſt CL. WACHENDORFIJ experimenta (quæ exſtant
 in Comm. Lit. Norv. 1740.) conſtituit, ut perpetua in fetu ſit, & claudat pupillam, & va-
 ſculâ habeat, continua iridis vaſculis. Eam in Actis Uſſaliens. 1742. deſcripſi, in Iconum
 vero ſaſſiculo III. vaſa ciliaria nova, proxime corneam ſcleroticam perforantia, & ſe-
 demit-

demittentia in circulum uveæ vaſculorum deſcripta dedi. Sedem albam choroideæ, niſi
 fallor, inveni; quam etiam ad EUSTACHIUM habet breviffime B. S. ALBINUS. Nervos
 etiam & vaſa deſcripſi & pinxi.

Deſcriptio quam dedi membranæ pupillam cludentis, recuſa eſt in Act. Stokb. 1748. P.
 III. icone vero aucta & emendata in opuscul. Anat. nuper editis.

CAR. FRID. RIBE tal om ögonen, Stokholm 1748. 8.

J. HENR. MOELLER nonnulla obſſ. circa tunicam retinam & nervum opticum, Hall. 1749.
 4. & in collect. Diſp. Tom. VII. deſcribit arteriam opticam; medullam nervi optici non uno
 ſed multis poris choroideæ album circulum perforare docet, vaſculoſam membranam reti-
 næ deſcribit, vidit arteriam lentis cryſtallinæ.

AMBROSII BERTRANDI diſſertatio de oculo, Turin. 1748. 4. Rete fibrarum corneæ, va-
 ſa pellucida a choroideæ ad retinam & humorem vitreum euntia, venas reducentes ex len-
 te lymphaticas, fibras lentis & alia deſcribit.

In Tom. III. operis BUFFONIANI de oculo agitur: & in præpria diſſertatione de viſu
 inverſo infantum quem tactus corrigit, de diſtantiarum judicio, myopia & preſbyopia,
 viſione diſtincta & clara, &c.

LEANDRI PEAGET & GRANDELAS, Ergo immediatum viſus organum choroideæ, Pa-
 riſiſ 1749. 4.

Inſinitum opticorum ſcriptorum numerum neque exhaustire ſperavi, neque utile foret.

C A P U T II.

De Aure.

Duo Auctores legi merentur (a).
 BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS Lugduni Batavorum editus in 8.
 anno 1717. (b).

Tum

(a) ALCMÆON Pythagoræus, uti notum eſt, cochleam invenit. Cæterum ultra membra-
 nam tympani vix profecerunt veteres. RUFUS externa nomina auriculæ habet.

MARINUS apud ORIBASIUM nervi duri non malam deſcriptionem dedit, qui eum per
 foramen vulgo cæcum dictum tranſire monuerit, & miſceri cum nervo III. (nempe Quin-
 ti tertio ramo), &c. Ea cæca foramina nervos etiam tranſmittere RUFUS dixerat.

JACOBUS BERENGARIUS Carpenſis non quidem invenit offacula priora duo, & nemi-
 nem inventorem nominat NICOLAUS MASSA Epiſ. V. p. 55. b. ubi temporibus ALEXAN-
 DRI ACHILLINI inventa fuiſſe refert, & ſatis demonſtrat JACOBUS (in MUNDINUM p.
 477.) aliorum eſſe inventum. Primus tamen deſcripſit.

GABRIEL FALLOPIUS ſtapedis inventi laudem equidem J. PHILIPPO INGRASSIÆ re-
 liquit, multa vero in aure perfecit, vestibulum, canales ſemicirculares, foramen cæcum,
 quod dixit aqua ductum, & ejus hiatum, ipſum tympani nomen, fenestram utramque,
 muſculos auriculæ.

(b) BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS in præſtantiffimo tractatu de auditu organo cum
 reliquis edito, Venet. 1563. 4. deſcripſit tubam, cui nomen inpoſuit, male pro meatu ner-
 vum & vaſa ducente habitam a VESALIO aliisque. Muſculum internum, chordam tym-
 pani, ſtapedem ipſum, primus invenit: de quo cum INGRASSIA certat, & niſi fallor
 facile vincit, cum neque R. COLUMBUS, neque INGRASSIAS aliquid in aure invenerint,
 unde credas, ſubtilius eam partem ab ipſis eſſe examinatam. In magnis tabulis hæc omnia
 varie depinxit EUSTACHIUS, tum muſculos auriculæ.

A. VESALIUS in Examine obſſ. Fallopii, varia ex brutorum anatome ad cellulas ma-
 ſtoideas, promontorium aliasque particulas adduxit, nervi etiam duri cum Quinto ple-
 xum obſervavit.

A. PAREUS curva cruſcula ſtapedis depinxit.

Bbbb 2

VOL-

VOLCHERUS COITER proprio Libello *de auditus instrumentis*, qui exstat cum observationibus, inventa fere *FALLOPII* proposuit.

CONSTANTIUS VAROLIUS musculum stapedis indicavit.

J. MATHESII *de admirabili auditus instrumenti fabrica*, VVittemb. 1577. 4. *

FELIX PLATERUS varia minuta in organo auditus animadvertit, ostium amplius canalium semicircularium, eorum diversum positum, & forte longiorem mallei processum, qui *Folianus* dicitur.

SALOMON ALBERTI cochleæ iconem dedit, & in *Orat. de discipl. anat.* p. 90. fulcum descripsit nuclei cochleæ, nervo retortum.

V. ALDROVANDUS diligenter avium organum auditus descripsit in *Oto*.

JULIUS CASSERIUS *de vocis & auditus organo historia anatomica*, Ferrar. 1600. fol. Princeps laus est iconum, descriptiones enim minus plenæ sunt. Icones autem, per omnes animalium classes, pictæ pro ea ætate nitidæ, & numerosissimæ sunt. Musculum externum mallei an. 1593. invenit, & ligamenta auris & stapedium. Eadem tabulæ repetuntur iidem cum verbis in *Pentasthesio*, Venet. 1609. fol.

HIERONYMUS FABRICIUS ab *AQUAPENDENTE* *de oculo aure & larynge*, Venet. 1600. f. Franc. 1614. fol. Musculum eundem, quem *CASSERIUS* se invenisse ait an. 1599. icones dedit non bonas, & in plerisque infra *FALLOPII* industriam substitit, qui v. gr. canales semicirculares innumerabiles fecerit. Processum longissimum pinxit.

J. JESSEN a *JESSEN* aquæductum cum tuba confudit, in quo errore plurimos habuit sequaces, *RIOLANUM* (in C. B. p. 721.), *FRANCISCUM BAYLE* (p. 448.), *ANDREAM O. GOELICKE* *hist. anat.* p. 212. *JOH. QUINCY* *dictionary* p. 31. *JOSEPHUM DUVERNEY*.

H. F. HILDANUS, uti dictum, officula auditus picta dedit in *Epist. ad PAWIUM*.

J. RIOLANUS in *Enchiridio* musculos varios auriculæ descripsit a mastoideo processu, a frontali musculo, a cutaneo, ab occipitali ortos. Meatus auditorii in fetu naturam & mutationes descripsit in *isag. anat.*

Ad sonos multa repeti possunt ex *Cent. I. & II. sylvæ sylvarum VERILAMII*.

DAN. MYLLER *thesoria duorum sensuum interiorum visus & auditus specialis*, Lips. 1738. 4. (B. RIV.) *

J. B. CORTESIUS in *miscellaneis* aliquas icones organorum auditus dedit.

N. HADICOT ligamenta quatuor officulorum, duo ad malleum & stapedem euntia, duo ad pedes incudis vasaque tympani indicavit L. X.

NIC. PAPINII *περί τῆς κωλύσεως*, sive *de cerumine*, Salmur. 1684. 12. * PL.

V. F. PLEMP in *fundamentis* p. 108. exemplum memorabile adducit duarum membranarum tympani, quæ etiam spatio distant.

FRANCISCUS SYLVIUS de la *BOE* officulum quartum invenit, cui certe viro *LINDANUS* & *C. BARTHOLINUS* eam gloriam adsignant, & *ALBERTUS KUPER* *Anthropol.* p. 185.

CÆCILIUS FOLIUS in *delineatione auris interna*, Venet. 1647. 4. & in *Coll. Diss. nostra T. IV.* tum in epistolis *BARTHOLINI*, processum, qui etiam nunc ejus nomen fert, accuratius descripsit, depinxit, musculum addidit, organum auditus totum melius delineavit. Semicircularem canalem superiorem & posteriorem in unum ostium conjungi vidit. Processum *FOLLANUM* etiam *VELLINGIUS* pinxit T. 8. f. 6.

MARINUS MERSENNUS *harmonicor.* L. fol. Paris. 1648. & in *harmonia* 1644. 4. & in *Comm. ad Genesis* plurima ad sonos, eorum velocitatem, vibrationum numerum, causas diversitatis tonorum attulit.

ATHANASII KIRCHERI *Musurgia universalis*, Romæ 1650. fol. & ejus compendium *Campiduni* editum 1673. fol. *Phonergia* nomine. Varia de Echus natura & itinere, soni reflexi multiplicato robore, tuba stentorea, quam sibi tribuit inventam, aure Dionysii habet. Sonos fortes velocius propagari male docuit. Consonantiam instrumentorum similitum experimento didicit. Habet icones *CASSERII*. A *SCHIELHAMERO* id elogium retulit: primum a *KIRCHERO* se soni naturam didicisse (*Physiolog. posthum.* p. CCCVIII.) In *Physiologia KIRCHERIANA*, quæ per *J. STEPH. KESTLERUM*, Amstelodami 1680. fol. edita est, hypothesis est, qua soni cum certis coloribus, cœruleo rubrove, &c. comparantur.

M. A.

M. A. SEVERINUS lapillos auditorios piscium dudum dixit, eorumque alterum cum malleo comparavit (*antiperipar.* P. 95.)

G. ROLFINK de officulo quarto ad latera apicis stapedis posito aliqua habet (p. 285.), diversa, ut videtur, a *SYLVIANO*. Musculum *CASSERII* non esse nisi membranam recte monuit.

MICH. LYSER *de auditu*, Lips. 1653. 4. Idem in *cultro* novam dedit ossis petrosi descriptionem.

J. ANTONIDES van der *LINDEN* in *medicina physiologica* quartum officulum minutius describit.

LUD. BILS van het *gehoor*, Brugg. 1655. 4. organum auditus in quatuor partes per futuras resolvit, (quod novum esse fatetur *JOHANNES V. HORNE* in *voarschouwing* p. 12.) idemque depinxit.

N. STENONIS f. in *Libro de glandulis oris*, tum *DRELIŃCOURTIUS* in *Præludivis glandulas ceruminosas auditorii meatus viderunt*. Sebaceas vero Amstelodamenses in *Colleg. anatom.* p. 31.

In *WILLISIO* nervi duri describuntur.

In *Phil. Transactionibus*.

HOLDER de surditate, & experimentum hominis, qui non audiret, nisi conjuncto magno externo strepitu, n. 35.

WALLIS de tremore harmonico instrumentorum diversi generis, n. 134.

MORLAND de tuba stentorea, n. 79. 141.

NARCISSUS de sono, n. 156.

MOULIN de capitibus avium eorumque ductibus acusticis & auditus organo, n. 199. 206.

Auriculæ mobiles, n. 133.

WALLIS, n. 243. effectus illos fabulosos musices merito castigat *Titillatio Chinenfium* in auditorio meatu, n. 246.

WALKER de sono, n. 247.

VIEUSSENS de organo auditus, n. 258.

HAWKSBE sonum educto aere debilitari deinde destrui, n. 297. 321. aeris vero copia in spatio aliquo aucta sani robur intendi. ID.

G. GRANDI nova hypothesis, corpora sonora tremula hyperbolica esse, & sonos ad ambitum secundum hyperbolicas circumferentias moveri, n. 319.

Sonus in aqua profundior fit. ID. 321.

Organum auditus, cellulæ, cranium cellulofum Elephantis, n. 327.

BLAIR organum auditus elephantis, n. 358.

ARDERON contra auditum piscium n. 486.

Echo Mediolanensis 56^{tes}. repetens, & camera sonos ad oppositos parietes propagans, n. 480.

FLORENTINI in *Acad. del Cimento* soni celeritatem metiri adgressi sunt.

ROBERTUS BOYLE in *experimentis physico-mechanicis* sonum in vacuo spatio extinguere observavit, & columnas ipsas & ligna cum certis, nec aliis tonis contremiscere (*of languid motion*), & vibrationem in scyphis vitreis descripsit.

Musica speculativa del MENGOLI, Bolon. 1670. 4. Valde paradoxam habet auris anatomien. *

SAM. MORLAND descripsit, sibi que tribuit, stentoream tubam *speaking trumpet*, Lond. 1671. 8.

J. A. FRIDERICI *de aure*, Jenæ 1670. 4. B. RIV.

G. BRANCK *de auribus mobilibus*, Heidelberg. 1676. 4. Collectio.

DAN. GEOR. MORHOF *de paradoxis sensuum*, Kilon. 1676. 4. *EJUSDEM* stentor hyaloclastes. 1672. 4. & Kil. 1683. 4. Occasionem operi dedit experimentum cauponis, qui certo vocis tono, altiori per diapason, quam tonus naturalis vitri, scyphos frangebatur. Ea occasione multa curiosa de vibratione particularum in omnibus corporibus, & crispatione vitri, de ortu & natura soni, & vocis humanæ adfert, &c.

In Mantissa ad *G. CHARLETON* *Onomasticon Zoicum* officula auditus afelli, manati, ranæ piscatricis, in propria vesicula inclusa describuntur.

PAULI MANFREDI *novæ observationes circa uveam oculi & aurem*, Rom. 1674. 4. & in *MANGETTI* *bibliotheca* Tympanum stapedis habet *PAULUS*, tum *A. MOLINETTUS*.

A phi.

Tum Clar. JOSEPHUS DUVERNEY in suo Tractatu de l'ouye, edito in 8. Parisiis (a). In Germania quidem in linguam latinam translatus est; verum quoad figuras pessime describit a prima editione, & ne textus quidem omnino auctorem adsequitur, hinc emenda est illa editio Parisina. Perfectissimus est ille Libellus. De aquæductu quidem FALLOPII (b), & distributione nervorum in aure, unum & alterum vitium habet, cæterum optimus est. Virenim consumatus in Anatomia, & dolendum est, quod invidia adversariorum suppressa fuerint ea scripta (c), quæ de reliquis organis sensuum digesserat, dixit enim ipse, se de quinque organis sensuum scripsisse.

Postu-

A philosophical essay on musick, Lond. 1677. 4.

J. BOHN de auditu, Lips. 1677.

R. PLOTT & in Oxoniensis comitatus historia, & in Staffordiensis descriptiones Echus rariora exempla describit.

P. PERRAULT Traité du bruit in Essai de Phys. T. III. & organum auditus descripsit, & depinxit, sed rudius paulum, & theoriam sonorum proposuit, atque particulas minimas omnes in tremorem agi monuit. Laminam spiralem cochleæ pro organo immediato auditus primus habuit.

J. HENR. GLASSER fissuram in anulo detexit.

DANIEL BARTHOLO del suono e de tremori armonici, Bonon. 1680. 4. Ultima pars Libri anatomica est, desumpta ex BARTHOLINO, RIVA, aliisque, etiam iconibus adjectis. Cæterum vir ingeniosus fuit, & in experiendo diligens, & acutus in concludendo. Princeps scopus est demonstrare a corpore ad corpus consonans harmonicos tremores non per aerem, sed per corpora solida interjecta, propagari. De frangendis vitris per vocem humanam differt a MORHOFIO, & per unisonum scyphos se rupisse refert, plenus cæterum utilibus experimentis. Ita dudum vidit, non tantum unisona instrumenta contremere sibi, sed in alia etiam quacumque ratione, & instrumenta etiam diversissimis generis. Tremores chordarum, aquæ, mercurii, diligenter observavit. Sonos magnos non celeriores esse contra GASSENDUM & KIRCKERUM docuit. Auris Dionysianæ miraculum fere ad nihilum reduxit. Non a numeris pendere gratam naturam tonorum jam eo tempore monuit.

(a) JOSEPHUS GUICHARD DUVERNEY Traité de l'organe, de l'ouïe, Paris. 1683. 12. Norimb. 1684. 4. Leid. 1731. 12. Germanice etiam, Berolini 1732. 8. & Anglice. Prælu dia hujus operis reperiuntur in JOURN. des SAV. n. 17. Icones inprimis pulcherrimas habet, manu SEBASTIANI CLERICI sculptas. Plurima invenit aut perfecit. Glandulas ceruminosas meatus auditorii, tympani chordam, musculus stapideum, fabricam cochleæ, canales quos a situ definivit, nervos molles, durosq; fabricam auris in fetu exposuit. De morbis egregiam tractationem addit.

JOSEPHI GUICHARD DUVERNEY citatum ibi opusculum recusum est Paris. 1718. 12.

(b) In nomine tubæ (quam tamen bene cognitam habebat) aberravit, processum longissimum prætervidit.

(c) Spes est aliqua prodituros aliquando latentes codices DUVERNEYI, quos edendos susceperunt WINSLOWUS, PETITUS & MORANDUS (Anc. Mém. T. III. P. III. Pref.) Acerbum vero judicium in DUVERNEYUM LAMY (præface au traité de l'ame sensitive) nemo aut credit aut probat. Quare vero nihil prodierit de tam multis in insectis, & in reliqua anatome, viri nonagenarii laboribus, cernere est in vita, quam scripsit FONTE-NELLIUS. Infatigabili enim ardore ferebatur in novas inquisitiones, & ex ipsis laboribus, in novos labores se sinebat duci, omissis prioribus.

GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER Librum de auditu singularem edidit, Leidæ 1684. 8. Multum refutationum ibi reperies, contra recentissimum inprimis DUVERNEYUM, cui neglectum musculus CASSERI exprobrat, ipse non valde anatomicus, qui & mu-

& musculos auris externæ, & chordam tympani præfracte negat. Cæterum sonum, per radios propagari, & in meatu auditorio colligi in focum quemdam, inprimis sumpsit demonstrandum. In musculo interno vidit officulum.

M. MAPPUS de avium cerumine, Argentor. 1684. 4. De fumo per aures eunte agit, additq; D. COLLE statuere foramen in membrana tympani, se vero fidem non facile adhibere.

S. COLLINS in T. II. fig. 14. processum longissimum mallei depingit.

A. LAMY explication de l'ame sensitive des organes des sens, des passions &c. & description exacte de l'oreille, seconde édition augmentée, Paris. 1687. 12. Ipse quidem LAMY utebatur unice experimentis & industria MERY. Physiologica satis mira proposuit, aerem per aurem respiratum circumlo obire a fenestra ovali nempe per vestibulum, anulos & cochleam, in tympanum per foramen rotundum redire, indeque exire per tubam.

Quod MERY opusculum attinet, videtur id aliquamdiu ineditum mansisse, & esse DUVERNEYANO vetustius, cum PERRAULTUM carpat, non nominet DUVERNEYUM, & privilegium datum sit 1677. Habet diligenter præparatam cochleam, ossæ petroso undique remoto, ut nuda supersit, qualem nos præparare solemus: scalarum foramen communicans: laminam semiofseam: tres intersecciones auditorii meatus; stapidis membranam: icones pulchras. Rudes errores retinuit. De molli nervo quidquam cochleam subire negavit, chordam tympani pro musculo incudis descripsit, noluit ullam esse in vestibulo anulivæ membranam, aut periofseum officulorum, quod etiam DUVERNEYUS negavit.

GUILLIELMUS COWPER in Myologia parva officulum in stapideo a D. ADAIR visum memorat, dat organi auditus iconem. In app. ad BIDLOUM fol. 8. de apertura in suprema parte meatus auditorii agit, per quam fumus ore receptus effertur per hiatus, qui eo loco in anulo reperiatur. In Myonomia majori nitidiores icones officulorum & musculorum exhibet.

J. M. HOFMANN de auditu, Altdorf. 1684. 4.

G. WELSCH de sono, Lips. 1690. 4.

L. F. MEISNER de auditu ipsiusque vitii, Prag. 1690. 4. fig. *

J. ANDREAS SCHMIDT auris seductæ, Jen. 1694. Disp.

In JOUR. des SAV. 1694. n. 30. aliqua habentur de distantia, quam sonus percurrere potest.

JOH. MUNNIK increbescens nunc hiatus tympani confirmat.

GEMINIANI MONTANARI in Galleria di Minerva T. I. exstat tractatus de tuba senorena, cujus vim recte explicat per Echus plurimas cum sono primitivo confusas. IDEM liber recusus an. 1715. 8. recensetur in GALLERIA di MIN. T. VII. p. 286.

ISAACUS NEWTON causam soni & naturam tremoris elastici aperuit in Princ. Phil. Natur. L. II. Pr. 43. Celeritatem etiam soni per ipsas causas definivit.

In Mémoires de l'Académie Royale des Sciences.

In Anciens Mémoires.

Meatus auditorii in piscibus minimi, per quos nervus auditorius distribuitur DUVERNEY T. I. p. 280. IDEM apud du HAMELIUM de chorda aliqua habet.

PH. de la HIRE de la trompette marine. Requirit tremores particularum ad sonum.

Apud du HAMEL celeritas soni a CASSINO ad 1094' intra 1" definitur.

De circulis a ratione vitri duplicatis, quando sonus octava ascendit BLONDEL.

Echus explicatio T. X.

In dissectionibus animalium testudinis organum describitur.

In novis monumentis.

Sonus non transit per vacuum MARIOTTE 1699.

SAUVEUR de sono fixo &c. 1700. 1701. 1702. 1707. 1711. 1713.

Effectus musices in iis, quos Tarantula pupugit 1702.

Surdus & mutus aqua de aure effusa sponte sanatus.

DODART de tonis, voce, & cantu 1706.

Requiri ad sonum tremorem elementorum corporis sonori: & Echo duodécies repetens 1710.

Surdus oculis audiens 1737.

MAIRAN de sono. Particulas statuit in aere diverso gradu elasticas, hinc ad hunc illumve sonum recipiendum aptiores. Totum auditus mechanismum, etiam in aure persequitur. 1737.

Expe-

Possumus adungere Italum illum ANOTNIUM MARIAM VALSALVAM, sed duodecim certe paginæ facile continerent ea omnia, quæ præter Duvernyana habet (a). Propter egregias tamen quasdam observationes potest comparere sibi illum tiro Medicus.

SCHEL.

Experimenta accuratiora ad definiendam velocitatem soni 1738. Eam autem majorem esse in regionibus calidioribus expertus est in itinere suo la CONDAMINE.

Sub aqua audiri NOLLET. 1743.

Lettre de Mr. de HAUTEFEUILLE a Mr. BOURDELOT sur le moyen de perfectionner l'ouïe avec deux Lettres de Mr. FERRAULT sur le même sujet. Paris. 1702. 8. *

MART. NABOTH de organo auditus, Lipsi. 1703. Disp. *

(a) ANT. MAR. VALSALVÆ de aure humana Liber, Bonon. 1704. 4. Ultrajecti. 1707. 4. & cum vita & posthumis dissertationibus atque doctissimis MORGAGNI Epistolis, Venetiis 1740. 4. In illo quidem opere VALSALVA subtiliter in multis versatus est. Canaliculum semicircularium mensuras sumpsit, & inde nomina repetiit. Musculos externæ auris subtilius investigavit. Tubam accurate contemplatus est. Glandulas sebaceas constituit. Morbos aliquos descripsit. Nervos nodo fuscæ persequi. Processum mallei longissimum ignoravit, zonas sonoras non bene in theoriam intulit. Posthumus codex, cui Auctor notas aliquas adjecit, non pervenit ad MORGAGNUM, neque post ejus excessum inventus est.

J. B. MORGAGNUS in Epistolis XI. prioribus in VALSALVAM commentatur, & multa de itineribus nervi mollis, vestibulo, membrana tympani, ejus epidermide, tacta KERKIRINGIO, musculi a VIEUSSENIO confusi, foramine fictitio tympani, tuba, nervulis minoribus ex hiatu aquæductus exeuntibus, &c. accurate definita & cum plurima eruditione adjecit.

NEHEMIAS GREEW in Cosmologia sacra utiles aliquas de auribus animalium teleologias dedit p. 24.

CAROLUS PLUMIER in Journal de Trevoux 1703. anatomen organi auditus testudinis dedit, & crocodili.

ERNEST HENRIC WEDEL de cerumine, Jen. 1705. 4.

In Lettres de DESNOUES & de GUILIELMINI p. 204. continetur notissima BARTHOLOMÆI SIMONCELLI delineatio nervi auditorii, quæ nihil ferri habet, præter nervulum ex hiatu aquæductus exeuntem. Confer HEISTERI appendicem Compendii anatomici & E. CAMERARII Epistolam Taurinensem.

DEMEHERENC de la CONSEILLERE de auditu, Ultrajecti 1710. 4.

G. DERHAM in Physicotheologia multa ex anatomie animalium habet. Vidit in talpa a motis officulis nervum auditorium pulsatum fuisse. Avium organum auditus descripsit, De celeritate soni experimenta fecit, n. 313.

J. JAC. RAVIUS nihil quidem scripsit, sed auditoribus processum FOLLIANUM, dudum obsoletum, demonstravit, & in anatomen reduxit.

NICOLAUS HARTSOEKER in Physicis animam numerare undas aëris ante nuperos scriptores suspicatus est.

A. Q. RIVINUS de auditu vitii, Lipsi. 1717. 4. Cum dudum aliqua de foramine tympani fuisset memoria, apud scriptores varios, & HILDANUS, SCHNEIDERUS de ossibus temporum, LINDANUS, MAPRUS PLUMERIUS Journal de Trev. 1703. augm. alique de eo verba fecissent, & experimenta ipsa consentirent VALSALVÆ, GLASERI, MANGETI in theatro, tandem disertius id foramen adseruit RIVINUS, posuitque ad latus posterius fere summi manubrii, & iconem dedit, dixitque sphinctere clausum esse, & inventum a se ipso an. 1689. Favet invento LEPROTUS in Bonon. Comment. I. & H. A. NICOLAI, & B. TEICHMEYERUS, & CHESELDENIUS, & J. J. RAV. Nos cum MORGAGNO in Epistola V. J. WILHELMO PAULI (præf. ad J. van HORNE), CL. FRIDERICO WALTHER, CASSEBOHMIO aliisque nunquam reperimus.

J. ANDREAS SCHMID de periosteo officulorum auditus ejusque vasculis, Leid. 1719. 4. ea vasa

vasa pinxit negatâ DUVERNEYO, & processum longissimum, de ejus vero iconis ruditate ipse in Orat. de Germanorum meritis in anatomia conquestus est.

RAYM. VIEUSSENS jam in Phil. Transf. n. 258. dederat operis sui prodromum, & VALSALVAM sibi nonnulla præripuisse questus erat. Deinde an. 1714. Tolosæ edidit Traité sur la structure de l'oreille, 4. Vitiosas dedit aut pallidas certe icones, quas vix adgnoscas, confudit duos musculos mallei in unum monogastricum, descriptiones dedit difficiles. Scyphum tamen nervi auditorii satis vere descripsit.

J. MATTHIAS HAASE de rubis stentoreis, Lipsi. 1719. 4. In conjunctione ellipseos & parabolæ perfectionem hujus tubæ quæsit.

J. MATTHIÆ HAASE citati libelli duæ editiones sunt, brevior una cum titulo de rubis stentoreis earumque forma & structura fundamenta, praxæ, exhibens, 18. Mart. 1719. 4. Altera vero Diss. physico mathematica de rubis stentoreis in qua de constructione & figura earum exponitur &c. ibid. eodem anno prædit, quæ plenior est. Ostenditur contra F. de LANÆ, sonum non progredi undarum modo, & contra eundem adseritur, radios sonoros in altero foco ellipseos colligi. Inde examinat hæctenus propositas tubarum fabricas MORLANDI, CASSEGRAIN, MULLERI & CONYERI. Ipse proponit tubam compositam ex ellipse & parabola. Uni foco ellipseos os adaptat, ut vox in altero colligatur. Is idem secundus focus est focus parabolæ, ut ex eo parietes ejus illapsi radii paralleli exeant. Non tamen expertus est.

ARENT CANT processum longissimum mallei depinxit.

J. SALZMANN de aurs humana, Argentor. 1719. Disp.

J. DOMINICUS SANTORINUS in observationibus musculos minores externæ auris, processus helicis aliaque minute persequutus est.

J. A. KULMUS de auditu, Gedan. 1724. 4. Idem pro hiatu RIVINI etiam testimonium dicit.

A. F. WALTHER de membrana tympani, Lipsi. 1725. 4. & in Vol. Disp. IV. Foramina tympani VALSALVIANA pro arteriis facta esse ostendit, de membrana tympani ejusque imaginario foramine egit, &c. In anatome musculationum teneriorum musculos auris externæ repetiit.

De sonis in chorda tacta Journal de Trevoux 1712.

GODOFREDI du BOIS de sono & auditu, Leid. 1725. 4. docta Disputatio.

In Actis Petropolitans T. VII. CL. WEITBRECHT de musculis minoribus auris egit.

L. HEISTERUS bonam mallei iconem dedit, processum longissimum expressit, nonnullam tendineum esse recte monuit.

W. CHESELDEN exempla hominum attulit, qualia SCHNEIDERUS & WILLISIUS habent, quibus auditus non perferat destructa membrana tympani, aliqua phaenomena explicat ex aliorum nervorum cum duro consensu.

H. F. TEICHMEYER in anthropologia & vindiciis quorundam inventorum anatomicorum, Jen. 1727. 4. Coll. nostræ Vol. IV. hiatum RIVINI defendit, & valvulam habere testatur, officula nova unum inter malleum & incudem, alterum in musculo stapedis, denique ultimam in ramo incudis breviori descripsit.

In Commercio litterario Norico 1731. & in E. N. C. Vol. L. VI. CL. TREWIUS de epidermide & laminis tympani egit. An. 1743. vero exempla habet surdorum, qui opè dentium audierunt.

LEONH. FERDINAND. MEISNER de auditu ejusque vitii, Prag. 1726. 4. * An non eadem Diss. cum ea quam an. 1690. recensui?

B. S. ALBINUS musculos auris de integro recensuit, noviter ordinavit, nomina imposuit, depictos dedit. In osteologia etiam nitidissimas officulorum & organorum auditus icones exhibuit.

In Academia Burdigalensi, inque Tomo I. HAUTEFEUILLE Dissertationem dedit de Echo eamque defendit fieri radiis non parallelis sed convergendo reflexis.

HAGEN de mensura soni articulati, Hall. 1731. 4.

J. B. WINSLOW de more in tympano, promontorio, cellulis mastoideis, totoque eo organo diligentissime versatus est.

F. RUSCHIUS in Epistola VIII. periosteum & vasa officulorum auditus, & laminas membranæ tympani invenit & constituit.

J. FRIDERICUS CASSEBOHM de aure interna dederat inauguralem Disputationem Francof.

ad Viadr. 1730. 4. *EFUS Tractatus I. II. & III. de aere interna*, Halæ 1730. *Quartus* an. 1734. *Quintus & sextus* prodierunt 1735. 4. Laboriosissimo opere inprimis organum auditus ex sero descripsit, & cum adulto comparavit, mutationes successivas consideravit. Valorum organi auditus origines, cochleæ spiram, hamulum, & alia diligentissime persequutus est. Zonas *VALSALVÆ* & foramen membranæ tympani refutavit.

J. JAC. SACHS & SCHERTZ de sono, Argent. 1731.

G. M. BOE de *hypothese soni PERRALTIANA*, Lipsi. 1734. 4.

In *Journal de TREVoux* 1734. proponitur machina, ex speculis ligneis deauratis in parabolam fictis, in qua soni in uno foco pronuntiati fortissime conservantur & in altero focum transferuntur.

FR. NICHOLLS de chorda tympani paradoxam opinionem protulit, in *compendio anat.* nempe musculosam naturam habere.

SENNACIUS in novis ad HEISTERUM commentariis receptam theoriam oppugnat, qua lamina spiralis pro organo auditus habetur, eamque gloriam tribuit mediæ canalium semicircularium parti.

FRID. WILH. KUHN pars I. *scrutinii sensus auditus*, Regiomont. 1736. 4. PL. *

CHRISTIANUS WOLF in III. tomo *der nützlichen Versuche* de sono fusc egit, deque tubis stentoreis, soni in vacuo spatio suffocatione, campanæ percussæ dilatatione & refractione, &c.

R. HELSHAM in Libro sæpe citato naturam soni breviter & faciliter exposuit, & causas grayium acutorumque sonorum, celeritates, multiplicationem ab illis in corpora elastica, tubam stentoream proposuit a logarithmica circa axin suam revoluta factam.

J. GORTERUS in *Chirurgia* membranam adscititiam membranæ tympani & mucii vim ad suffocandos sonos considerat.

AL. MONROO in III. *Edimburgensium* ejus etiam membranæ fabricam describit.

R. COTES in *lectionibus* quas Gallice legi *sur l'équilibre des liqueurs & sur la nature & les propriétés de l'air*, de sono aliqua habet, quæ legi merentur.

G. J. s. GRAVESANDE & T. van MUSSCHENBROEK capita de sono & auditu merito leguntur, tum CL. NOLLET in *tertia parte Physicæ experim.* ubi sonum per aquam propagari demonstravit, & fumum tabaci per aurem exire falsum esse ostendit, sonometrum proposuit.

CL. NICOLAUS LE CAT in *Traité des sens* icones hujus organi non optimas dedit, & physiologiam soni. Auditus organum etiam in cochlea ponit.

LEONH. EULLER *tentamen novum theoria Musica*, Petropol. 1739. Pleraque physica & mathematica sunt. Suavitatis causam in parvitate numerorum posuit, quibus tremorum proportionem exprimantur, deinde in ordine, quando causas ordinis facile prævidemus. Vibrationum numeros pro tota longitudine instrumenti determinavit, & ad sonos in musica receptos adaptavit, &c. In *Dissertatione de sono*, Basil. 1728. 4. celeritatem soni a priori definivit, & propius, quam NEWTONUS, ad veritatem accessit. In *opusculis*, Berolin. 1746. 4. contra MAIRANI particulas aeris diverso gradu elasticas objicit, non posse eas diversitates diu superare, & sponte debere æqualitatem renasci.

CL. CRAMER in *Journ. des Sav.* 1741. contra laminæ spiralis dignitatem in auditu objicit.

THEOD. PYL de *auditu in genere* Gryphiswald. 1742. Disp. Ex ALBINI experimento cellulositatem membranæ tympani descripsit.

In *A. STOKHOLMIENSIBUS* 1741. *Trimest.* I. habetur *Dissertatio* de distantiarum ex soni mora æstimatione.

P. C. FABRICIUS anastomoses nervi duri varias, periosteum internum ossiculorum auditus descripsit.

WILH. DAN. LILLIE de *auditu*, Leid. 1743. Disp.

CL. LIEUTAUD organum auditus singulari diligentia descripsit: quatuor laminas membranæ tympani: ligamenta quæ pro musculis habita sunt (nam solum admittit internum) & alia nova proposuit; cartilagine tubæ accuratius enumeravit. Tympanum etiam fenestræ ovali non bene tribuit.

J. T. KLEIN in *manifissa anatomica de sono & auditu piscium*, Lipsiæ 1746. 4. eum audi-

SCHELHAMMERUS potest addi, sed qui DUVERNEYUM & EUSTACHIUM habent, facile reliquis carere possunt (a).

auditum defendit. Idem in *ichthyologicis* fusc officula auditus ex variis piscibus depingit.

J. G. BRENDL in duobus progr. *de auditu in apice cochleæ*, Götting. 1747. 4. & in *Diss. nostris* F. IV. Infundibulum inprimis fuscum latecens descripsit in apice nuclei cochleæ, in quo uterque canalis convenit, & pro organo auditus proposuit.

CL. J. GOTTLIEB KRUGERUS in *physiologia* sua, tum C. G. KRAZENSTEIN *beveifs* *aus die seele dem Körper baue* & E. A. NICOLAI *von der Schönheit*: & in Libro *von der Music EULERUM* secuti sunt, ut doceant animam numerare tremores aeris elastici, sibi que placere in iis, quorum harmoniæ numeris minoribus exprimentur.

CL. J. F. MEKELIUS in *Diss. de nervo Quinti Paris* chordam tympani ex duro nervo oriri, & a secundo ramo Quinti luculentum ramum accipere, primus ostendit.

In CAROLI TAGLINI *lectere scientifiche* duæ huc pertinent, una de cantu fringillæ marinæ, altera de diversis sonis, quos una chorda edit.

J. T. KLEIN hoc loco citatus, audire pisces etiam in *PHIL. Transf. & Actis Gedanensibus* confirmat.

GLIAN. LUDOV. BIANCONI *due lettere al Marchese Maffei*, Vener. 1746. 4. Altera de sono agit.

GLIAN. LUD. BIANCONI in citata epistola, quæ de sono agit, observationes profert, quibus per experimenta cognovit, hyeme sonum lentius, quam æstate, progressum esse, in ratione 76. 78.

In III. Tom. *description du cabinet du Roi* CL. BUFFONUS ostendit quemlibet sonum ex multis minoribus sonis constare. Tonos differre credit, non ex numero ictuum, sed ex eorum robore, ut debiliores ictus altiorem tonos producant. Officula auditus pene inutilia facit.

CL. DIDEROT in *mémoires sur divers sujets de mathématique* gratiam sonorum ponit in uniformitate, in numero vibrationum intra quodlibet æquale tempusculum naturam.

RAMEAU magni musici, *demonstration du principe de l'harmonie*, Paris. 1750. 8.

De Olfactu.

(a) Olfactus sensum hic omisit Auctor codicis nostri. Eum ergo supplere visum est, etsi omnino pauci scriptores suum laborem ad has unice partes converterunt. Osteologi equidem omnes, dum ossa maxillæ superioris describunt, has etiam partes non potuerunt non habere recensere. Sed eos tamen inprimis citare visum est, qui peculiari cura & industria usi sunt.

CLAUDIUS GALENUS in Libro *de instrumento olfactus* & alibi, theoriam eam docet, ut aer per nares in cerebrum veniat, inque ventriculis anterioribus organum olfactus sit, mucus vero a cerebro per foramina cribrosa in nares descendat.

Eadem ORIBASIIUS repetit & reliqui medici: membranam IDEM continuam os naresque obducere & fauces, recte scribit.

J. BERENGARIUS CARPUS (in *Comm. in Mund.* p. CCCCX.) sinus frontales primus, nisi fallor describit: nihil a cerebro in nares venire per os cribrosum dudum vidit. Eisdem sinus frontales C. STEPHANUS habet p. 250. & alii.

G. a ZERBIS olfactorium nervum primus in numerum recepit.

J. SYLVIUS in *calumniarum depulsionibus* sinus sphenoides satis recte proponit.

A. VESALIUS & frontales, & sphenoides cavitates dixit (*Exam. Obs. Fallop.* p. 32.) catarrhos per os cribrosum transire negavit. Neque sinus maxillares ignoravit.

G. FALLOPIUS primus os cribrosum seorsum de integro descripsit, habitum sinuum in fetibus observavit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS in Tabula ultima f. 6. 7. ossa narium, & inter ea os palati simpliciter sed vere expressit, in Tabula XLI. vero musculos.

Cellulæ ethmoidæ, nisi fallor, inventum sunt PH. INGRASSIÆ.

CONST. VAROLIUS apertam aliquam viam a ventriculis anterioribus ad nervum olfactorium negavit.

JULIUS CASSERIUS in *pentasthesio* in Tractatu de naribus multa bona habet, musculos narium noviter pictos, ossa spongiosa omnino tria c. 16. T. 6. f. 7. ethmoidæ cellulas T. V. f. 2. &c. & varia alia, etiam ex animalibus, ut omnino hic inter primos legi mereatur.

JOH. RIOLANIUS in *Tr. isagogico* & alibi, sinus pituitarios abunde describit.

J. B. HELMONTIUS catarrhos a cerebro per os cribrosum venire pariter negavit.

De Lingua.

Duo Auctores notissimi sunt; nimirum LAURENTIUS BELLINI de gustus organo (a), Lugduni Batavorum 1711. editus, qui tamen nihil habet, si conferatur cum MALPIGHIO de Lingua (b), ubi ea pars accurate descripta habetur.

Quæ FRACASSATUS addidit, multum molis sed parum nervorum habent (c).
* Nunc

(a) Ad fabricam linguæ veteres vix quidquam contulerunt, qui ejus carnem pro simplici & uniformi habuerunt, & eum sensum per varia loca dispersam esse docuerunt, qualis adhuc proximo tempore sententia fuit NEHEMIAE GREW in *analys. plant.* qui valde curiose in experimento versatus est, & THOMÆ WHARTONI, qui linguam etiam pro musculo agnovit.

AREÆÆUS de *acur. pass. c. 7.* linguam musculum esse & nervos sapienter scripsit. THEODORASTUS de *caus. L. VI. c. 12.* cognationem saporis cum odore vidit, ibidemque c. 2. videmus, jam DEMOCRITUM saporum diversitatem per figuras particularum explicasse.

LAU. GRYLLI de *sapore dulci & amaro L. II. Prag. 1566. 4.*

FALLOPIUS crustam villosam linguæ descripsit, & villosæ ventriculi similem fecit.

J. BRAVI de *saporum & odorum differentiis*, Venet. 1592. 8.*

J. BRAVI lib. cit. collectio est ex veteribus absque experimento.

Non alibi, quam in gustu, brevior fuit CASSERIUS.

NICOLAUS STENONIS de *musc. & gland. fibras linguæ.*

LAURENTIUS BELLINUS de *gustus organo ad M. MALPIGIUM*, Bonon. 1665. 12. Leidæ 1711. &c. Papillas ex aliquot nerveis fibris coeuntibus, corpus reticulare, & epidermidis vaginas descripsit, obscurior sermone, ut solebat. Sapores nusquam, nisi in lingua percipi, neque ibi nisi in papillis, per experimenta ostendit. Salium figuras descripsit.

JOHANNES van EORNE papillas linguæ primum expositas nescio an jure tribuit W. ten RHYNE de *bite veterum duplici* p. 78. 79.

(b) MALPIGHIIUS in *Epistola de lingua ad J. A. BORELLUM*, Bonon. 1665. 12. describit papillas linguæ triplices, nervos eo tendentes, corpus reticulatum, per quod papillæ transeunt, vaginas epidermidis in quas subeunt, fibras linguæ motrices variæ directionis, glandulas ad basin linguæ & in oesophagi principio, ex ruminantibus animalibus omnia. Papillas pro sede gustus habet. Ante BELLINUM scripsisse videtur in Sicilia, cum in *Epistola de gustus organo*, quæ recentior est ea de lingua, BELLINI opus *sub prelo esse* ait p. 46. edit. Neapol. Ea vero, quam descripsit, fabrica, ut fere omnia MALPIGHII, avidissime ubique recepta & in libros translata, multis erroris occasio fuit, qui vilam in animalibus fabricam ad hominem transfulerunt, a quo longe abest.

(c) CAROLUS FRACASSATUS in *Ep. de lingua ad eundem BORELLUM* cum priori edita, papillas etiam, quo nervi perveniunt describit: deinde se in varia diffundit, de salibus, saliumque figuris. Uterque amicus scripsit fere eodem tempore, non communicatis observationibus. Cum MALPIGHII operibus in editione Leidensæ recusa est, tum in Bibliotheca MANGETTI.

H. MEIBOMIUS apud JUSTUM SCHRADER in *obs. anat. Dec. I.* foramen cæcum linguæ invenit, & circumpositas papillas descripsit. O. 3.

J. BOHN. de *gustu*, Lips. 1676. 4.

J. MAUR. HOFMAN *glossographia lingua statum naturalem & praternaturalem... exponens*, Altdorf. 1677. 4. EJ. de *gustu* 1689. 4. ib.

S. COLLINS foramen cæcum linguæ pinxit, tum papillas majores vicinas piscium, & animalium aliorum descripsit. Palatum gustare negavit.

F. REDUS *Ep. de salibus fissiis* huc legi meretur & conjungi cum BELLINO.

CL. PERRAULT pauca aliqua in *Essais T. III.* ex brutorum anatomie de papillis retentricibus habet.

OL.

OL. BORRICH in *T. II. orationum etiam de natura dulcedinis* agit.
NEHEMIAS GREW in *analys. plant.* p. 280. sapes fufius & minutius, quam alii, distinxit.

A. LAMY vulgo receptam ex animalibus linguæ descriptionem ita correxit, ut unicam membranam crassam, non reticulatam, unice pro papillis depresso describeret (*Exposition de l'ame sensitive*, p. 44.)

FREDERICUS RUYSCH linguæ papillas arcuatas, conicas & fungiformes, papillas buccales (*Thef. II. & X.*) descripsit & pinxit, easque pro veris gustus organis habuit.

DAVID ABERCROMBY in *Opusculis*, Londini 1687. 12. editis, habet *Tractatum de modo cognoscendi vires plantarum per sapes.*

G. FRANK de *gustu*, Altdorf. 1689. 4. Et in faucibus & in palato gustum exerceri credit. De papillis linguæ ex sue aliqua habet, & de papillis nerveis faucium & tonsillarum.

J. CHRISTIAN SCHAMBERG de *gustu*, Lips. 1689. Disp.

G. COWPER in *introductione linguæ involucrum* verius descripsit, molle, analogum epidermidi, tum ductus paculos exhalantes.

J. HIER. SBARAGLI in *apolog. & in vigil. ment. & ocul.* varia contra MALPIGIUM objicit, & contra papillas, quæ desint in piscibus, in avibus pauca sint, & contra salium figuras. Contra HORATIUS de FLORIANIS confirmat papillarum ad gustum necessitatem, & cum nervis nexum (p. 175.)

PARISINI Academici papillas duriores retentrices ex variis animalibus, linguæ elephantinae fibras musculosas, genas Gazellæ (Dorcadis Afr.) papillas perforatas in Cameli lingua descripserunt.

G. W. WEDEL *theoria saporum medica*, Jen. 1703. 4. Practica fere absque observationibus physicis aut physiologicis. Medicamenta percurrit ex ordine saporum, & exponit, quid dulcia, quid amara boni faciant.

J. B. MORGAGNUS foramen cæcum, & papillas majores linguæ in *primis adversariis* nitidissime depinxit. Iconem etiam ejus foraminis dedit HEISTERUS in *compendio*.

J. FAC. BAYER de *freno linguæ*, Altdorf. 1706. 4.

J. H. HEUCHER de *organo gustus*, VVittemb. 1710. Disp.

J. REINH. KUSTNER de *lingua sana & agra*, Altdorf. 1716. 4. Papillarum linguæ creationem in gustatione observavit.

ANTONIUS van LEEUWENHOECK plurima ad linguæ fabricam ex animalibus attulit. Huc ergo de lingua alba febrili. *Phil. Transf.* n. 312. 318. de lingua iterum n. 315. Ibi papillas porcinae linguæ describit.

ANTONIUS BIRRIUS in *specimine* pro loco an. 1732. aliqua ad linguæ fabricam monuit.

CL. TREWIUS vasa linguæ, & foramen cæcum, & alias partes dixit in epistola, quam ad me dedit anno 1734.

B. S. ALBINUS fibras vulgo receptas linguæ demonstrari non posse monuit (*de deglutit.* p. 38.), fabricam veriore linguæ, repudiato corpore reticulari perforato docuit, qualem vide descripsit apud D. CORNELIISSEN van EBO de *fabrica & usu linguæ*, Leid. 1742. & apud J. van REVENHORST de *fabrica & usu linguæ*, Leid. 1739. 4. ubi epidermis & cutis linguæ, & papillarum varia genera, simplicium & compositarum, describuntur.

A. F. WALTHER in *Libro de lingua* aliqua ad papillas & folliculos simplices adjecit.

G. W. MUYL in *Libro de muscoli fabrica* carnem linguæ descripsit, systema membranarum diversum esse monuit, & credidit a numero musculorum posse eximi.

A. KAAU observationes ad exhalantia vasa buccarum & linguæ attulit (*de perspir.* p. 113.)

CL. NIC. LE CAT docuit gustum in oesophago & ipso ventriculo etiam habitare, & famem eo pertinere, papillas in lingua reperiri fungiformes, lenticulatas, pyramidales, analogiam cum olfactu repetiit.

CL. LIEUTAUD papillas etiam linguæ, & pro ipsis perforatum corpus reticulare dixit.

CL. NOLLET, & VERDIER sapes in palato percipi repetierunt, & iste papillas ejus varias descripsit.

In *Phil. Transf.* n. 464. exemplum exstat hominis, qui absque lingua gustabat & loquebatur. Simile exemplum exstat in *Mémoires de l'Académie Royale des Sciences* 1718. & in *E. N. C. Dec. I. ann. III.*

In

In *posthumo opere CASSEBOHMII* fufe describitur lingua vitulina, deinde humana.

Nondum prodierunt tabulae *posthumæ SANCTORII*, in quibus lingua humana depicta habebatur cum suis papillis. Laudatæ sunt ab *EUSEBIO SGUARJO* in *pref. ad editionem operum LANCIISII*.

CAR. FRID. WALTHER de *gustu & saporibus*, Hall. 1743. 4.

ANDREAS CREUZBERGER Norimbergæ de *gustu & reliquis saporibus analogis*, cum septem coloribus, cogitata & similes de sonis hypotheses nuper edidit 4.

BALTH. J. de *BUCHWALD* de *lingua humana*, Hafn. 1749. 4.

THEOD. ERN. JOS. MOERS de *organo gustus*, Heidelberg. 1750. 4.

Ad sensum tactus necesse est scriptorum historiam adjicere. Veteres & hanc partem anatomes vix adtigerunt. *HIPPOCRATES* luculenter equidem excretionem ex vena calida notam habuit *Epidem.* L. VII. S. VI. *περί τροφῆς* Sect. IV. (& vide loca *HIPPOCRATICA* apud *AB. KAAU* de *perspiratione* p. 403. seq. Neque perspiratio ignorata fuit *ARISTOTELI*, qui cutem arteria, & vena, & nervo dixit constare, & ab hoc perspirationem esse de *spiritu* c. 5. neque *GALENO*, cujus adeo frequens mentio fuit perspirationis (de *usu puls.* c. V. &c.), ut ejus loca a *SANCTORIO* passim excipita fuisse, monuerit *T. SECKER*, sed neque *CÆLIO* ignorata fuit, qui *ἀδύλον διαφύσιν* occultam reddidit *dissectionem Acutor.* L. II. c. 32. neque *NEMESIO* c. 23. 24. neque aliis veterum.

THEOPHRASTUS Chamæleontis prænomina descripsit, & quod mirum, eandem fere, quam *VALISNERIUS* rationem proposuit, spiritum nempe eas mutationes facere, nam pulmonem amplissimum esse, & per totum corpus extendi, ut appareat inflando (de *animalibus qua colorem mutant*).

Ad inhalationem cutis experimentum proposuit *CASSIUS* Jatrofophista, n. 5.

N. MASSA tribuit sibi inventum panniculum carnosum *Isagog. anat.* c. 3. Verum ante ipsum *C. STEPHANI* tempore & notus fuit, & ab eo Auctore refutatus L. III. 14.

Bulbos pilorum *SALOMON ALBERTI* dixit *quæst. medic.* p. 42. *EJUSDEM* de *sudore cruento*, &c. *Disp.* 1582. 4.

EMANUELIS NONNI Liber de *tactu & tactus organo*, Ulyssipone 1597. 8. (*MERCL.*) *

JUL. CASSERIUS in *pentasthesio* potius musculos manus depictos dedit, quam verum tactus organum.

J. JESSENIUS de *JESSEN* de *cute & cutaneis affectibus*, VVittemb. 1601. *Disp.* *

MARCI ANTONII ULMI *Physiologia barba humana*, Bonon. 1603. fol. Fulissima & inutillissima eruditio.

CHRIST. BECKMAN de *barbigenia hominis mere maris*, Jen. 1608. 4. *

BARICELLI de *hydranosa natura*, sive *sudore humani corporis*, Neap. 1614. 4. *

SANCTORII SANCTORII *medicina statica*, Venet. 1614. 12. (1612. *CAT. ENDTER.*) & infinitis aliis locis. *LISTERI* editio Londinensis 1716. 14. nitida est. Aliam *BAGLIUS* Italice eddidit, & addidit canones de *medicina solidorum*. Romæ 1704. 12., aliam adjectis notis & similis argumenti Libellis *DODARTII* & *KEILII* auctam *P. NOGUEZ*, Paris. 1725. 12. Germanice translatus est a *D. JOH. TIMMIO*, Bremæ 1736. 8. Cum *LISTERI* & *BAGLIUS* comm. prodiit, Patavii 1713. 12. Opus ipsum aphoristicum est, conclusionibus ab eorum similitudine in universales definitiones contractis, absque ullo catalogo experimentorum, aut modi indicatione, quo hæc experimenta, sæpe valde difficilia, facta sint. Non dixerim, *CUSANUM* Cardinalem exscriptum esse a *SANCTORIO* (ut ejus viri inimici ipsi exprobraverunt. Vide in *I. Fen. fin. Avicenn.* p.) 81. aut *HIERONYMUM THEBALDUM*, quæ *OBICII* fuit calumnia. Id autem negari nequit, multa videri ad veterum, & *GALENI*, placita ficta esse, multa etiam aut omnino non admitti posse, aut ad aliquam idiosyncrasiam pertinere, ut magna illa perspirationis ad urinam ratio est, & nocturnæ perspirationis copia.

SANCTORII SANCTORII liber recusus est Venet. 1634. 12. Gallicam hujus libri editionem dedit etiam le *BRETON*, Paris 1722. 8. Exstat etiam editio cum *staticomastige OBICII* & *SANCTORII responsione*, Leid. 1642. 8. 1713. 8. Italice *SANCTORIUS* versus est a *FRANCISCO RENJER CHIARI*, Venet. 1743. Anglice excusus est cum animadversionibus, Lond. 1723. 8. Cum *BAGLIUS* & *LISTERI* comm. prodiit primum Patavii 1710. deinde anno, quo diximus.

RIP-

HIPPOLYTI OBICII staticomastix: cujus editionem Lipsientem pro prima citari video a *LINDENIO* 1614. 12. * aliam cum *SANCTORII* statica junctam, Lipsiæ 1670. 12. & alias prodiisse novi. Objectiones varias absque experimentis protulit. Paucis paginis respondit in editionibus posterioribus opusculi *SANCTORIUS*.

HIPPOL. OBICII liber cum *SANCTORII statica* primum Leid. 1642. 8. prodiit, deinde Lipsiæ.

HIERONYMI SENIS (nempe *FABRICII* ab *AQUAPENDENTE*) de *integumentis corporis*, Patav. 1618. 4. Regiomonti 1672. (nam nullus fuit unquam *HIERONYMUS SENIS*, cui tribuit hunc Librum *LINDENIUS*.) Musculum cutaneum erinacei, cornæ oculi epidermidem, duas laminas epidermidis vidit.

JOH. TARDINI de *pilis disquis.* Turoni 1619. 8. In quæstionibus subtilibus absque proprio experimento occupatur.

JAC. HEYST *diasepsis de pilis eorumque natura*, Amstel. 1646. 12. *

DAN. MYLLER *theoria trium sensuum exteriorum olfactus, gustus & tactus specialis*, Lipsi. 1639. 4. (*B. RIV.*)

JOH. FABER ad *HERNANDEZ* habet etiam Chamæleontis phenomena p. 723.

N. vero de *PEIRESC* suas de chamæleonte observationes in vita sua proposuit: tum in *Jatrologismis* *D. PANAROLUS*, & in *musæo NEHEMIAS GREW* p. 70. qui causam ad tuberculorum mutationem retulit, & in itinere suo *STONIUS*. T. L. & *GEORGIUS WHEELER* III. p. 260. & le *BRUYN* in itinere priori p. 162. ed. Belg. & *BANJERES* in Tractatu in *physicis* citato de *luce & coloribus*, qui cutem sudantis animalculi pro speculo habet.

J. RIOLANUS in *novis opusculis* etiam de *unguibus & pilis* Tractatum habet, Parisiis 1652. 12.

N. STENONIS panniculum carnosum ex numero integumentorum corporis humani rejicit (*myolog. specim.*) Idem ibidem glandulas cutaneas piscium descripsit. Cuti insertos tendines ejusque involucri inde partem enatam observavit. In Libro de *solido intra solidum testarum*, quod tegumenti genus est, formationem descripsit. In A. H. II. 224. vim torpedinis in musculis poni, qui se contraherent, pridem vidit.

R. HOOK in *micrographia* cutem ex filis fieri pro certa re scripsit, pilorum subtiliorem dedit anatomem, tum *POWERUS* in *obl.* 50.

ROBERTUS BOYLE in *tentamine porologico* de pilis aliquas observationes habet, internam perspirationem viscerum splenis, jecoris, renum, &c. perspicax prævidit. Experimenta inhalationis & in eo Libro & in altero protulit de *mira subtilitate effluviarum*.

J. van *HORNE* de glandulis cutaneis dixit inter primos in *Epist.* *BARTHOLINI* 97. *Cent.* III. tum de sebaceis *CAROLUS DRELINCOURT* apud *PECHLINUM* de *purgantibus* p. 472.

JAC. BURLINUS de *feminis ex suppressione mensium barbatis*, Altdorf. 1664. *Disp.*

MARCELLUS MALPIGHIIUS epistolam de *externo tactus organo* scripsit an. 1664. & edidit Neapoli 1665. 12. In ea inventas in lingua papillas atque reticulare corpus etiam in reliquo corpore persecutus est, & in Galli Indici pede, unguis suillis, alibique invenit. Sedem nigredinis in eo ipso corpore posuit, quod *reticulare* vocavit. Glandulas sudoriferas descripsit. *IDEM* in *posthumis* de pilorum & unguium fabrica fufe egit, tum de glandulis sebaceis faciei humanæ, mucosis piscium. Papillas cutaneas labiorum, & glandis penis in *Glire* vidit.

In *Philosophicis Transactionibus*.

Inhalationis per cutem experimentum in *Jamaica*, n. 27.

GODDARD experimenta in *Chamæleonte*, n. 137.

A. van *LEEUWENHOEK* de fabrica pilorum, in *Lectures & collect.* *HOOKII* 1678. editis. *EJUSDEM* de *iisdem pilis*, n. 140. De pilis per urinam redditis, n. 323. De pilis *Acari*, n. 333. *IDEM* de sudoris particulis, n. 106. *IDEM* de squamis cuticulæ, puero squamoso, squamis in ore n. 159. 160. *IDEM* de cute *Elephantis* n. 335. *Balænæ*, n. 334. *palati bubuli*, n. 320. de callo manuum pedumque, n. 373. In epistolis etiam physiologicis de unguibus egit p. 416. & de pinguedine exhalante per cutim, de pilis, &c. Ejus squamas epidermidis negavit se reperire posse *HARTSOEKER* in *Extrait critique* p. 6.

M. MALPIGHII descriptio cornu quod ex latere Bovis prodierat, n. 160.

G. ENT. de Testudinis pondere hyberno & verno, & adeo de ejus perspiratione, n. 194.

N. GREW. rugæ cuticulæ spirales & sudoris pori, n. 199.

Dddd

Puer

- Puer cornubus undique ex cute efflorescens, n. 230.
 Nigrita maculis albis, n. 235.
 Puella miro candore, solem ægre ferens, n. 307. Hæc est ea gens hominum, de qua CL. de MAUPERTUIS nuper scripsit.
 BLAIR & ALLEN de cute & pilis Elephantii, n. 326.
 A. VATER de puero squamoso n. 440. & MACHIN, n. 421.
 CL. LINING n. 470. 475. & 487. pulcherrimas tabulas dedit experimentorum circa perspirationem institutorum. Ex iis constitit, æqualem esse urinæ aut paulo majorem portionem, & perspirationem sequi caloris gradum, ut hyeme infra urinam sit, æstate superet, &c.
 MITCHELL de colore Æthiopum dissertatio n. 474. Causam quærit in crassitie majori cutis. Corpus reticulare negat succum concretum esse. Epidermidem in nigritis etiam crassiorem esse ait, & in duas laminas separabilem.
 Plica polonica in vetula Angla absque sordium suspicione, n. 483. & longissimæ plicæ, n. 417. 426.
 T. BARTHOLINUS de luce hominum & brutorum, Hafn. 1669. 8. Erudita collectio nata occasione lucis visæ in carnibus integris macelli. Plurima olim hujusmodi exempla fuerunt, ut JULUM omittam. Carmelitam monachum, qui retrorsum se pectendo ignem excuteret CARDANUS habet de rerum varietate p. 320. mulierem BARTHOLINUS Cent. III. hist. 70. virum PLOT Staffordshire p. 116. HEUCHER p. 1083. in oper. Carnes vero lucidas PLOT Staffordshire p. 265. du HAMEL p. 156. BOTTONI in pyrotophia. Idem BARTHOLINUS de usu integumentorum partium corporis humani Diss. dedit, Hafniæ 1654. Franc. 1656. 4. * Respondente SEGERO.
 J. PANCR. BRUNO de sudore sanguineo, Altdorf. 1669. 4.
 J. BOHN de tactu, Lips. 1677. 4.
 F. GLISSON in Libro de ventriculo & intestinis tegumentorum communium fabricam, pilos quos in homine a natura inesse vidit, panniculi carnosii absentiam dixit.
 J. LUDOV. HANNEMANNI scrutinium curiosum nigredinis Æthiopum, Kilon. 1677. 4. Compilatio.
 JOH. NICOLAUS PECHLIN de habitu & colore Æthiopum, Kilon. 1677. 8. In reticulo subcutaneo unice sedere atroxem vidit, bilem eo aliquid facere ante recentiores sensit, solis efficaciam negavit, poros sudoriferos & succiferos in Æthiopibus detexit. Chamæleontis phænomena adjecit. De nigredine Æthiopum vide etiam T. BROWNE error popul. L. VI. c. XI. XII.
 PARISIINI in prioribus monumentis multa ad historiam integumentorum corporis attulerunt. Pitcem Torpedinum in effectu similem ex Anguillarum genere describunt, etiam PETRO BARRERE dictum hist. naturelle de la France Equinoxiale, & ILLUSTRIS de la CONDAMINE in itinere suo. Tum Elephantii cutem, & in Struthione reticulum papillaque, & Pelicani cutem, & unguem Leonis Urfsique accurate delineaverunt.
 De glandulis subcutaneis etiam observationes habet PEYERUS, & HARDERUS, in exercitationibus, & BOHNIUS.
 F. P. BRUNO de transpiratione insensibili, Altdorf. 1680. 4. de sudore, 1669. 4.
 J. P. BRUNO etiam est de fuliginibus humanis, Altd. 1698. 4.
 J. DUVERNEY passim de cute dixit, & de papillis apud BLEGNY in Zodiac. T. III. In JOURN. DES SAVANS 1689. describit fabricam cornuum ex papillis natorum, & unguium qui cornubus valde adfines sunt, & cutem, reticulare corpus & papillas quadrupartitas Elephantii exponit.
 Q. TACHENII experimenta de sudoris analysi huc refer ex Hippocrate Chémico C. XII.
 A. E. RIPINI observationes circa poros in cute piscium vid. A. E. 1687.
 CL. PERRAULT multis locis hanc historiam attigit. In Essays T. III. fabricam unguium, cornuum, pilos, aculeos Hystricis, transpirationis naturam aqueam proponit, papillas negat, exemplo tactus, qui in partibus corporis internis exercetur, & cutis Elephantii, quæ sit absque papillis.
 J. STEPHANI LORENZINI osservazione intorno alle Torpedini. Florent. 1678. 4. Lond. 1705. 4. A musculis etiam ex vesicis compositis effectum interpretatur. Exstat etiam in E. N. C. Dec. I. Ann. IX. F. REDUS in esper. natur. p. 26. 27. torpedinis anatomem habet.
 J. J.

- J. J. WALDSCHMIDT de colore Æthiopum, Marburg. 1683. Disp. EJUSDEM specimen de sensibus, Marburg. 1684. 4.
 S. COLLINS squamas piscium, glandulasque eorum cutaneas dixit.
 GRIENDL ab AICHA in micrographia pilos describit.
 G. BIDLOO in magno opere proprios ductus aquosos inter cutem & cuticulam descripsit, & depinxit, quos nemo recepit, & refutavit COWPERUS, pilorum etiam paradoxas icones dedit.
 J. M. HOFMAN de cuticula & cute, Altdorf. 1685. Disp.
 Cum JAC. SYLVII novissima idea de febribus prodiit dissertatio de insensibilitranspiratione mechanice probata, Dublin. 1686. 8. *
 GUILIELMUS COWPER in opere BIDLOVIANO ad T. IV. epidermidem ex multis laminis compositam descripsit, & pilorum medullam, & ungues, & cutaneas glandulas. Pilos IDEM a morte crescere affirmavit, quod vulgo negant recentiores, experimento vero fuffit PURMANNUS Lorberkranz p. 228. Habet etiam glandulas sebaceas penis.
 CONR. PHIL. LIMMER de cute simulque insensibili transpiratione, sudoribus, pilis & organo tactus, Servest. 1691. 4. *
 EDMOND TYSON glandulas penis, & glandulas axillares internas peculiare in pygmaeo invenit p. 25.
 PIERRE CHIRAC Extrait d'une Lettre sur le sujet des cheveux, Monspel. 1688. 12. cum operibus posthumis nuper recusa a D. BRETHIER. Fibras tendineas cutis pilum facere, medullam inesse ex glandulosa membrana sanguine ebria continuatam, quæ intus radice bulbosæ pili insit, & alia invenit. Ungues a tendinibus deducit.
 PLACIDUS SORACI in Disp. an pili partes corporis viventes, Paris. 1703. 4. & in Collecta Disp. vol. IV. describit bulbos pilorum glutine plenos, quod continetur in pili cavam, &c. Acriter de eo invento, etiam coram judice, depugnavit cum PETRO CHIRAC PLACIDUS, & VIEUSSENIUS in réponse à trois Lettres de M. Chirac, Monspel. 1698. 8. fufe testimonia adfert plagii, cujus CHIRACUS reum facit.
 HEIDENRYCK OVERCAMP nader verklaring over de ontdeckte doornvaaseming, Amsteldami 1694. 4. five commentarius in SANCTORIUM Cartesianus.
 GUILIELMI COLE disquisitio de perspirationis insensibilis materie & peragenda ratione, Lond. 1702. 8. cum consilio de epilepsia. Perspirabilem materiam a sudore diversam esse, & fieri ex halitu sanguinis, ab aliqua inprimis parte succi nutritii, & a partibus solidis corporis humani docet. Explicat etiam, quomodo sudor & diarrhoea perspirationis defectum suppleant. Per theorias omnia.
 M. E. RITTMULLER de tactu sensuum externorum moderatore, Lips. 1695. 4.
 CHRISTIANI VATER de transpiratione insensibili C. H. VVittemb. 1695. Disp.
 G. FRANK onychologia, Jen. 1696. 4. Non absque experimento. Et ejusdem de unguibus monstris & cornuum productione in puella cornigera Lalandica, Hafn. 1716. 4. *
 J. A. SLEVOGT de sudoribus, Jen. 1697. 4.
 CONTULI de podagra, Romæ 1699. 4. & in Act. Erud. dat iconem imaginariam cutis cum glandulis, vase excretorio, valvula.
 FRID. WILH. CRAUSE de capillis, Jen. 1700. Disp.
 In Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences.
 An. 1700. & 1707. An aer ex cute exhalet, contra HOMBURGIUM.
 1703. LITTE de fabrica cutis, nigredine Æthiopum, glandulis cutaneis, &c. DUVERNEY de iisdem ibid.
 1714. REAUMUR de Torpedine. Musculos etiam advocat, quos LORENZINUS.
 1716. REAUMUR de squamis piscium. De iisdem PETIT in anatome Cyprini 1733.
 1719. ROUHAULT de unguibus monstris.
 1724. De Nigritis & Mulattis.
 1727. MAUPERTUIS lac acerrimum sub cute Salamandræ vidit.
 SARAZIN de aculeis Hystricis cellulosas hominis icæi perreptantibus.
 1728. & 1731. Pili accidentales ex materie moschata facti, & a morte nati.
 1740. Defectus epidermidis in una parte linguæ.
 1734. & 1744. Nigrita albus iride rosea, idem de quo D. de MAUPERTUIS.
 Dddd 2

L. BELLINI in posthumo *discurso* II. exemplo maculae in adtacto metallo foriferæ perspirationem demonstrat, manumque fumantem in loco obscuro una candela illustrato, adducit.

J. H. SBARAGLI contra papillas scripsit in suis *mentis & oculorum vigiliis*.

J. B. MORGAGNI glandulas sebaceas fere per totum corpus descripsit in *Adv.* I. IV. V. *epist.* III. De cute etiam Nigritarum sua experimenta protulit, & cutem etiam aliquantum vidit infici. De epidermide etiam egit *Adv.* II. De pilorum ortu in cellulosa & ex glandulis sebaceis vide *Adv.* IV.

J. GOD. BERGER de perspiratione, spirituofam & pulmonalem junxit cutaneæ.

JOH. FANTONUS de more utilia monita adpersit, pilos, glandulas sebaceas varias descripsit, sudorem ex glandulis parari negavit. Vascula epidermidis repleta ex thesauris BLANCHIANIS citavit, in *novis dissertationibus*.

G. BAGLIVIVS musculus cutaneum hystricis descripsit in Libro de fibra motrice.

M. LISTER de humoribus. de sudore & perspiratione egit, illum morbosum esse scripsit, de glandulis subcutaneis egit, perspirationem nimiam a SANCTORIO describi, edoctus a CRESSENEDIO monuit (de cochleis). IDEM commentarium in Sanctorium edidit, quem superius citavi.

CL. WAINWRIGHT in *Diff. of barbing* noxas nimiae transpirationis consideravit. Prodiit cum ejus dietetico Libro, quem alibi laudabo.

ANTONI VALISNERI de Chamaleonte opusculum in classe physica laudatum est. Cutis tubercula, sulcos, siphones aeris eo ex pulmone pertinentes, colorum veras in Italia mutationes describit, & conjecturam habet colorum varietatem imprimis ab effuso in sulcos cutis aere esse.

J. D. SANCTORINI ad Nigritarum etiam atrorem experimenta protulit. Bilem ad eum colorem conferre conjecturam habet.

H. BOERHAAVE ad fabricam pilorum in orat. de cerro in *physicis*.

J. KEIL in *statica Britannica* propria sua, non tamen longissimo tempore capta experimenta protulit, urinæ plus, perspirationis minus invenit, quam SANCTORIUS, & nocturnam minorem diurna, & in universum variabilem, ut insigniter mutari posset & minui monuit, absque evidente malo. Inspirationem etiam, quæ nocturno & pluvio tempore fit, experimento confirmavit.

JOH. QUINCY ad SANCTORIUM commentatus est, cujus libri quarta editio penes me est, edita Londini. an. 1728. 8. Titulus est *Medicina statica*. Plus habet ratiociniorum quam veri experimenti. A balneo factam enormem quadraginta librarum perspirationem memorat. Sudorem plus, quam perspiratio, auferre fatetur; pro ejus materie habet, id quod fibræ animalem irrorat & humectat, & spirituum partem perspirari credit; magnam vim, quæ perspiratio contra aquæ pondus exit, ad calculum revocat. *Introductio* aliqua universalis habet de mechanicis corporum qualitatibus.

PAULI GOTTFRIED SPERLING de sudore, VVittemb. 1706. 4.

GEORG. FRID. FRANCI meditationes de sudore, Hafniæ 1707. 4. B. RIV. *

ERN. HENR. WEDEL de perspiratione insensibili, Jen. 1708. Disp.

Ad sudoris analysin aliqua attulit PETIT *Epist.* II.

HERMANNUS BOERHAAVE poros subcutaneos & varia sebi genera in *Ep. de fabrica glandularum* plurimum illustravit.

PAULI DONS *Diff. physiologica de transpiratione animalium*, Hafn. 1713. 4. B. RIV. *

WILHELMUS DERHAM pilos animalium ad microscopium descripsit in *physico-theology*, eorumque medullam.

JOH. FLOYER de *asthmate* etiam experimenta fecit ad transpirationem, & sensibiles excretiones sextuplo majores invenit insensibili, neque perspirationem ante insultum morbi minui, ut edixerat SANCTORIUS.

M. v. ROSSFN Disp. de *functione cutis*, Leidæ 1719.

FREDERICUS RUTSCH infinita ad cutis historiam attulit, vasa per repletionem inventa, papillas varias, Epidermidis vasa, quæ GARENGEOTUS, BLAIR, S. ANDRE, BLANCHI, MIEG in *specim. Anat. Botan.* Basil. n. 25. & alii se replevisse credebant, etiam pretio constituto expugnavit. Epithelii & epidermidis in os & intestina descensum descripsit, ex papillis oriri credidit. Glandulas cutaneas negavit, cryptas esse dixit, oleum per poros exhalare de cellulosa docuit.

G. C.

G. C. SHELHAMMER in *physiologia* meminit etiam chirothecarum epidermidis a se præparatarum, quales elegantes RUTSCHIVS & D. de la PEYRONIE detraxerunt. SANCTORII merita elevavit, & experimenta, neque satis certa, neque tanti momenti esse pronunciauit, ut vulgo quidem habentur.

BENED. STÆHELIN in *rentamine Anat. Botanico*, Basil. 1721. 4. profert experimentum pro glandulis subcutaneis.

THOMÆ SECKER de *medicina statica*, Leidæ 1721. 4. *Diff.* & in vol. *nostr. coll.* III. Audaci instituto SANCTORIUM impugnare adgressus est. In multis GALENUM excubere dixit & imitari, & ex theoria aphorismos facere: eandem esse perspirationis materiem cum ea sudoris, inspirationem male negligi, aphorismos aliquos sibi contradicere, &c. KEILIVM perinde inconstantiæ arguit.

CROMWELL MORTIMER de *ingressu humorum in corpus humanum*, Leidæ 1724. 4.

HIERON. LUDOLF de sudore, Erfurt. 1724. 4.

JOH. DE GORTER de perspiratione insensibili Sanctoriana, Leidæ 1725. 4. & 1736. 4. In priori opere commentatur fere in SANCTORIUM, adjectis KEILII observationibus, & de motu musculari etiam, urina, &c. fuse agit, & ex Physiologia BOERHAAVIANA phænomena explicat. In altero multa auctius habet. In somno minus transpirari, reliquis æqualibus, recte monet, & in hyeme, si cum æstate comparaveris. In Libro de *stri* etiam aliqua huc pertinent, ubi de *venis imbalantibus* agit, IDEM in Chirurgia sua papillas molles rejicit, veraque tenuia tubercula conica ab iis diversa describit.

Statica medicina Gallica DODARTI (& Britannica KEILII) a P. P. NOGUEZ cum staticis SANCTORII aphorismis edita est, Paris. 1725. 8. Experimenta DODARTI in unico homine capta, pauca, quorum initium factum erat 1668. continuata per 33. annos, multa tamen utilia habent. Excrementa visibilia per senium minui, demonstrant, & urinæ copiam majorem & perspirationis minorem esse, quam fecerat SANCTORIUS; sordes etiam cutis ad calculum revocavit.

CAROLI FRANCISCI COGROSSI *saggi della medicina Italiana*, &c. Padova 1727. 4. Vitam habet SANCTORII, ejusque inventa celebrat, æolipilam ad morbos, pulsilogium anemometeron, stateram hydrostaticam, lectum pensilem, acum triquetram, aliaque,

SACRELAIRE de *corpore humani integumentis*, Leidæ 1727. 4.

STEPHANUS HALES perspirationem humanam cum exhalatione plantarum comparavit.

Inter J. LANZONI *Dissertationes prima de capillis* est.

J. R. C. GARENGEOT de epidermide Nigritarum aliqua experimenta attulit.

J. A. WEDEL de *transpiratione insensibili & sudore*, Jen. 1728. Disp.

JOHAN. AMMAN de *venis in corpore humano bibulis*, Leidæ 1729. 4.

J. FRID. HERELIUS de *primario usu pororum in corpore humano*, Altdorf. 1732. Disp.

CL. PASSAVANT de *insensibili transpiratione Sanctoriana*, Basil. 1733. 4. Inhalationem merito considerat.

C. J. TREW in *Commercio litterario* 1731. de Æthiopis integumentis communibus aliqua habet. In *Comm. Lit.* 1739. analysin sudoris exstat.

CHR. WOLF in *nützliche versuche* T. III. de pilorum fabrica agit.

JOSEPHUS POZZI in *Commercio Epistolico* de pilis & unguibus experimenta habet, quos ex tendinibus deducit.

CL. ARBUTHNOT perspirationem esse exhalationis excessum super inhalationem recte monuit *on air*.

J. H. SCHULZE de sudore, Hall. 1733. 4.

P. HAGUENOT de *transpiratione insensibili*, Monspel. 1733. 8.

A. VATER de *cuticula pueri Londinensis* Progr. VVittemb. 1735. 4.

ALEXANDER MONRO in *Edimburgensium* T. III. describit cuticulam internam in ventriculo & intestinis, &c.

A course of statical experiments and observations made by a curious person in a revelation, Dublin. 1734. 8. Nomen auctoris est RYE, qui experimenta sua in epistola ad D. ROGERS tradidit. Perspirationem lotio majorem invenit, & faeces 6. fere unciarum, quæ cum SANCTORIO satis consentiunt. De ciborum perspirabili indole aut inperspirabili multa expertus est. Cibus & potus ipsi hyeme 4½. l. fuit, æstate ad 7. l. fuerunt.

In

- In *J. DAN. GEYER* *reifestunden* dissertatio habetur de nigritis, quorum primum *CARNUM* facit.
- J. HENR. SCHAAF* de organo tactus, Duisburg. 1734. 4. Papillas compositas vasculosas, unguis, epidermidem, ex *ALBINI* experimentis describit.
- BARTH. MURRY* *estne transpiratio hyeme perfectior*, Paris. 1736. 4. Adfirmat.
- CLAUDE* de la *VIGNE* de *FRECHEVILLE*. Ergo perspirationi & sudori cetera excretiones vicaria, Paris. 1737. 4.
- BERNARD SIEGRID ALBINI* de colore *Æthiopum*, Amstel. 1738. 4. Egregio labore reticulum, ut vocatur, mucosum in cute & unguibus, papillas cutaneas & alia exponit.
- A. ZAUNSLIFFER* *historia pilorum in homine*, Leidæ 1738. Disp.
- C. A. a BERGEN* de perspiratione viscerum, Francof. Viadr. 1738. 1739.
- ABRAHAM KAAU* integro Libro de perspiratione *Hippocratica* egit, Leidæ 1738. 8. quæ plurima equidem alia, sed etiam huc pertinentia egregia experimenta habentur, ad exhalationem internam & externam, ad inhalationem utramque, ad fabricam cutis, glandulas, papillas, pilos, unguis, sudorem, adipis percolationem, epidermidem viscerum.
- CHRISTIAN GOTTL. LUDWIG* de cuticula, Lips. 1739. 4.
- JAC. NIC. van GENT* de organo tactus. Disp. Groning. 1739.
- MELGHOR VASSENS* de sudore & insensibili transpiratione, Leidæ 1739. 4.
- C. de COURCELLES* papillas nerveas pinxit in Libro de musculis capitis, in apice perforatas, inter eas pulpam, & arteriolas nervulosque papillarum.
- CHRISTIAN BERNHART* von *SANDEN* de cutis exterioris morbis, Hall. 1740. 4. fuffissima Disputatio, quæ ab ovo incipiat. Negat venas resorbentes.
- BRANDAN MEIBOM* de pilis eorumque morbis. Helmstad. 1740.
- JAC. van LINDER* de integumentis hominis communibus, Traject. 1740.
- In *Diario Triulvino* anno 1737. Jun. & August. de causa nigroris *Æthiopum* agitur, & ea ex ola ambustione explicatur.
- CL. NIC. LE CAT* tactus sensum brevius attingit.
- J. F. CARTHEUSER* de necessitate transpirationis cutaneæ, Francof. ad Viadr. 1742. & ejusd. de habitus cutanei subita inflatione, ibid. 1747. 4.
- W. CHESELDEN* papillas cutaneas negavit, de epidermidis fabrica egit.
- P. BARRERE* sur la cause physique de la couleur des Negres, Paris. 1741. 12. Nigredinem *Æthiopum* a bile fieri, cutemque eorum perpetuo colore nigro sudare, &c. Contra eum virum in *JOURN. DES SAVANS* 1742. Maj. objicitur, non a bile atrorem esse posse, quæ flava sit non atra, &c.
- CL. HEISTERUS* glandulas cutaneas rejecit.
- KANDENESSE & DES MOLES* in *Thes.* Paris. 1742. ergo a globulosa sanguinis ad cutem applicati parte *Æthiopum* color.
- CL. LIEUTAUD* in *essais anatomiques* bulbos pilorum & in cute radicari & sub ea, corpus reticulare non ubique reperiri, neque idem esse cum corpore mucoso *Æthiopum* glandulas in cute nullas reperiri & alia utiliter monet.
- H. THEODOR. BARON* in propria thesi 1742. Parisiis defensa cum titulo. Ergo humor transpirationis non excrementitius, humorem perspirantem non esse excrementitium ostendit, sed exhalare sub cuticula, & maxima parte per venas iterum resorberi.
- DE RIET* de organo tactus, Leidæ 1743. 4. Vasa papillarum dixit.
- M. R. Med.* a Lyon *dissertation sur l'origine des Negres* 1744. 12. *
- Diff. sur un Nègre blanc 1744. & 1746. 12. &c. Auctor anonymus, quem pro *ILL.* de *MAUPERTUIS* vulgo habent, describit Nigritam album, lucem ægre tolerantem, novum genus hominum, quod pro varietate Europæ speciei habet. Tales lacteos *Æthiopes* heliophobos dudum *WAFERUS* in itinere ad *Isthmum* aliique viderant.
- PET. ARCELIN*, Ergo dantur vasa absorbentia, in *thesi*, Paris. 1745.
- CHRISTOPH. JACOB. HINTZE*. *Examen anatomicum papillarum*, Leidæ 1747. 4. Bona & *Albini* & sua experimenta attulit.
- NATHAN AELJOH. B. CHESNEAU* an a facili perspiratione functionum libertas, Paris. 1747. 4.
- BRYAN ROBINSON* of the food and discharges of human body, Lond. 1748. 8. Egregio labore comparat inprimis experimenta sua, & *LININGH.*, & *KEILL*, & *DRYE*, inde utiles un-

niversales conclusiones & tabulas format, alternationem perspirationis cum urina & diarrhœa demonstrat, & proportionem inconstantem urinæ ad perspirabile ciborum ad excretionem ostendit, & diurnam majorem esse nocturna, æstivam hyberna, & alia huc pertinentia breviter & solide definit, multo certe præstantior *SANCTORIO*.

CHRISTIAN GOTTL. LUDWIG de unguibus, Lips. progr. 1748. Periosteum, papillas, & tendines radici unguis adhærere, & unguem a nervis fieri vasisque adunatis, neque ab epidermide proficisci docet. *EJUSDEM* de humore cutem inundante, Lips. 1748. Disput. Pilos omnes ex cellulosa oriri, eorum foramina sequi transfudans unguem, bulbo vaginam semiunguinosam circumponi, quæ id unguem fecernat. Glandulas cutaneas non admittit, nisi ubi pili sunt. Cutem etiam ejusdemque internum stratum cellulofum describit.

JOB. BASTER in *E. N. C.* vol. VIII. in pilorum sedem inquiri, eorumque alios in cute, in cellulosa alios sedere adfirmat.

CL. VIR. A. BAECK in *Stockholm handlingar* 1748. p. I. agit de cute Nigritarum, cutem albam esse, reticulum in aqua calente solvi docet.

J. H. KNIPHOF & KUCKIUS de transpiratione insensibili, Erfurt. 1748. 4.

G. AUG. LANGGUTH de pilo parte corporis humani non ignobili, VVittemb. 1749. 4.

CL. de BUFFON in Tom. III. operis sui de tactu agit, ut primario sensu, cujus reliquæ omnes unice species sint, & cujus ope nos veram inprimis cognitionem corporum percipiamus. In alia vero dissertatione de variis coloribus hominum, alborum & atrorum historie inquiri, omnes ab uno primo parente derivat, & atrorem solis ardori tribuit.

J. PHIL. LAUR. WITHOFF de pilo humano, Duisburg. 1750. 4.

Utcunque huc pertinent scriptores electrici, qui vel halonem pro perspirabili igneum viderunt, raro & felici spectaculo, vel alioquin perspirationem ope machinæ electricæ auxerunt, ut *CL. VIRI G. M. BOSE*, *KRAZENSTEINIUS* (qui perspirationem ad 3. uncias in hora electricitate auxit), aliique.

Sed etiam medicos plurimos qui præctice de sudore scripserunt, tum qui de plica huc possit referre.

V. F. PLEMP de affectibus capillorum & unguium, Lovan. 1662. 4. Plicam verum morbum esse *THEOPHRASTI VERIDICI SCOTI* *Plicomastia*, sive plica e numero morborum *apospasma*, Gedan. 1668. 4. Contra *V. F. PLEMPIUM*, & *THEODORUM SKUMINOVIUM* defendit *DAVISSONIUM* (nisi ipse est *DAVISSON*), & urget, quæ de plica circumferantur, ea fabulosa esse, & plicam absque ulla noxa refecari.

ONUPHRII BONFIGLI de plica polonica, Uratislav. 1712. 4. Cracov. 1720. 4.

HIERON. LUDOLF de plica, Erfurt. 1724. Disp.

In *ERNSTELII* *Warsovia physice illustrata* pro veritate plicarum pugnatur, &c.

Cum sensibus externis internos & alia in universum ad sensus pertinentia conjunxisse non erit alienum, somnum, animi adfectiones, & reliqua, quæ ad animæ historie naturalem pertinent, quibus nullum locum dedit in ordine suo *BOERHAAVIUS*. Parci vero erimus, ut medici, & in iis Auctoribus subsistemus, qui medici fuerunt, aut certe hæc negotia majori modo illustrarunt.

Inter *HIPPOCRATICOS* Liber est de *insomniis*, etiam cum *SCALIGERI* commentariis excusus, non certe incocti viri, qui varia insomnia ad suas mechanicas causas in turbato corpore reduxerit. Ceterum *HIPPOCRATES* plurimis locis de natura ita scripsit, tamquam principium aliquod sapiens & motus in corpore humano dirigens statueret, et sic ævo adeo sollicitè vocum pretia non statuta fuerint.

ARISTOTELEM de anima ejusque commentatores omitto.

GALENUM breviter tango, qui facultatibus animæ in Libro de *art. med.* c. 12. varias in regionibus cerebri sedes definivit. Idem in Libro de *formatione fetus* in eam sententiam incidit, quæ postea fuit *STAHII*, nempe animam propriam sibi corpus struere. Utique huc referri videtur *HIERONYMI CARDANI* *metoposcopia* 813. iconibus faciei humanae expressa, Latine versa a *CLAUDIO MARTINO LAMENDIER*, Paris. 1658. fol. *

Possunt etiam huc referri *GALENI* libri de *diagnoscendis & curandis animi affectibus*.

H. CARDANI citata ibidem *metoposcopia* Germanice versa prodiit Norimberg. 1695. 8.

ADAMANTII *physiognomicon*, i. e. de natura indicis cognoscendis Lib. II. Gr. Lat. vertere *J. CORNARIO*, Basil. 1544. 8.

J. B. PORTÆ L. de humana physiognomia L. IV. Vici 1586. 4. Ursell. 1601. Venet. 1644. Italice 4. Contra nimios astrarum cultores.

A. CÆSALPINUS theorias Galenicæ reformavit, & negavit diversas sedes esse imaginationis & memoriæ in quæstion. peripat.

J. ARGENTERIUS de somno & vigilia, Florent. 1556. 4.

G. P. lib. de memoria & de artificiosa memoria quam publice profertur A. DISCONI vante, Lond. 1584. 12. AMES.

RUD. GOCCLENI de sensu & sensibus, Francof. 1596. 8. *

HIERONYMI PROVENZALII archiatri de sensibus, Rom. 1597. 8. MANDOS.

P. RAVENNATIS phœnix, sive artificiosa memoria, Vicentiæ 1600. 4.

P. RAVENNATIS lib. citatus prius prodiit Vicentiæ 1541. 4. Mirus libellus quo ars reminiscendi traditur fundata in associatione idearum, & abstractarum vocum conjunctione cum rebus visibilibus, imprimis ejusmodi, quæ gratæ recordationis sint. Parabat sibi locos in ædibus sacris & monasteriis, fenestras & columnas. In singulum locum ponebat imaginem aliquam connexam cum ea re, quam retinere vult. Pro alphabeto literarum loco homines, & formosas imprimis virgines, Ita ex hominibus cum ipsa actione conjunctis syllabas faciebat, ut v. g. BRA esset BENEDICTA cum rapis &c. Testimonia autem profert admirabilis utique memoriæ.

J. CASSERII Placentini Pentasthesion, Venet. 1609. Francof. 1610. 1612. fol. De auditu totus Liber recusus est. Reliqua sensuum organa brevius tractata sunt, quæ singulatim laudavimus, & musculi extremorum artuum depicti.

T. FIENI de viribus imaginationis, Lovan. 1608. 8. Vim matris in fetum moderatius admittit.

SANCTORIUS SANCTORIUS de somno, & de affectibus animi eorumque in sanitatem & perspirationem influxu, subtiliter disputavit, in Libro de perspiratione.

J. B. HELMONTIUM hic nominare oportet, qui in physiologiam novam machinam introduxit, nempe *Archaum*, qui omnium motuum principium sit, & naturæ fere Hippocraticæ similis, ut tamen & a corpore humano & ab anima differret. Vide ejus Tractatum *imago mentis: demens idea: sedes anima: sedes anima ad morbos: Archaus faber*, & alios Tractatus. Hæc opinio in multos transit, & G. W. WEDELIUS in Disp. de *Archaos*, atque J. J. WEPFERUS in Libro de *cicuta aquatica* eo inclinarunt.

J. CÆS. CLAUDINI quæstio de sede facultatum principum, Turin. 1628. 4. *

FRANCISCI SANCHEZ de divinatione per 4. somnia in ARIST. & in EJUSD. *physiognomica*, Roterodami 1649. 12.

CAR. PATIN, Non ergo anima rationalis sui domicili architecta, Paris. 1657. fol.

CÆS. CREMONINI Tractatus III. de sensibus externis, internis, & facultate appetitivæ, Messanæ 1637. 4. * & cum adnotationibus marginalibus TROYLI LANCETTÆ, Venetiis 1644. 4. * Theoretica de more.

RENATUS CARTESIUS in Libro de homine, Leidæ 1662. 1677. 4. & in Libro de passionibus animi sæpissime recuso, animæ sedem celebratam in glandula pineali posuit, & modum mechanicum, quo sensus & motus in corpore humano perficerentur, ex ingenio construxit. Non paucos tamen adfelas habuit. Insomnium definivit, quod in eo aliquæ partes cerebri spiritus acciperent, aliæ minime, & in eo ad sensum meruit BOERHAAVIUM. Idem pro explicanda unione corporis & animæ, loco systematis influxus, systema causarum occasionalium introduxit.

J. FR. HELVETII alchemista, amphitheatrum physiognomico-medicum, Haag. 1664. 12. Amstelod. 1676. 8. Minori parte huc facit, majori ad plantas.

PETR. MICH. ab HEREDIA de somno & vigilia, Lugdun. 1655. fol.

MARTINI CURÆI de la CHAMBRE traité des caractères des passions, Paris. 1662. 4. Amstel. 1658. 8. Germanice cum titulo *kuust ud art die menschen zu erkennen*, Francof. 1672.

In Philosophicis Transactionibus.

Memoria insignis WALLISII, n. 178.

IOKE Calculator illiteratus felix, n. 272.

Somnus diuturnus multarum septimanarum, n. 304.

Perpetua agrypnia in maniaco, n. 317.

Opii

Opii vis in cane explorata COURTEN, n. 336.

De somni causis STUART, n. 427.

HENR. SCHÆPIUS de quinque sensibus, Sedini 1665, 12. *

THOMAS WILLIS in cerebri anatome & in Libro de anima brutorum, Lond. 1672. 8. Oxon. 1672. 4. (Cat. Osborn.) Animæ facultates noviter distribuit, ut in corpore calloso imaginatio & appetitus, in corpore striato sensationum perceptio, inter plicas cerebri memoria sederet. In Libro de cerebro nervos, arterias & vasa circumligare, sic pulsus ab animi affectionibus mutari perspicax vidit. IDEM Auctor est diversarum provinciarum, quæ in cerebello vitalibus facultatibus, in cerebro animalibus assignantur, & ea quidem theoria innumerabiles adfelas habuit, & inter alios C. WOLFIIUM. N. HARTSOEKERUM, H. BOERHAAVIUM, A. STUARTUM.

DANIEL DUNCAN in explication des actions animales, Paris. 1678. 12. sedem animæ fixit in septo lucido, memoriam in cortice, paulum a WILLISIO diversus.

ANTONII MOLINETTI dissertationes anatomico-physicae de sensibus, Patav. 1669. 4. Præiudium quasi majoris operis. In dissert. anat. pathologicis multa mutavit & correxit.

J. B. du HAMEL de mente humana Libri IV. elegantissime, ut omnia hujus Auctoris, scripti extant in operum T. II.

LUD. de la FORGE de mente humana ejusque facultatibus & functionibus secundum principia R. DESCARTES, Paris. 1666. 4.

CORDEMOI du discernement du corps & de l'ame, Paris. 1666. 12. Genev. 1679. 12. Non inelegans Auctor. Linguam affectuum animi docet.

NICOLAI HOBOKENI Liber de sede animæ, Arnheim 1668. 12. Non in conario, neque in sanguine, aut in ventriculis cerebri animam sedere, sed in toto cerebro, cerebello, & medulla oblongata.

ROBERTUS HOOKE in posthumous works, Lond. 1705. fol. valde peculiare institutum secutus est, omnem enim modum, quo anima ideas & recipit, & emittit, & corpori imperat, & reminiscitur, mechanice explicat. Repositorium nempe facit idearum corporearum, aut a corpore suppeditatarum, aut ab anima generatarum, in quo secundum ordinem temporis ordinentur ideæ, ut remotissima sit quæ vetustissima, & robur tum a propinquitate sive novitate pendeat, tum a repetita animæ irradiatione in eandem ideam. Curiosa certe hypothetis, in qua videas idearum in homine natarum numerum esse 3, 155, 760, 000. Idem vir in aliis posthumis aliqua ad naturas relativas rerum habet aliaque hujus generis.

A. G. MORHOF de paradoxis sensuum, Kiel. 1676. 4.

TOBIÆ VOGEL mnemosynologia seu de memoria libellus, Jen. 1676. 12.

HIERONYMI MARAFIOLI de arte reminiscendi per loca imagines & per notas & figuras in manibus positas, Fr. kipl. 1678. 8. * cum aliis ejus generis libellis.

CL. PERRAULT variis locis & imprimis in Tractatu du toucher, du bruit, des sens extérieurs, du goût, du mouvement des yeux, egit de animæ in corpus imperio. Ad hunc certe virum pertinent, quæ vulgo solent STAHLIO tribui dogmata, cum anno 1680. PERRALTUS in Libro du bruit, anno demum 1685. STAHLIUS (de motu tonic. p. 27.) animam actionibus vitalibus præferat. Sensorium ponit in extremo fine nervi (quæ etiam JOHANNIS TABOR, A. STUARTI, & aliorum opinio est). Animam corpus suum regere, & vitales actiones gubernare, habere cogitationes confusas eorum quæ sibi longa consuetudine nota sint, motum ordinarium non percipere, sed eum, qui corpus destruere conatur, & ad eam curam attendere, &c. Vitia & delirium internum esse ab anima ex magnitudine corruptionis in humoribus desperabunda, accurate, ut STAHLIUS, scripsit.

JOH. BOHM de sensationibus in genere, Lips. 1675. 4. de somno & vigiliis, Lips. 1677. 4.

BULWER dissertatio of the significative muscles of the mind, Lond. 1679. 8. * ap. PARS.

OL. BORRICH de somno, Hafn. 1683. Disp. de animalibus hyeme sopitis inter orat. T. I. In Journ. DES SAVANS, n. 33. prodigiosa memoriæ homo.

J. J. WEPFER & in Libro de apoplexia & in posthumo de morbis capitis legi meretur, ob raras & peculiare species alienatæ mentis, aut corruptæ a causis corporeis memoriæ.

ROBERTI BOYLE de ipsa natura disquisitio, Lond. 1687. 12. Liber quasi contra STAHLIUM scriptus est, fusus & acutus in refutanda naturalium corporis restructrice, morbo-

E e e e

rum

rum curatrice. Ejus etiam sensus est J. C. STURMII, cujus *idolum natura*, Altdorf. 1692. alique Tractatus ad eum sensum exstant.

J. A. BORELLUS (prop. 80.) voluntarios motus, quorum anima non sit conscia, & ipsam motum cordis eo pertinere, ante STAHLIUM etiam suspicatus est, qui anno 1680. obierit.

J. H. GLASER de cerebro, Basl. 1680. 8. sensuum etiam interiorum animi adfectuum historiam habet.

B. ALBINI de adfectibus animi, Francof. ad Viadr. 1681.

G. FRANK quamdiu dormiendum, Heidelberg. 1681. 4.

JAC. TAPP de somno naturali ejusque causis, Helmstadt. 1684. 4.

A. LAMY explication de l'ame sensitive, Paris. 1687. 12.

P. S. REGIS inter Cartesianos ad officia cerebri, & animæ functiones legi potest in suo cursu Philosophico.

A. Q. RIVINUS in Disp. de spiritu hominis vitali & alibi, Archæum recipit, & a corpore diversum, & a mente, qui sentiat, ideas componat, animi pathemata experiatur, motus omnes in corpore humano præstet.

FR. BAYLE in physicis in T. I. de sensibus in II. de anima brutorum agit.

FR. BAYLE etiam hic addendus tractatus de physiognomia qui est inter dissertationes physicas, Tolosæ 1681. 12. editas. Varia omnino & magni momenti continet, de mechanica corporis humani generatione ex succo, quem spiritus animalis informat, de imaginationis maternæ effectu, explicato ab alimento fetus, quod spiritus animales maternis similes producat.

RAIMUNDUS VIEUSSENS in neurologia etiam habet anas nervorum circa arterias, ut tardius vel celerius sanguis fluere cogatur. De sede animæ suas, diversas a WILLISIANIS, theorias proponit.

P. MALEBRANCHE celebris fuit suo tempore Cartesianorum dogmatum & systematis asarum occasionalium defensor.

G. W. WEDEL de insomniis, Jen. 1690. Disp.

WEDELII etiam est disp. de archæo, Jen. 1678.

HERM. OSTERDIK SCHACHT de sensibus internis, memoria & imaginatione, Leidæ 1693. 4.

JOHN. LOCKE essay concerning human understanding in 4. books, Lond. 1690. fol. & 1700. compendium vero, Lond. 1688. ab ipso auctore concinnatum & varie Gallice versum prodiit, Genev. 1738. 8. &c. ipsum autem opus Gallice redditum est sub titulo *Essai sur l'entendement*, sæpe prodiit. Est historia naturalis animæ & modi quo cogitat, sentit, reminiscitur, judicat, acute sed paulum fuscè scripta. Omnes ideas per sensus advenire tueri. Caterum magnum medicum fuisse, & SYDENHAMII adjuvisse, atque contra utilitatem anatomes subtilis scripsisse lego apud COCCHIUM dell' *Anatom.* p. 20.

FRID. SCHRADER de idiosyncrasiis, Helmstadt. 1696. 4.

In FERDINANDI SANTANELLI lucubrationibus secunda est de somno, quem explicat per halitus a ventriculo ad cerebrum ascendentes & obstanter motui spirituum. In *tertia*, quam *organismum mechanicum* vocat, statuit spiritus inter corpus & animam medios, æthereos, &c.

J. A. SLEVOGT de affectibus animi, Jen. 1695. Disp.

G. E. STAHLIUS sententiam CAMPANELLÆ, qui febres animæ esse opus, GALENI, PERRALTI & BORELLI renovavit, & ipse HIPPOCRATEM & GALENUM pro Auctore theoriæ suæ attulit (de antiqua verit. art. med.) Infinitis autem Libellis suam sententiam defendit, imprimis in theoria medica. Ea huc imprimis redit, animam rationalem ipsam corpus sibi in utero matris struere, eandem perpetuo corpus suum regere, motum circulationis pro impedienda putredine excitare, febriles impetus ad superandam sanguinis crassitatem moliri, & in universum motus proprios opponere morborum causis, essi non conscia suæ actionis, ob consuetudinem. Huc ergo refero STAHLII Disp. de motu tonico vitali, Jen. 1692. 4. Hall. 1702. 4. Ejus positiones de mechanismo motus progressivi sanguinis quibus motus tonici partium porosarum necessitas demonstratur, Hall. 1695. 4. (Hæc motus tonici per fibras omnes corporis dispersi theoria multum adfinitatis habet cum principio irritabili, nisi quod mentis consilium addat STAHLIUS). Porro huc pertinet Disp.

Disp. de passionibus corpus humanum varie alterantibus, Hall. 1695. de astu maris microscopici, Hall. 1696. 4. de Autocnasia natura, 1696. de differentia rationis & ratiocinationis, 1701. 4. de natura erroribus medicis, 1703. de mechanismo & organismo diversitate, 1706. 4. de animi morbis, 1708. Magnam autem famam, & adfelas sibi adquisivit plurimos, quorum nomina integro Libro congestit J. CHRISTOPHORUS GOETZIUS, qui Norimb. 1729. 4. cum J. LUD. APINII Supplementis prodiit. Inter eos in Germania MICHAEL ALBERTUS, J. SAMUEL CARL, J. DANIEL GOHL, ANDREAS OTTOMARUS GOELICKE, JOHANNES JUNKER, & JOH. ZACHARIAS PLATNER fuit, si credis GOETZIO. In Anglia D. PORTERFIELDS (in *Ast. Edimb.* IV.), JOHANNES TABOR in exercitationibus, BRYAN ROBINSON in *Oeconom. anim.* Prop. XXI. Libro of food and discharges p. 80. T. MORGAN princip. p. 345. (ubi somnum voluntati animæ tribuit) RICH. MEAD. de variolis pag. 16. 17. F. NICHOLLS & alii. GEORGIUS CHEYNE, qui vitam & animationem a materia pendere negat, sed principium esse rationale or. *Englisch malady* pag. 94. Idem celebris experimentum hominis voluntarie morientis, aut certe pulsum supprimentis & renovantis profert, in eodem libro. In Gallia CL. J. de SAUVAGES. in Disp. de inflammatione: de febris, & alibi. In Belgio T. SCHWENCKE hamatolog. p. 37. & NICOLAUS HARTSOEKER (Disp. sur les passions), dogmata STAHLII aut omnia, aut præcipua secuti sunt.

G. E. STAHLII hic citatum de differentia rationis & ratiocinationis programma præcipuum est, in quo objectiones mechanicorum solvit, distinguendo internam animæ voluntatem, quæ absque conscientia, ab externa, cum conscientia. EJUS etiam huc pertinet de passionibus animi corpus humanum varie alterantibus 1719.

A. BUSSI de imaginationis viribus medicis, Leidæ 1698.

In suo de Pathologia cerebri Tractatu BARTHOLOMÆUS de MOOR fuscè egit de sensorio communi, idque ab anima non differre demonstrare suscepit.

J. N. PECHLIN affectuum animi historias medicas & effectus in corpus humanum recenset in observationibus suis.

G. C. SCHELHAMMER de natura sibi & medicis vindicata, Kiel. 1697. 4. & ejusdem natura vindicata vindicatio, Kiel. 1702. 4. Uterque Liber contra STURMIUM & BOTLEUM scriptus est, & naturam defendit tamquam ens aliquod proprium, quod fere evanescit, ubi definitur (p. 104.) lex qua unumquodque ens iustum est agere convenienter ad finem. Superstitiosum, quod mireris, passim reperias. Ex praxi aliqua adspexit.

IDEM in præf. ad physiologiam posthumam fuscè contra STAHLIUM dicit. EJUSDEM Liber de humani animi adfectibus, Kiel. 1710. 4. exempla copiosa habet efficaciam adfectuum in mutando corpore.

JOSEPHUS PITTON de TOURNEFORT in propria inaugurali thesi estne anima corporis facultatum principium, Paris. 1695. PERRALTI opinionem, sive STAHLII refutat.

In Mémoires de l'Académie Royale des Sciences.

1702. De Musicæ vi ad Tarantularum morsum.

1707. Delirium a Musica suspensum.

1709. VIEUSSENS theoria somni.

1711. Amissa memoria a febre.

1713. Somnus diuturnus.

WINSLOW de motibus simultaneis duarum manuum.

1741. LA PEYRONIE de sede animæ in corpore calloso.

C. FRID. PETZOLD de memoria memorabili, Lips. 1699. Disp.

W. H. WALDSCHMIDT de imaginatione hominum & brutorum, Kiel. 1701.

In coll. disputationum ZWINGERTIANARUM varia huc pertinent: Disp. de somnambulatione: & de nostalgia: & de antipathia humana.

JOH. BRANCACCII ars memoriæ vindicata, Panorm. 1707. 12. & de BILLY nouveau Traité de la mémoire, Paris. 1708. 12. *

JONES mystery of opium revealed, Lond. 1701. fuscè de opii vi etiam per experimenta agit.

HENRICUS RIDLEY aliqua in opere de cerebro habet, ad diversas nervorum vitalium & animalium classes.

BESSE des passions de l'homme (in Journ. des Savans 1702.) mechanicam explicationem adfectuum animi tentavit.

- AL. della FABBRA de animi adfectionum physicarum causa, Ferrar. 1702. 4.
 AL. della FABBRA l. c. recusatus est Ferrar. 1712. 4.
 P. CHIRAC Diss. de incubo, de causis mechanicis somni disputat.
 In JOURNAL DES SAVANS 1707. April. & A. ERUD. 1707. habetur etiam historia somni diuturni.
 LUDOV. APINI de principio vitali Disp. V. Altdorf. 1702. 1703. Pro STAHLIO.
 LUD. APINUS disp. citata animam vegetabilem statuit.
 J. GEORG. KULMI *νευρολογία*, Uratislav. 1703. 4.
 Circa hæc tempora WILHELMUS GODOFREDUS LEIBNITZIUS floruit, atque pro explicando corporis cum anima vinculo novam hypothesein proposuit, quæ satis ex mente BOERHAAVII fuisse videtur, ut nulla esset utriusque in homine conjunctæ substantiæ similitudo aut operatio mutua, sed, ex æterna lege, motus aliqui corporis cum animæ definitis cogitationibus conjungerentur, & vicissim. Infinitis libris hæc sententia proposita est aut impugnata. Duos unicos libros proponam. Pro compendio G. BERNHARDI BILFINGERI Liber de harmonia animæ & corporis humani maxime præstabili, Tubing. 1741. 8. Pro magno systemate Psychologiam rationalem CHRISTIANI WOLFFII, Hall. 1740. 4. & empiricam ibid. 1733.
 Inter THOMSONII dissertationes quinta de opio est, & vi somnifera.
 BENJ. EWALDT de somno, Regiom. 1711. Disp.
 BENJ. EWALDT citata disputatio utilis est.
 S. DURJ de motu vitali, Leid. 1711. 4.
 CHRISTIAN WEISBACH de intentione & inventione animæ in administratione œconomia vitalis, Basil. 1711. 4. STAHLIANUS.
 J. GEORG. a BERGEN & QUEITSCH de insomniis, Francof. ad Viadr. 1711. 4.
 J. B. GUASTALDI question de Médecine, Avignon 1713. De somnambulibus.
 POLY. SCHACHER an anima rationalis sit corporis vitale principium, Lips. 1715. Disp. & ejusdem vel Respondentis AUGUSTI BEHRENS Disp. de consideratione animæ rationalis medica, Lips. 1720. 4. Contra STAHLIUM.
 J. MELCHIOR VERDRIES de commercio animæ & corporis, Giesf. 1713. & 1714.
 J. MELCH. VERDRIES, jam citati, etiam huc pertinet de æquilibrio mentis & corporis, Giesf. 1716. 8.
 JOH. MARIA LANCIUSII dissertationes de physognomia & sede animæ cogitantis, Venetiis 1713. 4. In priori a debilitate manus & frontis ad vires animi & corporis exiguas, a profunditate, rectitudine & simplicitate ad robur utriusque concludit. In altera sedem animæ figit in calloso corpore, & aliquas partes cerebri describit.
 MATTHÆI GEORGI de homine liber II. Genuæ 4. totus de anima agit ad modum Peripati.
 J. CONR. KUNDMANN vom verstande des menschen vor und nach dem falle, Breslau 1720. 8. Multa de insomniis propheticis, extasi, gustu fortunæ perfectioris, vi animæ struente corpus, ciente hæmorrhagias, laxante cutis poros, ut acre de sanguine diffari queat &c. ad STAHLII mentem.
 J. LUD. APINI fasciculus disp. maxima ex parte agit de principio vitali, ubi STAHLII causam agit, & animam etiam vegetabilibus tribuit, Altdorf. 1718. 8.
 De musculis faciei, qui in animi adfectibus agunt CANTIUS.
 JAC. FOURNEAU. Ergo perturbationes motus cordis sanguinisque augent, & minuunt, Paris. 1721. 4.
 D. ELEMING neuropathia, sive de morbis hysteriis & hypochondriacis carmen, Amstelod. 1741. 3. etiam huc pertinet.
 HENRICI JOSEPHI REGA de sympathia, seu consensu part. hum. corporis. Halem. 1721. 8.
 HENRICUS JOSEPH. REGA l. c. inprimis ad pathologiam spectat, & collectanea tradit ex BAGLIVO, HELMONTIO aliisque.
 CHRISTOPH. MARTIN BURCHART de principio movente in animalibus, Rostok 1723. Disp. Sthal.
 J. A. WEDEL de principio vitali. Jen. c. STHAL. 1721. de vi natura Medica, Jen. 1723. 4.

MAR-

- MARTIN GOTTHELF LOSCHER de natura sensuum externorum hominis, VVittemb. 1726.
 GOTTFRID POLYCARP. MULLER theoria sensuum generalis, Lips. 1722.
 J. ASTRUC de phantasia & imaginatione, Monspel. 1723. 8.
 T. MORGAN in philosophical principles of Medicine, Lond. 1725. 8. hæctenus etiam ad Stahlianam sententiam accedit, quod somnum habeat pro voluntaria remissione dolorifici & incommodi laboris, quæ etiam JOHANNIS TABOR opinio est L. c. p. 304. Ad animi adfectus & eorum efficaciam aliqua addit, terrorem recte separat a metu, &c.
 P. HAGUENOT de sensationibus externis, Monspel. 1728. 8.
 G. DETHARDING scrutinium physico-medicum in quo indoles intellectus, anima infiri, & adventitii probe discernendi eruitur, Rostok 1723. 4. Pro STAHLIO.
 G. DETHARDING etiam est scrutinium communionis animæ & corporis, Rostoch. 1714. 4.
 DAVID VASSE. Ergo anima non est corporis facultatum principium, Paris. 1723. 4.
 EL. CAMERARIJ de efficacia animi pathematum in negotio sanitatis & morborum, Tubing. 1725. 4.
 EL. CAMERARIUS ibidem jam dictus, in medicina electrica contra LA PETRONIUM dixit de animæ sede.
 JOH. de GORTER in exercitationibus medicis, Amstel. 1737. 4. editis. Prima est de motu vitali quæ seorsim an. 1734. Harderovici prodit. Omni fibræ humanæ attribuit vim se constringendi, cui contraria sit vis extendens musculosa, unde a perpetua pugna perpetuus etiam motus oriatur. In II. Exerc. contra BOERHAAVIUM & SANCTORIUM demonstrat, motus omnes in somno languere & minores esse, quæ etiam MORGANI, SCHWENKII, STENZELII, & olim AVICENNÆ opinio fuit. In III. IV. Exerc. de fame & siti, has adfectiones pro sensibus propriis habet, utilis cæterum Auctor. IDEM in Lib. de perspiratione & in Chirurgia legi meretur, in qua de dolore egit, de mechanica sensus ratione.
 JOH. de GORTER etiam est I. de actione viventium particulari, ubi ostendit cuilibet parti Corporis Humani inesse propriam facultatem, cujus ope functionem suam perficiat, quæ neque a corde sit, neque ab elatere, neque ab adtractione elementorum, neque ab animæ arbitrio, cujus exempla sunt motus peristalticus, respiratio, vis pulmonis, lienis, glandularum, cerebri, placentæ, partium genitalium, mammarum.
 In Diario TRIVULTINO 1729. Diss. existat, qua demonstratur utique somnum esse a compressione aortæ.
 JOH. FRID. SCHREIDER de steru habet de dolore & adfectibus tristibus cogitationes suas.
 H. F. TEICHEMEYER de sepro pellucido, Jen. 1729. 4. aliquot programmata edidit quibus sedem animæ ibi & in corpore calloso ponit.
 MARTINI NAGY BOROSNAY de potentia & impotentia animæ humana in corpus organ. Hall. 1729. Disp. Contra STAHLIUM plantas objicit, quarum fabrica absque animæ suspitione sapientissima est.
 P. GERIKE de sensibus inprimis externis, Halmst. 1733 & de insomnio ibid. 1742.
 G. CLARKE de vi animi pathematum in corpus humanum, Leidæ 1727. 4.
 P. GOTTL. WERLHOF in obs. de febris contra Stahlianam sectam dixit, objecit per-spicaciter, ut solet, plantarum exemplum, motum a morte.
 J. HENRICI COHAUSEN Archæus februm faber & medicus, Amstel. 1731. 12.
 F. HOFMANNI & GEORG. WALTHER de vera perpetui mobilis in corpore humano idea, Hall. 1731. 4. Contra STAHLIANOS.
 PETR. CHRIST. BURGMAN examen hypotheseos Stabliana de anima rationali, Rostoch. 1731. & P. II. 1734. 8. Prior in M. ALBERTUM, posterior prioris in eundem & LONGOLIUM & HARTMANNUM est defensio.
 J. DAN. LONGOLII de organica intellectus humani actione, Hall. 1709. Disp. systema Stablianium de vita & morte corporis humani ab incongruis medicorum mechanizantium opprobriis vindicata occasione Burgmanniani scripti, Budissæ 1731. 8. & manissa ad vindicias systematis Stabliani examinans Stenzelii furorem, Budissæ 1735. 4. ista STENZELII pathologiæ pigrorum opposita. Acris, ut vides, STAHLII defensio.
 MICHAELIS ALBERTI pene infinitæ disputationes sunt, quæ huc pertinent. Ep. de admirandis animæ præcipue humana adfectibus, Hall. 1713. de sensuum internorum usu in Oeconomia vitali, 1729. &c.

MIC.

MICH. ALBERTI epistola citata patibulum etiam in ovo gallinæ expressum admittit. EJUSDEM etiam huc pertinet libellus *verhandlung von der seele der menschen, der thiere, und pflanzen* primum Hall. 1707. 8. recusatus est in collectione *der medicinischen und philosophischen schriften*, Hall. 1721. 8. Animas brutorum animalium immortales & immateriales facit, & peccati capaces, & vegetabilibus ipsis animas adscribit. Animæ nostræ de antiqua excellentia vestigia aliqua superesse, exemplo sternutationis ante hospitiū adventum persuadetur. Demonstrat animæ in corpus imperium, & solitam distinctionem λογίου & λογισμοῦ adducit. In eadem collectione est etiam dissertatio *de energie natura in actibus vitalibus, sine medico salutariter exercendis*. EJUSD. est *Medicinische betrachtung von den kräften der seele nach dem Unterscheid. des leibes und dessen gesundheit und krankheit*, Hall. 1730. 4. continuatio. *scriptorum philosophicorum*.

In *Opusculis scientificis* T. IV. exstat Diff. GUILIELMINI, qua docetur omnes motus naturales & cordis ipsius esse a stimulo. In T. X. curiosa somnambuli historia habetur.

In G. CHEYNE *English malady* habetur celebre, si verum, experimentum Domini TOWNSEND, qui solo voluntatis nutū pulsū & respirationem suppressisse & revocasse ante mortem dicitur.

JAC. van EEMS *de somno*, Leidæ 1734. Disp.

WILH. NOORTWYK *de natura humana*, Leid. 1735. 4. recusa cum libello SOLANT LUGUES.

Traité *de la communication des maladies & des passions*, la Haye 1738. 12. Omnia ad corpus refert, quæ animæ tribui solent, ipsam voluntatem, & adfectiones, quæ quam maxime ad animam, videntur pertinere, ut superbiam. Passiones animi a corporeis passionibus nihil differre, & omnem, etiam moralem voluptatem, a remissione fibrarum esse docet, &c.

In D. PLUCHE *speftacle de la nature* T. V. multa bona huc pertinentia legi. Imagines veras in memoria refutat. Quænam dimensio odoris?

THEBESIUS *de somno ut signo*, Lips. 1740. Disp.

A. O. GOELICKE *de genuino corporis organici motore*. Disp. Francof. ad Viadr. 1740. 4. Pro STAHLIO.

P. van MUSSCHENBROECK *de mente humana se ipsam ignorante oratio*, Leid. 1740. 4.

ABRAHAM LEVIN *de vi imaginationis in vitam & sanitatem*, Hall. 1740. 4.

CAR. AUG. a BERGEN *de organicorum & mechanicorum systematibus*, Francof. ad Viadr. 1740. 4.

JAC. von VISLIET *de somni natura & causis*, Leidæ 1742. 4.

J. CASP. METZGER *de somni natura & causis*, Leidæ 1742. 4.

J. G. KRUGER *de sensatione*, Hall. 1742. Disp.

J. A. SEGNER *de sensibus in genere*, Gotting. 1742. 4.

G. MICHAEL DUBINSKI *de reminiscencia vitali*, Hall. 1743. Disp. Historiolas aliquas pro sententiâ Stahlia minus probabiles habet.

E. de SAUVAGES in *Tractatu de febre & in theoria inflammationis*, Bourg. S. Andeol. 1743. 8. recusatus cum *hamaſtatis HALESII*, acrem STAHLII discipulum se demonstravit, qui docet febrem fieri ab anima contra obstacula vires cordis augente, nulla mechanica necessitate, & demente de viribus muscutorum voluntariorum, ut vires cordis auget, &c. Effectus adfectuum animi in pulsu mutando accurate observavit.

F. de SAUVAGES etiam est *novæ somni theoria*, Monspel. 1740. 4. EJ. *de motuum vitalium causa*, ibid. 1741. 4. easdem hic sententias proponit, quas ibi excitavimus ex recensito EJUS tractatu.

D. LIEUTAUD Diff. I. *de la nature & des usages de l'esprit animal* cum *Essais anatomiques* prodit.

In *Elementis Newtonianis* s. GRAVESANDII reperias eadem quæ BOERHAAVIUS urget, de diversitate inter ea, quæ in rerum natura vere existunt, & de iis quæ anima inde percipit.

J. ASTRUC *an sympathia a certâ nervorum positione in sensorio*. Parisiis. 1743. 4. Ingeniosa theoria.

ERNEST. ANT. NICOLAI *von wûrkungen der kraft der Einbildung in dem menschlichem Körper*, Hall. 1744. 8. Insomnia explicat a similitudine ideæ, quæ animæ observatur, &c. alterius

alterius adfinis, quæ in statu corporis aut præcedente idea fundatur. Motus omnes in corpore a stimulo deducit. Stahlianos refutat. EJUSD. *vereinigung der Music mit der arzneykunst*, Hall. 1744. 8. De lingua affectuum animi, eorumque signis naturalibus agit, atque effectum animi passionum explicare conatur, quod ea orientur in anima passiones, quarum lingua a musico exprimitur. In nuperis *pathologicis Diff.* quæ Germanice prodierunt, de adfectibus animi eorumque in facie signis fuse agit.

ERN. ANT. NICOLAI primo loco citatus libellus Hallæ recusatus est 1751. 8. EJUS etiam est *von der kunst die krankheiten aus dem gesicht zu erkennen*, in EJUS collectione *bemühungen in der arzneywissenschaft*, Hall. 1749. 4. Satis ad mentem PARSONI scripsit; musiculos qui animæ adfectum exprimentur repetita actione robustiores fieri, ut etiam extrâ adfectum vestigia aliqua supersint.

Apud J. G. GUNZIUM *de humoribus* etiam collectio habetur ad effectus passionum animi.

J. FRID. MEYER *von der übereinstimmenden harmonie*, Hall. 1744. 8. & IDEM *von den Gemüths bewegungen*, ibid. 1744. 8. In priori Libello refutat systema influxus, quod in omni actione quæ animæ cum corpore communis est, & anima agat & corpus, atque adeo, si actionis causa in anima foret, effectus actionis duplex foret. Deinde causas occasionales refutat. In altero Libro animæ adfectiones, quatenus in anima habitant, & ex multis confusis, simul præsentibus, ideis oriuntur, explicat. In ea parte, quæ ad corpus pertinet, brevior est. Temperamenta etiam explicat.

J. GOD. KRUGER *grundriss eines neuen lehrgebäudes der arzneugelahrtheit*, Hall. 1745. 8. Proponit mediationem inter Stahlia sectam & mechanicam. Motus in corpore humano omnes vi stimuli alicujus fieri etiam in corde, & aliis partibus, & cum aliqua animæ obscura sensatione conjungi docet, quæ unice laboret, ut se a sensationibus ingratis vindicet.

Anonymus *von den Gemüths bewegungen*, Hall. 1746. 8. De temperamentis inprimis agit, eaque ex tensione nervorum & mobilitate varia explicat, ut modo velociter, modo valide, modo lente, modo debiliter adfecti tremant. Etiam superbiam & alias hujusmodi adfectiones ex corpore interpretatur.

J. N. WEISS & SCHLEFFER *quod alia sensatio alium motum inferat*, Altdorf. 1745. Disp.

CHRISTIAN GOTTLIEB KRAZENSTEIN *beweifs dass die seele ihren Körper baue*, & *Fortsetzung dieses beweises*, Hall. 1745. 8. Exemplo polyporum, quibus novi artus reparantur, demonstrare conatur, animam suum corpus struere, cum nullo mechanismo adeo apti & prioribus congruentes artus reparari queant. Contra hunc virum H. J. DELIUS Baruthensis nunc physicus, scripsit *antwortschreiben auf den beweifs dass die seele ihren Körper baue*, Hall. 1746. 8.

C. G. KRAZENSTEIN est etiam *theoria & secundus in medicina usus principii sensationum sequitur motus sensationi proportionalis*, Erlang. 1749. 4.

CHRIST. GOTTFR. STENZEL *πρὸς ὕπνον*, Gedan. 1745. 8. Raro exemplo Græca lingua phænomena somni explicat, causalque. EJUS contra STAHLIUM scripta omittimus ob necessariam instituti nostri brevitatem.

PETRI POISSONNIER & DUPRE. *Ergo perfectior tempore somni χυλωσις*, Paris. 1745. Disp.

A. KAAU *impetum faciens dictum Hippocrati*, Leidæ 1745. 8. Non solum eruditissime de anima ex omni antiquitate egit, sed de motu nervorum, somno, opio, phænomenis ab opio adsumto ortis experimenta utilia protulit. Omnes motus peristalticos & alios, a somno frangi ostendit.

LUD. ANT. MURATORI *della forza della fantasia umana*, Venet. 1745. 8. Egregia historia naturalis imaginationis.

In *Edimburghensium* T. V. de opii effectū in retardando sanguine experimenta habentur pag. 154.

Histoire naturelle de l'ame, Paris. Hag. 1745. 8. Auctor videtur de la METTRIE. Scopus est, demonstrare animam materialem, hominemque de simiarum genere esse, neque ullas dari mentes incorporeas. Multum utitur nostris, minime citatis, ad BOERHAAVIUM commentariis, de viribus autem animæ earumque in corpore fundata natura multa habet.

FRIDERICI WINTER *de certitudine in medicina practica*, Franeker 1746. fol. Causam motus animalis omnis ponit in irritabili natura fibrarum.

FRIDERICI HOFMANNI *comm. de differentiâ inter ejus doctrinam physico medicam & STAHLI* LII medico *organicam*, Francof. 1746. 8. Posthumus egregius Libellus, sive HOFMANNI sit, sive nomen ejus unice præfixum gerat. Motus a corpore ipso generari posse: mortem non esse ab animæ fastidio: motus a venenis ortus a stimulo esse non a sapienti mentis consilio, &c. sobrie, dilucide & docte demonstrat. Non alius melior Liber STAHLIO objectus est.

J. A. UNZER *vom einfluss de seele in den Körper*, Hall. 1746. 8. Defendit Stahlianum influxum, quod mutationes, quæ in corpore oriuntur, cum nullo alio ente arctius jungantur, quam cum anima, atque adeo anima earum causa sit. Imo vero cum fabrica corporis multo propius connectuntur.

JACOBI PARSONS *human physognomy explain'd*, Lond. 1746. 4. Mutationes varias muscutorum faciei & oculorum describit, quæ ab animi adfectibus fiunt. A frequentia horum adfectuum musculos eos, qui regnanti adfectui serviunt, robustiores fieri, & magis conspicuos, inde physionomiam nasci demonstrat. LANCISIUM refutat.

Lettres philosophiques sur les physionomies, La Haye 1746. 12. Omnem diversitatem ingenii a varietate organorum & fabricæ pendere; eam, temperamenti nomine, in cute faciei & oculis adparere; esse temperamenta eaque immutabilia, neque posse temperamento resisti, &c. Multa acute dicta, alia per jocum.

PASCHASII BORIE & du BOURG *datur ergo etiam vitalium organorum somnus*, Paris. 1746. 4.

J. C. J. SUPPRIAN *vom schlaffe und den träumen*, Hall. 1746. 8. In vero somno nullas animæ repræsentationes offerri, in spurio, turbulento, aliquas, & eas esse insomniæ, vigiliarum partem; & sensum ubique in corpore aliquem exerceri, non in solo capite ostendendum sumit.

JOH. ANTONII BUTINI *de sanguinis circulatione*, Monspel. 1746. 8. Pro Stahlî theoria.

RICHARD MEAD *mechanical account of poisons*, Londin. 1702. 1747. 8. Multa huc pertinentia habet. Somnum ad defectum stimuli refert, & opii vim ad voluptatem ex remoto omni incommodo. Tarantulæ historiam admittit.

HIERONYMI DAVID GAUBII *de regimine mentis, quod medicorum est*, Leid. 1747. 4. Corporis in animam imperium demonstrat exemplo maliciæ, delirii febrilis, diætæ. Priora de conjunctione animæ & corporis systemata refutat. In fibra animali pro causa motus, *ενομήν* sive irritabile recipit.

F. QUESNAY in nupera editione suæ *Oeconomie* fusissime de anima ejusque functionibus agit, & de somno voluntario. Systema causarum occasionalium sequitur.

Essai sur l'origine des connoissances humaines. Amstel. 1746. 12. Egregius Liber ad historiam naturalem animæ.

J. BARKER in *Essai on the agreement between the practice of Hippocrates... and Boerhaave*, Londin. 1747. 8. Stahlianam animæ in morbis curam refutat, cum semper eodem invariabili modo, & sæpe cum corporis sui excidio, operetur.

L'homme machine, Leidæ 1748. 12. Iterum opus equidem de la METTRIE, sed multo audacius, & truculentius, cum omnino diserte DEUM ex rerum natura relegare conetur, neque aliud ens in universo admittat, præter ipsam materiem varie modificatam. Irritabilitatis inventum sibi perperam tribuit n. 18. 22.

L'homme plus que machine, Leidæ 1748. 12. Pro mente immateriali pugnare videtur.

BALTH. LUD. TRALLES *de machina & anima humana profus a se invicem distinctis*, Uratislav. 1749. 8. Et ipse & Auctor anonymus de l'homme machine suos libros ad me scripserunt, sed TRALLESius multo, ut facile est creditu, gravior. Ingenuus admittit, quæ vera habet ille DEI inimicus, quæ autem præceps conclusit, aut nimia admisit, ea perspicax refutat, his inprimis argumentis, quod perceptiones non sint eadem cum impressionibus sensuum, neque adeo cogitationes necessarij effectus mundi corporei in corporeum cerebrum impressi.

Contra optimi viri B. L. TRALLES citatum libellam anonymus aliqua in A. E. 1749. Jun. P. J. objecit.

JOH. LUPS *de irritabilitate*, Leidæ 1748. Disp. systema WINTERI & GAUBII proponit, de proprietate nempe in omni & animali & vegetabili fibra residente, qua ab irritatione contrahitur.

CL.

Nunc addam breviter quinam Auctores ex iis, qui de universa anatomia scripserunt, commendandi sunt, nam non omnibus convenit omnes emere (a).

F f f f

I. AN-

CL. FORMEY de insomniorum generatione perelegans dissertatio exstat in *Mémoires de l'Acad. des Sciences de Berlin* 1746.

J. ANDR. ROEPER *die Wirkung der Seele in dem Körper nach Anleitung eines nachtrückerers*, Halberstatt 1748. 4. EX STAHLII secta, satis asper.

ANT. WILH. PLAZ *de brutorum imaginatione*, Lips. 1749. 4.

G. ERH. HAMBERGER *de vigiliis*, Jen. 1749. 4.

PHIL. JAC. VALCKENAER *de consensione partium in corpore sano & morbofo*, Leid. 1749. 4.

J. WOLFGANG MANITII *de idiosyncrasia ex diversa solidorum corporis humani irritabilitate optime dijudicanda*, Leid. 1749. 4. Ad mentem ILL. WINTERI agit de irritabili natura solidorum C. H.

CL. de BUFFON in Tom. II. aliqua de mente & anima, in T. III. de sensibus in universum protulit.

DAVID HARTLEY *observations on man, his frame, &c.* Londin. 2. vol. 8. huc inprimis pertinet, cum mechanicam explicationem proponat modi quo omnes corporis animæque functiones in homine peraguntur, per vibrationes primigenias & superstites a prioribus vibratiunculas: de fomno, idearum generatione, motu musculari, loquela, cogitatione, &c. Ediderat autem specimen hujus systematis Bathoniæ 1746. 8. sub titulo *conjecturarum de sensu motu & idearum generatione*, cum libello de medicamento STEPHANIÆ.

FRANCISCI ISEZ & MACMATIOIS *Ergo decidit aliquid venustari diuturniori somno*, Parisiis 1749. 4.

J. MARTINI CHLADENII *de celeritate cogitandi* egregia disp. Erlang. 1750. 4.

FRANC. NICHOLLS *de anima medica*, Londin. 1750. 4.

Ego vero præter alia passim sparsa dissertationem *de nervorum imperio in arterias*. Goting. 1744. 4. edidi, quam video CL. KAAVIO (*imper. fac. p. 434.*) aliisque claris viris placuisse. Ab ansis nerveis stringentibus magnas arterias, venasque explicare conatus sum modum mechanicum, quo nervorum adfectiones sanguinis circulum aut incitant aut debilitant.

(a) Hoc loco scriptores anatomicos secundum temporum ordinem recensere visum est, tum eos, qui de anatome in universum scripserunt, tum qui multa diversaque scripta, tum qui de nonnullis subjectis, quæ in prioribus nondum tetigimus. ÆGYPTIOS hic omittimus, qui alibi monuerimus, quam ruditer & timide in incisione corporum versati sint, quæ vilissimis hominibus committebatur. Vide Ægyptiæ anatomes iconem apud NARDIUM in *Lucretii* editione T. V. f. 2. & confer ANT. CÆLESTINI COCCHII testimonium *dell' Anatomia* p. 45. 46. qui Ægyptiorum anatomie suum pretium statuit & Græcorum laudes vindicat. Neque de rarissimis illis dissectionibus dicam, inciso ab ARISTODEMO utero filia, ANAXAGORÆ ariete, ALCMÆONIS cochlea, aliisque, quorum tenuis ad nos memoria pervenit, etsi & in universum Pythagoreorum philosophorum, & inprimis etiam EMPEDOCLEIS merita elevare nolim: neque DEMOCRITI, qui Chamæleonem in singula membra dissectuit PLINIO teste Lib. XXVIII. n. 29. & causas morborum in corporibus incisus quæsit. De monstris theoriam eam proposuit, contra quam nuper scripsimus; ARISTOTELE teste *de gener. animal.* L. IV. c. 34.

In antiquissimis HIPPOCRATIS Libris multa habentur quæ ad anatomen pertinent. Et in genuinis quidem operibus parcius est, neque supra osteologiam & aliquam Chirurgicam myologiam multum sapit; ut certe, si verum oportet fateri, non male GOELICKIUS anatomem Hippocraticam parum utilitatis habere moneat *Hist. anat. antiq.* p. 11. Ergo huc pertinet *μοχλικός* Liber qui nunc vocatur *περί ὀστέων φύσεως*. Osteologia brevis, non mala, nimis tamen pauca numerat ossa, in capite octo, in toto corpore 111. Appendix illa *de venis*, separata a LINDENIO jam dicta est, qua etiam nervi principes intercostales describuntur. Liber *περί χυμών* habet theoriam de bile & sanguine per ætates crescentibus, satis similem ejus, quæ exstat in Libro de natura hominis. Brevitas videtur esse Hippocratica. Edidit cum commentario PETRUS GIRARDETUS, Paris. 1631. tum J. C. GUNZ, Lips. 8. In L. *περί ὀστέων ἀέρας καὶ τῶν ὀστέων* habentur aliqua de capitis figuratione ex moribus gentium, de urethra femina bre.

breviori. Vertit nuper Anglice FRANCISCUS CLIFTON, Lond. 1743. 8. Librum *περί τῶν κατ' ἀνθρώπων*, de venis, ossibus, oculis aliqua habet, pleraque vero practici sunt argumenti. In eum existat comm. FRANCISCI PERLÆ, Romæ 1638. 4. PL. Liber *περί τροφῆς* genuino similis, aliqua habet ad ossa, ad perspirationem, ad circulationem sanguinis, ut passim creditur. GALENUS modo inter genuinos refert, modo ex eorum numero excludit. In Libro *περί ἀσθῶν* uti passim alia osteologica, ita etiam locus habetur de musculo ex clavicula orto, unde concludas, certe aliquando corpora humana ab HIPPOCRATE secta esse, uti alibi dixi in progr. *quod corpora humana dissectuerit HIPPOCRATES*, Gotting. 1737. 4. Si vero alterius & antiquioris HIPPOCRATIS sunt, *Gnosidiei* f. ut GALENUS in Comm. ad Librum *de fracturis*, habet, antiquiorem etiam apud Asclepiadas anatomes cognitionem fuisse necesse est. Liber *περί ἀρχαίας ἰντριπῆς* contra anatomem, quam AUCTOR pictoribus putat relinqui posse, & contra qualitates primigenias Peripateticorum scriptus est, quod multo plura sunt in corpore humano activa principia acidum, amarum, salsum, &c. Liber *περί ἀρχῶν ἢ σαρκῶν* quem DEMOCRITO LAERTIUS videtur tribuere, & tribuit H. CONRINGIUS, acutissimus Libellus est, quo explicatur, quomodo ex calore & elementis mechanice corpus humanum fabricatum sit, & ex frigido & pingui ossa, ex glutinoso nervi & viscera singularitatem omnia nata sint. Varia anatomica hic habentur, fibræ lienis, membrana tympani, oculi tunicæ, & nervus opticus. Videntur esse HERACLITI principia cum Peripateticis conjuncta. In eum commentatus est HEURNIUS. Liber *περί γυναικῶν* jam dictus est, nasci nempe puerum docet ex semine ab omni parte maris & feminæ deciduo, in medullam spinalem, hinc in renes, inde in testes, nascique alterutrius sexus infantes prouti masculum vel femininum semen dominatum fuerit. Liber *περί παιδιῶν φύσεως* acute in primis scriptus videtur. Ovum humanum, incubata ova in gallinis hic habentur. Mechanice etiam explicatur, quomodo semen calidum spiritum frigidum hauriat, inde calefactum iterum erumpat, sic umbilicum generat, iterumque adtractum pelliculas struat, ut placenta generetur, & alia nimis hic longa. Liber *de septimestri & octimestri partu* jam dictus est, & Liber *de diæta primus*, quo doctrina panspermica continetur. In eum GALENI existat commentarius. Liber *de hominis ætate* seorsim excusus est, latine versus a JOHANNNE LALAMANTIO Lugd. 1571. 8. cum Libro *de septimestri partu*. Liber *περί φύσεως ἀνθρώπου* mihi non genuinus videtur, cum quatuor habeat humores, febres ex varia bile diversas natas, aliaque theoretica. Hic venæ illæ mirificæ describuntur. In eum GALENUS commentatus est, & utrumque opusculum edidit COLINAUS, Paris. 1534. 8. tum JACOBUS SCUTELLARIUS, Parmæ 1568. & BLAS. HOLLERIUS, Basil. 1561. 8. & JOH. FRID. SCHROETERUS, Jenæ. 1585. 8. & JOH. HEURNIUS, Leid. 1609. 4. & SEBASTIANUS PAPARELLA, Venet. 1551. * PL. DEMOCRITI Liber *περί φύσεως ἀνθρώπου*: Quæ de bile, de Liene habet, videntur posteriorem ætatem sapere. *De structura hominis*. Spurius est; cum arterias venasque & nervos accurate distinguat. JOHANNIS STEPHANI notæ existant in eum Librum, Venet. 1633. 4. * Librum *περί ἀνατομῆς* detexit J. CAJUS edidit CL. DAN. WILHELMUS TRILLERUS cum *commentatione de nova HIPPOCRATIS editione adornanda*, Leid. 1728. 4. Certum est auctorem corporum humanorum anatomem tenuisse, & de industria comparasse cum animalium fabrica, & aliqua de quinquesido favi simili pulmone non mala habet. Doctus, fusus & minime timidus commentarius est, quem dixi. CL. GUNZIUS arteriam cartilagineam, quam pro venâ Cava habuerat TRILLERUS, ad pericardium refert, in progr. quo in Libro *Hipp. de dissectione* commentatur Lipsiæ 1737. 4. In Libro *περί καρδιῆς* satis accurata anatomie est, & nimis, pro temporibus HIPPOCRATIS, minuta. Potus tamen descensum per asperam arteriam retinuit. Supra jam laudatus est. De eo proprius existat G. SEGERI Libellus, Basil. 1661. 4. Liber *περί φύσεως* eloquens & acute scriptus est, maxime pathologicus. Liber *περί ἀδένων* theoriam de catarrhis habet eam, quæ etiam in Libro *de locis in homine* docetur. Glandulas varias habet, etiam in articulis, sed eas forte alares. Liber *de dentitione* brevis & verax, etsi spurius. Liber *de insomniis* acute, uti dictum, scriptus. In Libro II. *Epidemicorum* habetur eadem ridicula venarum descriptio, quæ in Libro *de ossibus*. In Libro V. *Epidemicorum* arteriæ a venis distinguuntur, ut vix possit HIPPOCRATIS esse. In Libro *περί νοσῶν* IV. habetur subtilis ætiologia superstructa theorix quatuor humorum Peripateticorum: refutatur descensus humoris per asperam, qui in Libro *περί τῶν ἐν τῷ πνεύματι* adfirmatur. In Libro *περί τῆς ἐν τῷ νούῳ* de cerebro agitur, & humanum cum brutorum cerebro

rebroy comparatur, experimentum etiam anatomicum dissectarum caprarum & ovium adducitur. Liber *περί ὄψις* jam dictus est, & ille *de superfetatione*. Cæterum de editionibus HIPPOCRATICORUM operum alibi dicemus. Osteologiam Hippocraticam dedit, uti dictum est, RIOLANUS.

Librum *περί τῶν κατ' ἀνθρώπων* hic citatum, non ante ARISTOTELEM scriptum, neque adeo genuinum HIPPOCRATIS esse, eruditissimi viri T. REINESII opinio est, *variæ. lection. p. 75.*

In commentarii GALENI L. II. (*de propr. l.*) & III. libro in HIPP. I. *περί φύσεως ἀνθρώπου* demonstratur veram sententiam HIPPOCRATIS etiam in aliis libris declaratam hoc opere contineri. Hunc librum HIPP. cum GALENI commentario edidit etiam EUSTACHIUS QUERCETANUS, Basil. 1549. 8. seorsim vero prodiit HIPP. *de natura humana*, Brem. 1584. 4.

Physiologica potius sunt, quam anatomica, quæ PLATO habet, & quæ recenset CL. J. H. SCHULZE. In eum *ex philosophorum & medicorum spatii scholia MATTHÆO FRIGILLANO* collectore prodierunt, Paris. 1560. 4. *

De DIOCLE Carystio alibi dictum est. Primus de *administratione anatomica* scripsit.

Sed ARISTOTELIS opera negligere nefas est, qui corpora plurimorum animalium secuerit, aliquando satis subtiliter, ut in Chamæleonte, eo consilio ut classes ex communitatibus constitueret: idemque icones anatomicas paraverit, etiam suis literis, ut nunc solemus inscriptas (v. p. 51.) & corpora humana ipsa secuerit, si credis CL. SCHULZIO. Ita tamen legere oportet, ut magis prima semina opinionum & descriptionum ibi inquiras, quam accuratas aut fide undique dignas descriptiones. Huc ergo pertinent *de historia animalium* Libri XI. Prodiere etiam cum J. C. SGALIGERI commentariis & nova versione, Tolosæ 1618. fol. EJUSD. *De partibus animalium* Libri IV. *De generatione animalium* Libri V. *De spiritu* Liber I. *De respiratione* Liber I. *De somno* Liber I. *De insomniis* Liber I. *De sensu* Liber I. *De memoria* Liber I. *De longevitate & brevitate vite* Liber I. *De juventute & senio* Liber I. *De incessu animalium* Liber I. *De morione animalium* Liber I. Passim aliqua ibi reperias nobilia, de ovi incubatione & fabrica, de piscium dissectione, de vasibus, de viscerum in systemate animalium lato vel angusto imperio. Errores intercurrunt ægre excusabiles, ut ille celebris de tribus cordis sinibus, &c. ETJUS etiam *Problemata* non oportet omisisse quæ M. ANTONII ZIMARÆ opera, cum ALEXANDRI Aphrodisiaci sectionibus interprete POLITIANO prodierunt, Basil. 1544. 8. (PLATN.) Ex Philoſophia ARISTOTELIS major pars theorix Galenicæ derivata est.

Anonymi *Isagoge anatomica*. Videtur ex ARISTOTELE compileret recentiori paulum ævo, qui clitoridem habeat, elegans cæterum & boni ordinis. Edidit Gr. Lat. primo PETRUS LAUREMBERG, Leid. 1618. 8. nuper vero JOANNES STEPHANUS BERNARD, Leid. 1744. 8.

ARISTOTELICOS cæterum minutos satis anatomicos fuisse apparet ex auctione vitarum LUCIANI.

MARTIANUS ERASISTRATEUS scripsit duos libros *de anatome GAL. de propr. lib.*

HEROPHILUS Alexandria corpora, non tamen vivorum hominum secuit (COCCHI in oratione an. 1736. edita *de usu artis anatomica*, Florent. 4. p. 14.) Scripta ejus perierunt. Vasa tamen lactea vidisse, nervos in tria genera separasse, ligamentorum, tendinum, nervorum, sinus cerebri, tubas animalium, vesiculas feminales descripsisse satis notum est. COCCHIUS fragmentum ejus viri de ligamento terete edidit.

ERASISTRATUS secuit equidem ANTIOCHI favore corpora noxiorum hominum (conf. COCCHI. c.) non tamen viva, alioquin non negasset sanguinem arteriis contineri (IDEM p. 16.) uti neque crederem verum esse, quod ex THEOPHANE eodem loco legitur, CONSTANTINUM, LEONIS Isaurici f. medicum vivo alvum & præcordia incidi jussisse p. 18. Vasa lactea in mesenterio vidit ERASISTRATUS, cerebrum subtilius rimatus est, candidus errorum revocator, paulo tamen nimius in *hypothefibus*. Errorem loci, sive aberrationem sanguinis in vasa aliena primus docuit. CELSUS in *pref.* Inventorem esse arteriæ bronchialis alias ostendi. Duos Libros *anatomicorum de singulis passionibus* scripsit, in quibus tamen eum carpit CÆLIUS acur. III. c. 4.

LUCRETIVUS in carmine suo *de rerum natura* physiologiam etiam habet, ad Epicureorum

sententiam. Fines membrorum negat. Contra eum BOYLEUS dixit in *disquisitione about the final causes of natural things*.

CICERONE omisso, qui in Libro de natura Deorum aliquam physiologiae adumbrationem dedit, ad A. C. CELSUM, transeo, theoreticum forte potius quam practicum anatomes cultorem. Osteologiam ut diximus, breviter, sed satis vere in Libro VIII. viscerum vero quandam anatomem Libro IV. ab initio dedit. Anatomes causam oravit Libro I. c. 1.

PLINIUS ad generationis officium, ad rariora staturæ, ætatis, &c. aliqua contulit.

CASSII Jatrofophistæ *problemata physica* apud H. STEPHANUM an. 1567. cura vero C. GESNERI, Tiguri 1562. 8. ANDREA denique RIVINO erudito viro edente Gr. Lat. Lips. 1653. 4. prodierunt. Placet CASSIUS, qui legitimas passim phaenomenorum causas adferat. Celebris est ob explicationem resolutionis latere non læsi in vulneribus cerebri. Methodicus fuit, qui *circulum metaphysicorum* citet, & adstrictionem meatuum & laxationem, &c.

ARETÆUS de causis & signis acutarum & diuturnarum passionum, & de curatione utrumque alibi laudabitur. Interspersa aliqua; sed vera tamen anatomica habet, nervum olfactorium, vasculosam substantiam testis.

SORANUS EPHESIUS in exiguo Libello de utero & pudendo muliebri, qui cum RUFO prodiit, Paris. 1555. 8. jam laudatus est, longe GALENO melior, cum iste ad animalia, SORANUS ad humanam fabricam descriptionem dederit. Reliqua, & non sine damno anatomes, omnia perierunt. Non dubito potuisse tempore TRAJANI vivere, quæ LAMBEII sententia est de bibl. Vindob. Libro VI. P. 2.

RUFUS pariter Ephesus fuit. EJUS plusculi sunt Libelli. Ad anatomem pertinent *περί διέσεως καὶ διομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μερῶν*, Libri III. ut tamen primus Liber parum diversus bis existet. In iis Libris demonstrat se ERASISTRATEUM esse, ut etiam spiritum in ventriculo sinistro & arteriis contineri scribat. Fufe de partium externarum nomenclaturis egit. Simiam jussit dissectare, quod homini proxima sit p. 33. Inter viscera imprimis partes genitales & tubas in animalibus proprio labore dissectare adgressus est. TRAJANO florente vixit, teste SUIDA. Sermonem ad filium direxit. Multæ sunt editiones Græca Parisina 1654. 8. TURNEBI opera: Græco Latina CLINCHII nitida sed vitiosa, Londin. 1726. 4. Latina denique PAULI JUNII CRASSI, Basl. 1581. 4. aliæque.

In PLUTARCHI de placitis philosophorum Libris IV. & V. varia physiologica ex antiquis conservata existant. Adeo sibi similia sunt quæ hic PLUTARCHUS habet; & in Libro similis fere tituli GALENUS, ut istum prioris plagiarium fuisse COLLENUTIUS non dubitaverit adfirmasse (pro PLINIO).

CLAUDIUS GALENUS solus fere ex antiquis anatomis superest, ultimus eorum qui inter Græcos eam artem ornarunt. Legi omnino vel ideo oportet, quod quindecim fere seculis, ad HARVEJUM nempe, omnis physiologia, & parum abest, quin omnis etiam anatomie ex eo communi fonte hausta sit. Deinde etsi dudum observatum est verbosorem esse & sæpe quam maxime necessaria obruere ambagibus phrasium, quæ inanitatem occultant; etsi corpora humana raro secuit, ut demonstravit post C. HOFMANNUM Apolog. p. 292. CLERIUS; etsi descriptiones humani corporis ex antiquioribus sumtas cum suis, quæ secabat, animalibus sæpe obscurissime miscuit exemplo partium genitalium mulieris, ossis sacri, etsi in multis inconstans est, & in alias & alias sententias dilabitur, ut exemplo epiphyseos, jejuni &c. demonstravit C. HOFMANNUS apolog. c. 120., & in universum in præfatione apologia; etsi (neque alienum a vero est SCHELHAMMERI judicium in *addamentis ad CONRINGIUM*, & P. J. HARTMANNI de *perit. anat. vest.* pag. 23.) vasorum & nervorum historia nimis brevis est, & in universum omnia a nostri seculi perfectione remotiora, non tamen ideo non magnus & utilis fuit anatomicus. In animalibus enim vivis experimenta passim suscepit, etiam nobis aut utilia, aut difficilia, ad vocem, respirationem, nervorum utilitatem. Multa minime ruditer descripsit, ut etiam nobis semina veri gratæ esse oporteat. Multa ex veteribus conservavit, quæ alibi non existant, multa addidit ipse, quæ exposuit in *anthropographia* RIOLANUS p. 26. tum in *bibliographia* DOUGLASSIUS. Quare a me non sine voluptate lectus sæpissime, uti notum, excitatus est in *Commentariis BOERHAAVIANIS*. Neque certe omnino non corpora humana secuisse dici debet. Cum in Libro III. c. 2. de *compositioe medicamentorum* medicos Romanos ipse scribat secuisse barbarorum corpora, qui contra M. ANTONINUM pugnaverant. Numerosissimi vero sunt GALENI Libelli,

belli, qui de anatome agunt, neque tamen eos omittere licet, cum nimis frequens eorum apud recentiores sit memoria seculo maxime XV. Caterum editiones meæ sunt Græca, Basileæ 1538. fol. 5. vol. & Latina ibid. 1562. fol. De CHARTERIANA alibi dicemus. Ecce Libros eo ordine, quo in Gesneriana editione existant, omiſſis nonnullis physiologicis, ut numerum, quantum licet, minuamus.

Comm. in HIPPOCRATI. Librum de natura hominis.

De optima hominis structura.

De ossibus, de quo alibi, & qui ex deterrimis & vitiosissimis est, genuinus tamen & passim a GALENO ipso citatus. ROLFINK *Diff. anat.* p. 199. 200.

Liber GALENI de ossibus citatur ab eo de ord. leg. libr. de propr. libr. Pro tironibus autem scripsit.

De musculorum dissectione jam dictus. Invenit autem GALENUS interosseos, platysma myoides, lumbricales, rectum internum capitis. Eum Librum JOHANNES CAJUS edidit cum Comm. adjunctum Libris de administrationibus anatomicis, Basl. 1544.

Sex Libros periisse ex iis, quos scripsit GALENUS de administrationibus anatomicis, patet ex ipso GALENO, cum XV. citet de propriis Libris.

De nervorum dissectione.

De venarum & arteriarum dissectione jam dicti Libri, & cum fragmento de iis qua medica dicta sunt a TIMÆO, Lugd. 1550. 8. editi.

An sanguis in arteriis contineatur contra Erasistrateos.

De administrationibus anatomicis L. IX. cum sex reliqui perierint. Hi lectu dignissimi sunt ob experimenta intermissa, & descriptiones. Promiserat reliquos libros BARTHOLINUS.

De vocalium instrumentorum dissectione Latine tantum existat. Etiam experimenta habet.

De vulva dissectione.

Lib. III. de vulva diff. citat GAL. de scriptis propriis. In juventute autem scripti sunt.

De instrumento odoratus jam dictus.

De usu partium corporis humani Libri XVII. haberi solent pro præcipuo GALENI opere. Non quidem valde subtilem habent anatomem, sed minus tamen vitiosam, & teleologias atque physiologicas considerationes egregias, de causis curata, nec aliter, partes corporis humani structa sint. Cordis etiam anatomos fetui proprias, & veram circulationem per pulmones, usumque valvularum in his Libris aperuit. Commentarios addidit CASPAR HOFMANNUS, Francof. 1625. fol. sed mererentur magis anatomicos, alios JOH. IONICER, Francof. 1550. 8. Quartum Librum seorsim VITUS ORTELIUS edidit, VVitemb. 1549. 8. PL.

Libri XVII. GAL. de usu partium C. H. scripti sunt per otium, cum ANTONINUS in Germaniâ esset, GALENUS vero COMMODI valetudinem regeret (de propriis scriptis). Primus BOETHO dudum antea inscriptus fuerat, ID. ibid.

De utilitate, & de causis respirationis, & de pulsum usu dicti sunt, quos in Libro de formatione fetus ipse GALENUS sibi tribuit. Sed in administ. Lib. c. 2. juvenem se scripsisse faterur, seque invito esse editos queritur.

De HIPPOCRATIS & PLATONIS decretis Libri IX. præter alia, non anatomica, etiam cerebri imprimis & nervorum historiam habent, tum de corde, respiratione, primis viis. Multa hic veterum scriptorum memoria. Hos CAJUS invenit.

Libri IX. GALENI de HIPPOCRATI & PLATONIS decretis eo tempore scripti sunt, quo Libri de usu partium GAL. de propr. script. de iis etiam, quæ medice scripta sunt in TIMÆO. PLATONIS libellus seorsim prodiit Lugd. 1550. 8.

De motu musculorum Libri II.

De motu thoracis, fetuum formatione, semine, septimestri partu, &c. jam dicti sunt.

Libri III. de facultatibus naturalibus contra ERASISTRATEOS (L. de propriis libris) & de ordine legendi libros.

In Libro de locis adfectis egregia anatomica intercurrunt.

Spuriorum pauci nominari merentur, inter eos Liber de anatomia vivorum, de voce & anhelitu, de motibus corporis manifestis, anatome parva, &c.

Amiſſi sunt bene multi ut L. de HIPPOCRATIS anatomia.

Lib. III. de anatomia ERASISTRATI, quos ipse GALENUS ait (de propriis libris) curiose scriptos fuisse.

Libri de sectione mortuorum (de ordine legendi libros).

Libri II. de sectione vivorum, ibid.

Libri de iis qua LIXO ignota erant in anatome. Eum scripsit, ut se tueretur a calumnia, quod sibi aliena inventa tribueret (de libris propriis).

Libri IV. qui erant compendium librorum XX. anatomicorum MARTIANI.

Et Libri II. de anatomicis LYCI (qui QUINTI discipulus fuerat) (de propriis libris).

In CÆLII AURELIANI practica libris pauca ad anatomem pertinent. Physiologiam eo sensu sumpsit, quo hodie solet, p. 22.

JULIUS POLLUX (Πολύδευκος) in onomastico, quod TYBERIUS HEMSTERHUIS, cum WOLFGANGI SEBERI, GODOFREDI JUNGERMANNI, JOACHIMI KUHNII & HENRICI LEDERLINI observationibus splendide edidit, Amstelodami 1706. fol. ejusque Libro II. omnino ad anatomem aliqua habet, nomina nempe partium, non absque ineptis tamen erroribus. Quis crediderit ἰσχίον nomen esse ligamenti teretis?

MOSCHIONEM repeto, qui figuras citet & literas, & uterum, ut SORANUS, cucurbitulæ comparet. EJUS muliebrium Græcus codex cum inedita præfatione exstat in Vindobonensi bibliotheca LAMBEC. Libro VI. P. I. neque bona est, quam dedit CASPAR WOLFUS. Manifestum vero est, quod IDEM vir doctissimus confirmat, non ex Græco in Latinum, sed ex Latino in Græcum sermonem versum esse.

ORIBASII anatomica ex I. GALENI cum versione J. BAPTISTÆ RASARII nitide prodierunt nuper Leidæ 1735. 4. cura GUILIELMI DUNDASS, additis harmoniis locorum GALENI. In collectione magna efficiebant Libros XXIV. & XXV. Utilis certe synopsis, ordinata, & libera illis infinitis titibus GALENI, aliqua etiam habet ex Libris desperditis.

ORIBASII anatomica prius Græce prodierunt Parisi. 1556. 8.

Sed & reliqui scriptores Græci nihil habent, quod non ex GALENO sit. NEMESIUS περὶ φύσεως ἀνθρώπου, sive de natura hominis, Lond. 1636. 12. Anglice GræcoLatine & Antvverp. 1565. 1671. 8. Oxonii editus, Physiologiam Galenicam habet. Neque circulationem sanguinis cognitam habuit, quidquid ajat editor Oxoniensis, neque alia de bile, nisi quæ GALENUS dudum docuerat.

NEMESIUM, cujus librum hoc loco citavimus, vixisse seculo IV. credit editor Oxoniensis.

MELETII περὶ φύσεως ἀνθρώπου, de natura structureque hominis, Venet. 1552. 4. Perinde compendium anatomicum & physiologicum, ex GALENI placitis. Miror p. 46. in hoc ipso Libro MELETIUM citari. Rudis cæterum fuit, qui v. gr. feminis unam futuram esse scribat, eamque circularem. Adjecti sunt editioni modo citatæ Libelli varii POLEMONIS natura signorum interpretatio, MELAMPI de navis, &c. qui vix merentur nominari. Codex MELETII monachi plenior editus cum aliis Vindobonæ later LAMBEC. Libro VI. P. II.

GREGORII NYSSENI de hominis officio Librum Basil. 1567. 8. editum nondum vidi.

PAULUS, ALEXANDER TRALLIANUS, OCTAVIANUS HORATIANUS. vix quidquam habent cur inter anatomicos excites.

Θροφίλα περὶ τῆς τῶ ἀνθρώπου κατασκευῆς Libri V. Græce, Parisi. 1555. 8. Venet. 1536. 8. Basil. 1539. 8. & in FABRICII Bibliotheca Græca Lib. XII. Gr. Lat. Dedit compendium Librorum GALENI de usu partium. De Libro de urina alias dicitur.

JOH. ACTUARIJ Liber περὶ ἐνεργειῶν καὶ παθῶν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος Libri II. Græce 1557. 8. GOUPYLI ope prodierunt, tum Latine, Venetiis 1547. 8. 1554. 4. 1556. & in Principibus H. STEPHANI.

HIPATUS de partibus corporis humani Gr. Lat. Leid. 1744. 8. Catalogus est partium corporis humani externarum. Editor J. S. BERNARDUS tres earum partium antiquas icones addidit, ex Leidensi bibliotheca sumtas, cum nominibus non simillimis eorum, quæ vulgo adhibentur.

ARABUM succedit seculum, qui a dissectionibus abhorruerunt quidem, cæterum anatomem ex Græcis repetitam, & ex GALENO inprimis fere omnes suis practica Libris adiderunt. Et princeps ABUBETER RHAZES in operibus exquisitioribus, quæ per GERARDUM TOLETANUM, ANDREAM VESALIVM, & ALBANUM TORINUM edita sunt, Basil. 1544. fol. & in primo Libro ad ALMANZOREM anatomem concinno ordine descripsit. Vasa salivalia sub lingua & hic, & in ORIBASIO, & apud omnes Arabes habentur.

In

In AVICENNÆ Libro Canonis, Venet. an. 1555. fol. & alias edito, a principio habetur anatome, ad quam exstant V. F. PLEMPHII commentarii, Lovanii 1658. fol. editi.

In decimo volumine AVERRHOIS, quo Colliget continetur, Venet. 1552. fol. edito, habetur in primo Libro Colliget anatome simillima ejus, quam AVICENNA scripsit, splanchnologia nempe compendium. In Libro II. physiologia traditur.

ALBUCASIS, ut vulgo vocatur, huc a DOUGLASSIO refertur ob icones oculi, viscerum, venarum, & sceleti. Sed eæ icones omnes videntur esse recentioris ævi, neque exstant in editione Veneta anni 1520. fol. Sed unice in Argentoratensi 1532. fol. Clitoris autem apud SORANUM, uti dictum, dudum habetur, & verba ALBUCASIS fere ea sunt, quæ AVICENNA habet, & PAULUS.

Recentiorum primum ponimus CONSTANTINUM AFRICANUM, magnum Arabum exscriptorem. Possis autem huc referre ejus Libros de coitu, & de anima & spiritus discrimine, sed exigui certe momenti sunt. De editionibus in practica dicam.

ALBERTI Magni Liber de secretis mulierum sæpissime prodiit. Eo infelici tempore; cum vix quisquam præter clericos medicinam exerceret, anatome penitus extincta est, publicis etiam legibus BONIFACII VIII. proscripita, quarum vi adhuc anno 1571. anatome NICOLAO BUCELLO interdictum fuit. ROOLFINK dissertation. anat. p. 187.

ALBERTI Magni etiam est de homine & animalibus, Venet. 1498. fol. &c.

Italia uti reliquarum artium, ita anatomes in Europa reparatæ laudem sibi vindicat. In Sicilia quidem, nisi fallor omnium primus, FRIDERICUS II. anatomem restauravit, sancta lege, ne quisquam ad Chirurgiam exercendam admitteretur, nisi anatomem didicisset. MARTIANUS vero protomedicus obtinuit, ut omni quinquennio anatome administraret, quam omnes medici & chirurgi frequentarent (P. CASTELL de peste p. 23.) Deinde Bononiæ OTTUS AGERIUS ISTRULANUS, & ARMUNDUS GUASCO docuerunt, quorum posterior an. 1151. primus anatomem aperuisse dicitur a CL. GUILIELMINO in Orat. Bononiæ habita anno 1735. Porro MUNDINUS Bononiæ circa annum 1315. Librum scripsit, varie inscriptum, quem secta ab eo viro cadavera ita commendarunt, ut legibus in Italia sanctum sit, ne in alium auctorem Doctores prælegerent. Meæ editones sunt, Venet. 1513. fol. ex ed. JOH. de KETAM cum perantiquis figuris, alia cum amplissimo Commentario JACOBI CARPENSIS, Bonon. 1520. 4. alia cum MATTHÆI CURVII commentariis Papiæ 1550. 8. Alias habet DOUGLASSIUS, Editionem Patavinam per HIERONYMUM de MAFEIS emendatam 1484. 4. Lipsiensem emendatam per MARTINUM POLICHIUM de MELLERSTATT 1505. 4. DRYANDRI editionem, Marburgi 1540. & 1541. 4. cum MUNDINO editam non vidi, cui titulus est MUNDINI anatomia ad vetustissimorum codicum fidem collata, nec Argentoratensem 1513. 4. (B. LEHM.) nec Venetam 1638. 12. cum scholiis (MERCULIN). Cæterum rudis, ut sermone, ita in descriptionibus auctor, nihil præter antiquitatem habet, quod valde commendes.

MUNDINIANI Libri hic citati editionem DRYAND I, quam tum temporis nondum videram, nunc vidi, sed coram est Lipsiensis illa MARTINI de MELLESTAD absque iconibus aut anni quotiens, tum illa J. DRYANDRI, cui icones & scholia adjecta sunt.

Vivos etiam quotannis canes dissecabant Bononienses, ALDROVANDO Auctore Ornitholog. II. pag. 490.

Parisiis HENRICUS de HERMONDAVILLA anatomem fere eodem tempore in tredecim figuris demonstrabat (GUIDO de CAULIACO in præf.) Inde ad humana corpora accesserunt, & S. C. imperium cadaverum ipsis concessum est, atque an. 1564. Doctoribus pensio imperata fuit, ex qua duæ publicæ annuæ dissectiones administrarentur RIOLAN. oper. p. 65. Paulo prius JACOBUS SYLVIVS corpora humana secuit, & ante eum CAROLUS STEPHANUS, de quo continuo.

GUIDO de CAULIACO, GUILIELMUS DE SALICETO, NICOLAUS NICOLUS, I. MATTHÆUS DE GRADIBUS, JOHANNES ANGLICUS, alique horum seculorum Medici & Chirurgi aliqua anatomica admiscuerunt, GUIDO inprimis, qui integrum anatomes compendium dedit, tum GUILIELMUS DE SALICETO, qui nervos etiam voluntarios a necessariis distinxit.

PETRI de ABANO conciliator differentiarum Philosophorum & præcipue Medicorum, Venet. 1548. fol. & alias editus est. Ad physiologicas controversias plurima huc pertinent. Op-
ponit

ponit fere *ARISTOTELEM* & *AVERRHOEM GALENO*, rationes contrarias utriusque recenset, tunc suis adlatis litem definit.

TURRIANUS anatomicus, qui corpora humana secuit, & errores *MUNDINI* demonstravit, nihil, nisi fallor, scripti reliquit.

MAGNI HUNDT anthropologium de hominis dignitate, natura, & proprietatibus, &c. Lipsiæ 1601. 4. * Rarissimus Libellus inter primos est, quos figuræ anatomicae ornent. Proprio de eo Libello egit programmata *J. ZACHARIAS PLATNER*, & earum tabularum auctorem prædicavit, Lipsiæ 1734.

MAGNI HUNDT citatum librum inter primos esse, quos figuræ anatomicae ornent, hoc loco dictum est, sed eas figuræ ruditate antiquitatem suam confirmare, nunc video, cum ipse eum librum possideam.

JACOBI PEILIGK opus est, quod vocatur *compendiosa capituli physici declaratio principalem humani corporis membrorum figuras liquido ostendens*, Lipsiæ 1499. & 1518. fol. quæ editiones in *PLATNERI* bibliotheca, posterior etiam apud me prostat. Auctor cæterum anonymus est, habet autem viscerum rudes icones & descriptiones ex Arabibus desumptas, & ex *CONSTANTINO*. Icones & *HUNDTIANIS* verustiores sunt & *CARPIANIS*. *IDEM* an. 1505. Lipsiæ fol. edidit *ALBERI thesaurum vera philosophia & divina sapientia*.

GEORGII VALLÆ de corporis commodis & incommodis, Argentor. 8. & inter annos 1520. & 1530. Mera fere enumeratio partium corporis humani est ad *POLLII* morem. Alium titulum habet *JACOBUS DOUGLAS*, & *J. vander LINDEN de humani nempe corporis partibus*, Basil. 1627. (puto 1527.)

ALEXANDER BENEDICTUS Anatomia, sive de historia corporis humani Libros V. sæpe edidit. Editiones antiquissimas non vidi, cum prima anno 1497. videatur prodierit, cum Liber scriptus esset anno 1483. Mæx sunt Parisi. 1514. (Venet. 1527. 12. B. *LEHM.*) & Argentinenfis 1528. 8. Recusa est Venet. 1533. fol. in collectione operum, & Basil. 1549. fol. in eadem collectione. Corpora equidem dissectuit, qui theatri Veronensis & Veneti descriptionem det, & de turba in theatro conqueratur. Bella etiam secutus est, & scripsit de *CAROLI VIII.* expeditione Italica. Non video multum super priorum inventa addidisse. Chirurgica & Medica aliqua adspersit. In magno etiam opere de omnium morborum causis, signis & differentiis aliqua partium corporis descriptio præcedere solet, quarum morbos explicat.

ALEX. BENEDICTI Anatomia Lib. V. nunc lego anno 1493. Venetiis 8. prodierit.

GABRIELIS DE ZERBIS Veronensis Liber *anatomia corporis humani & singularum membrorum illius*, Venet. 1502. fol. valde incommodo typo, ut vix legi possit. Anatomem opprimit plurimis ex more seculi ratiociniis, & dictione barbara. *EJUSDEM anatomia infantis* cum *DRYANDRI* opere Marburgi 1517. prodit. Furti reum agit, neque inventi alicujus, sed vasorum argenteorum, qua culpa exilium meruerit, filiosque addit in patibulo finem vitæ fecisse *CARP.* in *MUND.* p. XVII. b.

COPHONIS est etiam, de quo nihil quidquam ultra mihi innotuit, *anatome porci*, una edita.

GALEOTTI MARTII de homine Libri II. Basil. 1517. 4. Oppenheim 1610. 4. Basil. 1617. 4. In editione, quam primo loco dixi, adnotationes existat *GEORGII MERULÆ*.

MICHAELIS SCOTI physiognomia, Parisiis 1508. 8 mihi ignota est. Habet *DOUGLASSIUS*:

ALEXANDER ACHILLINUS Medicus & Philosophus, notas dedit ad *MUNDINUM*, Venet. 1522. fol. *DOUGL.* *EJUS* etiam est Liber *de humani corporis anatome*, Venet. 1521. Neutrum vidi, sed penes me sunt ejus *anatomices adnotationes*, Bononiæ 1520. 4. editæ, quas non citat *DOUGLASSIUS*. Pleraque quidem valde rudia sunt, nam an. 1502. quinque ossa tarsi, an. vero 1503. novem ait se vidisse (p. XVI. p.) Habet tamen aliqua bona, nervum quarti paris, medullæ spinalis finem in lumborum principio. Opera omnia, sed philosophica, Venet. 1745. fol. prodierunt.

HANS V. GERSDORF genant SCHYLMANS feldbuch der wundarznei, Argentor. 1517. fol. Incipit ab anatome, habet icones sceleti, & systematis viscerum. Editionem habet *DOUGL.* Francof. 1551. 4. Cum alio practico libro Germanice edito Argentor. 1519. fol. edito anonymo etiam anatome prodit.

JA-

JACOBUS BERENGARIUS Carpenfis ut in *dedic.* ipse testatur, a patria vulgo *CARPUS* dictus est. Vir summus, inter primos auctores methodi fuit, qua hodie lues venerea expugnatur ope argenti vivi, hinc prædices, ut apud *ROLENKIUM* legas, Chirurgico Libro *de fræcturis cranii* etiam celebris, verus anatomes ex corporibus humanis instaurator, ne *EUSTACHIO* quidem diffidente, & *CORTESIO* in *miscellaneis* II. qui *CURTIIUM* æmulum Berengarii lingua, hunc scalpello valuisse, ait. Morum cæterum cum nescio qua simplicitate turpius fuit, ut nefanda crimina pro innocentissimis haberet. *EJUS* existant *commentaria* cum amplissimis adnotationibus super *anatomia MUNDINI cum textu ejus in pristinum nitorem redacta*, Bonon. 1521. 4. Auctor ipse & in disseccando, & in legendo *GALENO* & *CELSE* super morem seculi peritus fuit. Iniectionem aqueam in renum vasis tentavit. Præter theorias vanas multa utilia habet, de fine vero medullæ spinalis, papillis renalibus, &c. Icones paucæ & rudes sunt. Anglice prodit *Berengarius's anatomy of man's body* Lond. 1554. 12. *EJUSDEM Isagoga breves in anatomem humani corporis*, Bonon. 1522. 4. iterumque 1523. 4. 4. parum diversæ & nitide prodierunt, tum anno 1535. Venet. minus speciose & Argentorati 1530. 8. Mirum *ALDI MANUTII* discipulum adeo barbare scripsisse. Sed memorabili usus peritia, qui ultra 100. cadavera humana secuerit, errores multos priorum correxit. Ita rete mirabile, cellulas uterinas *MUNDINI* descripsit. Figuras etiam hic rudes dedit, quarum aliqua in postrema Veneta editione omittuntur, uteri inprimis figuræ duæ. Musculos cæterum abdominis & totius corporis, cor, sceleton, artuum ossa, venas brachii delineavit. Corpora hominum vivorum incidisse fabula est, ut demonstravit *JOHANNES ASTRUC de lue venerea* p. 618.

JAC. BERENGARII Carpenfis *isagoga breves in anat. C. H.* prodierunt etiam Venet. 1527. 4.

JOHANNES GUNTER Andernacensis Parisiis an. 1530. Doctoribus adnumeratus, sumtum media parte condonata, (ed. Paris. 1536. *pref.*) cum applausu ibi docuit. *Ejus institutionum anatomicarum* Libri IV. Basil. 1536. 8. * *ibid.* 1539. 4. cum *THEOPHILO*, Venetiis 1538. forma minima cum *A. VESALII* præfatione, VVittebergæ 1585. 8. * 1613. 8. (*PLATN.*) & alias editi sunt: secuisse videretur ex præfatione, sed negat *VESALIUS*. In notula tamen p. 109. de venæ humerariæ divisione, in duobus cadaveribus observatio habetur, & adrogat sibi *GUNTERUS* interossæos quatuor *GALENO* ignoratos. Cæterum compendium anatomicum est.

JOH. GUNTER deinde citatus vixit ad annum 1574.

JOACHIMI FORTII RINGELBERGII Liber *de homine*, Antvverpiæ 1529. 8. &c. * *DOUGL.*

ANDRÆ LACUNÆ anatomica methodus, sive de sectione corporis humani contemplatio, Paris. 1535. 8. * Adparet collectionem esse ex *GALENO* & optimis auctoribus factam. *COLUMBO* secanti adstitit, *RIOLANO* teste.

JOH. DRYANDER, vero nomine dictus *EICHMANN*, in Gallia Medicinæ operam dedit, Marburgi vero docuit. *EJUS anatomia pars prior in qua membra ad caput spectantia recensentur & delineantur*, Marb. 1537. 4. prodit. Primam anatomem an. 1535. celebravit, quod studium propria oratione concelebrat. Icones dedit capituli, cerebri, ossium, thoracis, pulmonis, cordis, vasorum magnorum, paulo minus quam *CARPENSES* figuræ rudes, cæterum parum habentes veræ utilitatis. *GABRIELIS* de *ZERBIS* & *COPHONIS* oppellas una editas citavi alibi, & dixi de editione, quam dedit *MUNDINI*. Neque *EURICII CORDI* judicium, neque *VESALII* p. 254. 255. valde favet famæ viri.

BENEDICTUS VICTORIUS in *Practica magna* habet partium anatomem. Sic *ARCULANUS* in opere practico, Venet. 1357. fol. excuso.

NICOLAUS MASSA, Venetus anatomicus, qui frequenter cadavera humana secuit. *Ejus est liber introductorius anatomie, sive dissectionis corporis humani*, &c. Venet. 1536. 4. & 1559. 4. quæ editiones solo titulo differunt. *MUNDINUM* fere imitatur, & perinde ea organa describit, quæ frequentius eo ævo demonstrabantur, tres nempe ventres; artus vero breviter tangit. Non est absque observationibus, quas suis locis pleræque tetigimus. In *epistolis* etiam *medicinalibus*, Venetiis 1542. 4. 1550. 4. (*DOUGLAS*) & 1548. 4. 2. vol. excusis, quæ mea editio est, aliqua sparsim ad historiam anatomicam habentur.

NICOLAI de *SABIO viscerum viva delineatio*, Venet. 1539. fol. Non memini me citatam vidisse. Duæ sunt tabulæ, viri & feminae. In utraq; viscera abdominis secundum strata, quæ

G g g g

quæ

monui, vitia aliqua sint, & passim GALENUM, cum quo perpetua ipsi pugna est, non absque suis etiam erroribus impugnaverit. Hujus operis icones infinitis locis recusæ sunt. Eas habet JACOBUS BUWMANNUS in *anatomia, das ist, eine kurze beschreibung von der aufstehlung und abtheilung aller glieder des menschlichen leibes*, Tigur. 1551. fol. 1573. fol. cum figuris æneis satis pulchris. Habet etiam, ni fallor, T. GEMINI, quem non vidi, VESALIUS vero valde accusat, tum cerro JACOBUS GREVINUS, cujus *anatomes totius are insculpta delineatio*, Paris. prodiit 1564. fol. Ibi icones in minorem formam contractæ sunt, additæ aliquæ GREVINI inutiles lacinia; Eadem icones in PAREI, VALVERDI, PLATERI, S. ALBERTI, INGRASSIÆ, T. BARTHOLINI, CASSERI & quot non alia opera transierunt. Ex VALVERDO, qui aliquas adjecit, recepit PLANTINUS dixitque vitas imagines corporis humani æneis formis expressas, & edidit 1572. fol.

VESALII suorum librorum de C. H. fabrica epitomes, Germanica ALB. TORINI editio ibi dicta nunc penes me est, paulum diversa a Latina, quæ plures icones minores viscerum & ossium ex magna anatomie decerptas habeat. Cæterum titulum est *von des menschlichen Körpers anatomey kurzer aufzug durch ALBAN ZUM THOR*.

VESALII hic citati Libri VII. de C. H. fabrica, Lugduni etiam recusi sunt 1552. 8.

Valde suspicor huc pertinere mihi non visam Description & démonstration des membres intérieurs de l'homme & de la femme, Paris. 1560. 4.

De radicis china usu, Basil. 1546. fol. Venet. 1542. 8. (si fides NICERONIO) versus autem 1546. 8. & Lugd. 1547. 12. parv. Scopus princeps est demonstrare, GALENUM non homines secuisse, sed simias, sæpe etiam absque animalium dissectionibus ex ingenio narras conjecturas cum anatomicis veterum descriptionibus miscuisse. Facile vero demonstrat in utero, cæco intestino, vena sine pare, venæ cavæ parte quæ supra septum est, cerebello, ventriculis cerebri, ossibus plerisque, GALENUM animalibus usum esse. Legi etiam debet ad historiam ipsius VESALII.

Examen observationum Fallopii, Venet. 1564. 4. & Hannov. 1609. 8. Madriti datum est Decembri mense 1561. tertio die postquam legerat impressas eo ipso anno FALLOPII observationes. Quare cum & præceptis scripserit, & absque cadavere, cum ne cranii quidem in Hispania copia esset, non potuit tanti viri experimenta refellere, ad ossa tamen aliqua ex animalibus monet.

Passim etiam lego GABRIELIS CUNÆI Mediolanensis anatomici apologia FRANCISCI PUTEI examen, Venetiis 1564. 4. excusum VESALII opus esse. PUTEUM ibi lego famulasse invidiæ ANTONII FOSSANI archiatri Hispani, & ex aula etiam Cæsarea SILVII rabiem provocatam esse. Ad frigidum cæterum Libellum non utilissima refutatio.

Denique opera omnia anatomica & chirurgica viri ediderunt H. BOERHAAVE & B. S. ALBINUS, Leid. 1729. fol. 2. vol. Accessit egregia ALBINI præfatio, nomina musculis adjecta sunt, FALLOPII una recusæ observationes & icones a peritissimo artifice VVandelaarario exsculptæ.

Aliquas etiam VESALII tabulas ad musculos inprimis pertinentes, sæpe recuderunt pictores, & nuper Londini ediderunt ex J. DOUGLASSII correctione octo tabulas VESALLIANAS, in quibus tamen clarissimus editor varia correxit.

FRATER VESALII FRANCISCUS insignis etiam anatomicus fuit, cum tamen juri se dedisset, Ferrariæ corpora secuit. AMATUS LUSITANUS curat. Cent. I. hist. 60.

ANGELI FORTII de mirabilibus vita humana naturalia fundamenta, Venet. 1543. 8. * DOUGLAS.

JODOCI WILLICHII Commentarius anatomicus, in quo est omnium partium corporis humani diligens enumeratio. Argentor. 1544. 8. Compendium anatomicum est, ex GALENO sumtum cum etymologiis græcis. Adjectus dialogus de locustis.

JODOCI WILLICHII sunt etiam observationes in libellum LACTANTII FERMIANI qui de opificio Dei inscribitur, Basil. 1542. 8. Compendium quoddam anatomes, & breve & inane.

CAROL. STEPHANUS doctor Parisinus Librum composuit, cui RIVERIUS Chirurgus icones adjecit, unde orta lite, sermo Medico, figuræ Chirurgo-tributæ sunt. Recherches sur l'histoire de la Chirurgie en France p. 228. second Mémoire pour la faculté, Paris. 1743. p. 305. Primum Latine prodiit sub titulo C. S. de dissectione partium corporis humani Libri III. una cum figuris & incisionum delineationibus a STEPHANO RIVERIO Chirurgo compositis, Paris. 1545. fol. In præfatione legitur jam an. 1539. opus absolutum fuisse. Primum liber osteo-

osteologiam habet, hanc satis bonam, paulo minus vero utilis est vasorum & nervorum historia, & musculorum. Ubique late exscriptus est GALENUS. In II. Libro viscera sunt, & organa mascula, in III. organa feminæ propria & musculorum singulares figuræ & modus secandi. Icones lignæ satis magnæ, sed ea pars de qua inprimis agitur minutissima est, quod fere ubique totum corpus depictum sit. Gallica editio splendidior est, & titulum habet *la dissection des parties du corps humain*, Paris. 1546. fol.

THOMAS VICARY the english man's treasure or the true anatomy of man's body, Lond. 1548. 1577. 8. 1633. DOUGL. & ALB. *

THOMÆ VICARY alium paulum quam quem nos dedimus titulum habet J. AMES, nempe a profitable treatise of the anatomy of man's body compyled by T. VICARY Sr. surgeon reviewed and published by the Chir. of Barthol. hospital, Lond. 1577. 12.

AMBROISE PARE' brieve collection de l'Administration anatomique, Paris. 1549. 8. Secabat in Scholis facultatis cum THIERY de HERY, & legebat GALENUM sibi a D. CANAPE Latine versum. Cæterum compendium anatomicum est, ad modum VESALII fere, scriptum cum observationibus nonnullis, & præceptis de cæsarea sectione & scelotopoja.

EJUSDEM est anatomie universelle du corps humain revue par AMBR. PARE', &c. Paris. 1561. 8. Non vidi, sed suspicor eam esse, quæ Latine existat in operibus, Paris. 1582. fol. editis ubi Libros II. III. IV. & V. efficit. Habet icones VESALII, anatomem brevem, propria pauca, chirurgica aliqua.

MATHÆUS CURTIUS in explicatione in MUNDINUM, Papiæ 1550. 8. Lugd. 1551. 12. Ex GALENO auctorem suum explicat & corrigit. Non tamen penitus absque naturæ observatione est, maxime ad morbos. Ita lapillos in pulmone ter a se viros recenset. Editio Veneta 1580. 8. existat apud PLATNERUM.

JACOBI MILICHII oratio de studio doctrina anatomica, VVittemb. 1550. 8. DOUGL.

PHIL. MELANCHTHONIS Liber de anima, VVittemberg. 1552. 8. physiologiam continet.

LEONHARDUS FUCHSIUS propria quidem opera vix anatomem coluit, & VESALIUM potius secutus est. EJUS de corporis humani fabrica P. II. five de instrumentis nutritionis, propagationis speciei, cordis, cerebri, Lugdun. 1555. 8. Splanchnologiam continet. In paradoxis Medicina quorum Libri III. Basileæ 1535. fol. prodierunt animadversiones anatomicæ in ALEXANDRUM BENEDICTUM, ARABES, MUNDINUM, argumentis ibi inprimis ex GALENO sumtis. De myologia & osteologia diximus.

LEONH. FUCHSII institutiones medica prodierunt Lugd. 1560. 8. Basil. 1594. 8. quibus de more Physiologia continetur.

BERNARDINI MONTANA de hominis anatomia, Vallefoleti 1551. fol. * DOUGL.

G. RONDELETII nullo modo laudes omittendæ sunt, cujus Libri de piscibus, Lugduni 1554. prodierunt. Magnus enim anatomicus fuit, & propria manu secuit (RIOLAN. an. throp. p. 57.) adeo cupide, ut proprii filii viscera sit rimatus, & laudatas superius observationes magni momenti in pulmonibus & asperæ arteriæ cartilaginibus, in renibus, & in aliis corporis partibus factas reliquit. Verus etiam Auctor videtur valvulæ Coli, ut alibi ostendi. Princeps omnino, post ARISTOTELEM, in animalium sectionibus. Pisces siccatos posteris reliquit, quos vidit STROBERGERUS in hist. Monspel. Amphitheatrum anatomicum Monspelienfe, ipsius suafu, exstructum est.

FRANCISCI MICHINI de S. ARCHANGELO observationes anatomica, Venet. 1554. 4. Nunquam vidi, neque fere citari reperio. Habet DOUGLASSIUS. Sunte forte FALLOPII observationes de venis quas FRANCISCUS edidit?

N. SELNECCER de partibus corporis humani, VVittemb. 1554. 4. *

JOH. LYGHÆI de humani corporis harmonia Libri IV. Paris. 1555. 4. B. OSB. * Compendium anatomico-physiologicum.

RENATI HENERI Apologia adversus JACOBI SILVII depulsum anatomicarum calumnias pro ANDREA VESALIO, Venet. 1555. 8. Auctor Suevus Lindavii natus, Bolzani Librum dedit, discipulus FUCHSII. Ex VESALIO fere argumenta sua repetit, & plausum medicorum Monspelienfium meritis est teste VESALIO.

HENRICI PAXMANNI propositiones de partibus corporis humani & methodo, VVitteb. 1556. 8. * DOUGL.

2. REALDUS COLUMBUS (a).

3. SPI-

(a) REALDUS COLUMBUS VESALII discipulus (VESAL. exam. obs. Fallop. p. 73.) & familiaris (VESAL. defabr. C. H. L. I. c. 13.), deinde ejus successor, quindecim annis anatomen docuit Patavii, Pisæ & Romæ, ita diligens ut uno anno ad quatuordecim cadavera fecerit (IPSE de re anat. p. 256. lege 262.) at an. retro 1543. quo CAJUS, concurrente COLUMBO Patavii prælegit (CAJO teste de canib. Brit. p. 163.), ut omnino nimis aspera sit censura CARCANI, qui ingratum VESALII discipulum, & pharmacopolam fuisse, & utriusque linguæ imperitum, & male secuisse, nervos penis præter rem negasse adeo crassos, & aliorum opera ad scribendum eguisse COLUMBO exprobrat. Sat grande opus ejus exstat de re anatomica L. XV. Ven. 1559. fol. exaratum, repetitum Paris. 1562. 8. cum FALLOPII obs. & 1572. 8. (B. PL.) tum cum additamentis recusum a J. POSTHIO, Franc. 1590. 8. & 1593. 1599. (MERC.) Germanice etiam versum cum titulo R. C. Anatomia teutsch mit einer zugabe vvorinn scelera bruta begriffen durch JOH. ANDR. SCHENK, Franc. 1609. fol. * Non diffidentum est, paulo audaciorem fuisse in carpando non GALENO solo, sed VESALIO, neque errores effugisse, etiam crassiores. Sed multa tamen utilia habet, ut Librum XVI. de viscerum corporum sectionibus, & Librum XV. de rarissimis observationibus. Inventa etiam, quæ ipsi non sunt nulla, suo loco laudavi. Obiit anno 1577. GIORN. de LETTER. d' ITAL. T. XIII. p. 213.

JOHANNES VALVERDE Hispanus, COLUMBI discipulus, vix ipse secuisse visus est, adeo & sermone & iconibus VESALIUM exscribit, paucissimis adjectis partim rariorum eventuum observationibus, partim figuris vasorum cutaneorum. Quatuor alias tabulas musculos repræsentantes editionis 1589. editor MICHAEL COLUMBUS adjectit. Editio Hispanica dicitur prodidisse Romæ 1559. fol. min. Italice vertit ipse VALVERDE, adjuvante TABO, & edidit sub titulo anatomia del corpo umano composta per M. G. V. Romæ 1560. fol. Deinde Latine edita est, cum titulo anatomie corporis humani, Venet. 1589. fol. & 1607. fol. Prioris editionis 1560. & 1589. eadem, & meliores sunt icones, posterioris exscriptæ, hinc mutatum dextrum & sinistrum latus, sermo idem, & paginæ respondent. In B. PL. exstat editio Italica Veneta anni 1559. fol. sed ea eadem cum Romana 1560. est, & in fronte Romam, in calce Venetias inscriptas habet. Icones in PLANTINIANAS abiisse jam monui.

Editionis Hispanicæ JOHANNIS VALVERDE invenio etiam alium annum & titulum Historia de la composizion del corpo umano, Rom. 1556. fol. JOH. CRATONIS ad artem medicam isagoge & in Lib. GALENI de elementis: de natura humana: de bile, & de temperamentis & facultatibus naturalibus Periocha J. B. MONTANI, Venet. 1560. 8. PLATN.

LEVINI LEMNIJ de habitu & constitutione corporis, Antverp. 1561. Erfurt. 1582. 8. Jen. 1587. 8. Physiologica aliqua habet de generatione, &c. IDEM in Libris IV. de oculis natura miraculis, Coloniz 1581. 8. editis varia physiologica habet, ad generationem inprimis, monstra, fabulas admittit corvorum, qui ad aspectu solo feminas inprægnent, &c.

GABRIEL FALLOPIUS vero nomine FALOPPIA non an. 1490. sed an. 1523. natus est, cum an. 1528. quintum vel sextum annum egerit (de tumoribus p. 83. b. ed. Venet. 4.) ut recte 39. vel 40. anno ætatis obiisse dicat THUANUS, & nondum quadragenarium GUILLANDINUS de papyro (conf. FANTON. Diff. anat. 1745. edit. p. 51. 52.), & MARCOLONI præf. ad Librum de aq. medic. Fallop. Ea brevis vita publice utilissima fuit. Anatomen docuit post COLUMBUM Patavii, chirurgiam cum maximo plausu exercuit, vir optimus, qui GUILLANDINUM suo ære ex captivitate Mauritanica redemerit, neminemque in tanta auctoritate læserit, unice EUSTACHIO, sed forte non aliter merenti, paulo iniquior. Vivus edidit observationes anatomicas, Ven. 1561. 8. primum excusas, deinde 1571. (B. PL.) & Parisiis cum COLUMBO an. 1562. 8. Coloniz 1562. 8. & alias recusas. In systema redactæ sunt, & in quinque Libros distributæ a JOH. SIEGFRIED, Helmstad. 1588. 8. Hoc eximio opere supplevit plerasque VESALII lacunas, quod ipsi inprimis videtur propositum fuisse, ad corpus humanum unice factis descriptionibus. Omnia recensere infinitum foret, laryngem certe, oculi musculos, organa genitalia muliebria, a VESALIO parum bene descripta, sollicitè exposuit. Angiologia & osteogeniæ primus justus Auctor fuit, & a nemini.

nemine anatomæ cupido debet unquam ex oculis omitti, merito hinc cum VESALIO recusus ab ALBINO. Alia Opera sunt Exp. in Librum de ossibus cui addita a F. MICHINO figura venarum, Venet. 1570. 8. * DOUGL. Tum de humani corporis anatomie compendium, Patav. 1585. 8. * NICER. Venet. 1571. 8. quæ mea est editio. Hæ eadem sunt institutiones anatomica, quæ in posthuma operum collectione reperiuntur. Lectiones de partibus similariibus corporis humani a COITERO editæ 1575. fol. Verum in posthumis omnino non dissimulare licet, editores codices suos M. S. prælectionum FALLOPII secutos esse, hinc rudem esse dictionem, omniaque longe minus rebus gravia, quam observationes fuerant. Collecta prodierunt opera Francofurti 1600. fol. Venet. 1584. fol. 1606. fol.

GABRIEL FALLOPIUS, anatomen Patavii docuisse diximus, cui addimus, intra annum ad septem usque cadavera humana secuisse, quod eo ævo rarissimum fuit (MELCH. ADAMI p. 205.)

Eas ejus institutiones anatomicas laudat BARTHOLINUS quæ in Veneta FALLOPII editione prodierunt anni 1606. rejectis iis, quas Francofurtenses dederunt (vind. anat. p. 3.) FRANCISCI PUTEI apologia in anatomie pro GALENO contra VESALIUM, Venet. 1562. 8. Inutile opus.

VIDUS VIDIVS non longe debet removeri a FALLOPIO. Etsi enim ejus Opera an. 1611. demum prodierint, anno tamen 1547. jam Professoris munere functus est, & obiit anno 1569. (ASTRUC de morb. vener.) EJUS de anatomie corporis humani L. VII. Venet. 1611. fol. tum Francofurt prodierunt. Præter VESALIANAS icones & descriptiones plurimæ hic novæ occurrunt, tum ex FALLOPIO descriptiones, tum icones propriæ, maximo numero, & singularium fere partium, ossiumque solutorum. Earum multas in sua simplicitate utiles esse satis novi, plures tamen & systemata inprimis, magis ad illustrandam descriptionem excogitatas, quam ad naturam pictas esse video, exemplo vasorum capitis, thoracis.

BARTHOLOMEUS EUSTACHIUS omnium ante nostra tempora anatomicorum princeps, Romæ his temporibus floruit, magnamque partem laboris sui in refutando VESALIO posuit, ut ea, quæ VESALIUS in GALENO reprehenderat, ex homine & animalibus summo studio eruta in liquidum poneret. Maxima pars periit, vivus autem edidit opuscula conjunctim an. 1564. Venet. in 4. aut 1563. edita, nam utraque inscriptio reperitur. Singula jam recensui, & moneo Venetam editionem emi debere, cum in Leidensi 1707. 8. a BOERHAAVIO recusa, adnotationes PINI desint, quibus loca veterum & recentiorum auctorum indicantur, ad quæ respexit EUSTACHIUS, auctoribus non nominatis. Icones equidem fere in omnibus exemplaribus desunt, sed id demum detrimentum nunc in tabulis posthumis factum habetur. Eas icones etiam C. BAUHINUS in theatro reddidit. Recusa sunt etiam opuscula Venetiis an. 1574. & 1653. Magnum autem opus de controversiis anatomicorum omnino periit absque ulla spe restitutionis. Sed tabulæ æneæ posthumæ, jam anno 1552. æri incisæ (in opusc. p. 68.) cum AUCTOR anno 1574. vitam obiret, supererant apud PINUM, amicum EUSTACHII, deinde in familia Rubiorum conservatæ sunt. Eas admirabili arte paraverat EUSTACHIUS, omissis literis, mensuris, ne scædarentur tabulæ, earum loco adjectis. Eas icones non videtur auctor ad cadavera parasse, cum manifesto sint, quæ omnino nulla arte in corpore humano cultro possint exprimi. Sed ex multis figuris peculiaribus in sceleton, pro fundamento positum, congestis systemata conficiebat. In iis non curabat valde nitorem, neque minutiora alia, unice in id intentus, ut observationum suarum vim exprimeret. Eas ergo 38. tabulas primum notas, & octo priores, JOHANNES MARIA LANCISIUS sagaciter detectas, fato subripuit (Giorn. de Letter. XII. p. 448.) & continuo, communicato cum FANTONO & MORGAGNO consilio, edidit Romæ 1714. fol. suis interpretationibus adjectis, quæ editio Romæ recusa est 1728. fol. Habetur in his tabulis pars magna anatomæ, myologia, (planta pedis, sternocostalibus, dorso musculis subtilioribus & paucis aliis exceptis), angiologia, jam laudatæ, neurologia, de qua pariter diximus, viscerum icones, & ad ossa figuræ aliquæ; omnia ita divitiis inventis, ita naturali in positione depicta, ut nemo iis carere possit. Cum vero LANCISIUS, in eo quod adsecutus erat fastigio honorum, non possit his minutis tempus tribuere & scalpillum, MORGAGNI vero epistola aliquas tantum particulas attingit, WINSLOWUS quidem operi suo adjectit tabulas quatuor literulis adjectis & inter-

terpretatione. Deinde Romæ anno 1740. fol. omnes EUSTACHII tabulas edidit CAJETANUS PETRIOLUS, Medicus & Chirurgus, & addidit vitam EUSTACHII, tum *riflessioni anatomiche sopra le note del S. LANCISI fatte sopra le tavole dell' EUSTACHII*, postquam prius unicum folium cum hoc titulo publicaverat *Dubj anatomici considerati dal PETRIOLI circa le riflessioni aggiunte alle note del LANCISI sopra la T. 25. d' EUSTACHIO* Genuæ. Commentarii alii Romani in quinque successivas supplementorum series valde incommodè disiecti sunt. Deinde PETRIOLUS sæpe adeo paradoxus est ut quem demum tolerabilem sensum verbis imperitiam, invenire non possim. Quid significat, arterias hepaticas in EUSTACHII figuris a splenicis venire? vaginam Glissonianam T. XI. fol. 4. depingi? & tot alia. Sed facile caremus eo interprete, siquidem habemus BERNARDI SIEGFRIED ALBINI *Explicationem tabularum anatomicarum EUSTACHII*, Leidæ 1744. fol. editam, in qua pro summa, qua pollet, & in cadaveribus secandis & in Librorum lectione peritia partim ex scriptis EUSTACHII, partim ex cadaveribus humanis interpretationem tabularum molitus est, descriptis absque umbra iconibus & adjectis literulis. Ad finem animadversiones in alios interpretes EUSTACHII adjecit, WINSLOWUM nempe, MORGAGNUM, LANCISIUM, BOERHAAVIUM. PETRIOLUS non videtur ipsi innotuisse. Cavendum est, ne tabulæ EUSTACHII legantur in editione Genevensi 1717. fol. ubi varie truncatæ & literulis vitiosis pictæ sunt. Transeunt etiam vulgo nunc in Libros anatomicos, ut in SENACI commentarios, alioque.

CAJETANI PETRIOLI *riflessioni anatomiche ad EUSTACHIUM* dictas habeo etiam seorsim editas, cum eo titulo, quem hic dixi 1740. fol. sed ex terminantur ad p. 78. editionis meæ prioris, cum qua eo usque accurate consentiunt, & deficiunt adeo *spiegazione aggiunta alle predette ommissioni*, tum tabulæ ipsæ.

PROSPERI BORGARUCCI (discipuli VESALII) *della contemplazione anatomica sopra tutte le parti del corpo umano* L. V. Venet. 1564. 8.

JOH. GORRÆI *definitionum medicarum* L. XXIV. Paris. 1564. fol. Francof. 1578. fol. & alias. Ut alias voces græcas medicas, ita anatomicas etiam interpretatur, ut una descriptionem aliquam addat, & loca veterum. Similia etiam, sed pauciora habentur apud ANUTIUM FOESIUM in *Oeconomia*.

JOH. COSTÆI *disquisitionum physiologicarum in primam primi Canonis AVICENNÆ sectionem* L. VI. Bonon. 1589. 4. * DOUGLASSIUS huc refert, & *adnotationes in AVICENNÆ canonem*, Venet. 1595. fol.

JOH. HALL *a very fruitful and necessary brief vwork of anatomy*, Lond. 1561. 4. *

THADDÆUS DUNUS, cujus de respiratione Librum recensuimus, secuit omnino Tiguri corpora humana.

HIERONYMUS CARDANUS in *contradictentibus medicis*, Paris. 1565. 8. multa omnino physiologica tractat.

NIC. RORARIUS in *contradictionibus* alibi citatis utique anatomica etiam veterum conciliat.

CHRISTOPHORI WIRSUNG *Praxis* habet etiam descriptionem omnium externorum & internorum membrorum corporis humani, Heidelb. 1568. fol. &c.

VOLCHERUS COSTER FALLOPII discipulus, Groninga Frisus, juvenis obiit, ut quidem RIOLANUS habet (*Anthopogr.* p. 31.) in castris J. CASIMIRI Palatini principis, (EYSSON in præf. ad COITERI Librum *de ossibus infantis*). Ipse se exercuerat imprimis in brutorum animalium anatome, quorum multa apud ALDROVANDUM secuit, & sceletos paravit, vivorum etiam incisorum phenomena, incubationem & alia notatu digna observavit. In homine imprimis utiles ex morbois corporibus observationes reliquit. In collectione ergo, quæ sub titulo *Externarum & internarum humani corporis partium tabula atque anatomica exercitationes & observationes varia* prodiit Norimb. 1573. fol. dedit methodum studendi anatomen, tabulas, quæ anatomicum compendium sunt, oculorum tabulas, observationes anatomico-chirurgicas, miscellanea varia. Reliqua jam laudavimus, Alterum opus, quo *Lectiones FALLOTII de partibus similibus* continentur, & sceleta variorum animalium, nihil ultra habet.

De VOLCHERO COSTER, cujus hic laudes recensuimus, addimus, statuam etiam eum parasse, in qua muscoli, venæ, ossa & ligamenta sunt, Norimbergæ in bibliotheca conservatam, BAIERO teste *adag.* p. 44.

HIE.

HIERONYMI MERCURIALIS L. VI. *variarum lectionum*, Venet. 1571. 4. editi varia argumenti anatomici habent.

In C. PEUCERI Libro *de præcipuis divinationum generibus*, VVittemb. 1572. 8. magna pars physiologia existat.

MICHAEL de S. PIERRE *anatomica tabula corporis humani methodice conscripta*, Paris. 1571.

In *Chirurgia* sua L. FIORAVANTI aliqua etiam anatomica habet, etiam anatomen ridicule contemnit, & chirurgus pene noxiam facit. Venet. 1679. 12. & alias.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS Bononiensis Professor, BARTHOLOMÆI MAGGII discipulus. Ejus de *humano fetu* Libellus dictus est. *Observationes vero anatomicas* scripsit anno 1586. die Matthiæ Apostoli (*in-observ.* p. 119.), Venetiis 1595. 4. editas, quibus plurima utilissima tradit, quæ suis locis laudavi, cornu inferius ventriculorum cerebri, pedes hippocampi, ventriculorum quartum, muscoli genioglossi officium verius, musculos coracobrachiales, obturatorem externum, indicatorem, spincterem vaginæ, fasciæ latæ insertionem in tibiæ, ductus excretorios vesicularum seminalium, circulationem minorem, globulos valvularum aortæ.

CONSTANTII VAROLII *de resolutione corporis humani* L. IV. a J. B. CORTESIO editi, Patav. 1573. 8. * DOUGL. Franc. 1591. 8. una cum Ep. *de nervis opticis*. Non valde crediderim an. 1573. Librum editum esse, qui in præfatione legitur a morte AUGUSTI a CÆSARE MEDIUMVILLANO CORTESIO traditus fuisse. Obiit autem VAROLIUS anno demum 1575. Adeoque si aliqua, ut videtur, editio prior fuit Francofurtensi, video ignorari. Ceterum physiologia est secundum quæstiones proposita, non plenissima propriis observationibus, habet tamen valvulam colli, uti dixi. Ob detectum veterum errorem, & demonstrationem, ventriculos non spiritu sed pituita plenos esse, multa a Galenistarum invidia passus est. Novum modum cerebrum incidendi invenit.

JULII JASOLINI *Quæstiones anatomicas* singulatim diximus, quæ Neapoli an. 1573. 8. prodierunt & quibus *Osteologia parva, de cordis adipe, de aqua in pericardio, de pinguedine in genere* Libelli continentur: tum *tertia quæstio de aqua in pericardio & quæstio de poris choledochis*, Neapol. 1576. 8. quæ omnia recusa habentur, Hanovix 1654. 4. Francofurti 1665. 4.

CARCANUM etiam diximus. Sed apud BARTHOLOMÆUM CORTE alia adhuc ejus opuscula citari lego. Nempe *felice successo di Anatomia fatta quest' anno 1585. nel mese di Gennajo, nello studio sopraadetto*. (non addit an Ticini sed credo Ticinum intelligi 1585.) 4. Deinde ejus *sectio anatomica* Cardinalis CAR. BORROMÆI existat in *appendice* ad eum, quem citavi, CURTIUM.

SIMON SIMONIS *de partibus animalium proprie vocatis solidis atque obiter de prima fetus conformatione*, Lips. 1574. 4. B. RIV. *

Beobachtung d'yonig, oder bebaetigung dessen das zänkiſch ist, wie die neue erfundung des harn probieren, geuviesen ist durch den inventorem LEONGARD THURNEISEN zum THURN, Berlin. 1576. fol. Mirus Liber. Compendium anatomicum primo loco est, figuris partim ad VESALIUM imitatis, partim novis, sectionibus nempe viscerum horizontalibus variis. Tunc urinæ sequitur analysis. EJUSDEM *partium omnium corporis ut externarum & internarum pictura & icones ad vivum impressæ cum historia plantarum* editæ, Berol. 1578. fol. citantur a DOUGLASSIO. Meo Libro nihil hujusmodi adhæret, sed unice viscerum & sceletorum minimæ figure per Librum sparguntur.

J. RIOLANI patris *Comment. in sex physiologia FERNELII posthumos & de rerum causis Libros*, Paris. 1577. 8. Antverp. 1601. 8. Theoria mera.


J. RIOLANI patris ibi citati etiam est *universa medicina compendium*, Paris. 1598. 8. edita & Basil. 1601. 12.

JOH. BANISTER *the history of man suckled from the sappe of the most approved anatomists in this present age*, Lond. 1578. fol. parv. * DOUGL. cujus censura non multum boni promittit.

J. JAC. WECKERI *medicina utriusque syntaxis*, Basil. 1576. fol. In hac collectione etiam anatomica aliqua intercurrunt.

DOMINICI LEONI *ars medendi humanos morbos a capite usque ad pedes*, Bonon. 1576. 4. D. anatomica continet.

DOMINICI LEONI *artis medendi, &c.* existat etiam editio Bonon. 1583. fol. Adde deinde:
H h h h



J. HEURNII *Institutiones medicinae, accedit modus studendi eorum qui medicina suam operam dicarunt*, Hanov. 1593. 8. & Leidæ apud Plantin. 1609. 4.

J. HEURNIUS prodit primum Leidæ 1592. 8. recusus vero exstat etiam ibid. 1662. 12.

HIERONIMI CAPIVACCII *Methodus anatomica, sive ars secandi*, Venet. 1593. 4. & cum **TEUCRII ANNÆI PRIVATI** præf. de anatomia laudibus Franc. 1594. 8. Non ars secandi est, sed anatomicum compendium ex **GALENO** sumptum, retentis etiam rudibus erroribus, quos toties **VESALIUS** notaverat, v. gr. venæ cavæ supra diaphragma & infra cor longitudine. In operibus omnibus, **DOUGLASSIO** teste, idem repetitur Liber, & adjecti sunt de ferus formatione & signis virginarum Libelli, Venet. 1606. fol. *

NICOLAI TAURELLI de facultatibus naturalibus corporis humani 1594. 4.

J. SIEGERIED *disputationes anatomicae* XXIII. Helmstadii ab an. 1595. ad 1602. 4.

DAVID KYNALOCH de anatome & morbis internis poema, Paris. 1596. 4. * D. Amstel. 1637. 12.

OTHONIS CASMANNI *Antropologia, h. e. anatome corporis humani methodice descripta*, Hanov. 1596. 8. *

THOMÆ ERASTI *dissertationes & epistolæ medicinales*, Tigur. 1595. 4. aliqua, ut ex **DOUGL.** video, physiologica habent.

Post **THOMAM ERASTUM** adde: *Universa medicina synopsis in quatuor tabulas collecta*, Venet. fol. Brevis physiologia est & oculi mala figura & inutilis collectio. Tabula ultima est a **GABRIELE CUNEO**.

IM. SEGARRA *commentarii physiologici complectentes ea quæ ad partem medicam physiologiae pertinent ad HIPPOCRATEM de natura humana & GALENUM de temperamentis*, Valentia 1598. fol. *

De **SEVERINO PINÆO** diximus, reliqua enim anatomica, quæ multa habebat, & cum **LAURENTIO** communicaverat, hoc ipso teste (p. 21.) non prodierunt.

In **MARCELLI DONATI** *historia medica mirabili*, Venet. 1597. 4. multa adfunt argumenti anatomici.

JACOBI GUILLEMEAU *Chirurgi Parisini Oeuvres de Chirurgie*, Parisiis 1598. fol. & noviter, Rothomagi 1647. prodierunt. Anatomes Libri VIII. hac collectione continentur, quorum figuræ ad **VESALIUM** pertinent, utile aut proprium vix quidquam est, etsi Auctor in anatomicis se multum dicat exercitum fuisse.

JACOBI GUILLEMEAU sunt etiam *tables anatomiques avec les pourtraitures*, quæ jam anno 1586. fol. prodierunt, perinde cum iconibus **VESALII**.

SAM. SATLER de ratione formali subjecti anatomici, quæ est motus voluntarius, Basil. 1599. 4. B. RIV. *

CAROLI RUINI *esquisita anatomia del Cavallo*, Venet. 1599. fol. sub nomine *perd anatomie* recusa **PETRI UFFENBACI** cura, Francof. 1603. fol. non debet illaudata dimitti, qua tota corporis equini dissectio, vasa etiam & nervi & muscoli perpulchre delineantur & describuntur.

ANDRÆ LAURENTII Regis Galliarum Archiatri *Historia anatomica corporis humani & singularum ejus partium*, Paris. 1600. fol. mag. & eodem anno minus splendide Franc. fol. minori prodit: & in operibus omnibus anatomico-medicis, Franc. 1627. fol. Gallice vero Rothomagi 1661. fol. Alias editiones habet **DOUGLASSIUS**. Infinita vis est quæstionum, controversiarum, argutarum, propriæ observationis parum. Ex **VESALIO** icones desumptæ sunt paucis exceptis, ut sceletorum fetus, medullæ spinalis. Priorem Monspeliensem editionem citat auctor, de qua nihil aliunde rescivi, potuit adeo etiam prior Francofurtensis existere quam vidi ad an. 1595. in Catalogis citari.

ANDR. LAURENTII *historia anatomica* prodit Francof. jam 1595. 8. Hanov. vero recusa exstat 1601. 8. Lugd. 1605. 8. absque iconibus.

HIERONIMUS FABRICIUS ab **AQUAPENDENTE**, patria sua, nimis frequenter dictus, **FALLOPII** Discipulus, quinquaginta & ultra annis Patavii in summo splendore constitutus & ab an. jam 1600. novis honoribus ornatus docuit, sero tamen scribere cepit, quod legi alicubi ab ignorantia Latinæ linguæ profectum esse. **EJUS** viri in universum semper fere eadem fuit inscribendo methodus, ut præmissa partium anatome, deinde de actione & utilitate disquireret. Libellos edidit numerosissimos, quos omnes suo loco citavi, primum autem an. 1600.

an. 1600. cum jam ante 26. annos valvulas venarum in venis totius corporis constituisset, & ob ætatem suffectus jam esset **CASSERIUS**, quæ sine dubio causa est breviorum & minus plenarum descriptionum, quæ in **FABRICIO** reperiuntur, ut quæ non factæ sint ad corpus humanum. Senilia ejus opera deteriora esse jam **ROLANUS** sensit (p. 32. *antrop.*) Figuræ in universon propriæ quidem sed non optimæ sunt, neque in anatome **PRÆCEPTORIS** fastigium attingit, cum v. gr. tres canales semicirculares **FALLOPIIUS**, innumeros **FABRICIUS** faciat. Prima collectio de aure, omento, larynge Oppenheimi prodit 1613. alia de formato feru, locutione, loquela brutorum, venarum ostiis, Francof. 1624. deinde Patavii 1625. fol. sub nomine novi operis anatomici, multis observationibus referri, quo princeps labor **FABRICII** de formato feru, & ovi formatione, locutione, brutorum loquela & venarum ostiis continetur. Deinde **J. BOHNIUS**, Lipsiæ 1687. fol. edidit opera anatomica omnia, rejectis præfationibus, neque semper Patavinas editiones secutus est. Denique **ILL. ALBINUS**, Leidæ 1737. fol. novam editionem procuravit, præfationes in caput Libri conjecit, ut paginæ Lipsiensibus responderent, eamque editionem procuravit, præfatione ornavit. Icones 300. quas vivis coloribus paraverat (præf. ad Libros de voce & loquela) ad **JOHANNEM** van **HORNE** pervenerunt, & nisi fallor ad **BOERHAAVIUM**. Posthumus est Liber de formatione ovi & pulli (**FABER** in *Hernandez* p. 758.) hic aliquæ tabulæ absq; explicatione editæ. Is autem & Liber de venarum ostiis eminent inter **FABRICII** opera.

JOH. SCHENK *observationum medicarum rararum, novarum, admirabilium & monstruosarum* Libri VII. Francof. 1600. fol. a **J. GEORGIO SCHENK** recusa & aucta, & Francof. 1665. fol. omnino in figulis capitibus rara, & ad anatomen & physiologiam pertinentia habet.

HIPPOLITI BOSCI de facultate anatomica cum quibusdam observationibus, Ferrar. 1600. 4. **DOUGL.**

CHRISTOPHORI GUARINONI de natura humana sermones 4. Francof. 1601. 4. *

JOH. JESSENI a **JESSEN** eruditus sed infelix Pragensis Academiae Rector anno 1601. edidit *VVittenbergæ Anatomiam Praga an. 1600. administratam*, compendium nempe anatomicum, concinnum, ex **VESALIO** inprimis excerptum, cum nonnullis observationibus. **IDEM** edidit *examen Obs. FALLOPII*, Hannov. 1609. 8. * **IDEM** de generationis & vita humana periodis, Oppenh. 1610. 8. Librum dedit cum **GALEOTTO MARTIO** excusum (**B. LEHM.**)

JOH. NICOLAI STUPANI *partes corporis humani compendiose enarrata*, Basil. 1601. 4. Compendium anatomicum brevissimum. **EJUSDEM** *Medicina Theoretica* ex **HIPPOCRATE** & **GALENO** collecta, Basil. 1614. 8. etiam physiologiam continet.

MARTIN SCHROETER de partibus internis ventris medi, Jenæ 1602. 4. * **B. RIV.** Sceletos & dissectiones satis numerosas **ULMI**, **COITERI** aliorumque ope administratas habet in ornithologia **ALDROVANDUS**.

BARTHOLOMÆI CABROL *Chirurgi & Anatomici Academiae Monspelienfis Alphabetum anatomicum*, Monspel. 1603. 4. & Latine 1603. 4. Oportet vero anteriorem editionem esse, cum in præf. appareat, Gallice virum scripsisse, inde Librum Latine versum esse. Utramque vero editionem nostram curavit Genevensis Bibliopola **CHOUET**. Compendium equidem exigui momenti est, sed observationes egregiæ, cordati hominis, qui fastus sit ægrum ab alio sanato fuisse, de quo desperaverat ipse ad functionem ventriculi, testis, aliasque chirurgicas & anatomicas observationes habet. Hoc alphabetum recusum est cum **JASOLINO**, Hanoviarum 1654. 4. Francofurti 1668. 4. Pulchriorem vero editionem dedit **VOPISCUUS FORTUNATUS PLEMP**, cum titulo *ontleeding des menscheliken lichaems*, Amstelodami 1648. fol. iconibus ex **VESALIO**, **PAVIO** & aliunde collectis. Proprii equidem **PLEMPIUS** nihil addidit.

SEBASTIANI MEYER *Institutiones medicae*, Friburg. 1603. 12. *

JACOBI FONTANI *responsio ... de usu partium*, Avenione 1603. 8. *

GEORG. GRASSEK *Examen microcosmici theatri, sive de fabrica corporis humani*, Argent. 1605. 8. Compendium collatitium.

WENCESLAI WINSENII *compendium anatomicum disputationibus triginta in illustri Franquerana propositum*, Franquer 1605. 4. * **DOUGL.**

JULII CASSERII Placentini mors cadit in annum 1605. Hic ergo professor, **FABRICII** senescentis discipulus & vicarius, & æmulus, cæterum in dissectione magistro major fuit, etsi,

etfi, forte quod *HIERONYMUS* senex fuerit, contra sentiat *RIOLANUS* p. 33. Felix Chirurgus fuit *CASSERIUS*, *THOMASINO* teste (I. p. 336.) Priora opera laudavimus, de tabulis posthumis vero hic dicere oportet, quas edidit a morte *DANIEL BUCRETIUS* Medicus Uratislaviensis, qui ut ex inquisitionis carceribus ereperet religionem mutavit, denique monachus (dissuadente præceptore *RIOLANO* p. 739. 229.) obiit an. 1621. (*SACHS Ocean.* p. 105. 106.) Eæ 78. tabulæ magno labore auctoris ad plenam anatomen paratæ fuerunt, & pleræque ad corpus ipsum delineatæ, reliquæ & icones ossium inprimis, ex *VESALIO*. *BUCRETIUS* viginti tabulas supplevit, non maximi momenti, ex *VESALIO* desumptas, atque ex *Pentæsthesio* *CASSERII*. Pulchriores mihi videntur, quæ ad cerebrum pertinent, & ad musculos dorfi, & plantæ pedis, quos omnium optime ante nostra tempora repræsentavit *JULIUS*. In vasis & nervi vitia aliqua reperio, quæ emendasset forte auctor, si superfluis fuisset. Multa nova habet, ut alibi ostendi, glandulas Meibomii, musculos interspinales, transversum pedis, levatores costarum, arachnoideæ cerebri primas icones. Sed pleræque non intellexit *BUCRETIUS*. Tabulæ, nunc quas laudo, prodierunt cum *SPIGELII* anatome, Venetiis 1627. fol. & Amstelodami 1644. fol. In parvam formam in 4. contraxit *SIMON PAULI*, & Francofurti edidit 1732. 4. 1656. 4. recudi vero curavit *J. F. FIGKIUS* eodem loco 1707. 4. cum versione Germanica.

DUNCANI LIDDELI *Ars medica succincte & perspicue explicata*, Hamburg. 1607. 8. * Physiologiam continet.

DUNCANI LIDDELI l. c. an non *ID. universa medicina compendium*, Helmst. 1605. 4. 1620. 4. in operum omnium P. I. continentur physiologica Lugd. 1624. 4.

Cum *LUDOVICI MERCATI* operibus omnibus prodit in I. tomo *physiologia systema*.

GREGORIUS HORSTIUS nunc scribere cepit. Edidit *VVittembergæ nobilium exercitatio-num de humano corpore & anima* Librum 1604. & correctius 1607. 8. Neque enim alius fuit *Torgensis HORSTIUS*, quem *GEORGIUM* vocat *DOUGLASSIUS*.

EJUS est *Sceptis de naturali conservatione & cruentatione cadaverum, de somno, &c.* *VVittemb.* 1606. 8. *DOUGL.* *

Secuti sunt an. 1712. Francofurti (& 1607. 8. *VVittemb.* *DOUG.*) *de natura humana* Libri. Physiologiæ compendium est, plenissimum quæstionibus scholasticis. Icones ex *VESALIO* sumpsit. *Anatome corporis humani an. 1617. instituta*, Giesl. 1617. fol. parv. *Observationum medicarum singularum* Libri IV. Ulmæ 1625. 4. editi sunt, & subjectæ Epistolæ, multa continent anatomica ex *J. RUD. SALZMANNI*: *G. FABRICII HILDANI*: *C. BAUHINI*: *HENRICI HOPHNERI*: *J. HORNUNG* aliorumque laboribus. Ibi etiam recusa reperitur *HORSTII* *de natura motus animalis & voluntarii exercitatio singularis*, disputatio nempe, Gieslæ 1617. 4. habita, quam *J. MULLERI*, respondentis nomine, in myologicis recensuit, cum nondum inter meos Libros esset. In ea ostendit musculum, dum figuram mutat & crasset, eandem tamen aream conservare, & tanto brevior reddi, quanto fit crassior, & unicum transversum abdominis esse. In operibus omnibus hæc etiam recusa sunt *Norimbergæ* 1660. fol. *Goudæ* 1661. 4. 4. tribus voluminibus, & Libri *de natura transformati in partem primam Institutionum medicarum*. In *Institutionum physicarum* Libro II. aliqua exstant de anima. Reliqua jam recensui. An alius *GREGORIUS HORSTIUS* fuerit, cujus est *specimen anatomia practica in Academia Gieslæna*, Francof. 1678. 4. ?

GREGORIUS HORSTIUS ibi dictus utique is est, cujus libros habeo.

JOH. RIOLANI schola anatomica recula est *Genev.* 1624. 8. iisdem verbis & paginis.

TOBLÆ KNOBLOCH *Dissertationes anatomica & physiologica*, *VVittemb.* 1608. 4. recusa 1612. 8. Medicus *Onolsbacensis*, compendium compilavit, figuras ex *VESALIO* adjecit.

ANDRÆE LIBAVII *Disputatio de partibus humani corporis in medio ventre contentis*, *Coburg.* 1608. *

JAC. WERENBERG *de corporis humani fabrica* Disp. X. *VVittemb.* 1608. 4. 8. *

JOHANNES RIOLANUS nunc cœpit innotescere, totisque quinquaginta annis auctoritate floruit, & magis florisset, nisi in nova inventa & succedentem laboribus juventutem, & in universum in omnes anatomicos fuisset iniquior, qui principis anatomicorum titulum quasi ex merito reciperet. Eruditione cæterum eminebat, qui omnes fere anatomicos Auctores legerit, eorumque inventa in succum converterit (ad *schol. anat. præf.*)

AAA-

Anatomen male relictam (*anthrop.* p. 57.) Chirurgis, ut ipse queritur, Medicis quasi ex postliminio vindicavit, & ab anno 1614. quadriennio in schola medica secandi munus obiit p. 64. usus tamen etiam *JOHANNES RIOLANO* Chirurgo (*præf. ad schol.*) Iconum osor fuit (p. 52. 53.), antiquitatis vero accerrimus defensor; hinc iniquus in *VESALIUM*, *HARVEIUM*, *PECQUETUM* inventores. Ejus *Scho'a anatomica novis & variis observationibus illustrata* prodit Parisiis 1608. 8. post octo annorum sectiones, sed auctoris 27. annos nati (*operum* p. 847.) Primum rudimentum est futuri operis.

Anatome corporis humani, Paris. 1610. fol. *DOUGL.* *

Eadem duplo auctior *Anthropographia* titulo edita est, Parisiis 1618. 8. iterumque aucta 1626. 4. & denique cum reliquis operibus anatomicis 1649. fol. cui optimæ editioni *G. PATINUS* indicem adjecit. In hoc eruditissimo opere omnem antiquitatem in unum volumen stipavit, historiam anatomes præfixit, cum judiciis, fere tristioribus. Non fuit abique propriis observationibus, argumento florum testis, musculi sui, &c. Sed magnam tamen partem anatomes numquam attigit, ut vasa, in quibus, & in organo auditus certe, si dicere licet, quod sentio, præter fidem erravit. Inter priora opera *Osteologia ex veterum & recentiorum præceptis descripta*, Paris. 1614. edita non redit in collectione operum.

Eodem anno tam Parisiis fol. quam Londini 4. prodierunt ejus animadversiones in anatomicos sui sæculi, *ANDREAM LAURENTIUM CASPARUM BAUHINUM*, p. 33. *A. SPIGELIUM*, *C. BARTHOLINUM*, umbraticum ut ait anatomicum, qui ex *C. BAUHINO* & observationibus Patavinis quibusdam sua collegerit (p. 687.), *CASPARUM HOFMANNUM*, virum acutum, sed qui sanguine nimis abstinerit (p. 34. 793.), *VESLINGIUM*, quem tamen pro eorum habet doctissimo, contra quos scripserit (p. 806.), & *ÆMILIUM PARISANUM*, de quo ultimo dictum est. In primis autem a *C. BAUHINO* aliisque se excipere variis locis queritur, p. 752. &c.

EJUSDEM enchiridion anatomicum, Paris. 1648. 12. prodit *Leidæ* 1649. 8. (cui editioni bibliopola adjecit icones *VESLINGII*) & Paris. 1658. 8. *EJUS* partem secundam promiserat in *Opuscul. contra GUIFFART* p. 210. sed ea nunquam prodit. Hoc compendium & si breve, mihi tamen reliqui *RIOLANI* scriptis utilius videtur, pluraque propria haberet anatomica, tum adjectarum observationum practicarum, & merito, quod omnium novissimum prodierit. Incommodum est, quod osteologia bis, & tamen diversa occurrat, cum & I. & VI. Liber ossibus diceretur. Gallicam editionem, Lugd. 1682. 8. dictam *DOUGLASSIO*, non vidi.

EJUS enchiridion anatomicum reculum etiam exstat Lipsi. 1674. 8. etiam cum iconibus *VESLINGII*, sed absque alio additamento. Gallica etiam exstat editio Paris. 1661. 8. Cæterum moneo, ut Parisina editio 1658. 8. ematur, quæ multo plenior sit priori, tum prætermisissis adjectis, tum multis libellis de pilis, unguibus, valvulis venarum & de circulatione sanguinis.

Porro *Opuscula anatomica varia & nova, inprimis de motu sanguinis ejusque vera circulatione*, Parisiis 1652. 12. edita præter ea, quæ de circuiatione agunt, etiam continent *anacephalasin HIGHMORI*, sive operis ejus viri censuram: *Anatomen pneumaricam: De transpositione partium naturalium & vitalium in latronem Francoeur.*

Alia *Opuscula* anni 1653. & 1655. vide in *Tractatu de vasis lymphaticis*. Atque adeo inter lites perpetuas depositus senex obiit *RIOLANUS*.

In *THOMÆ CORNACCHINI* *Medicina practica rationali & empirica*, Venet. 1607. fol. * aliqua anatomica reperiri monet *DOUGL.*

JUSTI CNUITII *Compendium universa medicina juxta doctrinam HIPPOCRATIS & GALENI* Vicetiæ 1608. Patav. 1666. 8. *

JAC. LAVELII *compendium medicina*, Venet. 1609. 8. 1610. 8. *

J. BAPT. DE GELLO *de natura humana fabrica* Libri X. Amberg. 1609. 12. *DOUGL.* *

NICOLAUS HABICOT, celebris Chirurgus, compendium in titulo *semaine anatomique* ante annum 1610. edidit, si fides *Recherches sur l'histoire de la Chirurgie en France*, p. 271. Recusa est Parisiis 1660. 8. & Belgice versa sub titulo *Anatomycke vveeke door vvelke in 14. lessen het middel om de parteyen dens menschelyken lichaams van een re scheiden an gevveezen vvert*, Hagæ 1629. 8. vertente *CASPARO NOLLENS*. Non quidem eruditus Auctor fuit, sed multa corpora secuit, hinc multa ad naturam vivide & absque nauseosa illa *VESALII* excriptione verius delineavit. Ligamenta hepatis lateralia, tria vesicæ ligamenta, septum uteri, coracohyoidei originem veram, ligamenta officulorum auditus, inter-

interosseorum in manu veram descriptionem, pharngis constrictorem, alia, primus dixit. Allantoideam membranam inflari posse adfirmat. Appendiculam cæci intestini solidam facit. Ductum seminalem per prostatam euntem unicum esse, idque se invenisse monet. Muculos uvulam negat habere. Hæc minus bene. Obiit an. 1624.

Liceat hic adjecisse Libellum quem nunquam vidi, habent vero Chirurghi in *Recherches* p. 271. *Paradoxe myologique par le quel est démontré contre l'opinion vulgaire tant ancienne que moderne que le diaphragme n'est pas un seul muscle*, Paris. 1610. Nempe dextrum & sinistrum vult esse, ut duo sunt transversi. De reliquis dictum est.

HENNINGII ARNISÆI *Observationes anatomica aliquot*, Francof. 1610. 4. & eum *Tra-ctatu de partu* 1641. 12. EJUS splendorum icones anatomicae vivis coloribus & nativa magnitudine, viginti quinque, jubente HENRICO JULIO depictæ, conservatæ Helmstadii muscularum sunt. Quæ genitalia muliebria referrebant, ob ineptum pudorem remotæ, nunc perierunt. Eas vidit & describit CONRINGIUS introd. c. IV. Hortum etiam & laboratorum chemicum privata cura extruxit, ut ex Epistolis HORSTIANIS video.

HENRICI PETRAREI λόγος ἐγνωμασινὸς studii anatomici, Marburg. 1610. 4.

THEODORI ZWINGERI *physiologia medica THEOPHRASTI PARACELSI dogmatibus illustrata*, Basl. 1610. 8. Syncretista, qui multa chemicorum dogmata recepit.

CASPAR BARTHOLINUS, Discipulus FABRICII & PLATERI, Medicinæ primo, deinde Theologiæ professor. Ejus *Anatomica institutiones corporis humani cum plurimis novis observationibus* VVittemb. prodierunt 1611. 8. (quæ est *Albia DOUGLASSII*), tum Argentinae 1626. 8. Goslar. 1632. 8. Compendium anatomicum est, quod idem cum additamentis filii reculum, tandem in celebrem illam THOMÆ BARTHOLINI anatomen renovatam abiit. EJUSDEM *problemata*, &c. VVittemb. 1611. 4. Sunt decem exercitationes circa problemata quinquaginta antiqui saporis. EJUSDEM *Controversia anatomica & affines notabiliores & rariores*, Goslar. 1631. 8. nihil sunt, nisi nova editio problematum, adjectis aliis quæstionibus, ut nunc secundum ordinem partium corporis humani dispositæ habeantur. Solet rationes adfirmantium & negantium proponere, suasque addere, quæ de lite definiant. Aliquæ observationes inter multas obsoletas controversias mistæ sunt.

NICOLAI NANCELII TRACHYENI *Analogia microcosmi ad macrocosmum* Parisiis 1611. fol. *

PETRUS LOWE in suo *discourse of the whole art of surgery*, Lond. 1612. 4. anatomica habere dicitur DOUGLASSIO. *

GERMANI COURTIN (qui notas etiam addidit JACOBO GUILLELMEAU) *Leçons anatomiques & chirurgicales*, Paris. 1612. fol. sunt lectiones a 1578. ad 1587. factæ, a morte auctoris a Chirurgo STEPHANO BINET editæ.

GERMANI COURTIN *lectiones* dictæ nihil habent eximii aut proprii.

JOH. PISTORII *Microcosmus*, sive *Liber cephaloanatomicus de proportionibus utriusque mundi*, Lips. 1612. 8. DOUGL. *

JOACHIMI OELHAFEN *de partibus abdomine contentis*, Gedan. 1613. 4. *

HIERONYMI PERLINI *bina historia physiologica, pathologica & therapeutica, qua corpora muliebria & temperamenta & morbos spectant*, Hanov. 1613. 4. MERCL. *. EJUSDEM *institutiones medica, physiologica, pathologica & therapeutica* eod. anno 4. editæ. *

CASP. PAFFIUS *de homine*, Lips. 1614. 4. RIV.

JOH. PINCIER *Oriam Marburgense in VI. Libros digestum, quibus fabrica C. H. describitur*, Herborn. 1614. 8. Physiologia in versus conjecta.

FRANCISCI TIDICÆI *microcosmus, h. e. descriptio hominis & mundi parallelus &c.* Lipsiæ 1615. 4. * DOUGL.

J. REMMELINI *Catoptron microcosmum* Aug. Vind. 1619. fol. DOUGL. Ulmæ 1639. Francof. 1660. fol. quæ mea est editio Aug. Vind. 1632. & 1661. fol. Germanice, & Amstelodami 1667. fol. sunt icones VESALII, ita ad modum NICOLAI de SABIO coaptatæ, ut seriem stratorum suo ordine repræsentent in tribus tabulis ex inventione REMMELINI, excudente MICHAËLE SPACHERO. Anglice reddidit, quod mireris, CLOPTON HAPERS Lond. 1702. fol. IDEM Liber etiam cum nomine excusoris, rejecto REMMELINO, prodiit cum titulo STEPHANI MICHAËL SPACHER *Pinax microcosmographica ontleedingh der Kleenen vvaereld*, Amstelodami 1634. fol. ALBINUS ad DOUGLASSIUM citat editionem 1645.

1645. fol. In hac editione invenies tabulam primam prioris operis, & vasa cutanea, omiſſa tabula secunda & tertia.

CASPAR HOFMANNUS Aلدorfinus, ab anno 1607. TAURELLI successor (pref. ad CAT. JUNG) vir utriusque linguæ peritissimus, ARISTOTELIS juratus defensor, etiam contra GALENUM, iniquus satis coetaneorum censor, unde illæ pro patre in HOFMANNUM orationes THOMÆ BARTHOLINI, cæterum ex libris anatomicis. Plurima scripsit, quæ huc pertinent, quorum pleraque recentui, sed præterea Libros VI. *variarum lectionum*, Lips. 1619. 8. ubi varia loca GALENI & veterum critice & physiologicè expendit, & ARISTOTELEM tuetur. EJUSDEM *de partibus similaribus corporis humani*, Norimber. 1625. 4. *de facultatibus naturalibus* ibid. 1626. 4. * *Commentarius in Librum GALENI de usu partium*, Francof. 1627. fol. *Relatio judicii asti in campis Elysiis contra GALENUM*, Norimb. 1642. 12. * *Institutiones medica Libris VI.* Lugd. 1645. 4. (inter quos Libros etiam physiologia habetur) earumque epitome, Paris. 1648. 12. *De partibus similaribus Liber singularem defectum supplerurus Libri quem GALENUS se ait scripsisse*, Francof. 1667. 4. post mortem auctoris. *De veritate contra ARGENTERIUM aliosque*, Paris. 1647. 4. contra GALENUM, PARISANUM, FERNELIUM, pro ARISTOTELIS opinione de partium principatu. Sed inprimis hoc pertinent posthumæ apologia pro GALENO sive *Chrestomathia*. Libri III. 1668. 4. Hos perituros amici labores redemit G. PATINUS, & paulo ante suam mortem edidit. Nomen malum est. Nam vere ARISTOTELEM contra GALENUM tuetur, in istum iniquior, ut etiam VESALIUM laudet, & ipsi opponat (in pref.) In præfatione acerbe in GALENUM invehitur, qui anatomica sua omnia ex aliis habeat, & inconstantissimus modo huic, modo alteri auctori adhareat. In eodem Libro p. 1352. varia testimonia pro ARISTOTELE contra GALENUM, æmulum, ut credit, congregat. Multum græcæ lectionis, anatomes parum, nisi velis sceleton cocti hepatis. Liber scriptus est an. 1935. GALENI quam paraverat editio, tempore J. J. BAFERI latebat apud VOLCAME- RUM (vit. Prof. Aلدorf.)

CASP. HOFMANNUS ibi citatus in *Epist. ad REINESIUM* passim anatomica tangit.

THOMÆ COLLADONIS *Adversaria sive commentarii medici*, &c. Genev. 1615. 8. 2. vol. *

THOMÆ COLLADONIS *commentarii*, quos diximus, parum utiles sunt, recte monente WELSCHE Ven. medinens. p. 275.

PETRI PAW *osteologica scripta, & succenturiatum anatomicum, & epitomen VESALII* diximus, valvulamque cæci primum negasse monuimus, in *Cent. I. Ep. HILDANI*. Observationes vero posthumas T. BARTHOLINUS edidit in *Cent. III. IV.* quæ fere ex ægrotorum sectionibus sunt. Obiit an. 1617. factis in Galliam & Italiam itineribus, horto reparato, & theatro anatomico, melancholicus tamen cum acri ingenio & memoria valida (NEANDER, MELCH. ADAMUS.)

MICHAELIS POLL *structura anthropologica sive somatologica*, Francof. ad Viadr. 1616. 4. Compendium anatomicum est, octo disputationibus inclusum, studiosi medicinæ opus.

HELKIAH CROOKE *μικροκοσμογραφία, a description of the body of man*, Lond. 1617. fol. quæ videtur prima editio esse: annum tamen 1615. ponit DOUGLASSIUS. Candidus faretur auctor, esse compilationem ex CASP. BAUHINO inprimis, & ANDREA LAURENTIO. Nondum Anatome in Angliam penetraverat, cum Auctor in præfatione fuso sermone deprecetur quod de genitalibus partibus egerit aut figuras dederit. Ita J. CASUS sectiones apud Chirurgos vidit, cum eo tempore nullæ apud medicos haberentur (p. 171. opusc. a JEBBIO editorum). In bene grandi volumine an aliquid proprium sit, nondum novi, nihil certe inveni. Icones ex VESALIO sunt, pauca ex PLATERO, CASSERIO.

PETRI LAUREMBERG *Procestria anatomica*, Hamburg. 1619. 4. Est fere perpetua pugna contra Laurentium, absque anatome, nihil enim præter boves dissecuisse facile credo Riolano (pref. in anim. in C. B. p. 688. & in *Anthropogr.* p. 32.

EJUSDEM *Collegium anatomicum*, Rostoch. 1636. 4. reculum cum titulo *Anatomia corporis humani*, Francof. 1665. 12. Sunt duodecim disputationes inaugurales, in quibus præter grammatica aliqua nihil invenio. Circulationem pro re nova proposuisse monui.

JOH. VARANDÆI *Physiologia & Pathologia*, Hanov. 1619. 8. B. RIV.

FABRICII BARTHOIETTI *Anatomica humani corporis descriptio per theses disposita*, Bonon. 1619. fol. *

In FABRICII BARTHOLETTI, etiam eo loco dicti, *encyclopadia hermetico-dogmatica* pars I. est *physiologica*, Bonon. 1619. 4. *

In MATTHIÆ LUDOVICI GLANDORP *specula chirurgico*, Brem. 1619. 12. & Londini 1729. 4. edito, continetur compendium anatomes. In ejus etiam *Gazophylacio polyplusto fonticularum & seraceorum*, Brem. 1633. 4. Londin. eod. anno recuso venæ, & musculi & alia anatomica, sed breviter omnia, exhibentur. SPIGELIUM dicentem audiverat.

DANIELIS SENNERTI *Institutionum medicarum Libri V.* VVittemb. 1611. 4. 1621. 4. 1631. & *Epitome Institutionum*, VVittemb. 1631. 4. 1664. 12. & *tabula institutionum*, VVittemb. 1635. fol. Physiologiam etiam habet, antiquo more, bono tamen ordine scriptam, ut omnia hujus auctoris.

J. GEORG. GROSS *compendium medicina ex scriptura sacra depromptum*, Basil. 1620. 8.

SALVATOR ARDEVINES *ISLA fabrica universal y composicion del mundo mayor y menor*, Mad. 1621. *

JOH. COLLE *Elucidarium anatomico-chirurgicum ex Grecis, Arabibus & Latinis selectum*, &c. Venet. 1621. fol. Anatomica ex LAURENTIO & similibus auctoribus collegit.

PAULI ZACCHIE *Quaestiones medico-legales*, Liber I. Romæ 1621. 4. Liber II. ibidem 1625. Libri III. IV. ibid. 1628. Liber V. ibid. 1630. Liber VI. 1634. Liber VII. 1635. recusis plenissime Libris IX. primo J. D. HORSTII deinde GEORGII FRANCI cura, Francofurt. 1688. fol. 3. vol. Etsi practici viri omnino opus sit, tamen ad anatomem & physiologiam pertinet, cum infinita habeat ad ætatem, pubescentiam sexus, generationis in utroque sexu negotium.

CHRISTOPHORI BREBIS *fabrica corporis humani octo disputationibus comprehensa*, Lipsiæ 1621. 4. *

GEORG. MILLER *idea hominis*, Lipsi. 1921. 4. B. RIV.

JOH. BURGOWER *de corporis humani partibus* Disp. 1622. 4. * MERCL. *EJUS de ruminatione humana* Disp. 1631. 4. MERCL. *

SEBASTIANI BLOSS *disquisitio rotius scepsos anatomica* Disp. Tubing. 1622. 4. * DOUGL.

ROBERTI FLUDD *Anatomia theatrum triplici effigie designatum*, Francof. 1623. fol. Fantasticæ & parum sani hominis.

JEMILIUS PARISANUS Venetiis floruit ab omni anatome alienus, & tamen confidentissimus coætaneorum censor. Spississimum volumen operum reliquit. Titulus est *nobilium exercitationum de subtilitate* Libri 12. accessit *par & sanius* (Parisanus) *judicium de seminis a toto proventu*, Venet. 1623. fol. DOUGL. mihi an. 1633. fol. Deinde *Nobilium exercitationum pars altera de diaphragmate ad J. RIOL. de seminis a toto proventu, & de stigmaturibus, vita ARISTOTELIS, de calido innato, vita & sanguinis motu prodiit* Venet. 1635. fol. *De microcosmica subtilitate pars tertia*, est iterum *de seminis proventu & de visione*. Venet. 1638. fol. *Quarta pars microcosmi salus, cosmica subtilitas* serius prodiit. Iterum agit *an semen proveniat a toto, de GALENI & BOITALLI placitis, &c.*

GUIL. FABRICIUS HILDANUS, ex Hilden pago Coloniae vicino Paterniacum, inde Bernam venit, ibique in Physiici functione finem finivit, celebris practicus & chirurgus in inveniendis felix, in tentando animosus. Ad Anatomem pertinent passim variæ observationes per observationes & Epistolas dispersæ. Sceletos Bernæ paravit, qui etiam nunc supersunt, & scapulas a tortura lacerari observavit. *EJUS Liber de anatomia præstantia germanice scriptus est vom nutzen und fürrestlichkeit der anatomie*, Bern. 1624. 4. Primo numerosos casus funestos habet, quorum infelicitas ab ignoracione anatomes profecta esset: deinde osteologia varia, jam citata. Põsthumæ varia reliquit, quæ in *Bibliotheca Bernensisi* vidi, volumen inprimis, in quo plurimæ monstrorum partium imagines & varia chirurgica continentur.

G. FAB. HILDANUS sceleta tria Coloniae dedicavit *nuz der anat.* p. 139.

ANTONII PONTII SANTA CRUZ Archiatri Hispanici *disputaciones in primum* Librum AVICENNÆ, Madriti 1624. fol. * DOUGLASSIUS multa huc facere scribit.

ANT. PONT. SANTA CRUZ nunc legi, cui titulus est in AVICENNÆ *primam primi*. Physiologica sunt, de temperamentis, facultatibus, spiritibus. Arabes defendit contra ARGENTERIUM aliosque, & folis auctoritatibus pugnat.

GILBERTI PACCHÆI *institutions medica*, Leid. 1624. 12. Brevis physiologia.

STE-

3. SPIGELIUS in folio charta regia editus. (a)

4. JOHANNES RIOLANUS. (b)

5. BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS Romæ editus. (c)

Iiii 2

6. THO-

STEPHANI van SCHOONEVELD *Ichthyologia*, Amburg. 1624. 4. Dissectiones varias piscium continet.

MELCHIOR SEBIZ per multos annos Argentorati Professor fuit. Numerosas disputationes anatomicas edidit, quarum collectiones subinde prodierunt. Aliquas recenset DOUGLASSIUS an. 1624. & alias factas ut *Exercitationes medicas* 56. Argentorati 1672. 4. editas. Aliæ penes me sunt, antiquo more omnes, & fere absque experimento scriptæ.

J. BAPTISTÆ CORTESI *Miscellaneorum medicorum Decades X.*, Messan. 1625. fol. prodierunt, quem rarum Librum ex dono ILL. MORGAGNI possideo. Juvenis secuerat apud ALDROVANDUM, ediderat VAROLIUM, corpora animalium aperuerat. Inde in Siciliam vocatus vix duo vel tria cadavera viderat p. 3. 4. Quare 40. post annis fere inmutata edidit, quæ in cerebro elaboraverat. In *Decade III.* descriptionem dat artificii TAGLIACOTIANI.

Post JOH. NEANDRI *Tabacologiam*, Leidæ 1626. 4. existant epistolæ aliquæ anatomicae.

(a) ADRIANUS SPIGELIUS, Patavinus Professor, funesto casu rebus humanis creptus, reliquit *de corporis humani fabrica* Libros X. quos BUCRETIVS ordinavit, sed additis suis opinionibus etiam auxit & corruptit (RIOLAN. in SPIGEL. p. 735.) cum SPIGELIUS 24. tantum lectiones edere vellet (*VESL. præf. ad synagm.*) SPIGELIANUM ergo codicem edidit LIBERALIS CREMA, Venet. 1625. fol. adjectum CASSERIANIS tabulis, & recudit BLAEU, Amstelodami 1644. fol. Reliqua citavimus. Latine & pure scripsit SPIGELIUS, anatomica fere ex VESALIO habet, & practicas observationes interspersit.

ADRIANI SPIGELII existat etiam editio Francofurtensis 1632. 4.

(b) De RIOLANO dictum est, pag. 614.

(c) Et de EUSTACHIO, pag. 607.

F. GIROLAMO GERMANO Medico Francese, *Breve trattato intorno alle figure anatomiche* Neapol. 1625. fol. Non vidi usquam citari hunc Libellum, qui inter meos est. Duo ex homine sceleti sunt, deinde alii simiæ aliorumque animalium, adscriptis frigidissimis horum animalium proprietatibus.

SANCTORII SANCTORII in I. *sen. AVICENNÆ comment.*, Venet. 1626. fol. Anatomica pauca habet, neque enim in iis excellebat, aliqua tamen; thermometra primus ad artem medicam adhibuit. Chirurgica instrumenta multa invenit.

CÆSARIS CREMONINI Opera Aristotelica & theoretica jam citavi; & BRONZERRI, & C. ASELLII.

GODOFR. CUNDISI *admiranda microcosmi, sive collegium anthropologicum*, Lipsi. 1627. 4. B. RIV. *

MARTINI LEISCHNER *de partibus corporis humani similibus*, Stettin 1628. 4. & *diffimularibus* 1628. 4.

Huc refero scriptos JOH. FABRI Germani Bambergensis, ad NARDI ANTONII RECCHII *historiam animalium commentarios*, Romæ 1651. editos fol. quos nemo absque fructu leget, ob monstrorum & animalium curiosam anatomem.

M. AURELII SEVERINI THURII CRATHIGENÆ TARSENSIS, ut amat se vocare; Professoris Anat. Bot. Neap. *historia anatomica & observatio medica viscerati corporis*, Neapoli 1629. 4. MERCL. *EJUSDEM Zootomia Democritea, sive anatomie totius animalium officii*, Norimbergæ 1645. 4. cura VOLCAMERI prodiit. Anatomem equidem animalium nimis, & supra humanam anatomem, non recte extollit: observationes in numerosis animalibus sane quam multæ, breves in universum, cum rudiusculis iconibus. Varia tamen, quæ minime expectes, passim ibi latent, vas a capsula atrabilaria ortum Valsalvianum, glandulæ intestinorum, bronchiorum, &c. *EJUSDEM de vipera natura, veneno, medicina demonstrationes & experimenta nova*, Patav. 1651. 4. Inter plurima inutilia bona dissectio fabricæ viperarum JOH. VESLINGII & J. B. HODIERNÆ, & aliquæ aliæ utiles observationes. Icones poeticae. *EJUSDEM antiperipatias, sive de respiratione piscium adversus Aristotelicos diatriba, de piscibus in sicca viventibus Phoca illustratus. De radio Turburis marini.*

vini, Neapol. 1654. vel 1659. fol. Vita Auctoris præfixa est, acri ingenio viri magni Chirurghi, ad omnem necessariam crudelitatem confirmati, sed paradoxo. In *Anat. Phoca* vasa cordis & anastomoses arteriosas & venosas hujus animalis describit, & in universum de anastomosis agit. Circulationem sanguinis non recipit.

HARVEIUM diximus.

JOH. MAGIRI *physiologia*, Francof. 1629. 8. *

JOH. MAGIRI *physiologia*, Francof. 1600. 8. primum prodiit, ad scholæ saporem scripta.

LEVINUS FISCHER . . . *observationibus anatomicis locum verum affectus præcordialis vulgo hypochondriaci illustravit* 1631. 12. *

J. DOMINICI MAGLIOCCA *Disputationum medicarum physiologicarum, ætiologicarum, semioticarum, therapeuticarum* P. III. Neapoli 1631. fol. LIND.

GREGORII QUECCII *Anatomia philologica* P. I. de præstantia hominis, Norimb. 1632. 4. Lips. 1654. 4. MERCL. *

DANIEL BECKER *Anatome infimi ventris* 12. *disputationibus delineata*, Regiomonti 1634. 4. *

FAB. VIOLET *la parfaite & entière connoissance du corps humain*, Paris. 1625. *

FRANCISCI SANCHEZ *summa anatomica ex GALENO & VESALIO*. Inter Opera omnia, Tolosæ 1636. 4.

DAVID HERMANN *manuale anatomicum*, Gedani 1637. 12. *

J. SOPHRONII a COZAK *Anatomia vitalis microcosmi*, Brem. 1636. 4. *

HERM. BOCCO *dubiorum anthropologicorum de principibus corporis humani partibus delineatis* tres (Disp. XXI.) Lipsiæ 1638. 4. RIV.

JOH. DANIEL HORST GREGORII f. *positionum anatomicarum decades* X. Marburg. 1638. 4. Progr. ad anat. canis gravidæ, ibid. 1639. 4. *anatome corporis humani tabulis comprehensa*, Argentor. 1639. 4. * quæ eadem esse videtur, *deutsche anatomie* an. 1639. gehaltet, Marburg. 1679. 4. EJUSDEM *Decas observationum & decas Epistolarum*, Francofur. 1656. 4. In observationibus varia utilia reperi, tum ex morbis sumta, diætæ calidæ in variolis noxiam vim, alternæ partis in ulcere cerebri resolutionem, cordis lymphatica. In *Epistolis* longa epistola HARVEII contra vasa lactea continetur, & pro iis vasis alia BARTHOLINI.

PETRI CASTELLI *hyana odorifera*, Messan. 1638. 4. Francof. 1668. 12. Dubitat, num sit hyana veterum, describit felis Zibethiæ folliculos, & sœleton, & utrumque depingit.

PETRUS CASTELLUS hic dictus in *epistolis* digestionem ciborum ab acido docet pendere.

VOPISCI FORTUNATI PLEMPPII *fundamentorum medicina* P. III. Lovan. 1638. 4. & altera editio aucta, Lovan. 1644. fol. cum DANIELIS VERMOST *brevis apologemate pro auctore*, Lovan. 1653. fol. Amstelod. 1659. 4. * SPIGELII discipulus minime obtusi ingenii, minus tamen anatomicus, magnus quæstionum amator. Candorem tamen in amplectenda HARVELIANA veritate demonstravit. Iconem dedit ductus pancreatici, WIRSUNGLANAM. Quæ ad CABROLIUM adjecit, & ad AVICENNÆ anatomica, alibi dicta sunt. Controversias habuit cum J. PRIMIROSE, qui *destructionem fundamentorum PLEMPPII* scripserat, Roterodami 1657. 4. oportet autem priorem aliquam editionem fuisse. Reposuit enim FRANCISCUS PLEMP *munitionem fundamentorum V. F. PLEMPPII*, Amstelod. 1649. 4. & GER. BLASIUS *impetum J. TRIMIROSI in V. F. PLEMPPIUM recusum* ibid. 1659. 4.

VOP. FORT. PLEMPPII *fundamenta med.* prodierunt etiam Lovan. 1665. fol.

OLAI WORMII *Institutionum medicarum epitome* Hafniæ prodiit 1640. 4. *Controversiarum vero medicarum selectarum Exercitationes* XVIII. Basil. 1611. 4. Ab utriusque minorém, quam, ex Runis & Museo laudem reportavit.

PETR. TERRER MORANO *flor. de anatomia* . . . Mad. 1640. 8. *

JOHANNIS VESLINGH *Syntagma anatomicum*, Patav. 1641. absque iconibus, Francofurti 1641. 12. Patavii 1647. 4. cum iconibus. Germanice etiam prodiit interprete BLASIO, Leidæ 1652. 4. B. LEHM. Norimb. 1676. 8. & Anglice vertente CULPEPERO, Londini 1653. fol. Mindæ in Germania natus, per itinera in Ægyptum, Palæstinam, & Mauritiam celebris; summus suo tempore, meo judicio, anatomicus. Compendium anatomis edidit breve, purissime scriptum, ordine quo C. BAUHNUS, ut omnes allicujus partis in

6. THOMÆ BARTHOLINI *Anatome*, opus in octavo, Lugduni Batavorum editum anno 1680. (a).

7. PHI-

in corpore musculos, & ossa & viscera conjungeret, servata sitis ratione. Figuræ aliquæ non malæ, ut in aure, in fetu, aliæ minus ad archetypum. Observationes pauciores, aliquæ tamen, hymenis, indicatoris musculi inserti in os metacarpi, &c. IDEM *Syntagma* primo Amstel. 1659. 4. commentariis GERARDI BLASII *illustratum* prodiit, deinde 1666. 4. Patav. 1677. 4. * Germanice, Norimb. 1688. 8. * denique Latine, Ultrajecti 1696. 4. quæ editio non differt ab ea anni 1666. Parum est, quod addidit BLASIUS, si ab appendicibus recesseris, in quos fere omnia nuperorum inventa conjecit, etiam SWAMMERDAMIANAS aliquas icones, quibus vasa lymphatica exprimuntur, & quæ non alibi exstant. Deinde cum VESLINGIUS an. 1649. ex morbo contagioso obiisset. BARTHOLINUS *Observationes anatomicas & posthumas epistolas* LXXIII. edidit, Hafniæ 1664. 8. quæ etiam nuper, Hagæ 1740. 8. recusa sunt, & quas maximi facio. De generatione, incubatione ovi, de viperæ anatome, de vasis lacteis copiosæ observationes, de ductu thoracico & vasis lymphaticis lienis minime obscura experimenta, aliæque lectu dignissima hic reperiuntur.

De JOH. VESLINGIO, cujus hic laudes diximus, subjungimus, auditus & linguæ vitio eum laborasse. ROLFINK *dissertatio anat.* p. 46.

NICOLAI TULPII *Observationes medicæ* Libris III. prodierunt, Amstel. 1641. 8. quartus accessit 1652. 8. 1672. 8. & Leidæ 1739. 8. & alias. Doctissimi viri scripta, et si pleraque practica sunt, cum fructu tamen leguntur. De spina bifida, de valvula coli, lacteis humanis aliisque observationes habet.

HENRICI REGII *physiologia tribus disputationibus proposita*, Ultraject. 1641. 4. EJUS *fundamentorum medicorum* Libri IV. Ultraject. 1647. 4. 1657. 4. 1664. 4. 1668. 4. LIND. Cartesianæ scholæ princeps in Belgio Auctor.

In HENR. REGII hic dicti *philosophia naturali*, Amstelodami 1654. 4. etiam physiologia existat.

In ZACUTI LUSITANI *historia medicorum princip.* sub titulo *spicilegii anatomici* existat. Compendium.

ANTONII SANTORELLI *de sanitatis natura* Libri XXIV. Neap. 1643. fol. Libri XX. ad physiologiam pertinent. Valde scholasticus, & plurimum usus D. THOMÆ.

ANDRÆ TRIMARCHI *discurso, o capriccio anatomico*, Messan. 1644. 4. *

(a) C. BARTHOLINI *Institutiones anatomicae ex editione THOMÆ filii*, Leidæ prodierunt 1641. 8. maj. Hæc editio habet omnia priorum verba, quas jam supra enarravimus, additis inter hamulos augmentis, tum iconibus ex PINÆO, ASELLIO, F. SYLVIO, plerisque tamen ex VESALIO sumtis. Primum hic apparet F. SYLVII de cerebro epistola & epistola secundæ J. WALÆI ea pars, quæ ad sanguinem pertinet. Eadem *institutiones secundum locupletata* prodierunt Leidæ 1645. 8. * Deinde *tertium ad sanguinis circulationem reformatam anatome* recusa fuit nomine patris omisso, Leidæ 1651. 8. 1669. 8. Hagæ 1655. 8. 1660. 8. 1663. 8. 1666. 8. LIND. *Plenior editio est Leidensis 1674. 8. cui titulus est Anatome ex omnium observationibus maxime patris ad circulationem sanguinis & vasa lymphatica quartum renovata*. Huic editioni acceperunt fere omnia anatomica, quæ post priores editiones prodierunt N. STENONIS, J. SWAMMERDAM, REGNERI de GRAAF, ipsius RUYSCHII, Ipse BARTHOLINUS parum addidit. Nam, quod dolendum, paucis annis anatomem exercuit, & novis inventis maximam auctoritatem consecutus ad Libros, & honores alios concessit; adeoque viscera fere meliora habet, musculos, ossa, nervos, valde imperfecte. Quæstionum & controversiarum abunde est. GERARDUS BLASIUS summa fide editionem procuravit. Nuperior *quintum renovata* Leidensis etiam prodidisse dicitur 1686. 8. Germanice a S. PAULI versa cum titulo *kunstliche zerlegung des menschlichen Leibes*, & Hafniæ prodiit 1648. 8. * Norimbergæ, interprete WOLLNERO recusa 1677. 4. Belgice Leidæ 1653. 1668. 8. Gallice Paris. 1646. 4. in metrum etiam conjecta, & ab HOSTILIO CONTALGENO (quod nomen Arcadicum est) Florentiæ 1651. carmine expressa, denique ipso BARTHOLINO in A. HAFNIENSIBUS Auctore Indice a D. BERNIER versa est. Sola floruit, donec VERHEYENIUS successit, ut isti HEISTERUS.

C. BAR-

C. BARTHOLINI tertium ad sanguinis circulationem reformata anatome recusa etiam extat Hagæ 1651. 8. & Leidæ 1669. 8. Plenior autem editio C. BARTHOLINI sub titulo *Anat. quartum renovat* recusa est Lugdun. 1684. 8. Germanice vertente SIMONE PAULI, Hafniæ prodit 1648. 8. Belgice, Leid. 1653. 8. Haag. 1658. Leid. 1669. 8. Gallice, Paris. 1646. 4. Italice poetice reddidit HOSTILIUS JONTALGENUS, Florent. 1651. 12. *

T. BARTHOLINUS eloquens & eruditissimus, etiam in diversissimis studiis homo, Europam universam peragravit, ubique diu & cum fructu moratus. Domum redux, & ad Anatomem admotus, forte ad aliqua VESLINGII indicia, adjutore MICHAELE LYSERO factis experimentis, ductum thoracicum in homine, deinde, uti dictum est, vasa lymphatica. Inde per omnem Europam celeberrimus, ob sua merita, focerique Consul Hafniensis, qui DOMUI REGIÆ in obtinendo hereditario & illimitato jure magno adjumento fuerat, nobili prædio donatus, in beato otio vixit, cumque eruditus viris per omnem Europam commercia literarum aluit. Non ideo vivos homines incidit ad ductum thoracicum, uti excidit CL. BEHRIO in *physiolog.* p. 249. imo mortuos nimis paucos. Multa Opera recensuimus, plura supersunt. T. B. *Anatomica vindicia C. HOFMANNO, RIOLANO alisque opposita acc. Animadversiones in Anatomica HOFMANNI*, Hafn. 1648. 4.

T. BARTHOLINI *anatomica vindicia C. HOFMANNO &c. opposita ex melioribus hujus viri scriptis sunt*, in quo facile expertem anatomem adversarium superavit, non minor in literis.

EJUSDEM *Collegium anatomicum Disput. XVIII. adornatum*, Hafn. 1651. 4. * (In Catal. post *Anat. Pract.*)

EJUSDEM *historiarum anatomicarum Cent. I. II.* Hafniæ 1654. 8. quæ eadem etiam eodem anno in Belgio excusæ sunt, si titulo credis, tum Germanice anno 1657. 8. Francof. *Centuria III. & IV.* anno 1657. V. & VI. anno 1661. 8. secusæ sunt. Sua inventa, lymphatica, ductum thoracicum, psoam parvum hic repetit, ductusque mammarum. Satis etiam multas dissectiones adiecit, ut felis zibethicæ, leonis. Deinde multa anatomica rariora, monstruosa intersperxit: denique sectiones corporum ægrorum copiosas. Multa tamen vel credula, vel inutilia admiscuit, ut pseudo HIPPOCRATIS *Librum de pusillis*.

EJUSDEM *Cista medica*, Hafn. 1662. 8. Ad anatomem varia pertinent, ut quæstio: An lac in mammis virginittatis diminutionem demonstrat? De superfetatione. Cadaverum nonnullæ incisiones.

EJUSDEM *epistolarum medicarum Cent. IV.* Hafn. 1663. & 1667. 8. prodierunt. Amoenissimum opus & merito recusum, Hagæ C. 1740. 8. fere omnium eo tempore celeberrimorum virorum hic epistolas reperias, ut G. PATINI, SALMASII, VESLINGII, SEVERINI, deinde inter discipulos BARTHOLINI, N. STENONIS, OLAI BORRICHII, PETRI SCHUMACHER, (cujus infelix exitus celeberrimus est), MOINICHENII, LYSERI, BODGANI, & BLASII, demum & DEUSINGII. Nihil ab anno 1634. ad 1664. in anatome fere actum est, quod hic non recensetur, & infinita inventorum semina, aut peculiare observationes, hic latent.

EJUSDEM *Orationes varii argumenti*, Hafn. 1668. 8. Variæ quidem, medicæ, etiam poeticæ, multæ tamen anatomice sunt, in C. HOFMANNUM, RIOLANUM, BILSIUM.

EJUSDEM *De Cygni anatome ejusque cantu*, Hafn. 1668. 8. Erat disputatio, nunc auctior a filio CASPARO recusa. Scelerus avis ex SIMONE PAULI sumpta est sterni cavea, per quam aspera arteria incurvata transit, fuse describitur. Cantus Cygni non bene defenditur.

EJUSDEM *Actu Hafniensa T. V.* Primus an. 1673. II. an. 1675. III. & IV. 1677. ultimus an. 1680. 4. Hafniæ prodit. Continent plurimas utiles dissectiones animalium, deinde anatomicas præstantissimas observationes N. STENONIS, de generatione, lymphaticis vasis, C. BARTHOLINI varia monstra, aliaque, ut sit ex optimis Diariis. Ergo in T. I. extat anatome aquilæ, equi Regii, leonis, cercopithecii, erinacei, columbæ, Leporis, rangiferi: in T. II. ululæ, ardæ, pavonis, psittaci, aquilæ: in T. IV. anatome salamandræ, gryllotalpæ: in T. V. ciconiæ, linguæ pici, torpedinis. EJUSDEM *Consilium de anatome practica ex cadaveribus morbofis adornanda*, Hafniæ 1674. 4. Luget suas triginta annorum observationes ex anatome practica, quas omnes ignis deleverat. Laudat nosocomia, de eorum defectu in patria

patria sua queritur. Obiit an. 1680. & in ejus obitum WILHELMUS WORMIUS atque OLIGERUS JACOBÆUS, Hafniæ 1681. 4. orationes ediderunt.

JOHANNIS WALÆI *Epistolas de chylo & sanguine sæpe laudavimus*, ab an. 1641. cum omnibus editionibus BARTHOLINIANÆ anatomes, & cum SPIGELLIANIS operibus Amstelodami reculas. WALÆI *medica omnia* in lucem primum protulit C. RIVINUS Chirurgus Edimburgensis, Londin. 1660. 8. Lectiones sunt per totum ambitum medicinæ, etiam physiologiæ, quas præstitisset non edidisse. Practicus felicissimus fuit. GROSS in *Diss. epist. de febre intermittente*.

FRANCISCUS SYLVIUS de le BOE hoc eodem an. 1641. inclaruit epistola ad BARTHOLINUM data, & in ejus anatome excusa. Præter practicam laudem, qua floruit, anatomem etiam coluit, ipsique BARTHOLINO multæ cadavera aperuit (*BARTH. de anat. pract. p. II.*) & inprimis salutarem morem Leidæ introduxit, ut demortuorum in nosodochio ægrotorum corpora inciderentur. Huc autem pertinent, præter eristica jam descripta, *Dissertationes medica*, quarum P. I. nempe decem disputationes cum *Dissertatione apologetica adversus DEUSINGIUM* Amstelodami excusæ sunt an. 1663. 12. Leidæ 1664. 12. Inter hæc monumenta industria dolemus vices viri, qui, cum chemiæ nimis indulgeret, inde causas actionum deduxit, & ad eas explicationes naturam ipsam flexit torstique.

De cerebro & respiratione utiliter scripsit. Circulationem Leidæ adseruit. Deinde in *Præcos medica idea nova* plurima loca habentur, ubi, occasione functionum lazarum, eadem integræ describuntur.

Inter opuscula varia, quæ in editione operum omnium, Trajecti 1695. 4. Genev. 1680. fol. edita sunt, dictata habentur, sed brevia, ad *institutiones anatomicas C. BARTHOLINI*.

SIMONIS PAULI sunt *Oratio de origine anatomia*, Hafn. 1643. 4. & *programma quo theatrum anatomicum auspiciatus est*, ibid. 1644. 4. & *værmen* ea occasione scriptum. De modo dealbandi ossa consilia alibi citavi.

CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI disputationes hoc anno inceperunt prodire, pleræque equidem suis locis citatæ. Prima *de capite*, VVittemb. prodit 1643. 8. alia *de corde* 1642. tum *de hepate*, omnes, ut semper solent hujus viri scripta, suis observationibus ornatæ. Sibi etiam vasa lymphatica adscripsit. Deinde in fufissimo alio opere de catarrhis ad os cribri forme, vias ad nares, pharyngem, laryngem in Lib. I. glandulosam narium tunicam Libro III. descripsit, & præter auctoritates suas etiam observatione atulit.

FORTUNII LYCETI infinita opera non moror. Libri III. *de vita*, Genuæ 1607. 4. prodierunt, sed perrexit scribere ad hæc tempora, absque observatione propria.

ANTONII SANTORELLI *de sanitatis natura* Libri XXIV. Neapoli 1643. fol. Physiologia est.

HERMANNUS CONRINGIUS corpora quidem rarissime secuit, multa tamen scripsit physiologici argumenti, & maxime quidem disputationes. Huc etiam revocari potest ejus Liber *de habitu corporum Germanorum antiqui & novi ejusque causis*, Helmstadii 1652. 4. Ibi quæritur, cur adeo uniformis fuerit indoles veterum Germanorum: cur proceras statura: cur alba cutis: oculi carulei: capilli flavi: cur hæc omnia in nuperis Germanis mutata sint. De commentario Burggraviano suo loco dicetur. Denique huc pertinet ejus *introductio in artem medicam*; quæ ut aliarum medicinæ partium, sic Anatomes historia & de scriptis judicium continentur.

T. BROWNE *Pseudodoxiam epidemicam*, Lond. 1646. fol. & auctius 1673. editam possis huc referre. Inter errores enim, quos refutavit, etiam physiologicos varios tetigit.

CORNELII ab HOOGHELANDE *cogitationes de Dei existentia & historia œconomica corporis animalis*, Amstelod. 1646. 8. CARTESIANUS, & ignis in corde magnus Auctor.

FLORII BERNARDI *de ultimo corporis alimento*, Vener. 1646. 4. *

J. B. HODIERNÆ *partium viperæ anatome*, Panorm. 1646. 4.

AUGUSTINI BUCCI *de principatu partium corporis humani cum episcopi C. HOFMANNI*, Lutet. 1647. 4.

JOHANNIS SPERLING *anthropophysica specimen*, VVittemb. 1647. 4. Non secuit ipse; sed LAURENTIUM fere & SPIGELIUM legit. Circa quæstiones versatur, quas scholastico more proponit, & sæpe parum solide resolvit.

PHIL. JAC. SACHS *Anthropologia*, Lipsi. 1648. 4. B. RIV. EJUSDEM *œconomiam* diximus. *Gammara*.

marologia, Lips. 1665. 8. edita varia ad colores, idiosyncrasias, aliasque quæstiones un-
dique collecta habet.

THOMAS CORNELIUS CONSENTINUS a patria dictus, vir ingeniosus, Latine etiam do-
ctus, veritatem novorum inventorum inter primos Italos perpexit, quo tempore rarissimi
trans alpes erant, qui vel circulationem sanguinis admitterent. PHIL. TRANS. n. 265. EJUS
progymnasmatum quædam physica VII. Venet. 1663. 4. Francofurti 12. prodierunt, recusa cum ope-
ribus posthumis, Neap. 1688. 8. in qua editione progymnasma de sensibus & poemata quædam
adjecta sunt. Suas observationes passim interponit, & de pulsu ab inserto tubulo intercepto ex-
perimentum GALENI refutat: glandulas ventriculi describit, paulum pronior in scepticismum,
& de familia LEONARDI DA CAPUA. EJUS *physiologia rationis ponderibus ac momentis illu-
strata*, Jenæ 1683. 12. * procul dubio non differt a Progymnasmatibus.

LAUR. EICHSTAD Collegium anatomicum, sive quæstiones de natura corporis humani,
Gedani 1649. 8. *

JOHANNES van HORNE nunc cepit scribere. EJUS *Exercitationes anatomicas I. & II.*
ad observationes FALLOPII anatomicas & eorumdem examen per VESALIUM addita ubique
epicrisi, Leidæ 1649. 4. non vidi. Dissertationes de ductibus salivalibus & chyliifero recen-
sui. Deinde an. 1660. Leidæ 12. edidit *Microcosmum* sive compendium anatomicum, cui
concinna brevitatis & inventa Stenoniana insunt. Recusum est Leidæ an. 1662. 12. 1665. 12. *
Lipsiæ 1675. 12. Germanice Halberstatt. 1679. 12. &c. In controversia Biliana scripsit Libel-
lum cum titulo *Waar-schouwing*, uti dictum est. Denique cum præ suo amore anatomes,
qui ipsi inerant maximus, SWAMMERDAMIUM socium operarum sibi adlegisset, cepit in
partes genitales inquirere, ediditque *prodromum*, jam recensum. Candidus vir, in paran-
dis præparatis sceletisque, & iconibus indefessus, figuras pulcherrimas posthumas reli-
quit, quæ inter BOERHAAVIUM Libros sunt 4. Vol. f. & 2. Vol. 4. etiam *commentarium*
in VESALIUM (N. STENONIS Diss. inaug. n. 14.), sed is perinde periit. BOTALLI ope-
ra recudi fecit.

JOH. van HORNE compendium anatomicum recusum etiam exstat Leidæ 1675. 12.

CHR. WEBER de homine (an non Disputatio), VVittemb. 1650. 4. * B. RIV.

ALEXANDRI READ *manual of dissection*, Lond. 1650. 12. Compendium anatomicum non
ditissimum.

NATHANAELIS HIGHMOR corporis humani disquisitio anatomica, in qua sanguinis circula-
tionem in qualibet particula typis novis persecutus est, Hagæ 1651. fol. In dedicatione ad
HARVEJUM legitur, opus octo integris annis latuisse. Ex animalium dissectionibus fibras
lienis, ductum testium excretorium, ex morbofo casu maxillarem sinum descripsit. Ra-
tiocinii cæterum multum, descriptiones breves, icones malæ, quod notavit olim RIOLA-
NUS anacephalaos. p. 152. & ad VESALIANAS clanculum fidæ.

Arcana microcosmi or the hid secrets of man's body discovered in an anatomical duel betwween
ARISTOTELE and GALEN, with a refutation of Brown's vulgar errors: Lord BACONS
natural history: and HARVEY'S book of generation by A. R. Lond. 1652. 8. *

JOHANNES ANTONIDÆ van der LINDEN *medicina physiologica*, Amstel. 1653. 4. Est omni-
no anatomæ, quæ ex ordine ventres, deinde artus, ossa, nervos, vasa, proponat. Plurimum
eruditionis Græcæ in nominibus & verustis controversiis reperies. Inter anatomica aliquæ
tamen utiles observationes. Hypotheses aliquas habet non bonas, v. gr. cor esse sensus &
motus principium. In ejusdem *Meletematibus medicina Hippocratica*. Leidæ 1660. 4. edita P.
I. ad usque p. 136. tradit physiologiam, ex placitis fere veterum.

DOMINICI de MARCHETTIS PETRI F. *anatomia*, Patav. 1652. 4. (MERCCL.) & 1654. 4.
Eximium compendium, quod minus notum est, non sine damno; observationes enim novas
proprietasque copiosissimas habet. VESLINGIUM sæpe contra RIOLANUM defendit.

Inter D. PANAROLI *Jatrologismos* exstat anatomæ chamæleontis, & alia huc pertinentia.

JOH. GERHARDI *anatomia corporis humani succincta comprehensio & recollectio in Disp. V.*
collecta, Tubing. 1652. 8. * PL.

GEORG GELMAN *dreyfache chirurgische Blume*, Francof. 1652. 4. anatomem etiam habet.

ISAACI CATTIER *observationes medicæ rariores*, Castris 1653. 12. recusa cum BORELLI
observationibus, Lips. 1670. 8. huc possunt referri, ob transpositarum in latrone FRAN-
COEUR partium historiam, ductum thoracicum, & valvulam EUSTACHII.

PETRI

PETRI BORELLI *historiarum & observationum medico-physicarum centuria IV.* Castris 1653.
12. & Lips. a. c. arcana, monstrosa & vana plurima sublestæ fidei habet.

JOH. BARILII *Physiologia humana & pathologia per tabulas synopticas ex HIPPOCR. & GA-
LEN.* &c. Paris. 1653. MERCCL. *

JOH. SCHMIDT *Spiegel der Anatomie*. Francof. 1654. 12. (B. LEHM.) *

NELLANI GLACANI *cursum medicus*, cujus I. Tomus physiologiam continet, Bonon.
1655. 4.

GUERNERI ROLFINK *dissertationes anatomica synthetica methodo exarata*, Norimb. 1656.
4. Vir eruditissimus Italiam & fere totam Europam viderat, & Auctor fuit horti, thea-
tri anatomici & Chemiæ Jenensis. Instrumentorum etiam Chirurgicorum magnum appa-
ratum collegit (SCHENK *Disp. de luxatione*). Libros rarissimos coacervaverat, quorum
multi penes me sunt. Chirurgiam, & artem obstetriciam cum magno plausu exercuit.
Dissecuerat in Italia & an. 1635. in palatio CONTARENO neurologiam, & medullam spi-
nalem demonstraverat. Sed deficiente in Germania opportunitate numerorum cadaverum,
lectione multo magis valuit, quam autopsia anatomica, & Libros suos stipavit locis græ-
cis ex ARISTOTELE & GALENO desumptis. Hoc cæterum Libro ossa, musculos, vasa,
nervosque descripsit, & in Diss. I. programmata singulatim olim edita conjunxit, quæ ad
laudem anatomes & historiam pertinent. Reliquos Libros citavi.

Ad GUERNERUM ROLFINK addimus, quod primus in Europa Chemiæ professor fuerit.

ALBERTI KYPER *Institutiones medicæ ad hypothesin de circulari sanguinis motu compositæ*,
Amstelod. 1654. 4. & alio titulo *Anthropologia corporis humani contentorum & anima natu-
ram secundum circularem sanguinis motum explicans*, Leidæ 1660. 4. recusa Amstelod. 1665.
4. eodem numero paginarum conservato, in quarum editionum utraque est *responsio ad*
Pseudapologiam PLEMPPII integra physiologia est, quæ ex SYLPIO & FALCOBURGIO aliqua,
propria vero vix ulla habet. IDEM jam an. 1642. Leidæ in 12. ediderat *Medicinam recte*
discendi & exercendi methodum, Leidæ 1642. 12. Prima editio *Responsionis ad Pseudapolo-
giam V. F. P.* edita fuit 1647. 12. Occasio autem litis futilis fuit, cum PLEMPTIUS in
definitione Medicinæ KYPERIANAM carperet, quod corpus humanum pro objecto admisisset,
exclusis animalibus.

BARTHOLOMÆI BAUSNER *De consensu partium corporis humani* Libri III. Amstelod.
1656. 8. Theologus, qui de medicina scripsit. Partes singulas corporis humani percurrit,
earumque usum, cumque aliis nexum.

ADRIANUS FALCOBURGIUS Leidensis anatomes Professor, sæpe citatus, nihil scripsit.
Valvulam coli negasse constat.

JOHANNIS RHODII *observationes anatomico-medice*, Patav. 1657. 8. aliæque cum BARTHO-
LINI *historiis* cum titulo *Mantissa* recusa. Aliqua habet a D. de MARCHETTIS, MOLLI-
NETTO & aliis Professoribus Patavinis, apud quos vir eruditissimus consenuit.

GODOFREDI MOEBII *fundamenta medicina*, Jen. 1657. 4. Francof. 1678. 4. EJUSDEM
Epitome institutionum medicina, Jen. 1663. 4. In isto opere totum ambitum medicinæ ha-
bet, brevemque adeo etiam physiologiam, non magni momenti. Priori vero, quod prop-
rie physiologiam continet, aliqua tamen utilia sparsim continentur & erudita ex aliis
collectio.

THOMÆ WINSTON *anatomy lectures of Gresham college*, Lond. 1659. 8. Hoc tempore,
vel paulo prius, ab Angliæ ex Italia reducibus anatomæ in Angliam introducta fuit,
exstructum CUTLERI opus theatrum, HARVEII, GLISSONII, WHARTONI opera edita.
WINSTONUS FABRICII & ALPINI discipulus fuerat, non certe indoctus, sed in disse-
canda minus exercitus. Circulationis sanguinis nondum meminit: practicas vero observa-
tiones interspergit.

JOHANNIS VIGIER *opera anatomico-chirurgica*, Hagæ 1659. 4. continent encheiridion ana-
tomicum, & historiam fetus. Non maximi momenti utrumque.

J. CHRISTOPH. GEILFUSS *Institutiones medicæ*, Aug. Vind. 1658. 12. PL. *

GUALTHER CHARLETON *Exercitationes physico-anatomicæ de œconomia animali novis ana-
tomia inventis superstructa*, Lond. 1658. 12. Amstel. 1659. 12. & Anglice cum titulo *Natural hi-
story of nutrition, life and voluntary motion*, Lond. 1659. 4. Sunt *Exercitationes XI.* inter quas
ultima est de motu musculorum. Theoreticus cæterum & alienis observationibus usus Auctor.

Kkkk

Ejus

Ejus de differentiis & nominibus animalium exercitationibus, Lond. 1677. fol. editis adjecta est *maniffa anatomica*, in qua GEORGIUS ENT dissectionem rana piscatricis, galei piscis, & ranæ vulgaris dedit. Librum de catamenii, de cerebro citavi.

Denique in *enquiries into human nature in VI. praefationibus*, Lond. 1680. 4. de nutritione iterum tres, de vita unam, & de febre & de musculari denique motu singulas exercitationes edidit, diversas a prioribus.

GUALTHER CHARLETON *Exercitationes hic dictæ recusa etiam extant* Leidæ 1678. 12.

F. CONR. WECHTLER *homo oriens & occidens*, Franc. 1659. fol. Integrum systema physiologiae & pathologiae ad scholarum saporem, grandi volumine complexus est.

ANTONIUS DEUSING, Professor Groningensis, vir Arabice doctus, ab anatome alienior, numerosissimos Libellos physiologicos edidit, quorum magna pars recensita est. Addimus alios: *idea fabricæ humanae, sive institutiones anatomicae prodierunt* 1659. 12. *Oeconomia corporis animalis P. I. de nutritione*, Groning. 1660. 12. P. II. *de nutrimento in corpore elaboratione* ibid. 1661. 12. P. III. *de nutrimenti elaboratione ultima* 1660. 12. P. IV. *de motu animalium Exerc. anat.* 1661. 12. P. V. *de sensuum functionibus Exercit. rres* 1661. 12. *Oeconomus corporis animalis & speciatim de ortu animæ humanae* 1661. 12. *Oeconomus corporis humani restitutus* 1662. 12. & *apologetica defensionis pro economo animali prodromus* 1662. 12. Reliqua jam citavi, & jam horum aliqua, quæ hic enumeravi.

PAULI BARBETTE *anatomia practica*, Amstel. 1659. 8. In opere non magni momenti opinio singularis existit, os nempe petrosum mobile esse. Recusa est in *operibus chirurgico-anatomicis*, Leidæ 1672. deinde in *operibus medicis omnibus à MANGETO recusa*, Genevæ 1683. 4. 1704. 4. minus enim anatomicus quam practicus fuit.

HENRICI EYSSON, Professoris Groningensis, *Disp. de observationibus rarioribus in cadavere*, &c. Groningæ 1660. 4. *Disp. de fetu lapidescente & per 20. annos retento*, Groningæ 1661. 12. *EJUSDEM collegium anatomicum, sive partium omnium corporis humani historia* 1662. 12. * Ubique utilis omnino & diligens Auctor.

ROBERTI BAIFIELD *Exercitationes anatomicae in varias regiones corporis humani*, Lond. 1660. 12. * 1668. 12. (Sed in Belgio excusa). Non magni momenti.

JACOB van der GRACHT *anatomie van de uyterlyke deelen, vermeerderd met een verhaal van't hart*, Roterodami 1660. fol. * B. PL. Adjectus HARVEII Liber de circulatione sanguinis.

THOMÆ WILLIS Liber de fermentatione, febribus & urinis, Lond. 1659. 8. 1662. 8. 1677. 8. Amstel. 1664. 1665. 8. 1683. 12. In Libro de fermentatione unico capite de fermentis agit, eaque in totum fere corpus humanum introducit. In altero Libro de febribus, de sanguinis analysi, de nutritione, de effervescentia sani & morbofi sanguinis sermo est. Contra hos Libellos scripsit EDMUNDUS DE MEARA Hibernus *Examen diatribæ T. WILLISII de febribus*, Lond. 1665. 8. in quo negat febrem ab effervescentia fieri, circulationem etiam sanguinis & sanguificationem a sanguine ipso rejicit, vetustatis parasitus. Intercurrunt non inutiles observationes. Reposuit LOWERUS pro amico Librum titulo *vindicatio diatribæ T. WILLISII de febribus*, Lond. 1665. 8. quam physiologiam esse, ex judiciis invenio, nam ipse non legi.

Opera WILLISII omnia, Genevæ 1680. 4. deinde, Amstel. 1682. 4. cura G. BLASHI, & Venetiis 1720. 4. recusa sunt. Erat utique in hoc viro hypotheseos amor (quem ipse contrariæ viri carpit RICHARDUS MEAD de imper. sol. & lun. in *præf.*) Eum tamen amorem non ex nostro seculo, quo valde exosus est, sed ex WILLISII temporibus metiri oportet, quo cuivis auctori systemata condere non licebat solum, sed erat honori. Reliquos Libros omnes diximus.

MICHAEL SENNERT *Diff. anatomica miscellanea*, VVittemb. 1660. 4.

MÆUR. HOFMANNI *synopsis institutionum anatomicarum partium pleurarumque vitæ clarans*, Altdorf. 1661. 8. 1681. 8. MERCL. * Patav. 1664. 8.

M. HOFMANNUS hic dictus theatrum Altdorfium condidit & in eo primum anno 1655. secuit.

GABRIEL CLAUDE *Epist. de observatione practico-anatomica mirabili*, Patav. 1661. 4. *

DANIEL VOET *physiologia*, Amstelod. 1661. 4. *

VALENTINI HENRICI VOGLERI *institutionum physiologicarum Liber* Helmst. 1661. 4. *

CAS-

CASPAR a REYES *elysius jucundarum quaestionum campus*, Bruxell. 1661. fol. Franc. 1670. 4. Magna varietas est curiosarum quaestionum, imprimis ex muliebri historia, in *centum* titulos stipata.

JOH. THEODORI SCHENK *Exercitationum anatomicarum Libri VI.* Jenæ 1662. 4. Disertationes sunt novem, quibus abdominis partes describit, cum græcis fragmentis bene multis, & paucissimis observationibus. *EJUSDEM schola partium corporis humani*, Jenæ 1664. 4. Compendium anatomicum est, ex Libris collectum. Ipsum motum peristalticum ex HARVEJO unice citat. Hymenem negat. De lacteis thoracis & nervis, aliqua propria profert. Ex XI. disputationibus coaluit. *EJUSDEM synopsis institutionum medicinae physiologicae & pathologicae*, Jenæ 1668. 4. * *EJUSDEM de anatomæ natura & ejus utilitate*, Jenæ 1657. 4. Disp.

F. TH. SCHENK etiam est *commendatio anatomæ*, Jen. 1656. 4. & *anatomæ localis defensio*, ibid. 1657. 4.

Oeconomia HIPPOCRATICA R. RESTAURAND, ne quis fallatur, est unice conspectus editionis librorum physiologicorum HIPPOCRATIS, quos RATMUNDUS cum suis commentariis edere constituerat. Prodiit Paris. 1662. 12.

RENATI DESCARTES Liber de homine ex editione FLORENTII SCHUYL, Leidæ 1662. 4. Parisiis 1664. 4. gallice, & melius ad codices M. S. CARTESII (in *præf.*) cum addito Tractatu de formatione fetus LUDOVICI de la FORGE, Amstelodami prodiit 1677. 4. & gallice Paris. 1677. 4. In priori opusculo a SCHUYLIO Latine reddito, cum figuris satis nitidis, habetur posthuma fabula, qua modus explicatur, quo possit machina ex necessitate mechanica omnibus actionibus vitæ humanæ defungi. Hic illa celebris pinealis glandula, CARTESII beneficio, cum omnibus in corpore humano nervis connexa, hic ignis cordis, & sanguis ebulliendo in diafole exundans. Hic valvulosi ductus inter musculos communicantes. Altera editio CLERSELERIO debetur, icones LUDOVICI de la FORGE & GUTSCHOVII sunt plures, & magis ad mentem CARTESII, ut fufe ostendunt, magis etiam intricatæ, quam SCHUYLIANÆ. Commentarius LUDOVICI unice ex sectæ sententia est. In altero opusculo insanit certe CARTESIUS; qui ex liquore viscido, per solas leges mechanicas, generari vult corpus humano simile, modumque, quo sibi cuculas induat, vasa formet & viscera, fufe explicat.

MARTINI KERGER de fermentatione Liber physico-medicus, VVittemberg. 1663. 4. Liber equidem physicus est & chemicus, digestionem tamen ventriculi & fere omnes in corpore humano functiones per fermenta explicat.

NICOLAI STENONIS f. pleraque inventa in hæc tempora cadunt. Librum de glandulis oris, myologia specimen, Libellos de cerebro, de solido intra solidum citavimus. In *specimine observationum anatomicarum de musculis & glandulis*, Hafniæ 1664. 12. Amstel. 1664. 12. edito, miscellanei argumendi varia, & pulcherrima quæque continentur. Hic vasa omphalomesenterica, descriptio musculorum cordis, dorsi, vasa lacrumalia, vasa mucosa cutis & narium, & multa alia egregie traduntur, cum Raræ anatome. In *myologia specimine* canis piscis dissectio eximia existit. In *Epistolis* etiam ad BARTHOLINUM, & in *Actis Hafniensibus* multa perpulchra habet. Vir industrius, candidus, innocuus, & magnus, inventor. In Italia ad religionem Romanam illectus, Episcopus Titianopolitanus & Vicarius Pontificius obiit Hanoveræ, ni fallor.

GERARDUS BLASIVS LEONHARDI F. quem per errorem sæpe GERARDUM LEONARDUM vocant, præter editionem VESLINGIANI syntagmatis & defensionem PLEMPHII edidit, Amstelod. 1661. 12. *Medicinam generalem*, nempe totius medicinæ compendium, cum physiologia. In *præfatione* sibi ductum salivalem paroticum vindicat. An. 1665. Amstelod. 4. *Medicinam universalem* dedit, grandius nempe compendium. Anno sequente *medulla spinalis anatomæ*, eodem 1666. *anatomæ contractam*, Amstel. 12. breve omnino compendium. Anno 1673. *miscellanea anatomica hominis & brutorum variorum fabricam exhibentia* excudi fecit, quibus canis, testudinis, columbæ, aliorumque animalium propriæ dissectiones, ex humano etiam corpore minime malæ observationes habentur. Anno 1674. Leidæ in 8. edidit *observationes anatomico-practicas*. Anno 1676. 8. ibid. *Zootomia, sive anatomæ variorum animalium Partem I.*, quæ auctior in splendidius opus abiit *anatomæ*, nempe animalium ex veterum, recentiorum, propriisque observationibus, Amstel. 1681. 4. Magna pars

adgressorem fol. 1709. quæ epistola videtur **GUILIELMINT** fuisse, in cujus etiam operibus recula est.

J. JACOBI WEPFER *dubia anatomica*, Norimb. 1664. 8. * & apud **J. HENRICUM PAULI** in *Anatomies Bilstante anatome*, Argentorati 1665. Egregia varia continet. Non omnem chyli per ductum thoracicum transire sagaciter suspicatur. De ruffi a gula in arteriam asperam parente egregia observatio. Hepatis substantiam glandulosam primus proponit. Ad in responso non vult admittere **HENRICUS**. De *apoplexia historica* dixi Liber de *cicuta aquatica*, Bassl. 1679. & 1716. 4. Leidæ 1733. 8. editus ex præcipuis anatomicis operibus est, ad negotium imprimis respirationis, digestionis ciborum, & cordis motum. Varia ad comparatam anatomem castoris, ciconiæ, alietæ, in E. N. C. dispersa habet **WEPFERUS**. In Libro *de morbis capitis posthumo* Scaphusæ nuper & Tiguri edito, de memoria & iudicii vitis multa memoratu digna occurrunt. Neque enim unice anatomicus, verum sagax præterea causarum indagator fuit, & sapienter ex phænomenis veritatem eruit.

J. JACOBI WEPFER etiam est disputatio sub **M. SEBIZIO** ex **GALENI** L. I. de *elementis*, Argent. 1641. 4.

J. DAN. MAJOR *historia anatomes Kilonensis prima*, Kiel. 1666. fol. Magnus promissor fuit futurorum operum. Vir eruditus, qui vero se in nummos, in varios naturæ thesauros, & alia nimis diffudit. **EJUSD.** *Disp. de anatome quovis literato digna, medico cum primis necessaria*, Kiel. 1665. quam non vidi. **EJUSDEM** *memoriale anatomicum*, Kiel. 1669. 4. Experimenta infusoria habet, anatomem melis. Reliqua botanica & physica, *Programma de anatome cygni* 1666. 4. unice præfamen est. **EJUSD.** *collegium medico-curiousum*, Kiel. 1670. 4. varia habet, mire varia, aliqua tamen ad finem nostrum spectantia. **EJUSDEM** *Scholion anatomicum*, Kiel. 1675. 4. * **EJUSD.** *de nova anatome concipienda breve consilium*, Kilon. 1677. 4. * **EJUSD.** *de arumnis gigantum*, Kiel. 1689. 4. quæ systema physiologicum est.

J. D. MAIOR edidit etiam *auream catenam hominis*, Kilon. 1685. 4.

ACADEMIA PARISIENSIS ANTIQUA optime de anatome meruit. **PERRALTUS** primo egregius delineator (*JOURN. DES SAV.* 1689. ubi ejus vita existit), & physiologicarum contemplationum Auctor: tum **JOSEPHUS DUVERNEY**, qui dexteritate anatomica famam sibi comparavit, adjutor **PERRALTI**, inde **PHILIPPUS** de la **HIRE** & ipse peritissimus artis pictoriæ, & denique **JOHANNES MERY**, regio jussu plurima animalia exotica dissectuerunt; ut ad fines physiologicos partium fabricam applicarent, ipsamque eorum animalium historiam firmiorem redderent. Primo prodiit *Observation sur un Lion dissecté dans la Bibliothèque du Roi*, Par. 1667. 4. & *sur un grand poisson dissecté dans la Bibliothèque du Roi*, ibid. eodem anno. Deinde *description anatomique de l'ours, du Castor, de la Gazelle, du Chamæleon*, Par. 1669. 4. Maj. Inde *Mémoires pour servir à l'histoire des animaux*, Par. an. 1676. fol. magnificentissime excusa, quæ in nupera editione operum antiquæ anatomes tertii tomi P. III. repetita & pulcherrima anatome elephantis aucta sunt. Confer *consilia physica* p. 105. Aliud volumen promittitur piscium, a la **HIRIO** lectorum, quod nondum prodiit, & observationum posthumarum **JOSEPHI DUVERNEY**. In hac nupera editione (Par. 1733., &c.) Cameli figura emendata est. Multa hic nova reperi, membranam nictitantem avium, glandulas intestinales, ante **PEYERUM**; pulmonem (& respirationem) avium, & testudinis, glandulas urethræ virili & vulvæ femininæ adfidentes, & alia. In Tomo X. *des anciens Mémoires* etiam plurima anatomica **JOSEPHI DUVERNEY**, **JOHANNIS MERY**, **PECQUETI** etiam & **GATANI** continentur, vel propria Academia, vel ex diariis repetita.

HONORATUS FABRI *de plantis & de generatione hominis* Libri II. Par. 1666. 4. Norimb. 1677. 4. Physiologiam tradit audax & argutus. De oculo imprimis fustor est. Huic **REGNAULT** *origine ancienne de la physique nouvelle*, p. 134. circulationem sanguinis inventam tribuit, quod de ea an. 1638. disputasset; sed **LAUREMBERGIUS** etiam an. 1636. fufe de circulatione egit, uterque nuperior **HARVEIO**, cujus scriptum an. 1628. prodiit **JOH. ZEISOLD** *anthropologia physica ex fontibus Aristotelicis*, Jen. 1666. 4. * Philosophi de schola opus.

LAURENTII BELLINI *de gustus organo, de renibus, opuscula anatomica*, diximus. De

urinæ

urinæ & pulsibus; Bonon. 1683. 4. * prodiit. alii ajunt Pistorii eod. anno, impressum esse, quam editionem nondum vidi. Et de respiratione omnia suis locis retulimus. **EJUS** *gratiarum actio ad Mercuria Principem*, Pisis 1670. 12. * aliqua anatomica continere dicuntur. Opuscula, quæ Pistorii 1595. 4. * Leidæ 1696. prodierunt, varii sunt argumenti, jama seorsim excitata, ad cor, arterias, circulationem, retia vasorum, glandulas, frictionem, vim contractilem, vim stimuli, laryngem, ovum incubatum, &c. Opera ejus omnia etiam Venet. an. 1708. & 1732. junctim excusa sunt. Anno 1697. *Anatomen Etruscam cum novis inventis* edidisse lego apud **LANZONUM** in *Galer. di Minerva* II. p. 58. A morte prodierunt **EJUS** *discorsi d'anatomia*, Florent. P. I. 1742. P. II. III. 1746. 8. Hi sermones in confessu Academiae della *Crusca* circa annum 1696. dicti sunt, fluidi, eloquentes, dithyrambici. Magnam partem physiologiæ tetigit. Moniti sunt, multumque monendi lectores, ne huic viro, alioquin ut suo tempore novas vias tentanti, non nimis prompti fidem adhibeant, neque nisi ponderatas ab eo opiniones recipiant.

J. ALB. SEBIZ *problemata quadam anatomica*, Argent. 1665. 4. de variis corporis humani partibus, 1671. 4. & aliæ disputationes.

SAGGI dell' Accademia del Cimento, Firenz. 1667. fol. 1691. fol. habent experimenta ad seum, ad digestionem ciborum, ad aerem & vacuum.

COLLEGIUM PRIVATI AMSTELODAMENSIS *observationes anatomica selectiores*, Amstelod. 1667. 12. Magni facio paucarum paginarum Libellum. Societas erat **DD. SLADI**, **BLASII**, **FEEN**, **F. RUYSCHII**, **QUINÆ**, **BODDENS**, **CORDES**, **SWAMMERDAMII**, & **GODTKE**. Multa hic ex vivorum anatome ad motum cordis & medullæ spinalis pertinentia, multa de glandulis, ductibus salivalibus, &c., aut prima, aut unica. Altero tomo illibenter careo, qui secutus est, Amstelod. 1673. 12.

JOH. RUD. SALZMAN *observata anatomica* edidit **THEODORUS WYNANDTS**, Amstel. 1669. 12. Sero prodierunt, cum collectæ sint inter annum 1610. & 1617. Inter ea varia non inutalia reperi, ut cartilagine valvularum arteriæ aortæ.

KENELM DIGBY *of bodies and of man's soul with discourses on the power of sympathy*, Lond. 1669. 4. Miraculorum, & sympathiarum feminator.

His temporibus scripsit **BERNARDUS SWALWE** cujus *de pancreate, & de ventriculi quærelis* Libellos recensuimus, quos solebat laudare **BOERHAAVIUS**. Ejus *alcali & acidum*, Amstel. 1670. 12. editum non legi.

LAURENTII STRAUSS *conatus anatomicus aliquot disputationibus exhibitus*, Giessæ 1666. 4. & **EJUSD.** *μικροσκοπία μετρίκα*, Giess. 1679. 8. brevium compendia sunt. **EJUS** *exercitationes medicas ad G. HORSTII* compendium institutionum medicarum accommodatas, Giessæ 1670. 4. editas non vidi.

JOHANNIS BOHN *Exercitationes physiologicae* 23. Lips. 1668. 4. primum rudimentum fuerunt *Circuli anatomico-physiologici de æonomia corporis humani*, qui inde an. 1680. 4. * & an. 1686. 1697. 4. & 1710. 4. Lipsiæ recusus est. Vir eruditus omnino, cautus, & in seorsim pronior, in brutis animalibus secundis multum exercitus, **MALPIGHII** sectator, veri tamen amans. Soler omnes sui ævi hypotheses producere, easque convellere rationibus, plurimque anatomicis. *Progymnasmata* sunt, ut vocat, omnino 30. Adjecta sunt ultimæ editionis disputationes aliquæ practicæ & chirurgicæ. In *Exerc. de aeris in sublunaria influxu*, Lips. 1678. 8. 1696. 8. experimenta aliqua anatomica reperiuntur.

GOTTFREDI VOIGT *curiositates physicae*, Gustrov. 1668. 8. magna ex parte huc pertinent, ut de congressu & partu viperarum, chamæleontis vita, cantione cygnea.

CORNELIUS vander VOORDE *lichtende fakkel der Chirurgie* pro primo tomo *Anatomen* habet, per quæstiones & responsa dispositam, lucem in usum tironum Chirurgiæ. Prodiit Amstelodami 1668. 4.

CAROLUS DRELINCOURT collega & æmulus **F. F. SYLVII**, ut hic in chemicos pronior, ita ille in græcas latinæque litteras, anatomicus tamen fatis & nitidus & accuratus. Multa ejus scripta jam retuli. **EJUS** *Oratio in mortem J. van HORNE*, Leidæ 1670. 12. laudes viri ampullato sermone & contortuplicato tradit, quo fere ubique **DRELINCOURTIUS** usus est.

CAR. DRELINCOURTII *prælidium anatomicum* prodiit etiam Amstel. 1672. 12.

Prælidium anatomicum ibid. prodiit 1670. 12. 1680. 12. oratio est, quæ anatomica mu-

munus sibi demandatum capeffivit. Hoc inter opuscula eminet, & multa semina veri, & nova varia tradit, ad cerebrum, sinus laryngis, vias lacrumarum, glandulas ceruminis. *Libitina trophæa*, Leidæ 1680. 12. Catalogus est hominum, qui ad definitum numerum eodem die perierunt. *Appendix ad libitina trophæa* est acerba invectiva in Sylvianam sectam, uti vicissim contra eam orationem anonymus acres *Alerophili extemporaneus observationes* edidit. *Experimenta anatomica* ibi 1681. 12. 1684. 12. edita sunt per ERNESTUM GOTTFRIED HEYSE. Hoc omnium inter Drelincourtiana optimum opusculum esse persuadeor. Continet *Canicidia*, in quibus ad cordis motum, & chyli, & diaphragmatis, omnino eximia experimenta continentur. Editor simpliciter & caste PRÆCEPTORIS labores exprefit. Ad Disputationem de *Lienosis* filii sui epimetra varia ad analyses liquorum quorundam humani corporis, ad circulationem sanguinis HIPPOCRATI notas adjecit. Alibi dixi *Opuscula medica omnia*, Hagæ an. 1727. 4. recusa esse, procurante BOERHAAVIO.

Egregias animalium sectiones aliquas apud BLASIIUM reperiri etiam scripsi, quæ DRELCOURTII sunt.

NICOLAI HOBOKEN pleraque dixi. EJUS cognitio physiologico-medica cum oratione de medicorum utilitate prodit, Ultraj. 1670. 4. 1685. 4. *

NICOLAI HOBOKEN citati hic libri editio anni 1685. titulum præ se fert *Medicina physiologica*. Meræ fere sunt definitiones & divisiones.

JOHANNIS SWAMMERDAM etiam pleraque recensui, juvenis laboriosissimi, qui an. 1662. Parisiis, hinc cum STENONIO vixerat, an. 1667. Leidam venit, pro gradu disputavit, satis timide, ut narrabat BOERHAAVIUS, ibi cum JOHANNNE van HORNE injectionibus & experimentis anatomicis se dedit, prodromum ejus edidit, Leidæ 1668. 16. a morte HORNI insectorum historiae se fere unice tradidit, & exhaustus marcore phthifico atque nimis tenero religionis sensu, ante diem perit. *Biblia natura*, quæ in *physicis* p. 110. laudavimus, plena sunt subtilissimis dissectionibus ranarum, apum aliorumque animalculorum.

JAC. PANCRATII BRUNONIS *Dogmata Medicina generalia ad recentiorum privilegia accommodata*, Norimbergæ prodierunt 1670. 8. PLATN. * Eorum compendium *Propylei medici*, sive epitomes medicina dogmatica elementa comprehendentis nomine prodit in 8. Altdorf. 1696.

CHRISTIANI FRIDERICI GARMANN de miraculis mortuorum, Chemnitz 1670. 4. Lipsiæ 1709. 4. Spissum & grande opus, quo varia & inexpectata quæque continentur, & integra fere anatome, sed unice per loca communia undique collecta & brevissime citata. Unde indicis loco esse posset. In *epistolarum centuria* quam edidit E. HENRICUS G. F. filius, aliqua ad chirurgiam infusoriam & ad ova muliebria pertinent.

THEODORI KERKRING spicilegium observationum anatomicarum, Amstelod. 1701. 4. prodit, quæ nitida editio est. Sunt centum observationes varii generis, sed pleraque ad anatomem, ad excarnationes, ut vocabant viscerum & ductuum sceleta, monstra, varietates, intestina pertinent, &c. *Opera omnia anatomica*, Leidæ 1717. 4. recusa continet hoc opus cum osteogenia & anthropogenia. Præparationes, quas vocant, anatomice adhuc venales existant Hamburgi, & eorum catalogus prodit, sub nomine D. VERBORCHTEN. Lego cæterum, KERKRINGIUM fide mutata Hamburgi vixisse, cum titulo Legati M. D. Hetruriæ, suspicionem incurrisse occisæ propriæ uxoris, ut ejus sorore frueretur. In anatomicis etiam aliqua mihi suspecta habet, cor triventre, venarum spermaticarum defectum, observationes etiam aliquas nimias, ut illam contra polypum.

J. FERDINANDO HERTODT *Opus mirificum sexta diei, sive homo physice, anatomice & moraliter in partes dissectus*, Jen. 1676. 8. *

J. BAPT. du HAMEL de corporum affectionibus tum manifestis tum occultis, Libri II. Paris. 1670. 12. continet Tractatum de sensibus & de viribus medicamentorum. EJUSD. quatuor Libros de mente humana diximus. EJUSD. Liber de corpore animato, 1683. 12. est physiologica consideratio sensuum internorum, externorum, & motus muscularis, ex WILLISIO aliisque recentioribus sumta. De historia Acad. Regiæ diximus in *physicis* p. 66.

EPHEMERIDES NATURÆ CURIOSORUM in eodem Libro laudavimus p. 65. 66. plenas observationibus ex animalium & morbosorum corporum sectionibus. Aliquas exprimiariis excitabo.

WEP-

WEPFER anat. castoris Dec. I. ann. I.

MAJOR anatome phocæ ann. III.

REISEL statua humana circulatoria ann. IX. X.

F. M. HOFMANN monstrum vitulinum ibid.

STEPH. LORENZINI obff. ex brutorum anatome ibid.

PETER anatome rupicapræ Dec. II. ann. I.

SCHELHAMMERI anatome talpæ cui oculos negat ibid.

PETER anatome ciconiæ ann. II.

HARDER anatome muris alpini ann. IV.

MURALTI anatome taxi, capitis vitulini, ardæ ann. V.

SCHELHAMMERI anatome ciconiæ, ann. VI.

PETER de glandulis intestinorum, &c. ibid.

P. J. HARTMANN triginta sectiones morbosæ.

J. J. WEPFER de ventriculo, ann. VIII.

P. J. HARTMANN sectiones variz, ann. IX.

PAULI MINI objectiones contra anatomem subtilem & MALPIGHIUM. ibid.

F. C. STURMII responsiones ibid.

J. MURALTI anat. lutræ, ann. X.

P. J. HARTMANN observationes ibid. & Dec. III. ann. II. III. IV. V. & VI. IX. X.

J. C. STURM contra MINUM Dec. II. ann. X.

HARDER de glandulis duodeni Dec. III. ann. I.

P. J. HARTMANN anatome xiphiz, ann. II.

NEBEL de glandula HARDRI, ann. III.

ZAMBECCARI brutorum sectiones, ann. IV.

SCHELHAMMERI anatome leporis, ann. V. & VI.

BRUNNERI aliqua ibid.

Et J. C. STURM denuo ibid.

G. C. SCHELHAMMER anatome phocæ, ann. VII. VIII. & piscium nonnullorum Cent. I. II.

LUDOVICI TESTI de saccharo lactis Centur. III. IV.

HEISTERI de tonsillis, tactus humani Cent. V. VI.

HENNINGER de ductu thoracico ibid.

DILLENII anatome hirudinis Cent. VII. VIII.

KULMI Anatome phocæ vol. I., &c.

FRID. HOFMAN patris *cardianastrophe*, Lips. 1671. 4. continet historiam hominis, cui viscera in latus oppositum transiverant, ut dextra essent, quæ sinistra fuisse oportebat.

REGNERUM de GRAAF laudavimus. EJUS in anatomicis præceptor (GRAAF p. 517.)

ISBRANDUS van DIEMERBROECK anatomes corporis humani Libros X. edidit, Ultrajecti 1672. 4. vel 1671. 4. * neutram enim editionem vidi, tum Leidæ 1683. 4. qui in operibus omnibus, Ultraject. 1685. fol. recusi sunt, & Genevæ 1679. 4. 1685. 4. 1687. 4. Patav. 1688. 4. Gallice, Lugd. 1695. 4. Icones omnes ex variis collegit, musculorum, ossium, vasorum historiam ex VESALIO, viscerum ex recentioribus. Ipse passim observationes aliquas adjecit, tum ex anatome, tum ex morbofis corporibus, & de litibus physiologicis fufe egit.

J. FERDIN. HERTODT *opus mirificum VI. diei, i. e. homo physice, anatomice & moraliter consideratus*, Jen. 1671. Exiguam spem auctoris facit.


A. GUILLIELMI ten RHYNE meditationes in HIPP. de veteri medicina Textum 14. hic debent recenferi editæ Leid. 1672. 12. quibus plurima physiologica continentur, debile circuitus sanguinis causa, & alia.

BENJAMIN a BROECKUYSEN œconomia corporis animalis, Noviomag. 1672. 8. Amstel. 1683. 4. & œconomia animalis ad circulationem sanguinis breviter delineata absque nomine Auctoris edita, Goudæ 1685. 8. (JOURN. DES SAV.) Physiologia Cartesiana semipoetica. Admittit ignem cordis, sanguinem rarefendo erumpentem, &c. EJUSD. *rationes philosophico-medica*, Hag. Com. 1687. 4. sunt editio tertia œconomiz aucta & mutata.

MOYSE CHARAS *Nouvelles expériences sur la vipère*. Vide *Physf.* Anatome viperæ, quæ egregia est, recusa existat cum veteris Academiæ descriptionibus animalium.

LIII

MOZ-



MOYSE CHARAS Germanice prodiit Francof. 1679. 8.

ECCARDUS LEICHER paradoxus ille odor HARVEI edidit Erfurti an. 1674. 8. *Archæum synopticum*, sive XII. rabb. de legibus Reip. medica, fundamentaliter prima quaque artis principia constituentibus. Cum AMMANNI parænesin hoc Libello tetigisset LEICHERUS, AMMANNUS acutum Libellum edidit, *Archæum* nempe *synoptico ECCARDI contra Parænesin ad disc. oppositum*, recusum Lipsi. an. 1674. & 1677. 12. * cum Parænesi sua. Eo Libello antiquos refutat, ipsumque Hippocratem, novorum amator. Respondit ECCARDUS *Epistola apologetica de principiis medicis pro archæo synoptico contra Pseudarchæum synopticum*, Erfurt. 1675. 12. verbosa certe & inanis, idemque contra SYLLIUM *Epicrisin medicam analyticam super XI. disputationes medicas F. de le BOE* edidit, Erfurt. 1676. 12. Verum hæ controversiæ parum e. re medica fuerunt.

JACO. BARNER chemici *Prodromus Sennerti novi, in quo quidquid ad hunc usque diem de arte prodiit, ex principiis anatomico-chirurgicis examinatur*, Aug. Vind. 1674. 4. *

IUSTI SCHRADER observationum anatomico-medicarum Decades IV. quæ prodierunt cum WILHELMI LANGLEY & G. HARVEI *obsf. de generatione animalium*, Amstelod. 1674. 12. bonæ sunt, & observationes RUYSCHII, JOHANNIS van HORNE & SWAMMERDAMMI continent, utique utiles, de papillis linguæ, utero imprægnato, herniæ natura, &c.

JOH. MAYOW *opera omnia anatomico-physica*, Oxon. 1674. 8. Hagæ 1681. 8. Magnam partem physiologiæ tractat V. his Tractatibus, quos suo loco citavi, de fermento ventriculi, quod admittit, usu lienis ad volatiles reddendos sales fixos, &c. & hypothefibus equidem paulum indulget, erecti tamen vir ingenii, & cui seculum pro excusatione est.

PETRI ANTONII MOLINETTI *dissertationes anatomico-pathologicae*, Venet. 1675. 4. Librum de sensibus jam recensum auxit MOLINETTUS & sub hoc titulo edidit, ut esset integra anatome corporis humani physiologica, cum subjunctis partium morbofis adfectibus. Non absque fructu legi, imprimis ob mistas observationes chirurgicas.

GEORGII ENT *Opera medico physica* huc repono, quod eo anno ejus *maniffa anatomica* prodierit 1677. fol. Duo imprimis Tractatus sunt, unus pro circulatione, alter contra MALACHIAM THRUSTON, uterque ingeniosus, sed paulo prior in hypothefin biolychnii, &c.

FRANCISCI WILLUGHBY *Ornithologia Libri III.* Londini an. 1676. in fol. a RAIO editi, multum habent anatomes, deinde de generatione & incubatione avium observationes.

In *historia piscium* iterum a RAIO edita, & generis natatilis in universum, & multorum piscium singulatim anatome exstat. Oxon. 1686. fol.

JOHANNEM RAI & ob priores Libros editos, & ob *synopsin quadrupedum & serpentum*, Lond. 1693. 8. plenam dissectionibus animalium, denique ob leporis, aviumque & piscium nonnullorum in *Transactionibus philosophicis* editas dissectiones, a se ipso factas, cursumque anatomicum jam laudatum, hic recenseri æquum est. Imprimis huc pertinent EJUS *Wisdom of GOD manifested in the works of the creation*, Lond. 1691. 8. & octava vice 1722. 8. edita. Physiologia majorem partem operis occupat, ex qua, certe omnium evidentissima methodo, DEI creatoris sapientiam deducit.

PAULI AMMANN Lipsiensis Professoris *Parænesis ad discentes circa emendationem Institutionum occupata*, Lipsi. 1677. 8. sceptico & critico Libello invehitur in hypothefes maxime Galenicæ, observationes tamen proprias majoris momenti vix addit. EJUSD. *Irenicum Numa Pompilii cum HIPPOCRATE, quo veterum medicarum & philosophorum hypothefes in corpore juris civili & canonico transsumta a præconceptis opinionibus vindicantur*, Lipsi. 1689. 8. * Contra HIPPOCRATIS physiologiam scriptum est, quantum ex recensione video.

GALATHEAU de l'empire de l'homme sur les animaux, Paris. 1677. 12. ALANO LAMI oppositus Libellus.

STEPHANI LORENZINI *anatome torpedinis*, Florentiæ 1678. 4. * & Anglice prodiit; Londini 1705. 4. cum titulo *curious and accurate observations on the crampfish*, recusa etiam in E. N. C.

J. P. GIESWEIN *systema universa medicina*, Francof. 1676. 8.

ALANI LAMI *discours anatomiques* 1676. 12. * 1679. 12. mea autem editio an. 1685. prodiit. Juvenis & ingeniosi sed parum anatomici sermones physiologici sunt, ad præparationes Chirurgorum pronuntiati. Impius homo utilitates partium nobis notas esse negavit.

vit, aliquas partes inutiles esse, corpus humanum non optime structum, imo vero ex spontaneo casu, inter tot vices necessario aliquando eam fabricam ex particulis evalescere qualis est in homine & alia hunc in sensum docuit. Multa ipsi his de rebus cum D. CRESSE' concertatio fuit.

G. BARTHOLINI THOMÆ fil. Libellos de ductu salivali, ovario, olfactu, alibi dixi. In Libro de *diaphragmate*, Paris. 1676. 8. edito, cum Auctor esset annorum 22. observo multa de chylo, sanguinis itineribus, nervis, injectione, adjecta esse. EJUSD. *methodus demonstrationum anatomicarum* minime inutilis T. V. *Act. Hafn.* n. 32. & cum LYSERI posterioribus editionibus recusa est. EJUS *Exercitationes miscellanea* Leidæ excusa sunt 1675. 8. Pauca habet ad anatomen inter multa variæ eruditionis. De significatione anatomica fundi, & de corde tamen aliqua profert. EJUS *specimen historiae anatomicae*, Hafniæ 1701. 4. Amstelod. 1702. 8. continet primo compendium anatomico-physiologicum, deinde analecta observationum, nempe viæ sanguinis in circulum euntis, diaphragmatis, organi olfactus, ductus salivalis repetitas descriptiones. Ejus *Exercitationes anatomicae de partium structura & usu* nescio quam multæ prodierunt, inceperunt edi Hafniæ 1692. Provestiori ætate in aulam vocatus, equestri dignitate auctus, & a studiis suis abstractus, non valde dudum obiit, callidus uti alienis laboribus.

G. BARTHOLINI *Exercitationum anatomicarum de partium structura & usu* ibi dictarum, prima est de anatomis *subiecto & usu*.

OLIGERI JACOBI Tractatus de ranis, Paris. 1676. 8. Anatome hic nondum valde accurata est. Adjecit autem C. BARTHOLINUS epistolam de motu musculorum, ubi observationes de nervis non malæ & objectiones contra systema WILLISII exstant, maxime quod sublato corde & cerebro ranarum muscoli pergant moveri, & emortua membra facile ad motum revocentur. Deinde an. 1686. 8. Hafniæ idem Libellus plenius prodiit, absque BARTHOLINI epistola. Ibi ranæ, lacertæ, salamandræ, testudinis anatome habentur. Cor non diligenter examinavit, icones non bonas dedit. Utilia tamen intercurrunt.

LEONHARDI FRANCISCI DINGHENS *fundamentorum physico-medicorum VI.* Libri Londini 1677. fol. Physiologiam etiam habet, in qua lac a ductu thoracico ait descendere ad mammas, &c.

JOHANNIS von MURALT *vademecum anatomicum, sive clavis Medicina*, Tiguri 1677. 12. imprimis utile est ob copiosas animalium dissectiones. Experimentum HOOKII habet, arteriam bronchalem sibi tribuit, & venam sociam describit. Varia ex vivorum animalium sectionibus addit. EJUSD. *Exercitationes medicas observationibus & experimentis anatomicis mistas*, Amstelod. 1688. 12. non vidi neque novi an a priori opere satis differant. EJUSD. *Collegium anatomicum* prodiit Norimb. 1687. 8. Condidit Tiguri theatrum anatomicum, & anatomen ibi introduxit, & sociis suis ex Libris & ex animalibus, nonnullam etiam ex hominibus anatomen prælegit. Cæterum ad hanc anatomen miro instituto & obstetricias observationes subjecit, & plantas medicinales. In *parergis* physiologica concertatio est cum PEYERO; per glandulas enim chylum resorberi volebat MURALTUS. In E. N. C. multas animalium sectiones edidit.

GIACOPO MORO *anatome ridotta all' uso de' pittori e scultori*, Vinegia 1679. fol. * PLATN.

J. FAC. HARDER *Examen anatomicum cochleæ domipora terrestris*, Basil. 1679. 8. & una editus *prodromus physiologicus*. Analyses dedit succorum corporis humani fere compilatitias, fermentationes admittit, & epigenesin in formatione fetus, quatuor humores in sanguine defendit. EJUSD. epistolæ de partibus genitalibus cochlearum prodierunt, Aug. Vind. 1684. 8. Penem & testem depingit, & contra animam vegetabilem REDI pugnat. EJUSD. *Diff. de præcipuorum viscerum structura*, Basil. 1685. 4. EJUSD. *Apiarium observationibus medicis & experimentis refertum scholiis & iconibus illustratum cum responsione ad invecivam J. B. de LAMZWEERDE*, Basil. 1687. 4. & cum novo titulo *thesauri observationum medicarum rariorum*, ibid. 1736. 4. Bonus Liber, ad centum capita plurimas observationes HARDERI aut amicorum habet; multum utilis anatomes comparata & anatomes practicæ. EJUSD. & J. C. PEYERI sive Pæonis & Pitagora *Exercitationes anatomicae & medica familiares*, Basil. prodierunt an. 1682. 8. PEYERI epistolæ itinerariæ pleræque Parisiis, Mospelii, Besnæ datæ, ad historiam medicam utiles sunt. Aliqua passim ex anatome comparata, aliqua etiam ex anatome practica intercedunt. Valdesuperat PEYERUS.

JOH. CONRAD PETER Scaphusinus, eximius vir. *Parergorum anatomicorum* I. II. & III. recensui, IV. est historia virginis cæcæ, V. sectio Alciticæ, VI. alia sectio uteri alciticæ, VII. experimentum cordis resuscitati per inflatum ductum thoracicum. Dissectiones variæ, etiam animalium, in E. N. C. exstant.

JOH. CONR. PETER *Parerga anatomica* prodierunt Scaphusii primum, deinde conjuncta, Genev. 1681. 8. Amstelod. 1682. 8.

GIACOPO MORO *Anatomia ridotta ad uso de' pittori, e scultori*, Vinegia 1679. fol. sunt tabulæ musculorum *VESALLIANÆ*, & ossium, remotis umbris sola peripheria exarata.

JACQUES CHAILLOU *recherches sur l'origine du mouvement du sang, du cœur, & de ses vaisseaux, du lait, des fièvres intermittentes & des humeurs*, Paris. 1679. 1699. 12. **PECQUETIANA** & **HARVELIANA** inventa, tanquam nova docet.

De **ST. HILAIRE** *Anatomie du corps humain*, Paris. 1679. 8. 1684. 8. 1698. 8. 2. vol. 1723. 8. 2. vol. Nullius momenti.

GEORG. FRANK polyhistoris, & collectoris *institutionum medicarum synopsis*, Heidelberg. 1672. 12. nimis fere brevis *collectio obss. de hymene*, &c. Heidelberg. 1673. (Sat. I.) *de hominibus absque hepate, liene, renibus*, &c. 1675. *de principis anatomicis*, Heidelberg. 1679. 4. *bona nova anatomica*, Heidelberg. 1680. 4. *parva Bibliotheca zootomica*, ibid. 1680. 4. *de autopsia & iconibus anatomicis*, Heidelberg. 1682. 4. * *de studio anatomes*, ibid. eod. anno. Pleraque in annum collectæ volumen prodierunt, Lipsiæ 1722. 8.

JOHANNES ALPHONSUS BORELLUS celeberrimus physiologicus & anatomicus. *EJUS* princeps opus est posthumum illud *de motu animalium* in cuius Parte II., Romæ 1681. magna pars physiologiæ tractatur, motus cordis, pulmonis, (de cuius visceris actione cum **MALPIGHIO** disputat), hepatis, renum, cerebri, nutritio. Etiam multa bona, posthumam tamen sunt. Præterea *EJUS* passim aliqua alia de vi oculorum inæquali, &c. excitavi.

JOH. ALPH. PORELLUS multa Pisis animalia secabat, etiam pisces, teste **FRACASSATO** de cerebro pag. 357.

FRANCISCI BAYLE *Problemata physica & medica*, Tolosæ 1677. 8. 1681. 12. sunt 119. dissertatiunculæ ad quæstiones physiologicas. *Dissertationes medica* editæ Tolosæ an. 1681. 12. & alias, quatuor omnino sunt, *de castamenis* quæ an. 1670. primum prodit; *de sensu variarum corporis partium cum utero*; *de utilitate lactis*, ubi aliqua de alendo fœtu, de lacte uterino, & de venæ sectione in Pleuritide. *Dissertationes physica ubi principia proprietatum in œconomia corporis animalis, in plantis & animalibus demonstrantur*, prodierunt Tolosæ 1677. 1681. 12. Earum tertia agit *de physiognomia*, de generatione, nutritione fœtus, quam mechanice explicat ex succo, quem spiritus animales fingunt, de vi imaginationis maternæ, a spiritibus similibus. In quarta de visione aliqua habet. In T. I. *Institutionum physicarum* continetur Tractatus de sensibus & motu musculorum; in altero de anima brutorum. *EJUS* etiam Libro *de corpore animali* vera nempe & justæ molis physiologia, Sætomathematico more proposita. In T. IV. operum omnium inter *dissertationes physicomorales* V. nunc primum editas, duæ de *generatione animalium*, una de *voluptate & dolore* est.

G. WOLFGANG WEDEL, adfinis nostri & avunculi, *Physiologia medica*, Jen. 1680. 4. 1704. 4. & *Physiologia reformata* ibid. & 1688. 4. prodit. Mirum videri posset **ILL.** Virum duas physiologias scripsisse, & priorem recudi curasse, cum exstaret posterior; nempe diversa opera sunt. In ista chemica autem principia & archæum sequitur: In priori magis anatomica & medica & historica docet. *EJUSDEM* de physiologicis infinitæ disputationes sunt.

THEOPHILI BONNET *Medicina septentrionalis collatitia* T. I. Genev. 1679. fol. T. II. 1686. fol. scopus fere idem est qui **SHENKII**, practica nempe, rariora, monstruosa; etiam anatomica colligere. Sed *Academia Anglicæ*, Germanicæ, Hafniensis, aliarumque commentariis inprimis usus est.

NICOLAI BLEGNY *Zodiacus medico-Gallicus* annis quinque comprehensus, in physicis laudatus est. Multa hic anatomica, **DUPERNEY** de generatione, de cute; des **NOUES** de vesiculis mulierum; **PAULE**, **CUCHOD** & alii de monstris; aliqua etiam theoretica ex physiologicis interponuntur.

In **NIC. BLEGNY** *Zodiaco Med. Gall.* recensito continetur etiam **SEIGNETTE** anatomie balanzæ.

EDMUNDI TYSON *anatomy of the porpessè dissected at the Gresham college*, Lond. 1680. 4. **IDEM**

IDEM in *Phil. Transf.* multas dedit animalium historias, lumbrici, viperæ caudifonæ, opossi, porci moscati. Vide in *Physicis* p. 106. seq. **EJUSD.** *orang outang or the anatomy of the pigmy* ibidem laudatus est, eximius Liber, cujus in anatome comparata vix similis exstat, cum viscera, vasa & musculos exquisitè descripsit, in istis a **COWPERO** adjunctus, & maximam certe laudem meretur, si consideraveris Librum ex unico cadavere natum esse. Philosophica etiam opportunitate usus, multa sagaciter colligit, & suspicatus est.

EDMUNDI TISON primo loco citatus liber bonus omnino est. Merito commendat dissectiones animalium. Splanchnologiam piscis cetaceorum minimi tradit, cum osteologiæ parte, machina aquam expellente &c. Peculiare est stratum fibrarum ab ovario & tuba ovariarum ad uterum euns.

PETRI GUENELLON de genuina medicinam instituendi ratione Epist. ad **MUNNIXIUM**, Amstelod. 1680. 16. Commendat anatomen & zootomiam.

MARTINI SCHOCH de capite humano, Franc. ad Viadr. 1680. Disp. *EJUS* certe ut videretur de fermento & fermentatione: de signatura fœtus aliosque Libros jam recensimus.

MARTINI SCHOCH citatus Liber de capite humano male inscriptus verius est **ISAACI SCHOCHII** *disquisitiones historico-politico-medice de capite humano*, Franc. ad Viadr. 1680. 4. *

L. VELTHUSII *Opera omnia*, Roterodami 1680. 2. vol. Ex **CARTESII** schola.

JEAN PASCAL *nouvelle découverte & les effets des ferments dans les corps humains*, Paris. 1681. 12. magnus acidi defensor.

ANDRÆE CLEYER *specimen medicina Sinica*, Francof. 1681. 4. Præter pulsus mirificam observationem, & plus quam **HIPPOCRATICAM** angiologiam, omnium viscerum etiam icones ex Chinesium Libris habet. Eas manifestum est, ex animalibus sumtas esse, argumento hepatis multifidi, lienis prælongi, &c.

G. C. SCHELHAMMERI *Introductio in physiologiam*, Jen. 1681. 4. *EJUSDEM* de auditu Liber jam dictus & de pulsu. *EJUSDEM* *programma valedictorium* Jenense 1695. 4. breve sed multis observationibus, anatomicis dives. *EJUSDEM* *analecta*, Kilon. 1704. 4. Sed non omnia possideo. Disputationes anatomico-physiologicæ sunt, plenæ objectionibus contra obvium quemque, erat enim Aristotelicus, eruditus, & acutus homo, paulo tamen morosior, & cui nemo placeret: ipse vero facile in opiniones parum probabiles transibat. *EJUSDEM* *adnotationes ad H. CONRING* *introductionem in artem medicam*, ad historiam anatomes etiam pertinet. *EJUSDEM* *anatome Xiphia ad Hortonum*, Hamburg. 1707. 4. & aliæ hujusmodi, jam citatæ, dissectiones. *EJUSDEM* posthumum opus, quod **VVISMARIÆ** an. 1717. cum titulo prodit *Arts medica universa* vol. I. cum obiisset an. 1716. Hæc physiologia plena est iudiciis contra contemporaneos, satis fortibus, cum neque Sætomathematicis, neque Sylvianæ, neque **STAHLIANÆ** sectæ æquus sit, & ab omnibus dissentiat. His litibus ita immoratur, ut totus Liber potius censura physiologorum sit, quam physiologia. Ignem in corde defendit, omnium, ut puto, ultimus, & vagitum uterinum.

NEHEMIAM GREW laudavimus tum in anatome comparativa intestinorum, tum in *Catalogo Musei*, ubi passim aliqua anatomica exstant ad sceletos, ossa, animalium fabricam, testes, fœtus preparatos, &c. p. 118. *EJUSDEM* *Cosmologia sacra*, Londini 1701. fol. in primo Libro usus partium in nonnullis animalibus declarat.

L. TOZZI *medicina pars prior theoretica*, Lugduni 1681. 8. est physiologia *.

L. TOZZI l. cit. recusus est Venet. 1711. 4. Diximus jam, physiologiam esse, sed undique collectam, ut nihil proprii habeat, nunc addimus.

RAYMUNDI RESTAURAND *Magnus HIPPOCRATES* *Cous redvivus*, Primus tomus, Lugd. 1681. 12. physiologiam tradit. * Sed a circulationis negatore quid expectes?

A. M. (**ALLEN MOULIN**) *anatomical description of an elephant burnd at Dublin, together with a relation of new anatomical observations in the eyes of animals*, Lond. 1682. 4. Non vidi, sed elephantum anatomen excerptam legi in **RAII** synopsis quadrupedum.

A. MOULIN utilis liber natus ex unius fere necis laboribus. Multa observavit, cranium cellulofum, renes occultos, hepar absque vesicula &c.

MATTHIÆ NALDII *rei medica prodromi de præcipuis physiologia problematibus*, Rom. 1682. fol. *

In **ANDRÆE CLEYER** *specimine medicina Sinica*, Francof. 1682. 4. continetur utique appendix, qua splanchnologia Chinesis traditur cum iconibus, quæ manifesto ad bruta animalia factæ sunt, vasa vero ad hypothesin depicta.

stirunt, qui in collectione operum omnium titulum gerit *institutionum medicina*, & breve compendium physiologiae semichemicæ continet. Disputationes duas alibi laudavimus, quas nescio an *ETTMULLERO* oporteat tribuere, an potius *respondentibus*. Repetuntur tamen in operibus omnibus, Francof. 1688. fol. & cura *CYRILLI* Neapoli recufis 1734. 5. vol. fol.

J. MAUR. HOFMANN *dissertationes anatomico-physiologica ad HORNII microcosmum*, Altdorf, 1685. 4. sunt duodecim dissertationes physiologicae junctim recufæ. Aliqua ibi ex præceptoribus suis de *MARGHETTIS & MOLINETTO*. *EJUSDEM idea machina humana anatomico-physiologica ad observationes recentiores conformata*, Altdorf. 1703. 4. Diversæ a prioribus, viginti disputationes, unice recufæ, quibus compendium corporis humani cum osteologia, neurologia, & physiologicis utilitatibus continetur. Adjecta programmata nonnulla. *EUSTACHIUM RUDIUM* de dentibus citat p. 299. cum velit *BARTHOLOMÆUM*. *EJUSDEM disquisitio corporis humani anatomico-pathologica*, Altdorf. 1731. 4. Iterum viginti disputationes sunt, quibus ad singulas partes humani corporis primo brevissima nomenclatura, deinde morbi continentur, hi fusi, undique collecti. Subjecta *programmata anatomica*. *EJUSDEM sciagraphia institutionum medicarum a J. H. SCHULZE* an. 1742. 8. edita est *.

J. M. HOFMANNI sciagraphia hic dicta, breve totius artis compendium est.

ANDREW SNAPE anatomy of the horse, Lond. 1686. fol. Veterinarius regius ex familia natus, quæ dudum ei muneri præferat. Anatomie mihi videtur humana esse, detorta ad aliquam equi similitudinem, & de musculis consentit Auctor p. 150. Cerebri etiam, diaphragmatis, auris ejusque musculorum icones omnino hominem exprimere videntur, nec in vasis aut nervis ferri quid subesse credo. Osteologia equina est.

CAROLI PATINI idea capitis humani, Patav. 1686. 8. *

Essays d'anatomie, Leidæ par M. * 1686. 12. 1695. 12. Anglice Londini 1696. 12. sub titulo *Essays of anatomy*, & Italice vertente *BACCHINIO*, Parmæ 1687. & Venet. 1713. 12. titulo *Saggi d'anatomia*. Auctor est *D. BEDDEVOLE* medicus Genevensis, amicus *NUCKII*, Li. bellus autem compendium habet hypothesium, per quas functiones corporis humani explicare suscipit. Eas repetit ab alcali, acido, figuris particularum. Aliquæ observationes intercedunt de uvula & vasis glandularum sublingualium. Dicitio grata & nitida.

SEBASTIAN CHRISTIAN a ZEIDLEREN somatologia anthropologica, Pragæ 1686. alibi lego 1687. 4. Viennæ 1692. fol. Non propriæ industriæ partus, & veteres inprimis sequitur. *EJUSDEM institutiones medicina*, Viennæ 1691. 4. *VELLINGII* discipulum se vocat in præf.

BERNARDINO GENGA Anatomia chirurgica, sive istoria dell'ossa e muscoli del corpo umano con la descrizione de'vasi, Romæ 1687. 8. & prius 1675. 8. * Medicus-chirurgus Romanus, firmi & singularis ingenii, qui ausus sit *HIPPOCRATEM* carpere ob infelices ægrorum curationes, ne in tirone quidem tolerabiles. Subjecit tractatum pro circulatione sanguinis, quæ eo tempore in Italia nondum vulgo recepta erat. *EJUSDEM anatomia per uso ad intelligenza del disegno*, Romæ apud Rossi 1691. fol. ampl. prodiit. *D. BERNARDINUS* cadavera præparavit, explicationes adjecit *J. M. LANCISIUS*. Ossa sunt & musculi, & isti in varios situs gladiatorios dispositi, cum nonnullis melioris notæ antiquis statuis.

CORNELII STALPAERT van der WIEL observationes variores anatomico-chirurgico-medica, Leidæ 1687. 8. 1727. 8. 2. vol. Auctor medicus, chirurgus, obstetricator, & peritus anatomicus, fuit artis replendi & conservandi probe gnarus, non solum ipse 150. observationes adnotavit, sed etiam aliorum utilium scriptorum parallelas historias in scholiis contulit, adjecta Disp. de *monocerote*.

HENR. SCHÆVIS anatomischer abrifs des ganzen menschlichen körpers samt den darauf und darin sich befindenden krankheiten, vermehrt und verbessert durch AVICENNA, Basil. 1682. 8. * B. PL. IDEM vero *EMANUEL KOENIG*, qui inter naturæ curiosos Avicenna dictus est, edidit, Basilæ 1682. 4. *regnum animale* recufum 1698. 4. IDEM varia collectanea continet, cum quodam amore miraculi. In eo etiam *SIMONIS LESCOT*, qui primus artem injiciendi exercuit, (teste *DEVAUX* in indice funereo p. 574.) myologia, & *PETRI CHIRAC* nervorum historia continetur.

HENR. GERN. HELFELD philosophicum hominis, sive de corporis humani machina, Amstelod. 1685. 8. Ex secta *CARTESII*.

GIOVANNI CALDESI osservazioni intorno alle Tartarughe, Firenz. 1687. 4. * Bonam anatomem continet, sed nihil vidi nisi censuram in *Parmensi Diario*.

G10-

GIOVANNI CALDESI citatus liber eximius est & quantivis pretii. Non enim solum trium generum testudines dissectit, accuratius fere quam quisquam alius, sed de bilis vasis aliisque rebus physiologicis utiles interposuit digressiones.

CASP. PORTA medicina brevis exhibens hominis machinam cum morborum curatione, Leidæ 1688. 8. Exigui momenti.

CORNELII BONTEKOE Ontvoerp van t'oud gestel der medicyn Liber I. in quo vulgaris ante *CARTESIUM* placita refellit. Deinde *opbouw der medicyn* pariter P. I. in qua anatomie & physiologia traditur. *EJUSDEM dierige huys-houding, sive œconomia animalis*, quæ etiam seorsim, Leidæ 1688. 8. Bremæ 1692. 8. & alias prodiit, compendium nempe physiologicum. *Discours op het leven, ziekte en den dood*. Notum est fuisse ex *CARTESII* schola, ut tamen sedem animæ in pineali glandula non admitteret, omnesque morbos fere unice ex viscido deduceret. Placuit magnatibus, & obiit archiater Brandenburgicus. Opera omnia, Amstel. 1689. 4. edita sunt.

In *CORN. BONTEKOE* ibidem recensiti *ontvoerp* P. I. huc pertinet, qua naturam, calidum innatum, quatuor humores, facultates, cambium, rorem, gluten, spiritus diversarum classium dari negatur, & P. II. in qua anatomem superfluum esse, nominaque inprimis Græca & futuras, musculorum nomina frustra esse ostendit. In *EJUS opbouw der medicyn* P. I. quem librum etiam diximus, nihil fere boni aut proprii adest. *EJUSD. Kort denkbeeld van de œconomia animalis op een nieuwe van de physiologie* brevissimum est compendium. *ET. fundamenta medica seu de alcali & acidi effectibus*, Amstelod. 1688. non legi.

Satis similis *CORNELIO* fuit *DANIEL DUNCAN*, cujus *chymie naturelle 2. & 3. partie*, Paris. 1687. 12. secuta est, & praxin continet, & ejus versionem Latinam, Amstel. 1707. editam, sive *chymia naturalis specimen, quo plane patet, nullum in chymicis officinis processum fieri, cui similis aut analogus in natura non sit*, jam citavimus. Huc autem pertinet *histoire de l'animal ou connoissance du corps animé par la mécanique & la chymie*, Paris. 1687. 12. * nempe physiologia.

In *DAN. DUNCAN* citato *chymia specimine* actiones corporis humani ad classes chemicas referuntur.

JOSEPH LANZONI animadversiones varia ad medicinam anatomicam & chirurgicam facientes, Ferrar. 1688. 8. & cum operibus omnibus recufa, Lausannæ 1738. 4. Sunt 150. animadversiones, quarum decem aut duodecim huc pertinent, de ductu thoracico, a quo vasa ad mammas euntia vidisse se credidit, ad arteriam bronchiale, generationem, menses, &c. *EJUS de pericardio, saliva & dentibus dissertationes* existant recufæ in I. volumine *oper. omn.* Eruditus caterum vir, sed non ex professo dissector.

Varia de physiologia apud L. de *CAPOA*, chemicæ tamen sectæ addictum hominem, reperias.

MELCHIORIS FRIDERICI GEUDER de fermentis specificis & de ortu animalium, Amstel. 1689. 8. Fermentum pancreatis, ventriculi, intestinorum cordis refutat.

JUSTI VESTI compendium institutionum medicina, Erfurt. 1688. * Lips. 1731. *

FRIDERICI SCHRADER additamenta ad JOH. VESLINGII syntagma anatomicum, Helmstad. 1689. 4. aliquot disputationes sed breviores sunt.

DANIEL TAUVRY nouvelle anatomie raisonnée, Paris. 1690. 12. 1698. 12. 1721. 8. ed. IV. Latine etiam versa & *anatomes rationalis* titulo a M. F. *GEUDERO*, Ulmæ edita est 1694. 8. Ingenii omnino non mediocris Auctor, sed ante diem fati abreptus. In anatomie plerumque alienis observationibus utitur, & figuras mediocres habet: in theoria autem proprias hypotheses sequitur, qualis illa est de motu musculari.

DAN. TAUVRY libri citati editio IV. nihil aucta est, etsi promittatur, nisi quod accesserint 2. tabulæ *EUSTACHII*.

PIERRE DIONIS tours d'anatomie, Paris. 1690. 8. 1695. 8. 1705. 1716. quæ V. est editio, 1729. cum notis *D. DEVAUX*, Genevæ 1696. 8. Anglice 1703. pro Chinenfium etiam Imperatore tartarice versa (*hist. de l'Acad. des Sciences* 1726.) Secuit in horto regio a 1672. ad 1680. sub *D. CRESSE*, scripsit tamen, quasi ipse demonstrasset, & a capite ad calcem corpus humanum explicavit. Aliqua habet Parisinorum inventa, tum de generatione & corde, aliasque observationes chirurgicas & medicas, satis utiles.

PIERRE DIONIS recufus etiam existat Paris. 1694. 8.

M m m m

THEO-

encheiresin , hoc est , dissectionem cadaveris docuerunt , sive quinam optimi sint Au-

RYDLEIANA cerebri anatome continentur . Reliqua opera COWPERI dudum excitavi . In signis certe anatomicis fuit , mercurio vasa feliciter replevit , figuras nitidas propria manu delineavit , multa invenit aut perfecit .

JOH. FRID. ORTLOB *historia partium corporis humani* , Lipsi. 1697. 4. Discipulus & fidus adfecta BOHNII . Sinuum duræ matris circa sellam equinam novam dedisse iconem alibi monuimus .

JOHANNIS MUNNICKS Liber de re anatomica , Ultraject. 1697. 8. Brevis & Latinus omnino Libellus , aliqua peculiaria habet , foramen RIVINI , sesamoidea pollicis , urachum apertum . Amstelod. an. 1740. Belgico sermone recusus est .

JOH. MUNNICKS Liber citatus belgice recusus titulum habet *heel ontleed-en gezigtkundige vverken* , Amstel. 1740. 4.

PETRI JENS *tirocinium medicum* , Hag. 1697. 8. Physiologia & pathologia ad mentem STAHLII .

JOHANNES MERY celebris chirurgus & anatomicus Parisinus in *Progrès de la médecine* , Paris. 1698. 12. varias observationes edidit aut certe publicavit BRUNETUS , de ligamentis ovarii cavis , sine medullæ spinalis , penis erectione , musculis , panniculo carnoso humano , &c. Quanto amore anatomen profecutus sit , in elogio testatur BERNARDUS DE FONTENELLE . Preparabat , inquit LISTERUS , non valde deterius RUYSCHEO , & integras neurologias exentas paraverat . *Journy to Paris* p. 64.

BERNARDI CONNOR *evangelium medici* , Londini 1697. 8. singularem hypothesin sequitur , ut explicet , quomodo miracula explicari queant . Hominis partes solidas credit componi moleculis , quarum quælibet fiat ex massula sulfurea , ex aqua , ex salina , & terra in unam moleculam conjunctis . Generationem explicat per fermentum masculum , quod stamen primigenium in femina latens excitet . Redivivum in resurrectione hominem solis sensuum organis & corde constitutum , nec musca forte majorem fore suspicatur . Solida non mutari docet . Animam corpoream videri , neque semper & perpetuo cogitare . Subjecta est dissertatio epistolica de modo secretionis , & tabula nova *œconomia animalis* perbrevis .

BERN. CONNOR recusus exstat Amstelod. 1699. 8.

CHRISTIAN LUDOVICI WELSCH *tabula anatomica* Ed. II. Lipsi. 1698. fol. 1712. fol. Non inutilis certe Auctor , & suas & RIVINI peculiarias observationes aliquas habet .

GEORGII BAGLIVI Ragusini , magnæ famæ viri , quam accusatur fere editis alienis scriptis adquisivisse , ut L. de transmutationibus morborum CASSALECCHII Regiensis ; VALSALVAM (MORGAGN. *epist.* XIII. n. 39.) PACCHIONUM (BAZZANI *Comment. Academ. Bonon.* T. I. p. 48.) aliosque . Ita ex MALPIGHIO observationem de sanguinis in ranis circulatione excerpit . Edidit Romæ 1696. 8. Librum de *praxi medica* , cum quo Dissertationes de experimentis per infusionem excusæ sunt , tum *specimina IV. de fibra matrice & morbosa* , Romæ 1702. Ultraject. 1703. 8. & ab eo tempore varia tum ad vivi sectiones , tum ad duram matrem , tum ad liquorum chemicorum cum sanguine commistionem , sanguinis circulationem edidit , quæ omnia recensuimus . Opera omnia sæpissime collecta prodierunt , ut Lugduni 1715. 4. Bassani 1737. 4. & 1752. 4. addjecta ejus vita .

GEORGII BAGLIVI *specimina IV. de fibra matrice & morbosa* primum prodierunt Paris. 1700. 4.

JOACHIMI TARGIRI *medicina compendiaria* , Leidæ 1698. 8. Physiologia primam partem occupat . In ea AUCTOR sententiam suam absque aliorum citatione proponit , boni sensus Auctor , & BOERHAAVII quasi præcursor . Fermentum tamen aliquod in ventriculo , & fermentationem lenem in corde retinet . Stahlianam sectam refutat . Musculorum actionem a sola simplicissima congestione adfluentis in fibræ spiritus explicat , &c.

FERDINANDI SANTANELLI *lucubrations physico-mechanica* in VII. Traçt. divisæ . Venet. 1698. 4. ad physiologiam pertinent secunda de somno , quem ad adfundentes ciborum halitus refert , tertia de spiritibus , quos medios inter corpus & spiritum facit , quarta de vitalitate vera & necessitate mortis , & sexta de nutritione , ubi chylicationem percurrit . Experimenta nulla .

J. PHILIPPI EYSEL *compendium anatomicum* , Erfurt. 1698. 8. per quæstiones & responsa . Nihil valde proprii .

J. PH.

Auctores , qui docent in dissectione quomodo sectio profequenda sit , ut prior sectio non obstet sequentibus .

De

J. PH. EYSEL recusus exstat *compendium* , Erfurt. 1710. 4.
JAMES KEIL *anatomy of human body abridg* , Londini 1698. 12. primum absque nomine , deinde cum nomine Auctoris , variis annis & sæpissime recusa est , ut an. 1710. 12. , nuper undecima vice an. 1742. Varias mensuras vasorum habet , atque physiologica , veram etiam nervi intercostalis originem . EJUSDEM *account of animal secretion, the quantity of blood in human body, and muscular motion* , Lond. 1708. 8. deinde auctius sub titulo *essays on several parts of the animal œconomy* , Lond. 1717. 8. & Latine cum titulo *tractamina medico-physica* prodit . Lond. 1718. 8. cum *statica medicina* . Idem opus Leidæ 1725. 4. recusus est . Tractatus singulos jam tetigimus . Adde nunc virum mathematicos peritum , eam cum medicina arctius conjunxisse ; ad calculos ponendos primum logarithmis fuisse usum : positiones anatomicas fere ex COWPERO repetiisse , viva tamen animalia etiam cum cura secuisse , hypothesibus indulgisse , neque semper solicite ponderasse , quæ pro veris & solidis fundamentis adoptabat .

JAM KEIL *anatomy of human body abridg* exstat etiam Lond. 1714. 12.

MICH. BERNHARD. VALENTINI *medicina novantiqua* , Francof. 1698. 4. Est *compendium* medicinæ per omnes partes , etiam chemiam . Post *polycresta exotica* , Francof. 1700. 4. novam matricis anatomen dedit , in qua glandulæ vaginæ describuntur . EJUSDEM *physiologia biblica capita selecta* , Gieslæ 1711. 4. prodierunt . * EJUSDEM *amphitheatrum zootomicum* , Francof. 1719. * & 1740. fol. Zootomiam compilatitiam cum pravis figuris continet . In *appendice* habetur codex manuscriptus compendii anatomici RAVIANI , quo multa certe inventa continentur in myologicis , & alibi .

DANIELIS CLERICI & J. J. MANGET *Bibliotheca anatomica* (primum 1685. fol. edita) *illustrata & aucta* , Genev. 1699. fol. 2. vol. Collectio scriptorum ultimi seculi , qui fere ad fabricam partium pertinent , omiſſis reliquis anatomes partibus , ut myologia , & osteologia , & omiſſis egregiis auctoribus seculi XVI. qui multo plura in partibus corporis majoribus invenerant quam recentiores seculi XVII. anatomici . Observationes adſperſit MANGETUS . Huic editioni GAGLIARDUS & HAPERSIUS acceſſerunt . Icones non valde nitidæ . Hanc Bibliothecam imitati sunt Angli , Londini 1711. 3. vol. 4. Multa vero adjecta sunt , chirurgica nempe ad singulas partes , minorum Libellorum ex omnibus Europæ linguis multo major copia inserta maxime ex Anglia , neque adeo Libri integri , quam loci excerpiti . Icones multo nitidius sculptæ . Hic etiam , & in SANÇASSANI *dilucidationibus* , & in E. N. C. exstant JOSEPHI ZAMBECCARI egregia experimenta in brutis animalibus suscepta , quibus periculum aut spes ab exciso cæco intestino , liene aliisque partibus æstimata est .

Hac etiam occasione non possum non laudare THEOPHILI BONNETI *sepulchrum anatomicum* ejusdem MANGETI cura an. 1700. recusus 2. vol. fol. In eo equidem opere scopus practicus est , sed plurimæ tamen insunt morbosorum cadaverum dissectiones , plurima etiam ibi ad physiologiam utilissime legi & didici .

DOMINICI SANGUINETI *dissertationes iatrophysica* , Neapol. 1699. * Ex censuris video systema alcali & acidi refutari .

ALESSANDRO PASCOLI , *il corpo umano* , Perusiæ 1700. 4. Venet. 1712. 4. 1727. 1735. 4. & Latine ALEXANDRI PASCOLI *de homine, sive de corpore humano vitam habente* , Libri III. Venet. 1735. 4. Romæ 1738. 4. quæ splendidior editio penes me est . In Libro quolibet , primo anatome , deinde practica consideratio morborum continetur . Figuræ ex EUSTACHIO , VERHEYENIO sumtæ , ordo secundum ventres .

JAC. GAVET in sua *febris idea* varia physiologica habet de fermentatione , generatione animalium , sanguine , cordis motu , secretionem , Genev. 1700. 12.

GIDEON HARVEY in *vanity of physick and philosophy* , Lond. 1700. 8. varia physiologica habet , de digestionem , quam persiciant animalia spiritus , de sanguine qui cor ipse moveat , &c.

JACOBI le MORT *fundamenta novantiqua theoria medica* , Leidæ 1700. 8. & 1713. 8. continent etiam physiologiam seu theoriam hominis .

J. BAPT.

J. BAPT. FANTONI *observationes anatomico-medice edita & scholiis illustrata*, a JOHANNES filio, Turin. 1699. Venet. 1713. 4. In priori editione 31. in altera 37. observationes sunt, satis & curiosæ & utiles, maxime ad cordis morbos. EJUSDEM JOHANNIS FANTONI J. B. F. *Dissertationes anatomicae* XI. Turini an. 1701. 8. prodierunt, quibus trium ventium anatomie continebatur. Inter eas, quæ ventrem medium & imum describunt, recensæ sunt ibid. 1711. 4. cum titulo *Anatomia corporis humani ad usum theatri* P. I. In eo elegante Libro multa minutiora ex anatome & humana & comparata, ad glandulas & alias corporis partes spectantia, tum physiologica etiam cogitationes continentur, multa etiam ex MERYO, quem audivisse videtur FANTONUS, & Parisinis animalium dissectionibus. Dissertationes sunt 13. Deinde rejectis iterum dissertationibus, quæ ad ventrem medium pertinent Turini 1725. in 8. Maj. recensæ sunt *dissertationes anatomicae septem priores renovata de abdomine*. Multa iterum ibi ad historiam inventorum, ad zootomen, ad omnem anatonem partium ventris imi utilia. MALPIGHIANAM viscerum fabricam passim tuetur. Hic solus ex anatomicis seculi XVII. supervivit, dum scribo. Epistola J. FANTONI ad LANCISIUM cum editione EUSTACHII prodit. EJUSDEM *opuscula medica & physiologica*, Genevæ 1738. 4. edita continent primo dissertationes & animadversiones suas, eruditæ, & quibus novum systema solide refutatur. Adjectæ sunt observationes paternæ cum scholiis, & aliæ auctoris nostri ex anatome practica sumtæ, egregiæ. Reliqua physici argumenti sunt.

In *Monumentis Academia Regia scientiarum observationes* (inter historias) numerosissimæ, deinde aliqua ex anatome comparata utilia existant. Ea fere in physicis citavimus p. 106. seqq.

LAUR. ROBERG *inventio anatomica hujus seculi*, Upsal. 1700. Disp. EJUS *lyck resnings rassel*, Upsal. 1718. 8. compendium Suecicum.

In G. PASCHII *de novis inventis quorum accuraciones cultui faciem prætulit antiquitas*, Lips. 1700. 4. aliqua anatomica sunt.

BESSE *recherche analytique de la structure des parties*, Tolosæ 1701. 8. 2. vol. Discipulus CHIRACI, cujus scripta compilavit Auctore HELVETIO, in præf. ad *réponse à la lettre critique*. Miro instituto ex effectibus ad causas resurgit, tamquam omnia planissima & certissima forent, aut a nobis ipsis corpus creatum esset. Fermentationibus omnia plena & fictitiis figuris partium, acido, alcali. Ipsi fetus formationem mechanice explicat, ut ex fermentatione struatur. IDEM anno 1725. satis acrem edidit epistolam sub titulo *lettre sur le livre de l'économie animale de M. H.*, Paris. 8. quam non vidi. Sed *replique aux lettres de M. HELVETIUS au sujet de la critique de son livre de l'économie animale*, Amstel. etiam (verius, Parisiis) 1726. 8. eam quidem legi. Cum in priori epistola BESSIUS objiceret HELVETIO, quod theoriam inflammationis BOERHAAVIO, non citato, surripisset, acriter vero respondisset HELVETIUS, & auctoritate uteretur ad suppressas defensiones BESSI, iste furtim edita responsione satis vehementer priorem accusationem repetiit.

JEAN BESSE *lettre sur le livre de l'économie animale de M. H.* habeo nunc editionem Parisinam 1723. 12. Practica ea est, & unica ad anatonem pertinent, quæ contra HELVETIUM dixit, ob dissimulata ea, quæ BOERHAAVIO debebat circa errorem loci & arterias lymphaticas. Video *Oeconomiam animale*, Paris. 1723. 3. vol. 8. recusam esse.

ARCHIBALDUS PITCARNE Scotus, aliquo tempore Leidensis Professor, BOERHAAVIO sed brevi tempore præceptor, iatromathematicus, acris vir ingenii, sed, si omnino legitima sunt carmina, & mira illa ARCHIMEDIS epistola (ad GEIONEM enormi anacronismo data) in religionem parum pronus. EJUS pleraque opuscula singularim recensuimus. Collecta sunt Roterodami 1701. 4. deinde Edimburgi 1713. 4. ubi 15. dissertationes habentur, quarum pleraque citavimus, reliquæ sunt de curatione febrium, quæ fit per evacuantia, ubi sudorifera contra purgantia extollit: de modo in sanandis morbis quo agunt corpora acida vel alcalina; & BOERII epistola. In Roterodamensi editione an. 1714. 4. accessit scriptum de legibus historiae naturalis contra R. SIBBALD valde acerbum. Insensus erat SIBBALDO, quod contra medicos mathematicos Libellum an. 1696. edidisset, lingua vernacula scriptum. Aliæ adhuc editiones horum opusculorum in Belgio successerunt, medica tamen nulla. *Elementa medicina physico-mathematica* a morte PITCARNI, Londini 1717. 8. prodierunt, recusa in Belgio ad malum exemplar, a discipulis deseri-

scriptum, (MARTINE de animal. similib. p. 30.). Prima pars eaque brevis physiologiam continet. Opera omnia etiam Venetiis 1733. 4. recusa sunt.

ARCHIBALDI PITCARNE, *Elementa medico-physico-mathematica* ibi dicta continent systema ad BELLINIANUM saporem, quod multa promittit. Singularia aliqua, docet nutrire venosum sanguinem, animalcula spermatica duorum sexuum dari.

MICHAEL ERNEST ETTMULLER *corpus humanum sympathoticum*, Lips. 1701. Disp. JOH. WOLFGANG PREISER *oeconomia corporis animalis*, Vienn. 1701. vel 1702. 12. uterque enim annus in catalogis præfigitur.*

CHRISTIAN VATER *macchina humana*, VVittemb. 1700. Disp. * EJUSDEM *physiologia experimentis & demonstrationibus mechanicis, chemicis, & anatomicis instructa*, VVittemb. 1701. 4. 1712. 4. Physiologia humana in systemate universali physices continetur. EJUSDEM *institutiones medicae succinctis aphorismis comprehensæ*, VVittemb. 1702. 4.*

POLYCARPI GOTTLIEB SCHLACHER *de anatomia præstantissimo rotius medicina fundamenta*, Progr. Lips. 1701. 4. Eruditi viri plures adhuc sunt hujusmodi dissertationes, ut de anatomia & physiologia in genere, Lips. 1715. 4. de partibus corporis humani externis & internis, ibid. 1715. &c.

In D. SAVIARD *observationibus chirurgicis*, Paris. 1702. 8. multa bona habentur, & memoratu dignissima.

PETRI CHIRAC pleraque circa hæc tempora scripta sunt. Libellus de pilis recens est. De incubo Diss. Monspeliis prodit 1692. quem morbum a fermentatione læsa explicat, de volubulo an. 1694. * in quo hoc malum ab introsusceptione intestinorum explicatur, examen analyticum de motu cordis, an. 1698. ibid. quem a fluido proprio, neque nerveo, neque sanguineo derivat. Sed inprimis lectionum suarum codices manuscriptorum numerosissimos discipuli circumtulerunt, in quibus theoria plurima, & eventuum ad causas mechanicas reductio reperitur. EJUS denique *lettres ou réflexions préliminaires*, & ejus *réponse a la réclamation du P. C.* acris stylo in VIEUSSENIUM scripta est, quem plagii, invidiæ & nescio quot criminum reum agit. Hæc epistolæ cum posthumis PETRI CHIRAC consultationibus existant.

JOH. GODOFREDI DE BERGER *physiologia medica, sive de natura humana Liber bipartitus*, VVittemberg. 1702. 4. Vir eloquens in schola RUTSCHIANA enutritus, & eorum omnium nisi fallor primus, qui hujus viri experimenta in theoriam medicam transfulerunt. In hac physiologia vocibus curiose selectis pondere plenissimis, & judicio non vulgari usus est, BOHNII sæpe adversarius. Novam editionem a collega meo conjunctissimo, erudito & avi simillimo, JOHANNES GODOFREDO BRENDELIO, ipsis auctoris observationibus ditiosem expectare licet. Interim FRIDERICUS CHRISTIANUS CREGUT aliam dedit, Francofurti 1707. 4. & dissertationem de anthropologia ejusque præcipuis scriptoribus præmisit.

JOHANNIS FREIND scripta citavimus. Eruditionem variam, experimenta & mathematica principia conjunxit.

JOHANNIS BROEN, cujus Librum de duplici bile jam diximus, opera medica posthuma Roterodami 1703. 4. edita sunt a PETRO a PELT, amico BROENII. Physiologia ibi habetur satis Cartesiana, multum usa æthere. SYLVIIUM tamen & effervescentias passim refutat.

HENRICI RIDLEI *observationes medico-practicae*, Londini. 1703. 8. præter ea, quæ ad foramen ovale pertinent, plurimas cadaverum dissectiones continent.

JOSEPH de la CHARRIERE medicus & chirurgus *anatomie nouvelle de la tête de l'homme*, Parisiis 1703. 8. Varia continet, theoriam motus muscularis, sensuum, ossium fabricam, saliva phenomena, ossa capitis, capitis, cerebrum, visus inprimis fusam enarrationem, vasa. Multum usus est VIEUSSENIUM.

BLANKEN *catalogus antiquarum & novarum rerum anatomicarum* in theatro Leidensi 1703. 4. sæpe recusus.

ALEX. CHRISTIAN GAKENHOLTZ *de principiis mechanicis physiologia applicandis*, Helmstadt. 1703. 4.

A. CHR. GAKENHOLTZ habet aliqua ad motum muscutorum &c. ANTONIUS MARIA VALSALVA Medicus, Chirurgus (ut ex nupero MOLINELLI Libro de aneurysmate apparet) eximius, anatomicus artis suæ cupidissimus, ut constat ex anatome cada-

cadaveris æstivis ardoribus tabefacti decimo tertio die instituta (in vita VALS.). Præter Librum de auditu alibi laudatum reliquit tres dissertationes annis 1715. 1716. & 1719. in academia lectas de oculi anulo moderatore, sinibus aortæ, renum succenturiarum ductu excretorio, cum quibus aliqua de ligamento coli, sedeque cataractæ in ipsa lente conjuncta sunt. Posthuma alia VALSALVÆ chirurgica promittit ILLUSTRIS EDITOR, de cujus labore continuo dicitur. Varia passim de schedis VALSALVÆ decerpta admisceruntur dissertationibus MORGAGNI.

PETRUS MATTHÆUS Consentinus, CORNELII, & LEONARDI a CAPOA discipulus, dialogos decem scripsit, jam citatos, sub titulo *animadversionum physico medicarum*, Neapoli 1704. 4. Experimenta in animalibus sæpe valde paradoxa fecit: opiniones nostro tempore omittimus. Physiologiæ magnam partem tractavit.

LUTHER de ppericardii, pulmonis & partium genitalium anomaliis, Kiel. 1704. 4.

CHRISTIANUS JOHANNES LANGE, BOHNII discipulus, multas physiologicas dissertationes dedit ut *homo atomotatum*, Lipsi. 1694. &c. EJUS opera omnia posthuma curavit edi A. QUIRINUS RIVINUS, Lipsi. 1704. fol. Historia ibi medica reperitur, passim viciosa. GUIDO certe de CAULIACO non vixit seculo XV. Inde physiologia sequitur, eo ordine, ut theses præcedant, & sequantur objectiones & earum solutiones. Dissertationes ultimo loco ponuntur.

JOH. SALZMANN Diff. de anatomie jucunda & utili, Argentor. 1704. de atatibus vite humana, 1715. & alias disputationes edidit, STAHLIANUS, qui dum vixit magna laude anatomes floruit.

J. ZELLER theses inaugurales medica, Tubing. 1704. 4. Varia etiam ad glandulosam fabricam contra RYSCHEIUM defendit.

J. VAL. SCHEID Prof. Argentoratensis doctrina splanchnologica, Argent. 1705. 4.

J. DOMINICUS SANTORINI primum inclaruit quatuor opusculis anatomicis, quæ Venetiis 1705. 4. Roterodami 1719. & tere cum omnibus editionibus BAGLIVII prodierunt. Eorum tria, quæ physiologica, sunt, de fibra, nutritione, & catamenii jam laudavimus. Deinde an. 1724. Venetiis edidit *observationes anatomicas* in 4. recusas, Leidæ 1739. 4. In his observationibus anatomicum indefessum, in difficillimis partibus extricandis artificiosissimum, & pene nimis perspicacem se gessit, nisi omnino hic aliquid nimii locum habet, cum multos musculos ejus viri nemo recentiorum perinde distinctos viderit. Pertinent autem hæ observationes ad musculos faciei, auriculæ, nasi, laryngis, pharyngis, ad cerebrum, ad oculum, nasi cartilagineas, & ossa, ad diaphragma, musculos abdominis, ductum thoracicum, partes genitales utriusque sexus, in quibus inprimis diligentissime versatus est. Promiserat commentarios anatomico-medicos, sed illi nondum prodierunt. *Istoria d'un fero* jam dicta est.

J. DOM. SANTORINI quatuor opuscula prodierunt etiam Venet. 1740. 8.

In nouvelles observations sur les os JOHANNIS JOSEPHI COURTIAL, Paris. 1705. 8. Leidæ 1709. 8. aliqua de lymphaticis hepatis, aqua pericardii, aeris proprietatibus continentur.

ALEXANDRI THOMSON dissertationes medica, Leidæ 1705. 4. datæ Montrosi. 1704. Auctor ingenii ut videtur recti & facilis, BOERAAVIUM vel preceptor vel discipulus DUVERNEYI vero certior auditor. In præfatione sectarum recentiorum patronos recenset, nulli valde favens. De Diff. I. dixi. Tertia explicat mechanicæ rationem ferri, qua sanguinem urget per minima vasa scirrhumque dissipet. In IV. argenti vivi, in V. opii agendi modum mechanicè interpretatur, & in VI. de animi morbis, corpori valde noxiis agit.

HENRICI SNELLEN theoria mechanica delineatio. Leidæ 1705. 8. contra BAGLIVUM & theoriam fibræ solidæ & FREINDII emmenologiam scripsit, & fermenta ruitus est, & chemicas Theorias.

HENRICI SNELLEN etiam est defensus contra BARTHOLOMÆI de MOOR disputationem de spiritibus animalibus igneis, Leid. 1707. 8. ut videtur.

RAIMUNDI VIEUSSENS novum vasorum systema humani corporis, Amstel. 1705. 8. Continet fabricam plerorumque corporis humani viscerum, per injectiones liquorum, microscopia, & exsiccationes detectam, vasa inhalantia ventriculi, morbos cerebri, &c. RYSCHEIUS de VIEUSSENIO querebatur, quod suis observationibus clam usus esset, *epist. ad SCHELH.* p. 99. Id non ita videtur, sed potius cellulosam fere ubique pro vasis a VIEUSSENIO acceptam esse.

NICO-

NICOLAUS HARSTOEKER in conjectures physiques, Amstel. 1706. 4. suite des conjectures physiques 1708. seconde suite 1712. éclaircissements sur les conjectures 1730. & suites des éclaircissements 1712. multa physiologica habet.

J. B. MORGAGNI inter anatomicos eruditione, veritate, numero observationum eminet, utinam diu! EJUS adversaria anatomica I., Bonon. 1706. 4. secunda & tertia 1717. quarta eodem anno, inde tria reliqua an. 1719. Patavii prodierunt, ubi omnia etiam sex nitide conjunctim eo anno recusa sunt. Prima edidit ex primis suis laboribus, secunda in MANGET theatrum inprimis, tria alia ad BLANCHUM pertinent. In quarto & reliquis hunc virum conciliatus relinquit, & redit ad MANGETUM, iconesque priores defendit. Ubique & ex dotes elucet, quas laudavi; sextis & primis adversariis etiam magis. Plurimos vulgo receptos in anatomie errores primus expunxit. EJUS nova institutionum medicarum idea, Patav. 1712. 4. Leidæ 1740. 8. prodit, quam non vidi, est autem brevissima. In editione LANCISIANA EUSTACHII epistola etiam MORGAGNI est, in qua aliqua difficiliora loca interpretatur. EJUS epistola anatomica II. Leidæ 1728. 4. prodierunt. Reconciliaverat BLANCHUM cum MORGAGNO communis amicus LANCISIUS. Eo mortuo in nova editione historię hepaticæ se defendere cœpit BLANCHUS. Ad tabulas BLANCHI in prima epistola valde miti sermone respondit MORGAGNUS, & plurima addidit ad historiam anatomicam atque hepatis descriptionem. In altera vero epistola ob defensiones BLANCHI commotior, & acrius BLANCHUM adortus est. Adjectæ sunt JANI PLANCI & JOS. POZZII epistolæ, quibus tabula ductuum hepaticorum dilatatorum, quæ inter BLANCHIANAS est, plagii postulat. Denique in operibus VALSALVÆ edendis summum laborem posuit MORGAGNUS. Vitam nempe viri addidit, & præfationem, & dissertationes anatomicas XVIII. quæ cum prioribus vigenarium numerum conficiunt. Edita sunt Venet. 1740. 4. 2. vol. Incomparabilis hic eruditio, omnium auctorum censura solida, observationes sæpe iteratæ & minuta cum cura, plurimæ ad organum auditus, cor, renes, succenturiatos, colon, fabricam viscerum, morborum sedem, oculum, nervos. In Commentariis Bononiensibus epistola MORGAGNI de uvula ejusque musculis reperitur.

G. DESNOUES, per 13. annos Professor (ut ipse ait p. 29.) anatomie & chirurgie, & primarius chirurgus nosocomii Genuensis fuit, notior ob circa cadavera, quæ are spectanda Parisiis proponebat, de quibus etiam totus, quem dicam, Liber fere agit, qui inscribitur *lettres de GUILL. DESNOUES à M. GUILLIELMINI*, Romæ 1706. 8. intercurrunt tamen aliæ observationes, de monstro fictitio, de nervis acusticis, de glandulis in radice penis. In *Zod. Med. Gall.* IDEM DESNOUES glandulas cervicis uteri descripsit.

Præter prius opus jam excitatum edidit CHRISTIANUS STROEM rariorum mechanicorum in medicina usum vindicatum, Leidæ 1707. 8. Defendit mechanicos, PITCARNIUM, BAYLEUM, BOERHAAVIUM, & recusus est cum PITCARNIO, Venet. 1733. 4.

JOSEPHI DONZELLINI *questio convulsiva de usu mathematicum in arte medica*, Venetiis 1707. 8. & in collectione operum GUILLIELMINI.

J. WILLHELMUS PAULI edidit Lipsi. 1707. 8. opuscula anatomica & chirurgica JOHANNIS van HORNE, addiditque doctam præfationem, qua multa recentiorum anatomica inventa continentur; deinde ad ipsius operis paginas eruditas adnotationes, adspersit ex COWPERO aliisque Anglis & idoneis doctoribus sumtas. EJUS speculationes & observationes anatomica prodierunt, Lipsi. 1722. 4. * PL.

JACOBI DRAKE *new system of anatomy ... an animal œconomy ... and a rationale of many distempers*, Lond. 1707. 2. vol. cum titulo *anthropologia nova* recusa an. 1727. 2. vol. & 1737. 8. Auctor in ipsa editione operis in flore ætatis de vita deceffit. Multum hypotheseum non firmissimarum per opus dispersum, de bilis utilitate ad menses movendos, aeris ad cor dilatandum, ventriculi comparatione cum lebete PAPINIANO. Sed pretium habet a tabulis COWPERI ad viva corpora factis, exprimentes situm viscerum, musculos nonnullos, vasorum sceleton, arterias venasque pulmonales, quarum illæ majores sunt, narium denique bonam historiam. In appendice compilatæ sunt variorum auctorum icones.

LE CLERC chirurgie complete avec l'ostéologie, la myologie, la myologie, Paris. 1702. 12. 1706. 12. 1739. 12. &c. In editione priori egregia quam jam laudavi, osteologia est, in nupera myologie compendium, & DUNCANI administratio cerebri. De chirurgica parte alibi.

JOSEPHI GRANDI oratio, qua Italiam anatomem ceteris præstantiorem esse ostendit, Ven. 1706. *

Nnnn 2

PE-

PETER PAXTON'S *physico-medical directory*, Londini 1707. 8. Brevis physiologiæ delineatio & reliquarum partium medicinarum.*

HERMANNI BOERHAAVE *institutiones rei medicæ*, Leidæ 1708. (dat. 1707.) 8. 1713. 8. 1720. 8. 1727. 8. 1734. 8. 1746. quæ duæ ultimæ editiones non differunt, innumeris cæterum annis locisque recusæ, etiam, si fides ALBERTO SCHULTENS, doctissimo viro, arabice. Non alius nostro ævo plures vidit aut discipulos, aut admiratores sui. Physiologia majorem partem hujus libri efficit, eaque inprimis famam viro peperit. Anatomicas descriptiones dedit fusiores quam priores ex COWPERO inprimis sumtas, & VESALIO, & EUSTACHIO, & RUYSCHIO. Hujus viri & LERUWENHOECKII observationibus superstruxit systema vasorum minorum per multas series decrecentium, huic inflammationum theoriam. SYLVIANA fermenta undique profligavit, acidum a corpore, & a febris abesse ostendit. Causas unius effectus multas collegit, quas priores fere dabant singulas. De commentariis alibi dicitur.

EJUS oratio de usu ratiocinii mechanici in medicina prodiit Leidæ 1703. 8. 1709. 8. In universum responderet ad objectiones osorum mechanices. Hic continetur celebre illud inventum arteria lymphatica, quam adeo ante VIEUSSENIUM BOERHAAVIUS vidit: ut nunc contra GALLOS & meipsum, male ipsis credulum, observo. Oratio de certo in physicis edita est Leidæ 1715. 4. Contra hypotheses & essentias rerum, quas nobis ignotas, & sola phænomena aliqua per sensus perspecta esse ostendit. In præf. ad aphrodisiacum telam cellulofam, uti dictum, descripsit. Epistolam de fabrica glandularum jam citavimus. Ea & una opuscula minora, Hagæ 1738. 4. proderunt. Opera posthuma a præstantissimi nepotis BOERHAAVIANI CL. KAAVII cura & industria speramus.

In L. de viribus medicamentorum BOERHAAVII magna pars physiologiæ inprimis vasorum continetur.

Contra orationem de usu ratiocinii mechanici, scripsit ANONYMUS *ratiocinii mechanici abusus in medicina & impotentiam* Friburgi (nomen fict.) 1719. 8. sed eam satyram non legi. Obiecit etiam DEMETRIUS (*ouvrage de Penelope* p. 131.) ex PITCARNIO, & clanculum quidem sumtam esse theoriam, quod nimium est, nam etsi passim recipit PITCARNIANA & inprimis BELLINIANA theoremata, ab ejus tamen theoria tritus, nutritionis, aliisque longe absuit. Idem in *homme machine* iterum vitio dat, quod naturam non noverit, nisi per aliorum labores. Etiam hoc nimium est, cum, & viva corpora dissectuerit & multum usus sit preparatis a RUYSCHIO corporis humani partibus. Cæterum viri æternitate dignissimi vitam possidemus a quatuor auctoribus descriptam. Prima est ALBERTI SCHULTENS, continuo a morte edita, Leidæ 1738. 4. Altera est elogium in *Monument. Acad. Reg. Scient.* 1738. Tertia a D. BURTON scripta anno 1743. repetita est 1747. in 8. cum nonnullis ad MORTIMERUM epistolis & Dissert. BOERHAAVII inaugurali. Quarta est *essai sur le caractère du grand Médecin, ou éloge critique de BOERHAAVE*, Leidæ 1747. 8. quæ D. MARY opus esse dicitur, & ea videtur ab omni aut nimis indulgente, aut pravo affectu remota esse.

JEREMIAE WAINWRIGHT *mechanical account of nonnaturalals*, &c. Lond. 1708. 8. 1737. 8. Multa hic habentur conjuncta, physiologica, theoria secretionis, respirationis, ponderis aeris, digestionis & efficaciam ventriculi, hepatis denique anatomie & physiologia.

ANTONII DEIDIER *physiologia tribus dissertationibus comprehensa* est disputatio inauguralis, quam JOH. WYSS patruus noster & J. B. CHOMEL defenderant, Monspelii 1708. 8. Prima pars physica est, altera physiologiam corporis humani tradit, ad chemica principia & fermentationes. Tertius Libellus est de vasis, ubi rara observatio osseæ portionis in corpore striato repertæ. Ejusdem auctoris esse credo *anatomie raisonnée du corps humain* par M. DEIDIER, Paris. 1742. 8. qua multa physiologica etiam valde paradoxa continentur, ut pulsus ab elatere sanguinis arteriosi nasci, diaphragma ad inspirationem passive se habere, nerveas fibras esse mera vasa arteriosa, & quæ alia hujusmodi. *Institutiones medicina theoretica physiologiam & pathologiam complexas*. Paris. 1731. 12. non vidi.

ANTONII DEIDIER *institutionum medicina &c.* citatam editionem Parisinam latinam non vidi, sed gallicam quæ ritum habet *Institutiones de Médecine contenant la physiologie &c.*, Paris. 1735. 12. Physiologiæ nomine hic habetur nutritio, motus muscularis, sensuum, vasorum & temperamentorum theoria. Lympham negat a sanguine differre nisi raritate. Vaporem abdo.

abdominis in intestina & vesicam resorberi: capsulas renales veros renes esse, quorum ductus uriniferi ab incremento corporis elisi sint, spiritus nerveos nullos dari, & alia paradoxa docet. ANATOMOPHILI *tabula anatomico-anthropologica beschreibung der theile des menschlichen körpers* in VI. tabellen, Dresden 1708. fol. Compendium inane in giganteam formam dispositum.

JULII BARTHOLOMÆI BERINGER *idea institutionum medicina rationalium*, VVurtzburg. 1708. 8. Breve compendium.

LAUR. TERRANEI præter Tractatum de glandulis alia opuscula, orationes inprimis, citantur in GALER. di Minerva VII. p. 26.

CHRISTIAN SIGMUND WOLF Disp. de moralitate anatomes circa animalia viva occupata, Lips. 1709.

J. SALZMANN *specimen anatomia curiosa & utilis*, Argentor. 1709. EJ. *theses anatomica selectiores*, ibid. 1711. 4.

J. HE. FURSTENAU *desiderata anatomico-physiologica*, Hall. 1709. 4.

GEORG. EMMERICH Disp. de inspectione cadaveris, Regiomont. 1710.

DOMINICI GUILIELMINI *opera omnia*, Genev. 1719. 1740. 4. Obiit autem an. 1710. Mathematicus, MALPIGHII discipulus, paulo in hypothesin pronior. Liber de sanguine dictus est. Pro theoria medica adversus empiricos oratio dicta 1702. utcumque huc pertinet.

PETITI epistolas laudavimus.

In *Miscellaneis Berolinensibus* passim anatomica intercurrunt, ut VATERI de viis lacrumarum & glandulis MEIBOMII, BUDÆUS de ossificentia dissertatio, aliaque.

CHRISTIANI HENRICI ERNDL *iter anglico-bataavum*, Amstelod. 1709.* ni fallor & 1711. 8. legi potest ad RAVII & RUYSCHII inventa.

PATRICK BLAIR *osteographia elephantina*, Lond. 1711. 4. inter anatomes comparatæ scriptores de meliori nota est.

J. HENRICI de HEUCHER *lirigia circa inventa anatomica*, VVittemb. 1707. *ars magna anatomie* 1709. 4. de anatomie practica, 1709. *parva analyseos mathematica & anatomica facta*, ibid. 1709. de anatomie ad praxin accommodanda, 1710. de ignorantia anatomicorum, 1710. *selectiora anatomica*, numerosa nempe per omnem anatomem-theses; 1711.

ANT. MAR. VALISNERI *considerazione intorno al cervello d' un bue impietrito*, Patav. 1710. 4. Demonstrat Francos academicos exostofin pro petrificato cerebro habuisse.

In EJUSDEM *nuove osservazioni ed esperienze intorno alla storia medica e naturale* existat descriptio puellæ absque cranio qualem & nos descripsimus.

Storia del camaleonte africano e di varj animali d' Italia, Venet. 1715. 4. & auctius in operibus omnibus. Accurata omnino anatomie, & multo emendatior, quam priorum, ut DOMINICI PANAROLI, Academicorum Gallorum. Cutis fabrica, pulmonis, genitalium legi meretur. Pipam demonstrat non feminam esse, quæ ova in dorso ferat, sed marem, cujus in dorsum femina ova ponat.

In *raccolta di varie osservazioni spettanti all' istoria medica e naturale* varia etiam anatomici argumenti reperi, ut excisum ex catella lienem: an digestio ab acido: de acido in bile: de circulatione sanguinis: de via aeris per testam ovi: & alia. De iis dixi quæ ad generationem pertinent.

J. JAC. FRANCO VICARII *basis universa medicina*, Argentor. 1710. 8. *

J. BAPTISTÆ BIANCHI *historia hepatica*, Turini 1711. 4. & multo auctius, Genevæ 1725. 4. 2. vol. In hac posteriori editione habentur Diss. de circulationis impedimentis, & orationes aliquæ, inter quas est ea de Bononiensibus medicis, in qua MUNDINIO, qui venam cavam (καὶν) chyli vocat, ductus thoracici inventionem adscribit. In Tractatu de vitiosa generatione p. 278. 279. taniæ anatomie continetur. EJUSDEM *prolusio ad publicam anatomem*, Turini 1736. 4. Varia promisit, ut dissertationes XII. quibus anatomie continueretur (JOURN. de TREVoux 1728. p. 2311.) & nuper legi, incepisse prodire ejus tabulas: Earum aliquas in prolusione tetigerat, oculorum, cutis, auris, lacrumalium ductuum, cerebri. IDEM in MANGETI *theatro* observationes in MORGAGNI icones adserferat, quæ magno constiterunt utrique.

CHRISTOPH. HELWIG *Lexicon anatomico-chirurgicum*, Lips. 1711. 8. pro tironibus. S.A.M. de RY *de motu vitæ*, Leid. 1711. 4. habet fere totam physiologiam BOERHAAVIANAM. S.A.M.

SAM. BATTIER *Oeconomia corporis humani brevis descriptio*, Basil. 1711. 4. & eadem continuata 1721. 4. disp.

L. H. RUNGE *de differentiis actionibus qua exercentur in corpore humano ab alimentis, medicamentis & venenis*, Hardervic. 1712. 4.

J. HERMAN ALBRECHT *de natura humana*, Leid. 1712. 4.

PAULI HIERONYMI BIUMI *scrutinio di'notomiæ e di'chirurgia*, Milan. 1712. 2. Anatomem habet, physiologiam, cum fermentis, ideis plasticis. Subjungit chirurgiam.

P. H. BIUMI etiam est *encomiasticon lucis seu lucis encomia in physiologicis medicina nova fundamentis e veterum tenebris erutis atque cultro anatomico autopsiaque caractere confirmatis*, Milan. 1701. CORTE *.

YVONIS GAUKES *de medicina ad certitudinem mathematicam evehenda*, Amstelod. 1712. 8. Non legi.

YVO GAUKES Cartesianus est, qui etiam animæ in glandula pineali sedem defendat, & sanguinis fermentationem.

LOUIS BELLEFONTAINE *médecine dogmatique mécanique en maniere d'institution*, Amstel. 1712. 8. 2. vol. Neque hoc medicinæ compendium.

J. JAC. RAU Professor Leidensis, chirurgus alias & peritissimus lithotomus, an. 1713. edidit orationem *de methodo discendi anatomen*, Leidæ 1713. 4. **EJUS** *de dentibus & de septo seroti* Dissertationem citavimus. Pulcherrimi thesauri in Academia Leidensis theatrum anatomicum transferunt, eorumque catalogum dedit **B. S. ALBINUS**. Lectiones **M. S.** laudavimus apud **V. A. LENTINIUM**. Valde eum laudat **UYLHOORN** in *ruveede vertoog (de spina bifida)*.

J. BAPTISTÆ GASTALDI *Institutiones medicina physico-anatomica*, Avenione 1713. 12. sepe ex **CHIRACI** lectionibus.

PANCRATII WOLF *Physica hippocratica*, Lipsi. 1713. 8. Contra **STAHLIUM**, animæ considerationem repudiat. Acidum & alcali defendit.

P. WOLF l. c. plenus titulus est *Physica Hippocratica in qua exponitur humana natura mechanismus geometrico-chymicus*.

ANDRÆ OTTOMARI GOELICKE *historia anatomica nova & antiqua*, Hall. 1713. 8. Fere ejusmodi studium secutus est, quale nos hic profitemur, scripta recensere, & judicia & inventorum memoriam addere. Sed multa utique tumultuaria sunt. **PARTHENIUM**, Imaginarium in carmine nomen, pro medico habet. **GEORGIUM ENTIUM** ad seculum XVI. & **GEMINI** tempora revocat, quem tamen ipse addit scripsisse apologiam pro sanguinis circulatione. **NICOLAUM HOBOKENUM** cum **NICOLAO HABCOT** confundit. **NICOLAUM SEVERUM** habet, cui aliqua **STENONIS** opera tribuit, imaginarium hominem. Subjectæ sunt aliquæ observationes anatomicæ. Deinde an. 1738. Francofurti ad Viadr. 4. edidit *introductionem in historiam literariam anatomes*, ubi Auctores ex temporis ordine cum primariis inventis recenset, & contentis scriptorum. Veteres eos errores ibi emendavit, **STOLLIO** cæterum censori suo respondit. **EJUS** *institutiones medica secundum principia mechanico-organica reformata* Franc. ad Viadr. 1735. 4. Habet aliquam partem historię medicæ, de scriptoribus iterum: & contra mechanimum pugnat.

MATTHEI GEORGI Liber II. *de homine*, Genuæ 1713. 4. Physiologia in primo tomo continetur, in qua **BELLINI** ingenium reperio, ordinem mathematicorum utcumque similem, aliquid in Notione ingenti, & magno conatu evictum nihil. Corpus humanum secundum mechanicas leges generari docet: alimentum per triangularia spatia inter minimos nervos & minima vasa moveri, &c. Alter Liber de anima est.

WILLIAM SALMON *anatomy of human bodies*, Lond. 1714. 8. Compendium anatomicum satis plenum, etsi nusquam citatum vidi cum physiologia & iconibus. Proprias observationes non reperi.

DAVID de **GREBNER** ad **THEODORI CRAANEN** Librum *de homine additamenta* edidit cum aliis suis scriptis Lipsi. 1714. 4.

J. AD. WEDEL *de œconomia animali*, Jen. 1714. Disp.

JOHANNIS BROWNELL *institutions of physick*, Lond. 1714. 8. Physiologia etiam adest, aeri omnes in corpore humano motus tribuuntur.

CONR. LUDWIG WALTHER chirurgus in *thesauro observationum medico-chirurgicarum*, Lipsi. 1715. 8. multa bona ad monstra & alias physiologiæ partes habet.

EL.

EL. CAMERARIUS variis opusculis aut physiologiam aut anatomen tetigit. **EJUS** *Specimina medicina electrica*, Francof. 1713. 4. edita continent in XI. prioribus dissertationibus dubia & censuras in **VZEUSSENIUM**, **LAPEYRONIUM**, de sede animæ & imprimis in **LEEUWENHOECKIUM** ejusque semen pulicis, fibras lentis crystallinæ, squammas epidermidis, &c. **EJUSDEM** *conamina medicina conciliatricis*, ibid. 1714. 4. etiam physiologiam continent satis amplam, Bohnianam. Laxatis vero limitibus recentiores scriptores cum vetustis conciliare satagit. Cæterum in difficultatibus excitandis potius quam in propriis experimentis excellebat. **EJUSDEM** *systema cautelarum medicarum*, Francof. 1721. 4. aliqua de modo medendi, deinde systema physiologicum continet, & ex ordine compendia reliquarum medicinæ partium. In *epistolis Taurinensibus* aliqua huc pertinent. **EJUS** etiam est *Disputatio qua homo cum thermometro & barometro comparatur*, Tubing. 1721. 4.

JACOBI DOUGLAS *bibliographia anatomica*, Lond. 1715. 8. & libris nonnullis ex **B. S. ALBINI** bibliotheca auctior, Leidæ 1734. 8. Magni viri hæc minima pars laudum fuit, etsi & hic in raris libris detegendis, inque excerptis melioris momenti inventis super vulgus se extulerit. Videtur tamen multos scriptores ex **LINDENIO** recepisse, & dolendum est, quod cum **HARVEJO** operis finem fecerit. Præter alios jam recensitos libros magnum opus molitus erat **DOUGLASSIUS**, totam nempe anatomen cum novis iconibus, quarum multas paratas & supra fidem pulchras vidi. Excellebat etiam in præparationibus morbofis, quibus, qua erat humanitate, chirurgos lectores adjuvabat.

ANTONII SARRACENI *anatomia del corpo umano*, Padova 1715. 4. Ex gallico versam esse additur, sed gallicum archetypum non vidi. Nonne **BEDDEVOLE**?

GUILIELMI DERHAM *physico-rheology*, Lond. 1715. 8. Physiologiam teleologitam & multa alia ex anatome comparata continet.

FERDINAND CARL WEINHARD *nucleus unversa medicina*, Patav. 1715. 8. 1728. 8. pro prima parte habet physiologiam.

JOH. SIMON BAUERMÜLLER *specimen theoria medica*, VVurtzburg. 1716. 8. Physiologiam Stahlanam etiam continet.

JOH. SIM. BAUERMÜLLER etiam est *disputatio de usu partium* VVurtzburg. 1726. 4. *EJ. physica HIPPOCRATICA* ibid. 1729. 4. disputatio est compendium theoriæ Stahlianæ.

AD. BRENDELII *Decas I. II. & III. observationum anatomicarum dissertationibus tribus absoluta*, VVittemberg. 1715. & 1718. Non omnes apud me sunt.

JOHANNES MARIA LANCISIUS multa scripsit, fere recensita, *de corde, aneurysmatibus, sede anime*, **EUSTACHII** editionem adornavit. *Dissertatio etiam secunda corporis humani anatomicam synopsis* tradit, quæ primum prodierat Romæ an. 1684. Collecta opera primo Genævæ 1725. 4. prodierunt. deinde Venet. 1739. fol. Inde excusæ sunt disputationes hujus archiatri, Romæ 1745. 4. & alia, quæ nondum vidi. Humanitate, eruditione, stili facilitate, judicio practico valuit, anatomen non potuit propria manu excolere, quantum jussisset animus. In Libro *de subitaneis moribus & de aneurysmatibus* multa egregia ex practica habet anatome. Posthumâ adhuc latent *de motu cordis* ad **ZERILLUM**, *miscellanea anatomica, de formatione fetus* (in *pref. editionis* 1739.)

LOUIS LEGER de **GOUEY** *la véritable chirurgie avec des nouvelles découvertes sur la myologie, l'ostéologie & un système sur la génération du fœtus*, Rotomagi 1716. 8. Non vidi, sed mirum hominem fuisse oportet, qui pro partu naturali eum habeat, quo pedibus fetus extrahitur.

MICHAELIS ALBERTI *introducitio in universam medicinam* prodiit, Halæ 1718. 4. qua Stahlianum systema, etiam physiologiæ continetur. **IDEM** in **HEISTERUM** aliqua edidit, quæ olim lecta, neque cum voluptate, nunc non sunt ad manus. **IDEM** numerosas disputationes argumenti physiologici edidit. **EJUS** *theoriam generalem motus partium solidarum corporis humani & remediorum excitantium & sedantium*, Hall. 1730. 4. non legi.

MICH. ALBERTI hic dictus in suis *vindiciis STAHLIANIS* adversus **HEISTERUM** acriter pugnat.

J. JAC. MANGET *theatrum anatomicum*, Genæv. 1717. 2. vol. fol. grand. Contra hanc celeberrimam collectionem strinxit calamum **MORGAGNUS**. Non idem erat, quod Bibliothecæ institutum, & inventa aliorum in continuum potius sermonem disponere hic scopus fuit. Ufus est compilator osteologicis tabulis **BIDLOJANIS**, myologicis **BROWNII**, splan-

splanchnologicis ex RUYSCIO & seculi XVII. scriptoribus, vetustiores enim vix videtur notos habuisse. Ipse sparsim observationes addidit, tum BLANCHI animadversiones in MOR-GAGNI icones, & de valvula coli, sinibus cerebri, corde aneurysmatico dissertationes. Sumtibus non peperit editor. Subjecta est corrupta editio tabularum EUSTACHII.

GEORGII THEODORI BARTHOLDI corporis humani descriptio anatomico-physiologica, Francofurti 1717. 4. * Parum placuit HEISTERO.

LAURENTII HEISTER compendium anatomicum, Altdorf. 1717. 4. 1719. 8. 1727. 8. 1732. 8. 1741. 8. prodiit, & sæpe omnino recusum est, latine Amstel. 1732. & Germanice, Nuremb. 1721. 4. Uratislavia 1733. 8. & Gallice, vertente DEVAUX 1739. (ad editionem II.). Primordia Libri fuerunt in quatuor disputationibus, quarum prima Altdorfi 1715. edita osteologiae compendium, altera & tertia 1716. compendii anatomici specimen, quarta 1717. eodem titulo prodiit. In ultimis editionibus compendii duæ partes sunt. Prima ipsum compendium continet, in quo splanchnologia fusior, neurologia & angiologia brevissima sunt. In altera adenologia, cum responsione contra GARENGEOTUM exstat, tum nota, quibus multa in controversiam vocata retractantur, & observationes auctori propriae non paucæ adduntur, & tabulæ IX. In præfatione navii FERHEYENII ostenduntur.

LAUR. HEISTERI compendium anatomicum Venetiis etiam prodiit 1730. 8. bis Anglice recusum est Lond. 1721. 8. Germanica editio alia exstat etiam Nurembergensis 1749. 8.

EJUS oratio de incrementis anatomies seculo XVIII. & programma ad eandem orationem; VVolfenbuttel 1718. 8. Ad historiam anatomicam hujus seculi, Auctores per itinera sua collectos, numerosos, & eorum inventa & merita recenset.

EJUSDEM Disp. de anatomies subtilioris utilitate, Helmstad. 1728. recenset tristia exempla mortium ex ignorantia anatomies ortarum, dissectionum articularum a chirurgis, &c.

EJUSDEM & MOEBII egregia Disp. in qua observationes medicae miscellaneae theoreticae & practicae continentur, Helmstadii prodiit 1730. 4.

EJUSDEM de anatomia in chirurgia majori quam in medicina necessitate, Helmstad. 1737. 4.

JUSDEM Disp. de medicina mechanica præstantia, Helmstad. 1738. Contra Stahlianos.

EJUSDEM compendium institutionum medicinae, Helmstad. 1736. 4. 1745. 4. In posteriori editione continetur brevis physiologia; & catalogus scriptorum, qui clarissimo viro in omnibus medicinae partibus utiliores visi sunt. IDEM in E. N. C. in Annalibus Julii, in chirurgia sua magna, (quæ nunc maxime receditur), in Libris jam recensitis de caracra multa anatomica habet. Vitam HEISTERI proprio Libro descripsit CHRISTIANUS POLYCARPUS LEPORINUS, Quedlinburgi an. 1725. 4. edito, ubi studia viri & merita recensentur.

In SEBASTIANI MELLI chirurgo svegliato, Venez. 1717. 8. anatomie etiam exstat.

H. CORAZZI diss. tres de physiologicis animadversionibus, Bonon. 1717. 4. An huc faciant nescio.

In Actis URATISLAVIENSIBUS multæ bonæ animalium dissectiones reperiuntur, ut vesperilionis suppl. IV. Alcis ibid. Erinacei ibid. Castoris suppl. I.

JOHANNIS LUDOVICI APINI fasciculus disputationum Academicarum, Altdorf. 1718. 4. ad physiologiam & pathologiam pertinent.

FRANCISCI ARDINOIS Diss. de fundamento totius medicinae anatomico, Leidæ 1718. proposita est. Hujus viri pater theatro novo anatomico a PETRO Magno in Russia instructo præfectus fuit. Sed & ipsum PETRUM anatome delectatum fuisse & ursum propria manu dissectuisse legitur in BUCHNERI miscellaneis 1729. p. 125.

GEORGII PHILIPPI NENTER fundamenta medicinae theoretico-practicae secundum ST AHLII potissimum placita, Argentorat. 1718. 4. & 1721. 4. & theoria hominis sani, sive physiologia medica, ibid. 1714. & 1723. 8. Mitigatus Stahlianus est, & succum nerveum admittit.

GEORGII DETHARDING Diss. de anatome jucunda & utili, Rostoch. 1718. 4. EJUSDEM palestra medica exhibens themata physiologica XXX. disputationibus ventilata, Rostoch. 1720. 4. StahlII præcepta secutus, vocibus laxius usus est, sales adspargere satagit.

PATRICK BLAIR miscellanea observationes, Lond. 1718. 8. Anatomica in titulo recensentur, sed ea parvissima sunt.

J. CHRISTOPHORI SPROEGEL der ganze menschliche Körper nach seinen theilen. Hamburg. 1718. 8. Multa tamen in sua brevitate nova, ex COLLINSIQ. etiam varia habet.

BER.

BERNARDUS SIEGFRIED ALBINUS BERNARDI F. RAUUI successor, Præceptor noster celeberrimus, qui cognitione scriptorum anatomicorum & artificiosa dissectione, & repletione, & figurarum pulchritudine perinde eminet. Scripsit an. 1719. de anatome comparata orationem, aliam vero an. 1721. de via in cognitionem corporis humani utramque Leidæ 4. forma excusam. Inde an. 1725. indicem suppellestilis RAVIANÆ edidit, ibid. 4. qua vita etiam RAUUI, & descriptio lithotomiæ continetur, quæ huic viro propria fuit. Eodem an. Liber de ossibus prodiit. Eodem in VESALIUM doctissime præfatus est, & musculorum nomina adjecit, & alia utilia. IDEM HARPEII utrumque immortale opus cum præfatione edidit. IDEM ossium ferus icones dedit, Leidæ 1737. 4. jam laudatas, & musculorum hominis historiam 1736. 4. & icones musculorum nunc absolutas, in fol. max. IDEM in EUSTACHIUM interpretationem dedit, Leid. 1744. fol. EJUS multa adhuc alia expectamus, tabulam ductus thoracici, tabulas VII. fetus in utero materno naturali situ positi, & physiologiam forte ab omni secta, ab omni male firma hypothesi puram.

J. JACOBI PEYER observationes anatomicae, Leidæ 1719. 8. Aliquæ hominum dissectiones, multæ brutorum animalium, etiam vivorum, in quibus multa ad physiologiam utilia, ad motum cordis, pulmonis, &c.

HERMANNI FRIDERICI TEICHMEYER soceri olim nostri elementa anthropologia, Jen. 1719. 4. & sex paginis auctius, passim tamen mutata 1739. 4. De ductuum biliariorum variabili natura, de poris vesicæ urinariæ, de hiatu membranæ tympani proprias observationes habet: parabat etiam icones ad plenius compendium anatomicum ex optimis auctoribus collectas, cui labori immortuus est. Huc etiam pertinet Diss. de cadaveris inspectione & sectione legali, Jen. 1742.

J. M. GLUSING anatomia ad vivum, Hamburg. 1720. fol. & anatomia rationalis, ibid. 1719. 4. An sani quid in hoc homine fuerit nescio, qui cerebri arterias a temporali & bronchiali deduxerit: icones dedit partim quidem passim exscriptas, partim ad CARTESIUM fictas, partim omnino mihi ignotas. Nomina Russica adjecit.

J. HENRICI SCHULZE programma de periurgia in studio anatomico vitanda, Altd. 1720. 4. Disp. de justa studii anatomici estimatione, Altd. 1720. 4. historia anatomica specimen I. ib. 1721. 4. alterum 1723. REININGER etiam de sinibus cranii Disp. ad eum pertinere videtur. EJUSD. est Disp. de anatomies ad praxin chirurgicam summa necessitate; Hall. 1737. 4. EJUSD. physiologia medica posthuma, Hall. 1746. 8. prodiit, in qua BOERHAAVIUM sequitur, sed timidior minusque fidens hypothesibus. Eruditissimus vir, utraque lingua, nummorum etiam antiquorum curiosus collector, ad anatomem equidem non adeo faventes habuit opportunitates, ut in ea parte magis eminuerit, quæ ex diligente Librorum lectione pendet.

GOTTLIEB EPHRAIM BERNER P. Duisburgensis Liber de applicatione mechanismi ad medicinam, Amstelod. 1720. 8. Fustissima dictio, anatomica nulla.

ARENT CANT impetus anatomici primi, Leidæ 1721. fol. max. Juvenem mors abripuit, qui cum SERMESIO senem RUYSCHIUM adjuvit, ULHOORNIO teste voveede verroog. Bibliothecam insignem collegerat, & delineabat probabiliter. Sex sunt tabulæ, absque literis ad EUSTACHII modum delineatæ, musculorum faciei, pharyngis, duræ matris, cordis in situ, ductus thoracici, articulationum nonnullarum, ventriculi, ossis palati, & mallei, ad naturam omnes.

ABRAHAM VATER Ruyschiani discipuli, & in arte replendorum vasorum peritissimi, multa, sed non magna opuscula huc pertinent, cum aliorum magnorum virorum more vix ullum majoris molis opusculum ediderit. Anno 1723. edidit programma de anatomies utilitate in morbis, programma vero de laboribus suis anatomicis & botanicis an. 1733. Anno 1736. dedit Regii ad Albim musei anatomici descriptionem, sive catalogum preparata RUYSCIANA & aliorum celeberrimorum virorum exhibentem. De lienis prolapsu programma 1746. Varias invitationes ad anatomen variis annis.

AB. VATER in catalogo preparatorum &c. vocibus fere RUYSCII utitur, & sua breviter addit, & orationem de præcipuis Germaniæ musæis. EJUSDEM omnium invitationum ad anatome nuper compendium Helmstadii an. 1715. 4. cum ejusdem museo anatomico proprio recusum est, adjecto catalogo egregiorum laborum anatomicorum auctoris.

Novelles conjectures physiques par GAUTIER, Meaux 1721. Theoria est, omnia in homine unice evolvi, nihil novi generari, ne sanguinem quidem.

O o o o

LM

In *ACTIS BEROLINENSIBUS* cadaverum sectiones, & contra mechanicos & *STENZELIUM* scripta varia continentur.

In *A. LIT. SVEC.* multa anatomica sunt, v. g. 1730. dissectio testudinis terrestris &c.

J. CASIMIR HERT de utilitate anatomes, Giesl. 1722. 4.

ANTONIUS van *LEEUWENHOECH* an. 1722. obiit, qui anatomes varias partes attigit. Non solum enim solidas fluentesque partes corporis humani suis microscopiis per ipsa elementa studuit cognoscere. sed scalpellum etiam adhibuit, ut in primis theoriam ovorum impugneret. Sed pleraque singulatim tetigi, & scripta non repeto, quæ vide in *P. Physica*.

J. H. LAMPRECHT Disp. de mechanismo corporis humani, Leidæ 1722. 4.

POLYCARPI LEYSERI prima linea systematis medici, Argentor. 1722. 4. Disp. Circulationem in suo novo systemate negavit, polyhistor.

GEORGII CHEYNE essay on gout and Barbovaters: *EJUSDEM* theory on acute and slow fevers, Londini 1722. 8. Prior Libellus in primis practicus est, & diætam vegetabilem laudat, rejicit tamen animales spiritus. Alter pertinet ad iatromathematicos & theoriam, uti diximus, *BELLINIANAM*. *EJUSDEM* philosophical principles of religion, Lond. 1724. 4. Varia ad theoriam pertinentia habet.

G. CHEYNE philosophical principles of religion Londini recusus est 1736. 8. & similia habet *DERHAMLANIS*. Animæ vim in corpus humanum necessariam adseruit, spiritus rejecit. *EJUS* etiam est natural method of curing the diseases of body and mind, 1742. 8. Pars prima physiologiam continet.

MARTIN GOTTH. LOESCHER specimen anthropologia experimentalis, VVittemb. 1722. 4.

J. W. ALRUTZ (Medici Haarburgensis) vademecum anatomico-chirurgicum, Hanoveræ 1722. 8. Brevissimum compendium.

BENEDICTI STÆHELINI nostri theses, sive specimina anatomico-botanica, Basil. 1721. 1724. 1731. 4. omnia sua prægnant utilitate, & propria experimenta continent. *EJUS* etiam illustre experimentum est, quo summa vi prementis aeris liquor rubro colore tinctus cogitur in cavum cranium subire. Exquisitam etiam seriem figurarum ovi incubati & mutationem quæ in utero avium contingunt, optabile est, ne per debilem clari viri valetudinem amittamus.

J. AUG. TROEGER medicina institutionalis aphoristica, Lips. 1723. 8. Germanice * *PL.* & synopsis medicina universæ, nempe prius opusculum Latine versum 1724. 8. *

WILHELMUS CHESELDEN celeberrimus chirurgus Anglus, jam an. 1711. 4. dederat indicem partium corporis humani anatomicum, qui etiam in posterioris operis plerisque editionibus recusus est. *EJUS* anatomy of human body sexies recusa est Lond. 1713. 8. 1722. 8. 1726. 8. 1730. 8. 1732. 8. 1741. 8. In hac ultima editione multæ novæ icones reperiuntur, ossium in primis, ex magno opere desumptæ, novæ etiam musculorum tabulæ, vasorum, ut venarum portarum, sceleti proprii & viscerum in situ bonæ tabulæ. Nervi & vasa lactea ab *AL. MONROO* communicata. Multæ interspariæ observationes chirurgicæ, multæ neque vulgares, tum physiologicæ contemplationes de motu cordis, musculorum. In posteriori editione aliquæ priorum editionum tabulæ omisæ sunt, ut sinuum cerebri. In Libro on the high operation of the stone, Londini 1723. 8. icones dedit vesicæ repletæ, ut ex pelvi adfurgit.

Perinde est, quo tempore recensamus magnum virum *JACOBUM BENIGNUM WINSLOW*, qui potentia laboris, partium in situ consideratione, situs definitione veriori, auxilio aquæ puræ, novam lucem universæ arti anatomicæ attulit. Multa passim sparsa existant in *Actis Academicis*, pleraque jam citata, uti an. 1715. cordis situm, & ventriculi, & alia alibi reformavit. Deinde cum ejus schedas anecdotas auditores certatim compilarent, dedit Parisiis an. 1732. 4. & 8. *Exposition anatomique du corps humain*. Id opus Anglice redditum a *GEORGIO DOUGLAS* excusum est Lond. 1733. 4. Germanice vero editum Berolini 1733. 4. 8. Italice nuper impressum, adjecto *DRAKIO*. Latina editio eaque reliquis operibus viri eximii aucta, expectatur a *JOHANNNE ASTRUC* & *D. de la SOURDIERE* genero *WINSLOWI*. Amstelodami etiam Gallica editio passim emendatius recusa est. In osteologia recenti & ligamentorum historia & primus & solus post veteres Auctor fuit. Neorologia & angiologia hætenus etiam fere unica sunt. In splanchnologia infinita correxit, addidit. Omnia simpliciter & absque fuco. Quare hunc o boni nocturna ver-

na versate manu versate diurna! Aliqua etiam in *MORANDI* Tractatu du haut appareil de vesica & peritonæo existant.

JAC. B. WINSLOW Italice prodiit Neapol. 1746. 4. 6. vol.

E. J. WACHENDORFF de natura solidorum & fluidorum eorumque mortua actione in variis atatis, Ultrajecti 1724.

J. CHRIST. HEBENSTREIT de corporis humani machina divina sapientia & providentia teste, Lips. 1725. 4.

CHRIST. HENR. KIRCHHEIM facies anatomica corporis humani dismembrati Polonice, VVarsoy. 1725. 8. *B. PL.*

CHR. HENR. KIRCHHEIM Germanice prodiit Dresd. 1735. 8. sub nomine *Vade mecum anatomicum*, quod brevissimum pro tironibus compendium est.

JOHANNES ADRIANUS HELVETIUS in *Actis Academicis* varias dissertationes edidit. Deinde Parisiis 1722. 8. secuta est *idée générale de l'æconomie animale*, Anglice recusa 1723. 8. qua in primis theoria vasorum minorum & inflammationis *BOERHAAVIANA* continetur, addito Libro de variolis.

CL. J. A. HELVETIUS in lettre à *M. BESSE* &c. purgat se ab intentata plagii accusatione. In *D. le FRANÇOIS* reflexions critiques sur la médecine, Paris 1723. 12. etiam physiologia continetur.

J. AUG. TROEGER medicina institutionalis aphoristica oder kurze einleitung in die ganze medicin, Lipsiæ (et si Leidæ nomen adjectum sit) 1723. 8. * & Latine 1724. 8. *

G. D. COSCHWITZ organismus & mechanismus Lips. recusus existat 1741. 4.

Contra *D. BESSE* Librum suum & in *ACTIS ACADEMIÆ* defendit, & in *Lettre à M. BASSE* contre l'idee générale de l'æconomie animale (& les observations sur la petite vérole), Paris. 1725. 8. Defendit vasa lymphatica non valvulosa, proportionem ramorum ad truncos: : 64. 71. tuetur, & alia.

J. BAPTISTA MAZINU nuper obiit. *EJUS* sunt *mechanica morborum* *P. I.* Brix. 1723. 4. II. 1725. 4. III. 1727. junctim recusa Offenbaci 1732. 4. Deinde *institutiones medicinae mechanicae*, Brix. 1739. 4. *Mechanica Medicamentorum*, Brix. 1734. 4. ubi a particulis tetraëdris, rhomboideis, octaëdris, &c. Functiones medicamentorum explicat. Fabricam etiam partium describit. *Opera omnia* ibid. 1743. 4. in tres tomos distributa emendata & aucta prodierunt cum mechanice pulsum & urinarum, quam nondum vidi. Ad iatromathematicos pertinere videntur, sed candide loquar & absque invidia, ex eo genere quod nocet. Quis credat dulce lac esse, quia glandulæ mammarum ovaes sunt? ex definitis angulis salium gastricorum cibos digeri, semina parentum in speciem crystallizationis, ut vocant, subsidendo figurari, & quæ non alia.

CHRISTIAN BERNHARD ALBINUS de anatome errores detegente in medicina, Ultraj. 1723. 4.

J. ANDRÆ SCHMIDT oratio de Germanorum in anatomem meritis, Helmstad. 1723. 4.

AUGUSTINUS FRIDERICUS WALTHER Professor Lipsiensis in omnibus, quæ moliebatur diligentissimus, matheos & anatomes perinde peritus, dictione paulum obscuriore usus est. *EJUS* huc pertinet programma quoad orationem de usu & præstantia solidioris in anatomicis scientia invitat, Lips. 1723. 4. cum auspicaretur anatomes & chirurgiæ professionem. *Historia suffocationis & observationes anatomica*, ibid. prodierunt 1729. 4. Reliqua jam laudavimus.

GEORGII DANIEL COSCHWITZ oratio de studii anatomici præstantia & utilitate, Hall. 1727. 4. cum novum theatrum conderet. *EJUS* organismus & mechanismus, Lips. 1725. 4.

Stahlianum systema, in anatomicis, ut solet ea secta, breve. Observationes tamen aliquæ medicæ innisæ. De temperamenti & motu tonico fusus est, & vasorum immediatam anatomosin negat. Succum nervum admittit. Ductum salivalem suum defendit.

D. NOGUEZ (sed anonymus) edidit Parisiis 1723. 8. *anatomie du corps humain en abrégé*, qua continetur *KEILLIANI* compendii quinta editio, nonnullis locis tamen aucta, ut in nervorum historia, & in refutatione sententiæ *MALPIGHIANÆ*. Recusa est cum iconibus 1726. 8.

WILL. STUKELEY anatomy of the spleen hic iterum citare visum est, quæ Lond. 1723. fol. prodiit. Nam multas nervorum & vasorum icones addidit, quas tribuit amico suo *STAMMONDS*,

MONDS, qui vasa repleverit. Sed ex certe ex VESALIO sumtæ sunt; lactea ex ASELLIO descripta, nervi ex EUSTACHIO. Subjecta est elephantis apud SLOANEUM secti fatis bona historia, & dissectio genitalium partium DOUGLASSIANA.

W. STUKELEY præter eam quam indicavimus elephantis dissectionem, habet etiam aliam factam in Fort St. George Malabaricæ.

Anatomie de HEISTER avec des essais de physique, Paris. 1724. 8. 1735. 8. & prior editio Anglice cum titulo *physical essays*, Lond. 1734. 8. Posterior editio valde aucta est. Notæ, quas editor addidit, omnino sunt compendium physiologicum, in prima editione totum BOERHAVIANUM, in posteriori passim mutatum & magis proprium. Icones selectas habet ex EUSTACHIO aliisque bonis scriptoribus.

JOHANNIS TABOR *exercitationes medicae*, Lond. 1724. 8. Ad jatro-mathematicos Stahlianos pertinet. Cordis fabricam viresque describit, illam præter anatomem, hanc nihilo melius, cum non majorem ponat vim, qua sanguis ab aorta in valvulas repellitur. In motu musculari multa bona habet, contractionis mensuram non sufficientem. Convulsiones ab acri derivat.

JOSEPHI FERDINANDI GUILIELMINI DOMINICI F. de recto morbosorum cadaverum iudicio, Bonon. 1724. 4. * EJUSDEM de claris Bononiae anatomicis, ibid. 1735. 4. *

PETRI GERIKE Professoris Helmstadiensis de studio novitatis in anatome & physiologia, Hall. 1724. 4. EJUSDEM de anatomis præsertim practica usu vero, Helmstad. 1736. EJUSDEM corpus humanum machina naturalis, Helmstad. 1745. 4.

JOH. ADAM KULMUS *anatomische tabellen*, Gedani 1725. Lipsi. 1741. Augspurg. 1740. 1745. Nurembergæ 1740. Amstelodami 1743. 8. & Latine Amstelod. 1732. 8. &c. Compendium anatomicum est viri, qui plurimum se in dissecando exercuerat, hinc in variis anatomis partibus melius, & plenius quam vulgo solent, ut in vasis, ligamentis. Observationes etiam propriae interspersæ sunt. Tabulæ 26. fere ex VERHEYENIO, propriae paucæ. Alia KULMUSII Opera passim existant. Multa ad anatomem comparatam, castoris, &c. in *Breslauer Sammlungen* reperiuntur, quæ KANOLDUS edidit, alia in E. N. C.

THOMÆ MORGAN, irreligiosi, uti notum, hominis, *philosophical principles of medicine*, Lond. 1725. 8. Ex PITCARNI grege fuit. In P. I. prop. XXXI. attractionem & effectum lunæ & solis in humores nostros admittit. In P. II. inprimis leges motus liquidorum animalium habentur, & motus muscularis explicatur. Velocitatem sanguinis diminutam ex KEILII placitis explicat, tum secretionem. Vias ad vesicam peculiarem admittit. De nervorum classibus & animi adfectibus peculiaris est theoria, quam proponit. Pars III. practica est. EJUSDEM *mechanical practice of physic*, Lond. 1735. 8. Principium mathematicum est. Unicam rationem diminutæ in arteriis celeratis a latitudine ramorum admittit. Refutat BOERHAAVII theoriam de motu musculorum, nervos facit plenos & fartos, absque spiritibus, negat æternum imperium cordis & nervorum, unde quies sequeretur, carnes ex oleo coactæ nasci scribit, &c.

JOHANNIS FRANCISCI van LEEMPOEL *specimen inaugurale exhibens anatomiam originem, progressum & omnes ab ALCMAEONE ad HARVEJUM scriptores*, Leidæ 1725. 4. Vide viros errores hominis. Epistolam ARCHIMEDIS ad GELONEM (Hieronem oportuerat finxisse), pro vera habet. HIEROPHILUM Carthaginientem pro viro diverso habet ab HEROPHILO Chalcedonio. Quinam sunt barbari illi veteres anatomici LITERUS, SITTERUS, ALARDUS, CHOSTUS, RITUVUS, AVITUS, PIRALDUS, AMINDUS, LINDUS? Ubinam, marium, hæc nomina piscatus est? Quis est ille ORIBASIO antiquior ORLANDUS, ALBISUS, quis ante RHAZEM HERMANNUS ASTHAR? DOUGLASSIUM excerpit plerumque, utinam unice!

JOHANNIS IGNATII MAJER *collegia anatomico-practica ad præsentiam cadaveris virilis secti an. 1724*. Prag. 1725. 4. stilius, anatome, utilitates, ejusdem sunt saporis.

BERNARDI van NIEUWENTYT *regt gebruik der waereld beschouwing*, Amstelodami 1716. 1725. & alias, nuper libere Germanice versum, & editum a CL. J. ANDREA SEGNERO affini nostro & collega, Jenæ prodiit 1747. 4. Magna omnino ex parte physiologia est, cum iconibus VERHEYENIANIS & teleologiis. In nova editione calculus virium musculorum frustra impensarum. &c. diaphragmatis descriptiones: emendationes & alia meliora adjecta sunt.

JOH.

JOH. WOODWARD *idea of the nature of man*, Lond. 1725. * Physiologia videtur. Omnia per sales explicat fabulosus. Hæc ex censura Diarii.

HENRICI ALBERTI NICOLAI *observationes anatomicae*, Argentor. 1725. 4. disputatio de meliori nota, contra foramen RIVINI, &c.

JOHANNIS PALFYN *anatomie chirurgicale*, Paris. 1726. 8. 2. vol. insigniter aucta & mutata prodiit, ibid. 1734. 2. vol. opera D. BOUDON, ut secundus inprimis tomus (quo ossa, vasa, musculi, & nervi continentur) totus, & ad ductum inprimis WINSLOWI, retractatus sit. Cæterum PALFYNUS passim doctorum virorum DUPERNEXI, ALBINI aliorumque observationes collegerat, inter quas etiam est aliqua adumbratio ductus thoracici ex ALBINI observatione. Subjecta est (huic editioni) RUYSCHII centuria observationum, & BRISSÆI, hæc in chirurgicis notatu dignæ.

GIUSEPPE VOLPINI *opere medico-practico filosofiche*, Parma 1726. 4. Quæ physiologici argumantati sunt, ea fere ad generationis historiam pertinent & jam censa sunt.

Dissertations en forme de lettres au sujet des ouvrages de l'Auteur du Livre sur les maladies de os, Paris. 1726. 8. PETITUM non solum ossibus, sed per omnem anatomem perfectitur ignotus sed acris Auctor, nisi fallor D. HUNAUUD. Diss. de potu BOSSUETO tribuit. Musculorum uvulæ mentionem omissem culpam tendinem hirsionis Cochæ ruptum fuisse negat.

S. THEODOR. QUELMALZ *de insigni anatomis in superiores facultates influxu*, Lipsi. 1741. 4.

STEPHANI HALESI *vegetable statics*, Londini 1727. 8. Paris. 1733. Gallice versa a D. BUFFON, jam laudavimus, tum *kamastatics*, Londini 1733. 8. & vertente de SAUVAGES Gallice recusa, Genev. 1744. 4. In priori Libro de aere inprimis, ejus in respirando destructione, & respiratione versatur. In ista magnam partem physiologiæ per experimenta attingit, non vim solam cordis & sanguinis, sed respirationem etiam, robora periosteorum & ligamentorum, vim ventriculi, motum peristalticum, alia.

JOHANNIS de GORTER discipuli BOERHAAVIANI Professoris Harderovicensis multa sunt opera ad physiologiam pertinentia. Liber de *secretione animali* & de *perspiratione* jam dictus est. *Compendium medicinae*, Leidæ 1731. 4. physiologiam utique habet praxi præmissam. In chirurgicis denique multa physiologica reperiuntur.

JOH. de GORPER *compendium* ibi dictum recusum est Francofurti 1749. 4.

MATTHIÆ EMANUELIS BORETI *de anatomia plantarum & animalium analogia*, Regiom. 1727. 4.

GUI DE TIMOGUE *nouveau système du microcosme ou Traité de la nature de l'homme*, a La Haye 1727. 8.

GUI DE TIMOGUE hac pag. etiam citavi verum nomen est EEME GUYOT Versalienfis, mirus homo, & magister tabellariorum.

CHRISTIANI FRIDERICI RICHTER *hochstnützliche erkenntniß des menschen*, Lipsi. 1727. 1729. 8. & alias; Continet physiologiam Stahlianam.

Nondum videram, cum de musculis scripsi, PETRI ANTONII MICHELOTTI apologiam, qua JOHANNEM BERNOULLIUM *morricis fibra inflata curvam recte calculasse defenditur*, & RICHARDI MEAD, (potius HENRICI PEMBERTON) *objectionibus respondetur: accedit rari ex utero morbi historia*, Venet. 1727. 4. Ipse se hic BERNOULLIUS defendit.

JOH. FRIDERICI ERMEL *physiologische und anatomische tafeln*, Dresdæ 1727. 4. Latine & Germanice. Ad physiologiam pauca pertinent, aliquæ tamen analyses sanguinis, physiognomiam & chiromantiam defendit. In partibus genitalibus & osteologia paulo fustior est.

A. BOYND *de miranda Dei sapientia conspicua in C. H. fabrica*, Harderovic. 1727. 4.

In ACTIS PETROPOLITANIS multa egregia anatomica sunt, partim ad viscera, monstra, & ossa jam laudata, partim ad anatomem comparatam elephantis, catopardi, sciuri volantis, cameli, &c.

ACTA PETROPOLITANA plena sunt eximiis anatomicis etiam animalium dissectionibus, catopardi, elephantis, simii, cameli &c.

J. RENE' CROISSANT de GARENGETOT (ut amat vocari) *splanchnologie*, Paris. 1728. 4. 1742. 8. 2. vol. Germanice Berol. 1733. 8. Multa bona hic liber habet, inprimis ex WINSLOWO, icones etiam, ut ut parvæ, ad naturam tamen delineatæ sunt a D. STOKHAUSEN medico Magdeburgensi. Nihil tamen sui amator & medicorum iniquus hostis fuit. In arteria intercostali, cum aliquid vellet invenisse, erravit omnino, & icones varias malas dedit, ut septi transversi, vesicæ, &c.

In

In *opusculis scientificis*, quæ ab anno 1728. Venet. prodeunt, physiologica & anatomica varia habentur, CAROLI GIROLAMI anatomie fetus, cui cranium deficiebat; HYACINTHI de CHRISTOPHORO & GUILLELMINI de motu cordis; Epistola duæ de evolutione fetuum; ROSETTI systema spirituum; PETRI S. ROUHAULT historia partus ventralis; DOMINICI de MAURODENOJA contra ROSETTUM; CONST. GATTA graviditas diuturna; JOSEPHI BADIA de ferro in sanguine; LUNADEI fetus biceps; MARTIALIS REGHELLINI somnambulo; COGROSSI de mammis, atra-bile; NUPOLETTI monstrum; VALISNERII descriptio cloacæ viperinæ & epistola de impostore Parisino, qui in sanguine humano insecta demonstrabat; FANTONI & PACCHIONI lites.

Anatomia completa del hombre MARTINI MARTINEZ, Madrid. 1728. 4. continet observationes rariores, & chirurgica. *

Hoc anno prodit editio IV. *Commentariorum* JOHANNIS QUINCY in medicinam staticam. Ei adjuncta sunt *medico physica essais*, in quibus multa physiologica ad fibras, nervos, &c. CHRISTIAN GODFRID STENZEL *anthropologia ad pathologiam applicata*, VVittemb. 1728. 4. & *medicina theoretico-practica*, Lipsi. 1732. 8. In priori opere integra physiologia habetur ex BOERHAAVIO & a bonis scriptoribus collecta, quæ prius disputationum specie prodierunt. Alterum nondum legi. Multa contra Stahlianos.

JACOBI LAZERME *conspectus mechanicus partium solidarum corporis humani*; Monspel. 1729. 8. Magnam physiologiæ partem continet.

THOMÆ SIMSON *de re medica dissertationes* IV. Edinburg. 1726. 8. In III. & IV. morbos solidorum defendit, & vitia humorum elevat. Experimenta etiam adfert de bile atra, liene, vasis bilariis.

GUILIELMI SCOTI *prolusiones medica* IV. habita in Gymnasio Patavino, Patav. 1729. 8. Contra PACCHIONUM ostendit, solidis corporis humani proprium motum non inesse. Nitrum aerum defendit, quod pulmones saliva dilutum subeat, &c.

SIMONIS ADOLPHI *theses anatomica-medica miscellanea*, Hall. 1730. 4.

W. GOERE'E *natuurlyk en schilderkonstig ontwerp der menschkunde*, Amstel. 1730. 8. Edit. II. priorem autem ignoro. Varia ad musculos & ossa totius corporis, ad adfectum animi ex facie adgnitionem, &c.

W. GOERE'E prior editio est 1683. 8. aut 1680. 8.

CHRISTOPHORUS JACOBUS TREU ACAD. NAT. CUR. DIRECTOR jam an. 1715. *de chilo si ferus in utero* Altdorfi utilè disputationem dedit, qua multa rariores describuntur, ab HELLTERO etiam in *compendium anatomicum* recepta. Inde an. 1729 Norimb. 4. edidit *vertheidigung der anatomie*. Laborat, ut vulgi præjudicia removeat, & historiam fere dat anatomes. IDEM ab anno 1731. quindecim continuis annis *commercium librarium physico-technicum* Noricum quindecim voluminibus in 4. edidit, quo diario multæ aliorum, plurimæ CL. VIRI observationes continentur, ad monstra, fetus, vasa pelvis, cutem, uteri cervicem, alias corporis partes. Epistola *de vasis lingua, Osteologia*, & Tractatus *de discrimine inter natos & non natos* jam dicti sunt.

In COMM. ACAD. INSTITUTI BONONIENSIS, cujus primus tomus ibi an. 1731. tomus secundi partes tres ibid. 1745. 1746. & 1747. totidem voluminibus prodierunt, multa ad anatomem minime negligenda reperiuntur, MORGAGNI, GALEACII, MOLINELLI, BAZZANI, BONAZZOLI, MENGHINI, JOSEPHI PUTII, POZZI, BALBI, & ad physiologiam experimenta de ferri ad sanguinem itinere MENGHINI. Ibi etiam JANI PLANGI molæ anatomie accurata existat.

ADOLPHI FRIDERICI HOFMANN *de rebus physiologicis nova hypothesis*, Erfurt. 1731. legi merentur.

J. WILHELM ALBRECHT P. Gottingensis *observationes anatomica*, Erfurt. 1731. 4. EJUSDEM *paraneis ad artis medica cultores*, Gotting. 1735. 4. primitiæ erant ardoris quo in verum ferebatur. Sed immaturum fatum abripuit.

Cartilla physiologica Galenica & spagirica per JUAN GIMENEZ de MOLINA, Murcia 1731. B. B.

JUAN GIMENEZ de MOLINA alibi invenio annum 1732.

HENRICI BASS *observationes anatomico-chirurgica*, Hall. 1731. 8. Multa ad anatomem pertinent, de thymi usu, & glandularum renalium, & vesicularum seminalium fabrica, de

de valvulis arteriosis aortæ, flexibus coli, musculo glandulæ thyreoideæ, hymenis varietatibus, ossibus selamoidis.

EM. KOENIG *theses anatomico-botanica*, Basil. 1731. 4.

FRIDERICI ZWINGER *theses anatomico-botanica*, Basil. 1731. 4.

JOH. FRIDERICI SCHREIBER, qui etiam DOUGLASSII myologiam edidit, *elementorum medicina physico mathematicorum* P. I. Lipsi. 1731. 8. BOERHAVII discipulus, BELLINI amator, systema physiologicum methodo mathematica scribere aggressus erat. Parte I. medicinæ, sanitatis, &c. definitiones dedit severiores, Pars altera de fibra agit, de arteria & de sanguine. Inde in Russiam avocatus, summo studio systemati plenissimo physiologiæ incumbit.

GARSAUT *anatomie générale du cheval traduit de l'Anglois*, Parisiis 1732. 4. Nonne SNAPPE? *

ARNOUDT HELVETIUS *korre Ontleedkunde van het geheel menschelyk lighaam*, Edit. II. Amstelodami 1732. 8. Prima videtur prodisse an. 1726. Compendium anatomicum in quaestiones & responsiones dispositum, simplex & collectitium.

JOSEPHI POZZI *commercium epistolicum*, Bonon. 1732. 4. cujus primariæ observationes existant in COMM. BONON. T. II. P. I. in commentariolo multa experimenta & paradoxæ sæpe opiniones Auctoris existant de fabrica pilorum, unguium origine, capsula Glistonii (quam confirmat), glandulis viscerum (quas tuetur,) pericardii, bronchialibus, cerebri in avibus magna mole, avium in oculo humoribus renascentibus, arteriarum ligatura, &c. Commoda multa & nova.

ANTONII FIZES *duodecim quaestiones*, Monspel. 1731. 4. pro loco disputatæ. EJUSDEM *universa physiologia conspectus*, ibid. 1737. 8. EJUSDEM *opera medica* junctim a patre NICOLAEO edita 1742. 4. reliqua autem jam citavimus. Multa cum BOERHAAVIO communiæ habet, de liene tamen propriam hypothèsin proponit.

HUGONIS GOURAIGNE *physiologia conspectus* Monspeliæ 8. prodit, annum vero ignoro. Habet functionum epitomen, opinionem propriam aerem subire pulmonem sua vi, non a pectoris dilatatione, fabricam musculi ex MUSIO &c.

BURCHARD ADAM SELII *de anatomica historia scriptoribus, atque commentariis*, Kiel. 1731. 4. Etsi juvenis, acute tamen errores in GOELICKIO vidit, aliqua etiam in HEISTERUM profert. Promisit *historiam auctorum anatomicorum secundum titulos*, sed ea non videtur.

FRANCESCO CANETTI *la macchina umana*, Veron. 1732. 8. Poëma, quo physiologia traditur, non certe mala, ut ex Capite de somno judices.

CAR. GLANELLI *Saggio di medicina teoreco-practica*, Venet. 1732. 8. Recentiores anatomicos sequitur. Agit de morbis solidorum ex stricto & laxo, de solidorum formatione ex succis, &c.

CAR. GLANELLI hic citatur liber ad praxin pertinet.

ANT. FERREIN *quaestiones medica* toties laudatæ hoc anno Monspeliæ prodierunt.

PHILIPPI HECQUET *novus medicina conspectus* P. I. *physiologica*, Pars II: *pathologica*, Parisi. 12. maj. EJUSDEM *médecine théologique ou la Médecine créée*, Parisi. 1733. 2. vol. physiologia est, systemati solidorum superstructa, cui non solam ventriculi functionem, sed omnem in corpore humano secretionem & sanguinis præparationem adscribit. Ratiociniis delectabatur amplis, vagis, remotis, & auctoritatibus, ab anatomie ipse alienior.

PHILIPPI HECQUET primo loco citatus liber prodit 1722. 12. in quo pars prima physiologica est.

BRYAN ROBINSON *treatise on animal œconomy*, Dublini 1732. 8. & auctius cum responsione contra MORGANI refutationem 1738. 2. vol. quæ responsio etiam seorsim prodit sub titulo *an answer on MORGAN'S remarks on D. ROBINSON of animal œconomy*, Londin. 1737. 8. Fere major pars versatur in hydraulica corporis humani. Alterum tamen de nervis caput est, eorumque athere. Tertium de secretionem. Quartum de excrementis & imprimis perspiratione. Sed imprimis ejus Librum *on food and discharges of human body* huc oportet revocare, Londini 1748. 8. editum, ubi multa de bona proportione ciborum ad varii generis excrementa, & ad perspirationem: deinde proportiones mutua corporis totius, hepatis, pulmonis, cordis ex variis animalibus per experimenta demonstrantur.

BRYAN ROBINSON in nova *tractate on animal œconomy* editione, quam dixi, fibræ corporis humani robur pro varietate ætatis, pro immersione in varios liquores, per experimenta in capillis facta determinat. In altero volumine de pulsu, de oscillatione fibræ, aliisque physiologicis agit.

JAN van WICK *proeve der reedelyke heelkonst*, Roterodami 1732. 8. Continet etiam anatomes compendium.

JAN HOOGULIET *Konst om wonden te schouwen*, Amstelod. 1732. 8. Dimidiam libri partem efficit œconomia corporis humani BOERHAAVIANA.

ANTON. CAR. GROSS *verum universa medicina principium in structura mechanica partium reperiendum*, Hall. 1732. 4.

D. GOTTL. THEBESII *de principio rationis sufficientis maximi in anatomicis usus*, Hall. 1732. 4.

ANT. BIRR *de requisitis in demonstratione anatomica specim. I. & II.* Basil. 1732. Eruditi viri criticae observationes.

PAUL. JAC. MALOUIN. *Ergo in reactionis actionisque æqualitate œconomia animalis*, Parisiis 1733. 4.

ANDREW HOOK *Essay on the practice of physic: or an attempt to revive the practice of the ancients: with some observations on animal mechanism and materia medica*, Lond. 1734. 8.*

G. M. BOSE *rara anatome in vacuo mortua*, Lipsiæ 1734. 4.

Essays of a Society at Edimburg. Tomus I. prodiit an. 1735. reliqui V. ad annum 1742. secuti sunt. Egregia plurima hic habentur, & plura quam facile in alio diario. Pleraque tamen majoris momenti jam recensui. MONROUS, SIMSONUS, GIBSONUS, STEVENSONIUS, alique anatomicas dissertationes ibi proposuerunt, historia etiam valde plena habetur Librorum novorum & inventorum ejus temporis. Explicationem tabularum EUSTACHII & collectionem figurarum partium corporis humani omnium, promittunt T. V. P. II. p. 1036. nondum autem rescivi, an prodierint.

Collectionem, quam GEORGIUS THOMSON cum *anatomy of human bones*, Lond. 1734. 8. edidit, jam recensui. Sensus, muscularem motum, digestionem, nutritionem, circulationem sanguinis totidem Libellis considerat, fere ex scriptis.

Ineunte anno 1733. edidi Librum *de diaphragmate*: prius autem contra COSCHWIZIUM *dissertationem* & paulo postea descriptionem fetus bicipitis. Inde, Gottingam vocatus, ab an. 1738. cepi edere *Commentarios in institutiones BOERHAAVIANAS*, de quibus, qui iudicia aliorum legere volet, evolvat *Trivultianos* 1745. p. 360. Tomi sunt omnino VII. quorum ultimus an. 1744. in lucem exiit. Non ignoro numeros citationum passim, & sæpe quidem typographi culpa, cui numerus cifarum non sufficiebat, partim mea, vitiosos esse, & asperi nonnihil oriri ex nimis copiosis aliorum scriptorum locis. Verum certe ubique quæsi, & nihil præter verum. Hanc solam culpam præterea fateor, quod BOERHAAVIO, venerabili Præceptori meo, nimis passim adhæserim. Recusi sunt *commentarii*, Venetiis an. 1744. Turini an. 1743. & seq. 4. Vitiosam versionem suo nomine dedit JULIANUS OFFRAI dictus DE LA METTRIE. *Prælectiones* solas Angli recuderunt Londini 4. 1742. seqq. Inde, ut subvenirem discipulorum desiderio, edidi Gottingæ 1747. 8. *primas lineas physiologia*, ordine paulum mutato, & ad mea cogitata reformatas. Cellulosa telæ hic dominium explicui, & alia passim passim aliter aut descripsi aut explicavi. Cadaverum copiam nactus, cœpi ab anno 1743. edere *icones anatomicas*, quarum bene multæ paratæ sunt, præter eas quas edidi; erunt autem, si vitam DEUS concesserit, omnino triginta & sex tabulæ. *Disputationes* etiam *anatomicas* melioris notæ collegi, ad BOERHAAVIANARUM institutionum ordinem digessi & Volumen I. anno 1746. II. an. 1747. III. an. 1748. IV. an. 1749. edidi Gottingæ apud Vandenboeck. Tria reliqua continuo sequentur. Physiologiam majorem de integro reddere, emendatis vitiis aut citationum, aut descriptionum laboro quidem, sed futura quis certus promittat! In *Philosophicis* etiam *Transactionibus*, *Commentario Norico*, *Aëtis Upsalliensibus*, passim aliqua mea opuscula dispersa reperiuntur.

De *Comment.* meis in BOERHAAVII institutiones legi etiam potest iudicium GIANELLÆ de leg. libr. p. 31. Cæterum dicti *Commentarii* recusi etiam sunt Altd. 1741. 1743. 8. Versionem Parisiis excusam, quam dedit DE LA METTRIE, liberam traductionem esse fatetur *Oper. om. p. 235.*

Colle-

Collectionis meæ *Disputationum anatomicarum* T. V. anno 1750. T. VI. & VII. anno 1751. prodierunt.

GEO. FRID. WILPERT *de necessitate utilitateque anatomie pathologica in facienda medicina*, Leidæ 1733. 4.

J. BUXTORF *theses anat. bor.* Basil. 1733. & FRIDERICI ZWINGER eodem anno editæ.

Ubi BUXTORFII & ZWINGERI *theses anat. bor.* citatæ sunt, adde illas J. HENR. REISINGER Basil. 1733.

JOH. LEMKENII *anatomie nucleus*, Gryphisvald. 1733. 4. * B. PL. EJUSDEM *de utilitate anatomes in theologia, jurisprudentia & medicina* 1733. 4. *

ILL. de REAUMUR historia insectorum multis modis ad physiologiam pertinet, ob anatomem horum animalium, victum, fomnum, oculos, polypos, &c.

JOSEPHI THOMÆ ROSETTI *systema novum mechanico-hippocraticum de morbis fluidorum & solidorum*, Venetiis 1734. fol. In principio Libri habet aliqua de spiritibus, ex aere, sulfure & sale compositis, in pulmone natis, naturali iudicio motus pene omnes ad crises dirigentibus.

JOS. THOM. ROSETTI l. cit. refutat. etiam POMPEIUM SACCUM & fermenta.

JOH. HOLLINGS *status natura humana expositus in oratione coram medicis Londinensibus in die festo D. Luca*, Lond. 1734. 8. *

JACOBUS NIC. WEISS Altdorfi erudita & boni usus programmata edidit ab anno 1733. quorum quinque ad me pervenerunt.

J. J. HECHER edidit Halæ 1734. 8. *betrachtung des menschlichen körpers nach der anatomie und physiologie.* *

VERDIER *anatomie du corps humain*, Paris. 1734. 1739. 8. 2. vol. & Germanice, Hamburg. 1744. 8. Inter melioris notæ compendia revoco, etsi in plerisque WINSLOWUM sequatur.

VERDIER lib. cit. Anglice prodiit 1750. 8. Ipsi etiam VERDIER tribuuntur *Nouveaux élémens d'anatomie raisonnée*, Paris. 1749. 12. Brevis fuit & in iis mansit, quæ ad universam rem pertinent, fusior tamen de dentibus & ossibus. In pluribus BOERHAAVIUM sequitur, & icones compilavit.

Plurcula huc pertinent ILL. olim PLATNERI Scripta, ut *de damno ex neglecta anatomia in rem medicam redundante*, Lipsi. 1734. 4. *de notabilibus qua in dissectione cadaverum animadvertenda sunt*, ibid. 1736. 4. &c.

JOH. TIMM *observationes anatomico-practicae variores*, Brem. 1735. 8.

JOHANNIS JUNKER *conceptus physiologia*, Hall. 1735. 4. Physiologia fere qualis BOHNII ævo, circumspicita quidem, sed ad STAHLII placita omnino ficta. Ita parenchyma inter arterias venasque defendit, animam corpus sibi struere docet, & menses ultimos abundantius propellere, bene gnaram, eam nunc ad eliminandam plethoram viam clausum tri. Hujus operis compendium edidit Halæ 1745. 8. THEODORUS CHRISTOPHORUS UR-SINUS in quæstiones & responsa conjectum.

SERVATI AUGUSTINI VILLERS *physiologia & hygieine*, Lovanii 1736. 4. Hygieine melior est. In Libro de V. S. SYLVAM sequitur.

GEORGI HENRICI BEHR *physiologia medica*, Argentor. 1736. 4.

BURCHARD DAVID MAUCHART *Diff. de anatomia medico-legali*, Tubing. 1736. Omnia hujus viri scripta utiliter leguntur.

FRANCISCI QUESNAI *œconomie animale*, Paris. 1736. 12. Ex BOERHAAVIO pleraque descripsit, ut recte olim monuit DEMETRIUS in *Comment. BOERH. I. p. 144.* & D. ANDRY in *lettres de Cléon a Eudoxe*, deinde in *second Mémoire pour le Doyen & les DD. Régens de la Faculté* p. 73. Vide gradus caloris evidentissime exscriptos p. 30. 33. tum in nutritione, vasorum feriebibus similem BOERHAAVII imitationem. In humoribus corporis equidem novam theoriam sequitur, atram bilem revocat, & cum mucos confundit. IDEM opus Parisiis an. 1747. tribus voluminibus in 12. auctius prodiit. In theoreticis de elementis, de igne, causa duritatis aliisque fufissimus fuit. Deinde chemica de salibus plurima, aliqua vero de analysi & iis, quæ ignis de humoribus humanis separat, subjunxit. Tertia pars physiologica est, agitque de humoribus, sede animæ, nervis, secretionem. Maxima pars omnino physiologiæ penitus in tam vasto opere omittitur.

P p p p

CATA-

Catalogus von den anatomischen preparatis, so sich auf dem Königl. Amphitheatro zu Copenhagen befinden, Hafnæ 1636. 8. *

CASAN de anatomia prestantia, utilitate, definitione, historia, Gryphiswald. 1736. Disp. D. PETSCHÉ (CASSEBOHMII amici & professoris) *observationes anatomica selecta*, Halæ 1736. 4. Disputatio eximia & quanti vis pretii.

J. ZACHARIÆ PETSCHÉ citata disputatio recusa est in VI. Vol. disp. Cum ERHARDI NORREN *chirurgischen wegweiser*, Nurnberg 1736. 8. compendium etiam anatomicum parum utile continetur.

HENRICI HENRICI *Kurzer begriff und betrachtung des menschlichen körpers*, Zerbst. 1736. 8. Aliqua physiologica sunt de humoribus fibrisque.

FRANCISCI NICHOLS *compendium anatomico-æconomicum*, Lond. 1736. 4. Viri acuti ingenii brevis & in brevitate dives compendium, in tabulas digestum. Peculiares opiniones aliquæ, ut de motu cordis, cujus ventriculos alterne pulsare docet: de chorda tympani, quam pro musculo habet; de musculo pyramidalis abdominis. Os palati bene descripsit.

Sel. Etæ Francofurtensis, quæ hoc anno inceperunt, & cum IV. Tomo an. 1747. finem fecerunt, primo GOEICKII, deinde A. P. QUEITSCH opera, prodierunt, & anatomica, physiologica etiam, eristica, varia continent.

JOHANNIS FRANCISCI le FEVRE *physiologia medica* in T. II. operum omnium, V. functione 1737. 4. editorum, vel potius in urbe Vesoul. BOERHAAVIUM fere sequitur.

CHRISTIANI WOLF, celeberrimi Philosphi, *vom gebrauch der theile in thieren und pflanzen*, Halæ 1737. 8. Physiologiam & theleologiam continet. In physica etiam experimentali T. III. de sono, de microscopiis, de animalibus in vacuo enectis experimenta habet.

D. KIRSTEN *de physiologia ortu & progressu*, Altdorf. 1734. 4.

J. FRID. CRELL *observationes factas in partibus corporis humani morbidis, non tamen ad illustrandam sani corporis œconomiam applicandas demonstrat*, Helmst. 1737. 4.

J. FRID. CRELL etiam sunt *observationes nupera sectionis &c.*, Helmst. 1742. EJ. ad *sectionem puella gibbosa* progr. ibid. 1745. 4.

J. CHRIST. KUNDMANNI *rariora natura & artis usui esse possunt alibi laudata*.

J. HIERONYMI KNIPHOFF *de physiologia*, Erfurt. 1737.

GIUSEPPE ZINANNI *delle ova e dei nidi degli uccelli*, Venet. 1737. 4. habet non ova solum, sed etiam anatomem aliquam locustarum.

NICOLAI ROSEN *compendium anatomicum eller beskrifning om de delar of hela menniskans kropp*, Stokholm 1738. 8. Ad veram anatomem addidit ILL. ARCHIATER physiologicas observationes varias, & rariorum fabricarum observationes, ut omnino ex optimis compendiis sit.

PETRI ARTEDI *ichthyologia posthuma*, Leidæ 1738. 8. a LINNÆO edita, plena est difficultionibus piscium anatomicis.

L. A. WESTERHOFF *de cadaveribus auctoritate publica illustrandis*, Leidæ 1738. Disp.

SAMUEL SCHAAARSCHMID VI. Tomos diarii, cui titulus *medicinishe und chirurgische nachrichten*, quorum primus an. 1738. prodiit 4. Berolini edidit. In iis non solum anatomiam practicam plurimam dedit, sed varias partes physiologiæ propriis dissertationibus perscurus est.

J. MICHAEL SCHWARTZ *de membranarum ac tunicarum corporis humani numero*, Argentor. 1738. 4.

ANTON. FRANC. BARBAUT *splanchnologie suivie de l'angiologie & de la neurologie*, Parisiis 1739. 12.

ANT. FRANC. BARBAUT l. c. compendium fere WINSLOWI est raro aliquid proprii habet, aliqua tamen addit vasibus umbilicalibus, placenta, theoria chylicationis.

RICHARDUS MEAD in egregio Libro *de venenis*, qui hoc anno Leidæ recusus est 8. & nuper 1747. quarta vice auctius Londini editus, cum titulo *mechanical account of poisons* egregiam anatomem viperæ caudifonæ dedit, cujus glandula venenifera alibi reperta est quam vulgo quarebatur. Ea debetur D. NICHOLLS. Varia de spiritibus, &c. hic utilia reperiuntur. EJUSDEM Liber *de imperio solis & luna*, Lond. 1704. 8. & Londini an. 1746. 8. hic Goringæ vero a me recusus, multa ad physiologiam, respirationem, vim aeris, menses, animi adfectus, utilia habet.

LIBER-

LIBERTVS de *mechanismi in corpore humano absentia*, Erfurt. 1738. 4. Acriter demonstrat, musculos non mechanice agere, animam per periostea & ligamenta artus movere, &c.

FRANCISCI JOSEPHI OBERKAMP *systema theoretico practicum*, Norimb. 1737. 8. Continet physiologiam STAHLIANAM.

JOHANNIS ERNESTI HEBENSTREITII *de usu partium carmen*, Lipsiæ prodiit 1739. 8. IDEM vir clarissimus ab anno 1738. plura programmata anatomica perutilia dedit.

JOH. ERN. HEBENSTREIT etiam est *anatomie hominis recens nati*, Lipsi. 1738. 4.

Sed amicus noster CHRISTIANUS GOTTLIEB LUDWIG, pariter Lipsiensis Professor, passim utiles etiam physiologicas disputationes edidit. Ita *Decas questionum* (ad Gallicum morem aptatarum) prodiit, Lipsi. 1740. & alia 1743. qua utraque magni momenti, quæstiones utiliter pensitantur.

J. CHRIST. EUBELHUBER *begriff von sein selbst erkennniß*, Regenspurg. 1739. 8. Physiologia & pathologia est.

In J. CHR. EUBELHUBER lib. cit. physiologia, quam habet, brevis est, & ad STAHLII sensum.

JOH. HUTCHINSON *Oeconomy of human frame upon the principles of the new philosophy*, Lond. 1739. 8. Maxime paradoxa theoria. Systema totum in vaporibus versatur, quos Auctor ait erumpere in lactea vasa, ad cor venire, exire per arterias, repelli a frigore & aere ambeunte, mutari in spiritus, &c. In œsophago valvulam fingit, ab anatomæ alienissimus.

HIERONYMI LEOPOLDI BACCHETONI *anatomia theoretica & practica ministræ*, Nuremb. 1740. 4. Vitiiosissimum compendium.

In J. THEODORI KLEIN historia piscium, cujus missus quatuor an. 1740. & seqq. annis GEDANI edidit, multa etiam anatomica intercedunt.

DAVID de GORTER J. F. *materia medica*, Amstelodami 1740. 4. Etiam physiologiam tradidit.

JOH. JAC. GRAMBS *anweisung zur Osteologie, & sic ex ordine, zur myologie, angiologie, neurologie und splanchnologie*, quinque Libellos Francof. edidit 1740. 8. cum brevibus descriptionibus in tabularem ordinem digestis.

B. J. de BUCHWALD *anatomicarum observationum quadriga*, Hafn. 1740. 4.

CAR. FRID. SATTLER *de mechanismi in corpore humano veritate*, Altd. 1740. 4.

Anatomicum Lexicon in nucleo medicina quinquepartito A. CONRADI ERNSTING continetur Helmstatt. 1741. 4.

J. BOECLER & PHIL. HENR. BOECLER *theses medica varia*, Argent. 1741. 4. & J. BARBENES ejusmodi theses, ibid. 1742. 4.

J. BURCHARDI SCHLERETH *institutiones medica*, Fuldæ 1741. 4. Stahlianam sectam sequitur.

CAR. AUGUSTUS a BERGEN Professor Francofurtensis ad Viadr. multas utiles ad anatomem dissertationes edidit. Anno 1742. *anatomes partes plures esse hætenus receptas* in programme docuit. An. 1743. dedit *pentadem observationum anatomico-physiologicarum*, in qua multa bonæ notæ.

CAS. AUG. a BERGEN ibi citati est etiam *de perspiratione viscerum*, Francof. ad Viadr. 1738. 4. EJUSDEM etiam sunt *elementa physiologia juxta selectiora experimenta &c.* Genev. 1749. 8. Pleraque ad BOERHAAVII sensum sunt, nonnulla tamen propria, ut de lienis inæquali diametro, de secretionem, utilitate succi atrabilaris, nervis, materie spirituum.

Musæi Imperialis Petropolitani vol. I. P. I. Petropol. 1742. 8. continet catalogum præparatorum, ut vocant, thesauri RUYSCHIANI in ordinem redacti, cum nonnullis animadversionibus.

Hoc anno 1742. obiit egregius anatomicus HUNDAULD, qui nihil scripsit, quantum novi, nisi quæ in monumentis Academia sunt, & epistolam forte quam citavimus.

PHILIPPI MAXIMILIANI DILTHEY *observationes anatomico-physico medica*, Herborn 1742. 8. sectiones fere medico legales.

D. LIEUTAUD Professoris Aquiseptiensis, *essais anatomiques*, Paris. Compendium anatomicum uberius, in quo multa bona, & a WINSLOWIANIS diversa sunt; passim etiam adjectæ difficiliores encheireses.

MEMORIE de' VALENTUOMINI quæ Luccæ eduntur, varia ad nostrum finem habent; inprimis PETRI TABARRANI observationes anatomicas, & de vasis bilis CAJETANI TACCONI.

F. C. LESSER in *sectotheologie*, & TREMBLEY atque BAKER de polypo, C. BONNETI in *sectologie*, Paris. 1745. 8. TURBERVILLE NEEDHAM *microscopical discoveries*, GEORGII ADAMI *micrographia*, GEORGII MARTINE *essays*: CLIFTONI WINTRINGHAMI varii Libri jam dicti sunt.

Vernünfftige gedanken von der natur 1743. 8. FISCHERI Regiomontani Prof. opus. Adtingit etiam aliquam partem physiologiæ. Vermiculos & harmoniam præstabilitam negat.

In GEORGII BERNHARDI BULFINGER viri illustris *variis*, Stutgardiæ 1742. 8. editis, habetur anatomie elephantis petropolitana.

JOH. ASTRUC ergo ex *subtiliori anatomie ars medica certior*, Paris. 1743. 4. Eximia thesis. JOH. GOTTLIEB KRUGER *physiologie, oder zweyter theil der naturlehre*, Hall. 1743. 8. & auctius 1748. 8. Ad omnem sensum motum in corpore humano oriri, qui ad eum motum proportionem habeat, pro fundamento ponit: motus ergo respirationis & cordis & reliquos vitales motus utique a sensu nostri incommodi oriri docet, hætenus inter STAHLIUM & mechanicos medius, quod animam absque conscientia distincta admittat, struere tamen animam corpus neget. Sanguinem non celerius, sed lentius in pulmone docet circumagi, & refrigerari defendit, &c. EJUSDEM *Grundriß eines neuen Lehrgebäudes der arzneygelahrheit*, Hall. 1745. Hanc inprimis, quam citavi, de sensationibus doctrinam urget. EJUSDEM *Physicotheologische betrachtung einiger thiere*, Hall. 1746. 8. Teleologiæ. Penem ranarum in brachio post MENZIUM confirmat.

In *Mémoires de l'Académie de Chirurgie*, Paris. 1743. 4. anatomica & physiologica aliqua ad humores corporis humani, & fabricam partium genitalium, & alias partes æconomiae animalis spectantia habentur.

Syllabus, sive index omnium partium corporis humani, Petropoli 4. anno omisso, nisi fallor tamen 1744. Compendium anatomicum est, in quo laborarunt duo chirurgi, a MELLIN & HANHARDT, quorum hic incepit opus, ille perfecit. In tabulas WINSLOWIANI ordinis labor digestus est, ita brevis, ut fere a nomenclatore non differat, Icones adjectæ, multæ quidem ex EUSTACHIO & aliis claris viris, non pauca tamen propria sunt, ofsum inprimis difficiliorum, vasorum cordis.

CHRISTOPHORI von HELWIG *anatomicum vivum*, Erfurt. 1745. fol. continet icones ad modum REMMELINI, nonnullis tamen recentiorum inventis ditatas.

Leidæ hoc anno in 8. quatuor disputationes recusæ sunt; inter quas L. HEISTERI de *choroidea. ENSII de cordis motu*.

FRANCISCUS de SAUVAGES Professor Monspelienfis ex præcipuis nostri ævi iatromathematicis est, in STAHLII sententiam pronior. EJUS *commentarios in HALESIUM* laudavimus, *Physiologia mechanica elementorum* primam schedam vidi, in qua de fibris, vasis & fluidis & eorum æstimando motu agitur. Liceat ad insignem meritum virum dubiorum aliquid proferre. Nonne longe magis elongatur fibra ventriculi flatu, quam parte septima, nec tamen rumpitur? An consentiunt cum WINTRINGHAMIANIS quæ habet de viribus arteriarum ad venas comparatis? An vere vasa in fetu & adulto semper eandem inter se proportionem habent? Quæ bona cum pace VIRI querimus.

An essay on comparative anatomy, Lond. 1744. 4. Quisquis Auctor fuerit, valde certe placet, quo utiles comparationes fabricæ humanæ cum animali continentur, etiam propria observationes. Silet vero canem, vaccam, aviumque & piscium fabricam considerare. Ipse p. 64. proprias inquisitiones citat, & p. 71. suorum in allantoide humana inveniendâ tentaminum meminit.

FRANCISCUS SALESIVS DANIEL PAULLIN ergo *functiones alia ab aliis pendent*, Parisiis 1744. 4.

JO. LETHIEVILLIER ergo *physiologia basis mechanica*, Paris. 1744. 4. M. P. T. J. C. *tabula sciagraphica corporis humani, oder beschreibung des menschlichen körpers in tabellen*, Görliz. 1744. fol. *

GERARDUS van SWIETEN in *comm. ad aphorismos BOERHAAVI* multa admiscuit experimenta physiologica partiumque descriptiones, & vivorum animalium utiles dissectiones.

JUSTI

JUSTI GODOFRIDI GUNZII *comm. in Libr. HIPPOCRATIS de humoribus* laudavimus, Lips. 1745. 8. & varias disputationes.

Theatrum anatomicum animalium, plantarum & aliorum corporum naturalium Auctore D. ANTON de MONRAYA ROGA D. & anat. Madrit. 174. . . (D. TRIV.)

CHRISTOPHORI HENRICI KEILII *compendiöses doch vollkommenes handbüchlein*, Lips. 1740. 1744. 1747., &c. Pro tironibus.

ANTONII COELESTINI COCCHI Mugellani viri doctissimi *oratio de usu artis anatomica*, Florent. 1736. 4. Aliqua ad historiam medicinæ & anatomes habet. De vivorum hominum sectionibus, quæ antiquis tribuuntur, calumnias refutat. EJUSDEM *discorso d'anatomia*, Firenz. 1745. 4. ad inaugurandas prælectiones anatomicas in Nosodochio D. Mariæ novæ habitus. Ad historiam anatomes varia continet. De codice M. S. in quo APOLLONII CITIÆI *comm. ad HIPPOCRATIS Lib. περί ἀρρώγων* aliqua monet. Ibi locus HEROPHILI novus. Promittit CELSUM. Sed heu occidit! Ex ASCLEPIADE etiam fragmentum edidit.

A. F. LAMBRECHTS D. Jur. & Med. *compendium anatomico-medico-practicum*, Harder- vvyck 1747. 8. Quæstionum modo proponitur, non maximi momenti.

JULIANI OFFRAI *dicti de la METTRIE institutions de medecine de BOERHAAVE avec un commentaire*, Paris. 1743. seqq. VI. vol. 12. Dixi versionem esse mei operis, & fatetur JULIANUS in *prefatione*, sed adjecit varia, & inprimis rudes errores. Calculos corrumpit, quoties aliqui adferunt GIORN. citat pro Auctore (quod est *GIORNALE de LETTERATI*). Vim vesicæ metitur tribus pollicibus, cum oportuisset tribus uncias metiri. BRESLAU pro Auctore citat. Plurimum etiam est locorum in quibus nullus omnino sensus est, & innumeris locis longe alius reperitur, quam in meo autographo. Vide de eo CL. MONTAGNAT *lettre au sujet d'un nouveau genre de vaisseaux*.

J. G. H. (HEYMANN) *quatuor tomos commentariorum in institutiones BOERHAAVI* edidit, Leidæ ab an. 1744. Multum utitur dissectionibus Leidenfis, etiam nostris commentariis, aliqua ab ALBINO utilia admiscet. Videntur plurimi tomi successuri esse.

J. G. H. (HEYMANN) *quatuor tomi commentar. in instit. BOERHAAVI* quos diximus, *quintus* accessit 1750. 8.

In JAMESII dictionario medico, quod nuper gallice versum VI. vol. fol. prodit, continetur tota anatomie, fere ad WINSLOWI ductum. Multum etiam anatomes, etiam icones aliquæ in J. P. BURGGRAVII celeberrimi practici, *Lexico medico* est, cujus tantum A & B prodit: Multa neque inutilia reperies, in J. H. SCHULZII editione *Lexici BLANCARDIANI. Lexicon etiam anatomicum in suo nucleo medicina quinquepartito* dedit ARTHUR CONRAD ERNSTING, Helmstad. 1740. 4. Pro tironibus.

ANTONII le CAMUS *poema in Amphitheatrum medici ordinis Parisiis* exstructum, Paris. 1745. 4.

CHRISTIAN ALBRECHT GOTTHILF GRUNER *consilium bibliotheca physiologica*, Altdorf. 1747. 4.

AUG. SCHAARSCHMIDT edidit etiam catalogum thesauri anatomici Berolinensis Berolini 1751. 8.

AUGUST. SCHAARSCHMIDT *splanchnologische tabellen*, Berolini. 1748. 8. Splanchnologia WINSLOWIANA.

JOHANN. THEODOR. ELLER *physiologia*, Schneeberg. 1748. 8. a F. CHRIST. ZIMMERMANN edita, Germanica lingua, ab ipso ILL. ELLERO publice damnata est, quæ suppositicia sit, & nata ex male castigatis prælectionibus. Inprimis BOERHAAVIO & WINSLOWO utitur.

F. FR. HENKEL in suis collectionibus *medizinischer und chirurgischer anmerkungen*, quarum tertia nunc pars prodit, editis, Berolini 4. 1747. 1748. omnino & practica anatomica, & alia ad usus nostros habet.

J. B. chirurgi *traité de cephalaotomie ou description anatomique des parties que la tête renferme*, Paris. 1748. 4. Plura quam titulus continet, systema ossium, musculorum, nervorum, humorum, cum iconibus plerisque propriis.

JANUS PLANCUS de *monstris & rebus monstris* habet etiam aliqua ad os hyoides &c. THOMÆ BIRCH *the wisdom of GOD proved from the frame of man*, Londin. 1749. 4.

Bre.

Demonstratores sunt tres (a)

.I. MI.

Breviter ad sensum *DERHAMI* scripsit. Multum tamen acute contemplatus est, ut sensuum mediocritatem.

In nupera editione *Land en Zee chirurgie JOHANNIS VERBRUGGE* emendata habetur vetusta illa anatome quæ in prioribus editionibus exstat. Totam anatomen & compendium physiologiæ adjecit *J. DANIEL SCHLICHTING* Amstelod. 1750. 8.

Suis locis laudavi *BUFFONI* opus, sed aliquo eorum tomorum qui sequentur, integra physiologia continebitur.

ANTONII LOUIS positiones anatomico-chirurgica de capite, Paris. 1749. 4. ultra modum inanes.

AL. CANTWELL, Ergo microcosmi vita motus mere mechanicus, Paris. 1749. 4.

CHRISTIAN EHREHFRIED ESCHENBACH anatomische beschreibung des menschlichen körpers, Rostok 1750. 8. Libera versio operis *WINSLOWIANI* cum animadversionibus nonnullis *CL. VIRI*.

J. AUGUST UNZER philosophische betrachtung des menschlichen körpers überhaupt, Hall. 1750. 8. Physiologia.

PONTONOO (nomen Arcadicum) *descrizione del corpo umano*, Florent. 1750. 8. in 2. tomo *dissertazione e lettera* breve compendium anatomies.

In *Primitiis physico-medicis Polonia* varia habentur ad deglutionem, arteriarum divisionem ut causam secretionis, superfetationem, velocitatem sanguinis, &c.

CORNEL. THOM. SNELLEN de varia vita energia, Leid. 1750. 4.

WILL. GIBSON in tractatu on the diseases of hoases, Lond. 1750. 4. hujus animalis anatomen dedit.

Porro observationum medicarum scriptores, & Auctores medicinarum forensis omnes: & biographi, atque lexicographi medici, & physices scriptores plerique *ROUHAULT*, *SCHEUCHZER*, *MUSSCHENBROEK*, *'S GRAVESANDE*, *DESAGULIERS* & multi scriptores historiæ animalium habent, quod ad anatomen proficit. Sed eos suo loco laudavi.

(a) Nolo huc referre condituram corporum Ægyptiam. Ea enim mero circumfuso bitumine facta fuit, *POCOCKIO* teste *history of Egypt* p. 230. ut etiam in cranium bitumen infunderent. *DIOCLIS* de administrationibus anatomicis Liber periit. Quare de methodo dissectandi primus Auctor certe *GALENUS* est, cujus *administrationum anatomicarum* Libri IX. ad nos pervenerunt, seorsim interprete *GUINTERO* Paris. 1531. fol. excusi. Earumenim aliquas, ut experimenta, ad vim influxus nervi demonstrandam, valde solícite *GALENUS* descripsit. Inflat autem tuba, qualis est aurificum, Libro IX. c. 2.

Inde in illa *parva anatomia COPHONIS* & apud *MUNDINUM* aliqua rudimenta methodi secandi reperiuntur: alia apud *NICOLAUM MASSAM*, *JACOBUM CARPENSEM*, aliosque ejus seculi medicos.

Sed *ANDREAS* inprimis *YES ALIUS* ubique suas encheireses cum descriptionibus conjunxit. *REALDUS COLUMBUS* sceleti parandi modum, ut in Osteologicis dictum, exposuit.

Eo tempore ars injiciendi jam aliqua fuit. *CARPENSIS* enim *BERENGARIUS* tentavit per arteriam ureterem replere p. CLXXVIII. b.

CAR. STEPHANUS administrationem descriptioni subjecit. Inflatória specilla ad membranas inflandas commendat p. 745.

JACOBUS SYLVIVS meminit injectionis liquorum diversorum colorum, crocatorum, vinatorum aliterve tinctorum, quæ per tubulos fieret, & cui ipse præfert inflationem in vasa per tubulos factam *Isag. anat.* Lib. III. p. 68.

AMATUS LUSITANUS vascula siphone, sive syringa impulso spiritu a se repleta citat *Cent. IV. hist.* 100.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS adeo artificiose vasa depinxit, in Tab. inprimis XIII. & XXVII. ut absque injectione liquidi id fieri potuisse vix credibile sit. In arteriam certe renalem injectam aquam in ureterem venisse disertus auctor est *renib.* p. 135.

Neglectum autem esse hoc artificium satis constat, unde apud nuperiores, & *CASSE-RIUM*, vasorum cognitio potius imminuta est.

AM.

I. MICHAEL LYSERUS, in *cultrò suo anatomico (a)*, edito in 8. Auctor ille per totam fere Europam peregrinatus erat, & in omnibus fere locis stipendium

AMBROSII PAREI briefve collection de l'administration anatomique, Paris. 1549. 8. Potius compendium equidem est quam cultè anatomicus, administrationes tamen aliquas habet, etiam ad sceleton parandum, ad sectionem cæsaream.

PETRI BELLONII de medicato funere, Paris. 1553. 8. erudite sed inprimis botanice scripsit. In editione *LUCRETII*, quam *NARDIUS* dedit, antiqua condituræ Ægyptiæ ratio exprimitur, uti dixi.

JOACHIMI STRUPPIE GELHAUSEN consensus medicorum de mumia genuina, Franc. 1574. 4.* & Germanice ibid. eodem anno 4. cum descriptione Ægyptii cadaveris.

MELCHIOR SEBIZ de balsamatione cadaverum humanorum, Argentor. 1649. 4.

ANDRÉE RIVINI de pollinctura, Lips. 1655. 4.

C. VAROLIUS F. SYLVIVS, *T. WILLISIUS*, *DANIEL DUNCAN* (*Traité des actions animales*), *J. E. HEBENSTREIT de methodo cerebrum incidendi*, Lips. 1739. 4. alique varias cerebri præparandi methodum proposuerunt.

J. B. CARCANUS in suis opusculis methodum secandi satis solícite tradidit.

Aliqua, ut supra monuimus, adjecit *HILDANUS*, & fere utique secandi modum subjecit *NICOLAUS HABICOT*. Excarnationis, ut vocant, artificia, quæ sibi tribuit inventa an. 1617. *SEVERINUS*, in hepate primum tentata *zootom. Democrit.* p. 404. *HADRIANUS SPIGELIUS*, & alii eo tempore exercuerunt, & exemptas de corpore arterias venasve paravit *JOHANNES ATHELSTEINIUS LEONCENA* (*BOYLE de util. phil. experim.* p. 120. *Phil. Transf.* n. 280.) *EJUS VIRI* tabulas vasorum & nervorum etiam *BARTHOLINUS* habuit *hist.* 81. C. nr. IV. *resp. de exper. Bilf.* p. 34. tum similitum a *FIRENIO* paratarum exemplaria, & a *PETRO HOUFWENIO*, cujus cupreum sceleton cum arteriis, venis, nervis, miris laudibus effert *J. van HORNE vvaarschouwing* p. 22. 23. qui ipse de eo artificio varia ibi consilia dat.

F. GLISSONIUS injectione omnino usus est, tubulum etiam delineavit in Libro *de hepate* p. 211.

Anatome pneumatica, sive quæ aeris ope fit, non magni momenti est inter opuscula nova *RIOLANI*.

ALEXANDRI READ manual of dissection, Lond. 1650. 12.

(a) *MICHAEL LYSER* in brevi vita amatus præceptoris discipulus fuit, qui cum ipso gloriam inventorum vasorum lymphaticorum communicavit (in *pref.*), & absque quo nihil singulare invenisse *T. BARTHOLINUM RUDBECKIUS* criminatur, non tamen absque alia in *PRÆCEPTOREM* invidia fuit, de qua a morte *LYSERI* queritur *BARTHOLINUS*. Artificia sua, crassorum musculorum sectiones ossiumque inprimis parandorum modum, in *cultrum anatomicum* sive *methodum humana incidendi cadavera* conjecit, qui Hafniæ an. 1653. 8. prodiit, inde cum observationibus *BOGDANI MOINICCHENII*, *SEIDELII* & aliorum recusatus a *T. BARTHOLINO*, Hafniæ 1665. 8. auctior vero tertia vice cura *C. BARTHOLINI* *specimine demonstrationum anatomicarum*, Francofurti 1679. 8. Leidæ anno 1726. 8. 1731. 8. Germanice vero a *J. TIMMIO* cum addita *C. BARTHOLINI* *methodo*, Bremæ 1735. 8. recusatus, Londini denique a *G. THOMSON* Anglice versus prodiit anno 1740. 8. Nimis nunc increvit anatome, neque ullo modo sufficit nostri temporibus.

THOMÆ BARTHOINI domus anatomica, Hafn. 1662. 8. Mechanica varia huc pertinentia habet, & catalogum præparatorum. *EJUS consilium de anatome practica*, Hafniæ 1674. 4.

Injectione sed atramenti & aliquorum coloratorum etiam *T. WILLIS*, (*de cerebro* p. 6.) *P. BORELLUS* *Cent. III. observatione* 6. *J. J. WEPFER* & *MARCELLUS MALPIGHIVS*, & *R. VIEUSSENS* usi sunt. Ceram tamen oleo terebinthinæ dilutam jam *WILLISIUS* laudat, quæ materia prope a perfectione distat (*pharm. ration.* II. p. 4.)

LUD. de BILS nobilis, sed pene analphabτος homo, qui vix nomina partium nosset, (*F. CRAANEN de homin.* p. 119.) magnum ramorem excitavit tum balsamo, quo condiebat cadavera, tum arte qua animalia viva absque sanguine secabat, arcanorum more gentis ama-

dium meruerat, ut professor anatomicus. Domum tandem redux scripsit illum Libellum de dissectionibus anatomicis cadaverum.

2. Ma-

amator, *TOB. ANDREAS* p. 85. Et illa quidem ars etiam adversario placuit *JOHANNI* van *HORNE* *van vvaarschouwing* p. 31. ut *BILSII* balsamum supellectili argentea redimere voluerit. Flexilia enim membra manebant, aptaque dissectionibus (*TOB. ANDREÆ* L. c.) Ea ars post plurimos Libellos tandem aeterno silentio pressa est. Nempe *L. BILSIUS* *aan de liefhebbers der anatomie*, Roterodami 1659. 4. & in *responsione* ad van *HORNE & BARBETTE*, Roterod. 1660. 4. 1661. 4. sub titulo *kort bericht & in fustori codicillo*, Roterod. 1661. 4. & alibi venum exposuerat hanc mercem, immenso pretio. Defenderat *BILSIUM ANTONIUS DEUSINGIUS* in *exerc. de admiranda anatome* *LUD.* de *BILS*, Roterod. 1661. 4. & *BURCHARDUS WITTEBERGIUS* in *déclaration pour donner a connoître lanouvelle dissection sans effusion du sang*, Brugge 1657. 4. & *TOBIAS ANDREAS* in *bilance balsamationis Biliana & Clauderiana*, Amstelod. 1682. 12. ubi & *BILSIANAM* laudat artem, & sibi, qui cum *BILSIO* fecerit (p. 85.), pulchra præparata tribuit sua arte facta p. 53. animalium in primis integrorum, uteri ovilli, infantis demum recens nati, quem multis a conditura septimanis accurate fecerit. Contra eam vero artem & nimia ejus pretia dixerunt *J. van HORNE* *van vvaarschouwing*, Leidæ 1660. 4. & *PAULUS BARBETTE* *aanmerkinge over LUD.* de *BILS*, Roterod. 1660. 4. *T. BARTHOLINUS* de *experimentis anatomicis BILSII* 1661. 8. *J. H. PAULI* in *anatomes BILSIANÆ* anatome, Argentor. 1665. 8. neque voluerunt anatomici immensam vim nummorum suppeditare, centum nempe & viginti florenorum milia. Tandem Status Brabantiae artem *BILSIANAM* haud mediocri nummorum vi redemerunt, 22000. nempe florenis (vide *L. BILSII resp. ad TOBIAM ANDREAM*, Roterodami 1669. 4.) Sed corpora a *BILSIO* pro Lovanienfi Academia parata brevi computruerunt, *BORRICHIO* monente de *hermetic. medicin.* p. 210. etiam ipso Auctore fatente (ad *T. ANDR.* p. 40.), & tota res in fabulam abiit, cujus historiam descripsit *LUD. BILSIUS* in *Ep. ad TOB. ANDREAM* cum *ANDREÆ* Liber de balsamatione, & *ejus brevi extracto a Etorum in cadaveribus BILSIANA* methodo preparatis, Marburgi 1678. 4. recusa.

CLAUDERUS preparata absque balsamo facta fuisse, sapore salino testis est: & *BILSIUM* ex putridis cadaveribus pthifiscum periisse, suumque arcanum sepeliisse (p. 130. seqq.) Incruenta anatome aut vinculorum (*BORRICH.* ad *BARTHOL.* *epist.* 89 *Cent.* III.), aut injecti liquidi coagulantis ope (*GRAAF* de *usu siphonis* p. 534.), aut salis mirabilis *GLAUBERIANI HEUCHER.* *ars magn. anat.* n. 45. aut alio arcaniori artificio nititur. Sed eam potentiam huic salis omnino negat *J. F. CARTHEUSER* in *pharmac.* p. 413.

Circa ea etiam tempora plurima fama fuit infusionis & transfusionis. In illa scopus est varia medicamenta in sanguinem infundere, quæ vim suam longe acriorem demonstrant, circulationem vero sanguinis evincunt, quod in omnem corporis ambitum suam efficaciam circumferant. Eam *CHRISTOPHORO WREENIO* Angli tribuunt, ut *J. SPRAT* in *Hist. Soc. Reg.* p. 317. & Societas ipsa *Phil. Transf.* n. 7. 35. ut tamen *BOYLEUS* apparatus mechanicum proposuerit. *J.* vero *DANIEL MAJOR* in *memoriali anatomico* n. 5. *JOHANNEM GEORGIUM* von *WAHRENDORF* adducit, qui an. 1642. in pago Lusatiæ Luche infusionem per venatorem suum in canibus administraverit. Ejus artificis historiam & experimenta in *Phil. Transf.* legas n. 7. 29. 30. 35. 39. 191. 192. 210. 240.

J. D. MAJOR cujus experimenta circa infusionem & transfusionem instituta diximus, de his etiam egit in *deliciis hybernis*, Kiel. 1667. fol.

CAROLUS FRACASSATUS ex primis hæc experimenta imitatus est *Epist. de cerebr.* p. 411. seqq. Et *J. D. MAJOR* in *prodomo inventa a se chirurgia infusoria*, Lipsi. 1664. 8. & in *memoriali anatomico*, Kiel. 1669. 4. Obs. I. felices suos in infusoria chirurgia conatus laudavit. Idem in *chirurgia infusoria*, Kiel. 1667. 4. de operatione, quam vellet invenisse, cogitationes aliquas tradidit & instrumenta, absque experimento. (ipso fatente in *ocasu & regressu chirurgia infusoria.*)

J. SIGISMUNDUS ELSCHOLZ in *clysmatica nova*, Berolini 1667. 8. (& prius an. 1661.) infusionis experimenta plusscula habet, etiam in homine factæ, propria, & alia Gedano communicata, non incommode certe, alienorum vero compendium.

J. SIG.

2. Magnus VESALIUS post singula capita sua docet, quo modo demonstranda
Qqqq

J. SIG. ELSHOLZ clysmatica nova Germanice versa est *neue clystierkunst*, Berolin. 1665. 8. Infusoriam etiam exercuerunt *O. BORRICHUS* in *orat. de sanguine* & in *BARTHOL. Ep. 92. Cent. IV. T. WILLIS pharmac.* *J. C. BRUNNER* de *pancreate*, *MALPIGHIIUS* de *polypo*, *C. DRELINCOURT.* in *canicidiis*, *R. BOYLE* de *util. phil. experim.* *HARDER* in *apiario*, *MICH. ETTMULLER* *Disp. de chirurgia infusoria*, Lipsi. 1668. *Academici Galli* apud *HAMEL* p. 58. *P. S. SACHSIUS* in *oceani microcosmici fluxu & refluxu*; *R. GRAAFIUS*, *PEYERUS* in *exerc. ANTONIUS* de *HEYDE* in *exper. anat. F. PETIT* *epitre II. CAPREZZO & MASSUOLI* in *Galer. di Minerv.* VII. p. 153. *COURTEN* in *Phil. Transf.* n. 335. *J. FREIND* in *emmenologia*, *GEORGIUS BAGLIIVUS* de *abusu vescicant.* & in *Diff. VIII. CHRISTIAN FRIDERIGUS GARMAN* in *Centuria epistol.* n. 30. *PURMANNUS* in *chirurg. Lorberkranz* III. pag. 274. (qui in se ipso operationem passus est p. 277.), *PINELLI* de *podagra* pag. 230. *A. PASTA* de *motu sang. a morte*, & alii; Chineses demum, fraudulentissimi mortalium, in porcorum venas aquam infundunt, ut pondus augeant, *GEMELLI CARRERI* in itinere IV. p. 299.

Huc etiam ex historicis pertinent *ortus & progressus clysmatie novæ*, Goth. 1667. 4. & *occafus & regressus chirurgia infusoria* *ibid.* 1667. 4. Prior Libellus commendat experimenta *ELSHOLZII*. In altero *MAJOR* pungit eundem. Huc etiam *J. C. STURM transfusi sanguinis historia*, Altdorf. 1676. *Disp.*

Nunc audio in Italia hoc seculo hanc quæstionem renovatam fuisse. *PRIMITIUS GABELLO* sub titulo Coloniae scripsit *la Taccia ripresa*, contra infusoriam chirurgiam occasione illustri personæ, quæ post infusionem alexipharmaci obierat. Defendit infusionem *VINCENTIUS RENZONI* in *difesa del D. V. R. Lucca* 1716. 4. Sed respondit *D. BERNARDINUS MARIANI* in *risposta alle censure del D. RENZONI* Lucca 1716. 4. Nihil horum ipse legi.

RICHARDUS LOWER in fusione prius exercitus, de *transfusione sanguinis* integrum in Libro de corde caput IV. habet. Eam sibi tribuit, an. 1665. primum exercitam, prius tamen ab *HENSHAWO* an. 1658. tentatam *Phil. Transf.* n. 38. Nam qui *BILSIO* tribuit, *TOBIAS ANDREÆ*, nemini persuadet. *ANDREAS LIBAVIUS* in *appendice ad syntagma chymicorum arcanorum*, Franc. 1615. fol. intra conjecturam substituit. Inventum, ex quo immortalitatem sperarunt, sanguinem de sano animali in ægrum vel hominem vel animal transfuso, vide in *Phil. Transf. actionibus* n. 19. 20. 22. 25. 26. 27. 28. 30. (experimentum in homine factum) 32. 35. 36. 37. 54.

MAURITIUM HOFMANNUM an. 1663. in *programme* transfusionem descripsisse auctor est *IRENÆUS VEHR*. Id scriptum nondum vidisse contigit.

Sucesserunt scripta varia confertim edita. Ita *C. TARDY* an. 1667. Parisiis edidit scriptum de *l'écoulement du sang d'un homme dans les veines d'un autre*. Ubi probavit inventum.

Eam transfusionem *J. D. MAJOR* sibi tribuit & ad ipsum etiam gloriam inventi refert *MANFREDUS* c. I. 1. seqq.

DENSIUS Medicus plurimum in primis in transfusione laboravit. Eam in cane tantatam retulit in *JOURNAL DES SAVANS* 1667. 14. Maj. n. 8. Deinde subjecit *lettre écrite à M. DE MONTMOR* *touchant une nouvelle manière de guérir plusieurs maladies par la transfusion du sang*, Paris. 1667. 4. & *responsionem* conjunctam cum priori epistola, Lamy 1667. 4. & *lettre touchant une folie invétérée guérie par la transfusion*, Paris. 1668. 4. (quem casum *SORBERIUS* in *Giorn. de' Letter.* Romæ 1668. p. 23. cum laude recensuit), in qua sanguinem agnæ in virum feliciter transfusum narrat, ope *D. d'EMERZ*, & in juvene stupido, quem sanatum fuisse credebatur, præter canes varios.

In Actis etiam Danicis felix eventus narratur III. n. 54. *PAULUS MANFREDUS* in *Libr. de transfusione sanguinis*, Romæ 1668. 4. exempla & in homine felicia habet, & in canibus, & artem defendit, quam ipse exercuerat.

Relazione dell'esperienze intorno alla trasfusione del sangue, Romæ 1668. 4. *Ondervinding door de beroemste geneesbeeren van het leyden des bloeds nyt een gedierde in het ander*, Leuvvaard. 1668. 12. *MEIB.* *

IRE-

da & exponenda sint omnia, & nullus est scriptor, qui cum eo comparari mereatur,

IRENÆI VEHR *praesidium novum chirurgicum de methæmo chymia*, Francof. ad Viadr. 1668. 4. disp.

Felicia habet in canibus exempla IPPOLITI MAGNAGNI, non tamen absque incommodo, deinde collectionem eorum, quæ pro operatione & contra eam in Gallia scripta fuerant. Ea experimenta, Bononiæ apud CASSINUM facta, recensentur etiam in *Journ. des Savans* 1668.

Contra transfusionem autem, qua brutorum animalium sanguis in hominem fundebatur, intra breve tempus plurimi scripserunt. PERALTI scriptum de la transfusion exstat in *essays* T. IV. qui inventum ob coagulationem sanguinis damnavit. G. de MONTPOLLI epistolam scripsit ad BOURDELOTUM sub titulo *lettre touchant la transfusion*, Paris. 1668. 4. ubi dubium experimentum esse, & ipsos aliquando canes periisse monet. BARTHOLOMÆUS SANTINELLI *confusionem transfusionis sanguinis*, Romæ subjecit 1668. 8. (MERCL.) Sed inprimis D. LAMY in *Epirre* I. a M. MOREAU *contre l'utilité de la transfusion*, Paris. 1667. 4. accusavit transfusionem ob nimiam copiam sanguinis, quæ subito admittitur, ob sanguinem animalis ab humano diversum, &c. Eadem fere argumenta sunt EURYPHRONIS *Pseudonymi de curandis morbis per transfusionem sanguinis*, Paris. 1668. 4. Deinde secundam epistolam ad M. MOREAU subjecit LAMYUS *dans laquelle il confirme les raisons rapportées dans la précédente*, ibid. 1667. 4. ubi iterum canem a transfusione periisse refert, & DENYSIO mortem Sueci nobilis exprobrat. Neque non solum stultus ille, de quo gloriatus erat DENYSIUS, verum nobilis a-BONDE, qui ex inflammatis intestinis laborabat, administrata transfusione perierat. Is casus finem attulit invento. Nam etsi *responsionem ad objectiones LAMYI* ederet GADROYS sub titulo *lettre de M. GADROYS a M. BOURDELOT pour servir de réponse à la lettre de M. LAMY*, Paris. 1668. 4. felicia in cane experimenta laudaret, & mortem BONDII excusaret, publica tamen accessit auctoritas, quæ in homine transfusionem fieri vetuit, ut in infusione tamen pergeret DENYS (DIONIS *cours de chir.* p. 498. du HAMEL p. 21. 22.). In animalibus pauci post DENYSIUM tentarunt, ut GRAAFIUS, & ANTONIUS NUCKIUS qui ex theoria laudavit.

Auctorem sub nomine EURYPHRONIS invenio nunc esse PETRUM PETITUM, celebrem virum.

Relazione dell'esperienze fatte in Inghilterra, Francia, ed Italia intorno alla celebre e famosa transfusione del sangue, Bologna 1698. 4. *

G. ABRAHAM MERCLIN *de ortu & occasu transfusionis sanguinis*, Nuremberg. 1679. 8. Refutat operationem, ejusque pericula demonstrat, absque tamen proprio experimento. Aegros duos G. RIVÆ per transfusionem perisse, etiam adlatis testibus, confirmat, ut a PONTIFICE MAX. prohiberentur medici, ne experimentum urgerent.

Interim in Belgio inprimis varia tentata sunt ad præparationes anatomicas. THEODORUS KERKRINGIUS succino, ut creditur, liquefacto partes corporis subtiles docuit præparare, & infantem eo bitumine circumfusum adfuisse inter ejus thesauros MORHOFIUS testis est in *polybistore* Lib. II. P. II. p. 293. In spiritu vini defæcato, cum paucis spiritu salis ammoniaci, circa ea etiam tempora excogitatum est conservare animalia minora BOYLE *Phil. Trans.* n. 12. quam artem an. 1675. N. GREWIUS exercuit *cat. rar. mus. Soc. Reg.* p. 58. qui modus brevi postea ad anatomica translatus est. Nunc spiritu frumenti, saccharive, vulgo utimur. Debilis spiritus molestam fecit renovationem ob sordes quas deponit, colore etiam opaciori est. Fortissimum alcohol præter pretium valde constringit, ut olim observavit P. J. HARTMANN *de perit. vert. anatom.* I. p. 40.

Gypso etiam & saccharo saturni in spiritu aceti soluto fuerunt qui vasa replerent jam BOYLEI tempore de *utilit. physico. experiment.* p. 121. Idem Gypsum laudavit THOMAS ALGHISI *giorn. de' letter.* T. VI. p. 162. seqq. Et quidem calore non eget, non tamen fatis est solubile.

THOMAS ALGHISI ad replenda vasa gypsum etiam laudavit apud VALISNERIUM T. I. p. 304. operum.

REGNERUS de GRAAF injectorium siphonem primus delineavit, eoque usus est ad injectiones colo.

tur, utileque foret institutum, si VESALII de administratione præcepta in uno capitulo descripta haberentur pro tironibus in eorum usum.

3. Ve-

coloratas, de usu siphonis. Idem mercurio ad replenda vasa perite usus est, an primus, nondum inveni. Certe pulcherrimam repletionem vasorum testis nulla alia arte perficere potuit.

JOHANNES SWAMMERDAM, cum sumtibus JOHANNIS van HORNE sublevaretur, excogitavit injectionem solidam, quæ non diffunderet, & calide injecta frigore coereretur, sic vasa ad dissectionem aptissima redderet. Ita ipse in *notis ad prodromum* p. 37. HORNII, & luculentissimus testis est RUYSCHIUS *de muscula uteri* p. 2. Sed HUDDENIUM, celebrem ob cognitionem matheseos Amstelodamensium Consulem, docuisse diversi coloris liquores injicere, ut idem ait SWAMMERDAMMIUS L. c. p. 38. id quidem post priora fidem non retinet.

FRIDERICUS RUYSCHIUS, amicus SWAMMERDAMII, in injectionibus & præparationibus eminuit, & valde juvenis excelluit. JOHANNEM certe van HORNE anno jam 1664. lienes suos publice exhibuisse ipse testis est RUYSCHIUS *obs.* 100. Replebat enim vasa subtilissima, ut ante eum nemo, arcana materie usus. Ea si ulla RIEGERO fides (*introd. in hist. natur. & arte factor. artic. balsamatio*) sebum est. Ea replebat minutissima vasa oculorum, cerebri, periostei, &c. Deinde callebat artem, partes corporis fluxas mollesque indurandi, ut ipsum cerebrum in spiritu terebinthinae (epist. ad SCHELHAMMER. pag. 353.) Cellulositates etiam statu distentas conservare primus adgressus est. Denique nemo ab eo pueros siccos dormientibus similes conservare potuit. Id enim, ut in liquido spiritu facile est, ita in aere difficillimum experietur, qui tentabit. Quantam admirationem autem consecutus sit industria sua etiam PETRI Primi aliorumque Regum, nihil necesse est fusius recensere.

Contra RUYSCHIUM vero varia monet CL. LIEBERKUHNIUS ob mota de situ vasa, nimis mollem materiem & nimis pinguem (in *monument. Berolin.* 1748.)

C. STALPART van der WIEL artem siccandorum artificiosè humanorum corporum invenit, SWAMMERDAM *prodr.* p. 36.

J. SCHRADER methodum balsamo condiendi edidit cum suis & WILHELMI LANGLEY observationibus.

SIMON PAULI epistolam ad T. BARTHOLINUM scripsit, sive modum *offic. dealbandi*, Hafn. 1673. quæ ars *Act. Hafn.* vol. II. redit.

Vasa miro artificio corpore eximebat ANTONIUS de MARCHETTIS PETRI f. C. RATIN in *Lyceo Patavino* p. 63.

C. BARTHOLINUS post Librum de diaphragmate in app. siphonem descripsit, tum *ACT. HAFN.* vol. IV. n. 4. & in Libro de præparatione viscerum. Bieruris erat, ut continuo & sorberet aquam & expelleret. IDEM in *ACT. HAFN.* T. V. n. 32. dedit breve compendium, neque inutile, cultri anatomici, sub titulo *methodi demonstrationum anatomicarum*, quod a TIMMIO & a priori etiam editore, LYSERO adjectum est.

In C. BARTHOLINI ibidem dicti *epistol.* I. cent. n. 65. describitur sceletos Opuntia aqua parata.

CASPARI CLAUDER *methodus balsamandi corpora humana*, Altenburg. 1679. 4. Similia BILSIANIS se præstiturum promisit. Sed in eum TOBIAS ANDREAS scripsit, meraque muria uti exprobravit.

CASPARI CLAUDER Librum citatum nunc legi. Contulit omnia de ea re scripta, & ipse experimenta varia fecit. Invenit mel non conservare corpora, neque ceram, contra veterum testimonia. Ipse usus est spiritu salis ammoniaci tartarifato.

Statuam humanam, quæ circulationem sanguinis exprimeret J. REISELIUS excogitavit E. N. C. Dec. I. ann. IX. & X.

Et de præparatione artificiali pro circulatione humorum vitali secretoria & excretoria disputavit CL. STAHL, Hall. 1710. 4.

Nunc & microscopium adhiberi cepit. FRANCISCUS STELENTUS eo in apibus usus erat, dederat etiam aliquas observationes PETRUS BORSELLUS in *obs. microscop.* aliique, quos in physicis citavimus. Artificiosius adhibuit M. MALPIGHIUS, ut anatome planta-

3. Verum, qui linguam Britannicam callent, legant COWPERUM in demonstrationibus suis in *myotomia reformata*; qui etiam adjunxit inventa ex FALLOPIO, aliisque, & ex DUVERNEYO (a).

Nunc

rum, ovum incubatum, anatome ranæ in *posthumis* argumento sunt. Etfi vero aliqua contra attulerit RERKRINGIUS, & alii, & fallacem exprobrarent efficaciam p. 93. nemo tamen iis cavillis motus est.

J. SWAMMERDAMIUS pulcherrime microscopio, sed fere ad insecta usus est.

ANTONIUS vero van LEEUWENHOEK, parum literatus civis, in ea arte emittit, ut in physicis dictum est. In anatome circulationem sanguinis in vivis animalibus (post MALPIGHIUM), vermiculos feminales (post HAMMUM), fabricam dentium, lentis crystallinae, muscutorum, infinita alia descripsit.

STEPH. BLANCARD de modo balsamo condiendi Libellum dedit in *jaarregister* I. n. 4. de quo nescio an sit idem cum ejus arte condiendi, quam in *anatome reformata* recedit, & Hanoveræ 1705. 8. ediderunt Germanice, cum titulo *neue und besondere art körper zu balsamiren*.

F. SCHRADER de usu microscopii in anatome, Gotting. 1681. 8. Aliqua in itinere apud LEEUWENHOEKIUM viderat. Defendit microscopium contra KERKRINGIUM. Seminibus tamen vermiculos & sanguinis globulos deferit, & fatetur, colores sub microscopio expallescere.

J. C. PEYER *methodus historiarum anatomicarum*, Paris. 1678. 8. In universum quidem modum tradit, quo utiliter possit cadaver morbosum aperiri, ad eruendas morbi causas & utilitates physiologicas. Exemplar egregium dedit in sectione juvenis, cujus cordis pericardium connatum erat.

LEONARD TASSIN *administrations anatomiques*, Paris. 1678. 12. Lyon 1696. 12. Paris. 1723. 8. & alias Belgice etiam recusus an. 1730. 8. Rudis culter & parum utilis.

DIONYSIUS PAPIN officium resolvendorum modum excogitavit, in physicis laudatum. Idem, & primus quantum novi, artem ope vacui injiciendi invenit *JOURN. DES SAV.* 1684. p. 92. quo anno etiam SARRIOTI experimenta, eodem modo, in replendo rene facta enarrantur n. 7. Id etiam artificium CAMERARIUS commendat in *præf.* ad dissertationes II. III. Tubingæ editas an. 1694. 8.

ANTONIUS NUCK argentum vivum artificiosissime adhibuit, æque peritus demonstrator angiologiæ lymphaticæ, quam alii in vulgaribus vasibus. Testis est DOLÆUS Ep. II. ad WALDSCHMIDIUM, & maximus alter HERMANNUS BOERHAAVE *prælect. acad.* I. p. 576. Antlia etiam usum esse, & instrumentum ad antliam aptabile se apud eum vidisse CAMERARIUS auctor est l. c. In canibus experimenta chirurgica instituit, thoracem perforavit felici eventu.

Ad lymphaticorum etiam administrationem pertinet laudata alibi JOHANNIS ZELLERI *Disp.*

E. CAMERARIUS de subsidiis pro arte medica ab antlia pneumatica petendis, Tubing. 1691. 4.

JOSEPH LANZONI de balsamatione cadaverum, Ferrar. 1693. 12. & in collectione operum. Ex variis sua collegit.

JOS. LANZONI l. c. recusus existat Genev. 1696. 12.

(a) G. COWPER bronchia plumbo replebat T. 25. fol. 10. Argento vivo satis artificiose etiam uti norat, si verum est, in lactea & lymphatica penetrasse. Quid a DUVERNEYO habeat ignoro. MERY præparata, & nervorum sceletos laudat LISTER *Journy* p. 64.

G. BIDEUS bismutho pulmones repletos pingit T. 25. f. II. & artem, sed difficilem, docet. In Academia Regiæ Parisinæ monumentis HEMBERGIUS an. 1699. docet vasa replere ope antliæ & metalli fusi ex æqua parte jovis, saturni & bismuthi, quæ metalla in calore chartam unice rursu tingente nec amburente fluere. Utebatur autem loco emboli vacuo Boyleano, nempe tubulum in libero aere immergebat catino, dum viscus intra antliam ab aëris pondere liberabatur.

ROUHAULT de injectione anatomica 1718. ichthyocollam laudat.

WINSLOW de vitis inflationis in partibus mollibus 1725. p. 329.

LOUIS PENICHER des embaumemens suivant les anciens & modernes, Paris. 1699. 12. Unice describit plebejam condituram, qua vulgo pharmacopolæ utuntur in magnatum cadaveri-

Nunc dixi de toto studio anatomico dirigendo. Qui his præceptis instructus perguit in hoc studio, non tam cito fateor, sed tuto progredi poterit, nec facile in errores incidet.

Hinc

veribus, ubi scarificationibus carnes incidunt, cavitates pulveribus aromaticis replent, &c.

BARTHOLD KRUGER *anatomicus theodidactos*, sive *methodus secandi Hipp. Democritea*, Brunsvic. 1700. 4. Omnium cultorum anatomicorum pauperrimus.

THOMAS GREENHILL *necropaideja*, sive de arte balsamo condiendi, Lond. 1705. 4. *

G. DESNOUES *lettres a Mr. GUIGLIELMINI*, Romæ 1706. 8. Anatomæ cereæ vel inventor est, vel certe primus nitorem ipsi conciliavit famamque. Abbatem ZUMBO, qui in Academia Regiæ Scientiarum caput cereum demonstravit, plagii accusavit, quod a se edoctus magistrum destituerat. Cadavera cerea ipse vidi, nitida, sed malo & noxio instituto. Naturam enim deferere, ad arbitrium operarii se tradere jubet anatomæ cupidus.

THOMÆ GREENHILL quod citavimus opus, splendidum est, & in primis ad artificia Ægyptiorum pertinet. Imo vero mera collectio, qua tota Ægypti historia continetur, ne verbulo quidem proprio, de pollinctura addito.

J. WILH PAULI *progr. de siphone anatomico*, Lips. 1721. 4.

J. DOUGLAS musculorum sectionem, sed etiam artificiosam illam peritonæi exemptionem docuit.

J. H. HEUCHER *ars magna anatome*, VVittemberg. 1709. 4.

HARMAN van BLOEMESTEIN de genuina administratione anatomica, Leidæ 1712. *Disp.*

J. B. MORGAGNI variis locis, & maxime ad pelvis musculos, modum præparandi adjecit.

P. G. SCACHER de anatomica præparandarum partium corporis administratione, Lips. 1710. 4.

Describit injectiones varias, etiam quæ vacui ope fiunt. Sebum laudat cum resina, liquorem etiam balsamicum proponit.

CHRISTIAN HERTOG *bericht von Egyptischen mumien*, Goth. 1717. 8. Generalia aliqua de balsamis, deinde descriptionem habet mumiarum optimarum notæ, ubi credit aromata & opobalsamum, non solum bitumen adhibitum esse. Mumiam etiam *Uraislaviensem* scripsit ANDREAS GRYPH, Breslau 1662. 12.

JOH. G. HERLIN *balsamirte maani nebst anmerkungen, wie die balsamischen concreta den menschlichen leib vor der corruption bewahren*, Chemnitz 1725. 8.

CHRISTIANUS WOLF in *nützlichen versuche* T. I. n. 60. ex hydrostatico experimento siphonem anatomicum deduxit, cavum, in quem tubulus exiguus inferitur. Membrana, quam separare volumus, superinditur tubo, aqua immittitur, ita secedit in lamellas.

In M. B. VALENTINI *amphitheatro zootomico* artificia aliqua ad sceletos parandos utilia habentur.

H. A. NICOLAI in *Disp. de directione vasorum* laudat ad injectiones ichthyocollam p. 71. Sed ea nimis in cellulositates fugit, & deferit vasa, ut splendorem induat membranis, vero usu destituatur.

B. S. ALBINUS præstantissimus in arte replendi corpora, & sceleta fetuum parandi, modum, quo cellulosa tela intestinorum parantur, docuit in *historia intestinorum tenuium*.

STEPHANUS HALES novum modum replendi cadavera excogitavit ope tubi longi, per quem solum pondus liquorem in arteriam replendam impellit p. 221. Materiem etiam injiciendam ex sebo & resina laudat in *hamastat*.

De ST. ANDRE' famam sibi paravit artificiosa mercurii injectione, sed cuniculorum partus, & epidermidis spuria vasa, eum omni fama & fide exuerunt.

In *Commercio literario Norico* plurima huc faciunt. Anno 1731 *specimine* IX. de liquoribus balsamicis, & de modo quo præparata conservantur, monita habet TREWIUS. An 1736. (in præf.) gummi anime & sandarach ad injectionem laudat, & ichthyocollam. In *hebd.* 30. an. 1738. de cadaveribus quibusdam integris præparatis agit p. 403. An. vero 1744. de liquoribus anatomicis, ubi præfert spiritum frumenti, salis ope paulum a phlegmate liberatum p. 272.

In *Actis Edimburgensibus* III. n. 10. ALEXANDER MONROO methodum conservandorum corporum habet. EJUSDEM *Disp.* ex Edimburgensibus sumta seorsim an. 1741. in 8. Leidæ prodiit, sub nomine *tentaminum circa methodum injiciendi*. Ad exsiccationes aere faciendas, vel mercurio, nova aliqua habet. Adjectus siphon LIEBERKUHNI.

Hinc omnia, quæ requiruntur in Medico, absolvi; sed duo restant, ut scilicet de theoria & de praxi dicamus. Vocabula ista in usu sunt, aliter dicemus de speculatione & de facienda medicina, si ita loqui liceret.

THIASEN de materie coracea ejusque injectione anatomica, Regiomont. 1731. Disp.
J. NIC. WEISS de adminiculo aquæ in administratione anatomica, Aldorf. 1733. 4.
J. TIMMIUS, infelix literatus, edidit Bremæ 1735. 8. *Samlung zur vorbereitung des menschlichen korpers gehöriger schriften*. Nihil proprii habet, sed *LYSERI* cultrum, & *BARTHOLINI* methodum demonstrationum.

ABRAHAMUS KAAU cellulositates pleuræ, mediastini, multarum alium partium artificiose præparare aperuit.

J. FRID. CASSEBOHM præter methodum secandi musculos superius excitatam, dedit methodum secandi viscera, Halæ 1740. 8. Inter administrationes etiam peculiare observationes habet de valvulis venæ cavæ supra hepar: repletionem ductus thoracici, septo lucido, nimis tamen hic brevis. Uterque Libellus Germanice ab Auctore versus auctior prodit eodem anno ibid. notis nonnullis auctior. *EJUS* methodus secandi, Berolini 1746. 8. Germanice edita inter opera huc pertinentia facile excellit, fuscè enim & patientissime exponit modum, quo præparabat musculos, viscera, vasa, nervosque. In eo posthumo labore *Orthologia* deficit, ejus præcepta in nostro *CASSEBOHMIANO* codice etiam reperiuntur.

CL. LIEUTAUD artificiosas passim dissecciones aperuit in *essays d'anatomie*.

PHILIPPUS CONRADUS FABRICIUS in *idea anatomie practicæ*, VVetzlar 1741. 8. multa commoda ad injectiones & dissecciones consilia dedit, & observationes anatomicas interspersit.

CHRIST. FRID. SCHULZ de sicca corporum animalium conservatione, Lipsiæ 1741. 4.

J. H. SCHULZE Diff. de mumia, Halæ 1737. de sicca corporum animalium conservatione, Hal. 1741. prodit. Varias formulas habet, repletionis gummeæ & terebinthinatæ.

SZENT PETERI de conditione corporum. ibid. eod. anno.

J. E. HEBENSTREIT de vermibus anatomicorum administris, Lipsiæ 1741. programma.

DERCUM de anatomie cereæ præstantia & utilitate, VVürtzburg. 1743. 4. Docet modum, quo cerebrum, aliæque partes corporis cera imitari possit. Magnus etiam anatomie cereæ artifex esse dicitur *HERCULES LELLIUS*, qui pluscula cadavera cerea in usus Academiæ Bononiensis paravit *Bonomiensis*. T. H. P. I. p. 44. Hujusmodi etiam corpora demonstrabat *J. B. BLANCHI*.

A. WESTPHAL spec. de injectionibus anatomicis, Gryphifwald 1744. Disp.

JOHANNES ALEXANDER MISCHIEL institutionem anatomicam edidit Hamburgi 1744. 8. in qua imprimis etiam secandi methodos ex *D. LIEUTAUD* aliisque; Auctoribus descripsit.

Inter artificiosas injectionis magistros excellit *J. NATHANÆL LIEBERKUHNI*, cujus præparata omnibus aliis præfert *BOHELIUS* noster de via lactea n. XIII. *IDEM* machinam valde opportunam pro firmandis ad anatomen ranis invenit, & in *Actor. Acad. Berolin.* T. I. descripsit. *EJUSDEM* microscopia alibi laudavimus.

J. NATH. LIEBERKUHNI in *monum.* Berolin. 1748. revelavit suam methodum replendorum vasorum, tunc erodendarum membranarum in oleo vitrioli, de cera residua, denique imprimendæ in gypsum figuræ quæ argento possit repleri.

G. A. LANGGUTH de usu sponis anatomici parum anatomico, VVittemb. 1746. 4. Scopus est demonstrare machinam *WOLFII* nimis vehementer agere, poros facere inorganicos, ab animalibus poris diversos, laminarum numerum arbitrarium producere, vasa obtenebrare, &c.

G. A. LANGGUTH citatam hic disputationem recusam dedi in *Coll. Disp.* T. VI.

CL. DAUBENTON in III. tomo *historia thesaurorum regiorum* varia habet de conservante liquore Tassa, de impedienda exhalatione, de anatome cerea administrata ab Abbate *ZUMBO*, cui potius quam chirurgo *DESNOUES* inventum debeatur (p. 172.), & a *D. de la CROIX*, & de similibus imitamentis, quorum etiam æneas icones dedit, deque mumiis denique.

Anthroponomie ou l'art de disséquer, Paris. 1750. 12. 2. vol. Satis diligenter scripta, cum iconibus etiam instrumentorum, & arte injiciendi, multa minime citata habet a *CL. MEKELIO* aliisque.

M. O. der aller neuesten und leichtesten vveg zur anatomie, Lipsiæ 1710. 1747. 8. Cujuscumque sit Auctoris, antiquum jam, & ex *BARTHOLINI* patris temporibus est.

ME-

M E T H O D I S T U D I I M E D I C I

P A R S V I I I.

DE USU PARTIUM, SIVE THEORIA MEDICA.

C A P U T I.

Fontes Theoriæ.



Sus denotat nihil aliud, quam effectum, quem præstat unaquæque res, ad utilitatem & ad bonum aliquod; itaque dicere de usu partium nostri corporis est proprie, explicare functiones, seu actiones nostri corporis partium; nam omnes corporis actiones exercentur per sua causas & instrumenta, quæ sunt partes corpus constituentes; ergo, qui scit usum partium, sciet theoriæ medicam de hac re.

Qui ex mathematicis, physicis, chemicis, botanicis & pharmaceuticis didicit actiones naturæ, quæ obtinent in omni corporum genere, & quæ exercentur legibus naturæ omni corpori communibus, ille instructus est generali scientia ad medicinam requisita. Idemque instructus est & idoneus ad explicandas actiones, quæ in corpore humano fiunt.

Actio est motus, qui exercetur a parte aliqua definita, quæ concurrit ad constituendum corpus. Sed omnes illæ actiones fiunt primo loco ex iis, quæ communia sunt omnibus corporibus, secundo ex illis, quæ nostro corpori singularia sunt.

Prima illa petuntur ex mathematicis, physicis, chemicis, botanicis & pharmaceuticis, quia illa nos docent in genere, quid in natura contingat.

Si nunc quis simul noverit corporis humani ideam & fabricam, quoad omnes partes, & hæc conferat cum generalibus illis scientiis, ille demum scire poterit, quid corpus humanum & ejus partes agant, & alios idem docere poterit. Qui præter hæc duo aliquid advehit, semper errabit; quod enim summi viri erraverint, est quod discesserint ab his duabus regulis. Ita *BORELLUS*, nobilis *BELLINUS*, & *JOHANNES BERNOULLI* & magnus mathematicus *KEILIIUS*, viri certe optime gnari methodi detegendæ veritatis non errant. Quam primum vero adsumunt, quod non demonstratum est, ut falsa opposita in sanguine, statim miserrime errant. Ita *BORELLUS* omnia egregie demonstrat de musculis eorumque actione, sed ea, quæ de causa actionis muscu-

musculorum profert, certe vana sunt, uti de omnibus Auctoribus, qui de hac causa scripserunt, verum est, ne quidem systemate geometrico STENONIANO excepto.

Sed BORELLUS vidit musculum tumescere, pallefcere, & mole augeri dum agit, ergo dicit, aliquid adferri, quo propria substantia musculi expandatur. Quum vero ignoraret, quid in hac expansione ad musculum accederet, adsumit ex generalibus scientiis oleum vitrioli, & salis tartari, quæ salia sunt opposita, & mista sibi invicem, effervescentiam excitant, eademque, si vase flexili contineantur, id instant. Nimium certe festinus cognitum in natura effectum adsumit, & applicat causæ incognitæ phænomeni cogniti; hinc totus ejus error oritur, quod ab anatomia desciverit, & adsumserit aliquid, quod in ea non invenitur (a).

Videatur nunc BERNOULLII Tractatus de *musculorum motu*, qui in nova editione BORELLI reperitur. Adsumit ibi pro postulato in musculis succum nervosum & arteriosum conjungi, sed certe hoc est supponere aliquid, quod nusquam demonstratur, nam, ubi arteria effundit suum liquidum, ibi nervus suum liquidum infundere non potest, arteria enim causa est, cur etiam nervus prematur; ergo pressio in vase arterioso major est, quam in nervoso, ergo nervus non potest premere in arteriam, ergo nimia licentia est hoc assumtum hujus viri postulatum. Dein adsumit idem spiritus sic attenuare sanguinem, ut aer liberetur ex sanguine, sicque se expandat. Verum nullus mathematicus hoc demonstrabit (b).

Sic etiam KEILIUS, ubi explicavit metum musculorum, adsumit partes liquidorum se mutuo attrahere, tuncque aerem inter partes sanguinis minus premi, & se expandere. Ingens certe postulatum, quod nusquam demonstratum esse puto, neque demonstrari posse (c).

Ergo in studio theoretico condendo semper certum adsumere debemus argumentum, unde ratiocinemur, idque semper clare demonstratum esse debet in mechanicis, physicis, chemicis, botanicis, anatomicis. Ita porro BORELLUS, cum demonstrare vult, tales sales oppositos in sanguine esse, fidem demum inveniet, ubi demonstraverit.

Ubi hujusmodi demonstrata principia adsumimus, modo bene argumentemur, nunquam errabimus. Ergo juxta hæc sex capita (mathesin, physicam, chemiam, botanicam, pharmaceuticam, & tandem anatomiam) dirigendum erit studium medicum theoreticum de usu partium corporis humani.

C A P U T II.

Auctores Theoriæ.

Perventum est eo, ut dicamus, quinam Auctores legi mereantur, pro explicandis actionibus animalium.

Dixi eam partem medicinæ, quæ hoc explicat, a multis vocari *theoriam medicam*, quod nomen tamen convenit omnibus partibus institutionum medicarum.

Vo-

(a) Conf. *comment. BOERHAAV. III. p. 434.* Conjunxi Physiologos Anatomicis, quia plerique, in primis priori ævo, & usus partium docuerunt, cum anatomen scriberent, & de fabrica egerunt, dum physiologiam docent. Deinde laborem absque fructu augent hæ partitiones, & repetitiones multiplicant.

(b) Ibid. not. 1. (c) Ibid. p. 435. not. 4.

Vocatur etiam *physiologia*, hoc est sermo de natura, seu naturalis expositio quorundam phænomenorum naturalium. Sed neque hoc nomen accuratum est, quia non striete phænomena corporis humani spectat; hinc cum GALENO, vocabimus hanc medicinæ partem, tractatum *de usu partium*.

Dicemus adeo, quinam Auctores sic scripserint, ut ex veris causis indubitatis proprios effectus bene cognitos descripserint.

Difficile non erit magnam Bibliothecam eorum scriptorum colligere, quæ susceperint exponere actiones naturales & vitales, sed paucos enumeremus, quæ fidem meruerint.

Ratio cur aberraverint plurimi hæc est; omnes medici qui ante annum 1628. a CHRISTO nato, aliquid de usu partium egerunt, nullibi bene scripserunt; siue consulatur magnus ipse HIPPOCRATES, siue GALENUS, siue schola Græca, siue schola Arabica, nihil boni in hoc negotio præstiterunt. Ratio hujus est, quod circulatio HARVEIANA nondum detecta esset: eam ergo ignoraverunt omnes. Atque ea est una causa princeps, unde desumendi sunt effectus in corpore humano noti omnes. Quid enim juvabit me scire structuram partis, nisi sciam perpetuo, & indubitato ordine, eo perpetuo deferri liquida? Sed hoc tantum cognitum fuit, postquam HARVEIUS circulationem demonstravit; id autem illo anno modo citato factum est. Sumamus ergo ante HARVEIUM optimum physicum & theoreticum, puta DANIELEM SENNER-TUM, videamus, quo modo explicet usum partium, & mirabimur, quam frivolæ causæ adferantur effectuum notissimorum (a).

Verum altera est ratio non satis deploranda in medicina, quod nempe adjumenta, per quæ ars emergere poterat, detrimento fuerint. Requirebatur fabricæ liquidorum, quoad naturam, cognitio. Verum chemici, a quibus hæc cognitio expectabatur, omnes eo declinarunt, ut omnem actionem a chemica actione putarent pendere, unde omnes Libri ab HARVEII tempore vacillant ab hac parte. Sumatur enim optimus ex his Auctoribus, dicit hæc fieri per effervescentiam, & per fermentationem, & præcipitationem, ad hæc tria capita referunt omnem actionem. Si nunc demonstrari posset uno experimento, fermentationem non dari in sanguine, totum super hanc theoriam ædificatum opus nullius est momenti.

Tertius ordo superest eorum, qui subnixi anatomicis adsumtis propriis, mechanicam volvere actionem explicare, sed illi plerumque CARTESIANI sunt, & omnes confisi huic viro totam physiologiam ejus methodo explicuerunt.

Si nunc propius videamus, quid CARTESIUS boni in artem introduxerit, reperiemus, eum totum hominem explicare voluisse in Libro, quem scripsit *de homine*. Comparetur ergo ille tractatus *de homine* editus cum notis Dn. LA FORGE, videbimus adsumere CARTESIUM bullulam fermento plenam, quæ ex virga viri effunditur in uterum femine, & demonstrare totum hominem inde fieri ex effervescentia assidue enata ex propria seminis substantia: Nemo

R r r r

non

(a) Vide inter Anatomicos. Chemica principia conjungebat cum Galenicis, anatomen ipse non exercebat, non ergo mirum, meras inde theorias natas esse.

non potest non mirari, quo modo homo, qui præluserat in mathematicis, uti certe eminuit CARTESIUS, adsumisse sustinuerit pro datis hujusmodi principia, quæ repudiasset antea vel scholastica ipsa secta; videmus enim illum explicare functionem v. gr. cordis, dum hoc viscus considerat, ut olam, & lebetem, igni impositum, cui instillatur una gutta fermenti, unde expansio & rarefactio oritur, ex ea vero cordis dilatatio, & expulsio sanguinis ex corde, & ex ordine causæ omnium motuum per corpus. Deinde cum viderent adfectæ, nihil inde effici posse ad secretiones & mutationes humorum explicandas, adsumserunt poros. Verum non oportebat in medicina argumentari de poris, nisi demonstrati sint. Demonstravit autem ARCHIBALDUS PIT-CARNIUS ex hoc ipso loco, ex quo nunc doceo, poros ubique eisdem esse, & flexiles; hinc eorum figuram nihil facere ad secretionem, quæ non tantum fit una particula simul persuente, sed fit secretio liquidi a liquido, hoc est plures particule transeunt simul, adeoque secretio non pendet a poris, sed pori se accommodant transeunti liquido, nam idem canaliculus (sive porus vocetur idem est), qui hodie transmittit tantum urinam, cras poterit accedente aliqua causa transmittere sanguinem.

Verum præterea statuerunt CARTESIANI, ætherem, hoc est materiam subtilem. Quando vero rogabantur cur æther locis definitis contineretur, & cur non potius vagetur ad loca, ubi facile transire potest, responderunt nihil, sed statuerunt causas & atrahentes & determinantes eo versus, quas probare non poterant.

Itaque ante HARVEIUM nihil sperare possumus in hac parte; post hunc habemus chemicos & Cartesianos, sed utriusque assumerunt principia, quæ statim explosa fuerunt.

Proinde ad commendandos Auctores circa hanc medicinæ partem, hac opus prudentia est, ut eos solos dignos habeamus & lectu & perscrutata, qui pro datis adsumserunt nihil, nisi quod sensibus certo exploratum esset, & pro principis argumentandi nihil omnino, nisi quod a mathematicis physicam explicantibus demonstratum sit.

Nunc etiam præmonui, sensus nos docere vires corporum physicorum in genere, & corporis humani in specie. Quidquid nunc ex physicis, quæ exposui, nec non ex anatomicis, chemicis, botanicis, aliisque jam expositis a me demonstratum est semper obtinere, hoc datum fit, hoc adsumatur libere, itidemque recipiatur confidenter, quod in eo per experimenta receptum continetur, ita ut statim inde fluat, adsumatur pro dato. Ergo in explicando aliquo phænomeno, semper adsumenda pro datis ea sunt, & quæ primo data sunt, & quæ in data propositione continentur, ita ut, si bene ea propositio consideretur, statim inde sequantur. Hinc, si physiologiam quis velit condere, colligat statim ea, quæ in natura demonstrata sunt, semper & indubitato contineri; sed cum tanta res sit, quæ hoc exponat, hinc colligat sibi hæc omnia in adversariis, quod ut facilius perficiat, legat modo Clarissimum LOCKIUM de adversariis conscribendis, Amstelodami editum cum gallico quodam Auctore.

Pro exemplis etiam hujusmodi collectionum legatur VERULAMIUS in tractatu de ventis & calore, & in sylva sylvarum, seu collectione experimento-

rum, inveniatur in his duobus tractatibus modulus, secundum quem possunt dirigi collectiones.

Alterum quod requirebatur in his Auctoribus, qui physiologiam condunt, est, ut, quando argumentantur, nihil adsumant, nisi de his, de quibus scrutatores optimi nunquam dubitarunt, atque hæc sunt principia mechanica. Quod mechanicam nunc & hydrostaticam adinet, Auctores, qui demonstrationes adeo claras dederunt, enumeravi, ut fidem unusquisque, qui modo intelligit, adhibere necessario debeat.

Ergo qui explicabit functiones, debet primo corporis humani fabricam non fingere, sed ex anatomia describere, deinde debet motum liquidorum describere ad eam partem, non fingere, sed partim ex anatomicis experimentis & injectionibus, partim ex vivorum animalium sectionibus adsumere. Si vero ex his deducere causas abditas voluerit, potest adhibere, quæ mathematici & mechanici demonstrarunt; & sic libere poterit argumentari, & applicando hæc generalia ad specialia non errabit.

Pro exemplo, demonstrat anatomia arteriam conicam esse, & quo remotior a corde est, eo angustiores fieri, elasticam porro esse, ut extensa retrotrahat; & continuo dare arterias laterales, quæ eodem modo se habent, & liquidum per eas arterias fluere continuo, ex latiore in angustum. De his omnibus nemo dubitat, qui anatomiam noverit: demonstrat enim anatomia, sanguinem pelli per arterias ex motu a corde accepto. Hæc ergo data sunt. Si nunc Medicus velit expendere, quid ex hoc liquido in tale vas propulso sequatur, debet adsumere, quæ geometræ demonstrarunt, nempe, unumquodque punctum vasis istius tantum virtutis recipere, quantum momentum est lineæ liquidi in hoc arteriæ punctum ruentis, & idem valere in omni puncto istius arteriæ, quum perfecte plena sit; & quum arteria illa elastica sit, eadem virtute illud liquidum retropelli omni momento. Hinc deducet nullam partem sanguinis manere posse in eodem situ, sed omnes moleculas continuo vario motu inter se moveri, quum varia arterias puncta vario modo retropellant, & hinc ipsa liquida vario modo in se mutuo ruere cogant. Hinc deducet, liquorem in nostris arteriis sanis non posse concrefcere, sed contra fluidiorem reddi. In his omnibus errare non poterit. Nam licet geometræ motum hujus liquidi generaliter adsumunt, hoc est, ex quacunque causa ortum, idem tamen est, & certe liquidum illud movetur per hujusmodi vas, & non poterit non fieri, ut in arteria linea liquidi in aliquod parietis punctum ruens retropellatur ab eo. Hoc exemplo videmus firmatas leges, secundum quas scribere oportet eum, qui functiones humani corporis describere vult.

Ecce nunc Auctores physiologicos. Celebris ille Neapolitanus, JOHANNES ALPHONSUS BORELLUS in opere illo elaboratissimo de motu animalium omnino nominandus est. Ad hoc opus Auctor per tot annos omnes vires impendit, judicium vero nostrum alibi exstat. Ad calcem hujus libri adjectæ sunt JOHANNIS BERNOULLI meditationes mathematicæ de motu musculorum, (nempe in editione Lugduni Batavorum edita an. 1710.).

Commendare quidem nequeo hos Auctores, quod errore puri sint, neque con-

tra duas leges præmissas peccaverint, peccarunt enim, sed tamen hæcenus sunt optimi.

Peccavit enim BORELLUS contra primam legem, quando plus adsumit, quam anatomia demonstrat, nempe adsumit spiritum animale acidum esse, & effervesce cum sanguine.

BERNOULLIUS vero adsumit, quod nullibi demonstratum sit spiritus scilicet & sanguinem in unum vas effundi. Hoc suppositum non est adsumendum, quia nullibi datum adsumendum est, quin demonstratum sit.

Post hos viros sequitur LAURENTIUS BELLINI *de urinis & pulsibus, & missione sanguinis, &c.* Editio est in 4. Bononiæ an. 1684. edita, quæ optima est. Verum ea, quæ Francofurti & Lipsiæ per BOHNIUM est edita an. 1683. æque bona est, nisi quod charta paulo deterior sit. Hic Auctor discipulus fuit MALPIGHII in anatomicis, BORELLI vero in mechanicis & mathematicis. Castissimus est Auctor, & raro contra has binas leges peccat, raro nempe adsumit ea, quæ in anatomia non demonstrata sunt. Verum tamen & in eo sunt nonnulla, ubi ab his legibus descivit. A lege prima aberravit, quando expansiones & rarefactiones in motu musculorum adsumit, nam certe de iis mutationibus nulla demonstratione anatomica constat; si vero adsumisset vir ille, quod clare anatomia docet, nempe sanguinem & liquidum nervosum ad musculum ferri, licet per diversa vasa, & tumorem oriri per aggregationem sanguinis, errorem declinavisset. Verum pauca hujusmodi in eo Auctore sunt loca, & video ipsum erroris sui conscium fuisse ex lemmatibus, quæ habet in operibus ad PITCARNIUM. Sed raro palinodiam cantant eruditi viri: hinc credo ipsum tractatum intactum illum reliquisse. Legantur accurate ejus lemmata, quæ optime præmittuntur, hoc est, antequam ad textum lector veniat, scribit ibi brevissime ea, quæ spectant ad motum musculorum, respirationis, cordis, &c. ea enim exponit laconico textu lectu dignissima, quæ sæpe aliter prætervideri solent. Deinde legatur ejus rarissimus tractatus *de motu respirationis*, quem scripsit ad FERDINANDUM, Magnum Ducem Hetruriæ. Est epistola exigua, edita anno 1670., nec ullibi apparens, nisi in *actis seu ephemeridibus germanicis* anno 1671. Tomo secundo. Legantur postea ejus viri *Opuscula aliqua de motu cordis, &c. ad PITCARNIUM scripta*, Leidæ edita anno 1696. in 4. apud Bouitstein. Est cygneus cantus ejus Auctoris; unde videmus privari nos spe alicujus operis promissi anatomici, nam ex REDO & MALPIGHIO composuerat opus, quo explicabat actionem partium. Id opus certe fuisset defæcatisimum, quantum patet ex opusculis ejus ad PITCARNIUM, nam ibi non peccat contra leges a nobis in principio datas.

Sequitur cum ARCHIBALDUS PITCARNIUS in *Dissertationibus medicis collectim editis* in 4. Roterodami anno 1701. Hæc scripta optima sunt & perfecta, sive legas dissertationem de motu sanguinis per pulmones, sive alia opuscula, sive ultimum tractatum de opio.

Præterea habemus MATTHIÆ GEORGII *Elementa scientiæ naturalis, Lucæ (Lucques)* in Italia edito anno 1707. in 4. ubi principiis satis certis theoremata condit, quæ prodesse possunt in physiologia condenda.

Tum,

Tum; si quis intelligat Italicam linguam, videat alterum tractatum, quem ille idem Auctor etiam edidit, *della ragione vera, e temeraria nella medicina*. Editus est Genuæ an. 1709. in 8. scitissimus est sane Libellus, & ad finem perductus.

Huic addatur ejus *Phlebotomia* edita in 4. Genuæ 1697. Hi Libelli ponderatim scripti sunt, & quidem libertate philosophica ex anatomia & principiis mechanicis, sed iis non plus attribuit, quam ex effectu constat.

Post hunc sequitur ASCANIUS MARIA BAZZICALONE, cujus Liber editus est Parmæ in Italia an. 1701. Titulus est, *Novum systema physico mechanicum de Tumoribus*. Discipulus fuit BORELLI & BELLINI, ut patet, habentur ibi expositi effectus violentæ circulationis, & majoris attritus. Hanc sententiam jam docui, sed nescivi tam egregium tractatum supra hanc rem scriptum esse, nisi ante aliquot menses.

Tum GUILIELMUS COCKBURNE in *Oeconomia animalium* in 8. edita Londini. Ante aliquot annos in literis promisit alteram editionem.

Verum omnino his, qui feliciter versati sunt in mathematicis, commendo CLAR. JOHANNIS KEILII Libellum *de secretionibus animalibus*, lingua Britannica editum, qui Liber continet pulcherrimum quod in mathematicis unquam vidi. Peccavit tamen contra primam regulam, sed non obstat, quin in hoc Libello duo incomparabilia dederit, nempe demonstrationem, ex qua ex logarithmico calculo sanguinis tarditatem in vasis minimis supputare possumus, & explicationem ponderum, quibus premitur sanguis in pulmonibus.

Post enarratos & jam notatos Auctores sequitur nobilis ille Gallus PERRAULT in *Tentaminibus suis physicis, Essais de Physique*. Valuit vir iste ingenio, excultus erat studio mathematico, in chemia versatissimus & usus consuetudine & demonstratione maximorum virorum, ut LEMERII, DUVERNEII, PETITI. Scripsit autem de quinque sensibus, &c. Omnia ejus opera physica & mechanica edita sunt duobus voluminibus in 4. Lugduni Batavorum an. 1721. quæ editio elegantissima est.

Pertinent huc dissertationes anatomicæ una cum literis & adnotationibus super hac re habitis Domini LAMY. Titulus est *Dissertations anatomiques par LAMY, Docteur de la Faculté de Paris*, an. 1685. Hæc editio optima est & ultima. Hunc Libellum composuit omnino ea occasione, quam probare nequeo. Nempe cum medicus ille LAMY, quem Rex constituerat, plures dissectiones institueret, DUVERNEIUS in eum investus est, contra eum LAMYUS in parte posteriori defensionem habet. Liber est editus Bruxellis, & satis rarus est.

Recenseri hic quoque meretur GUILIELMI COLE *de secretionibus animalium tentamen*, editum Oxoniæ in 12. an. 1674. iterumque inpressum Hagæ Comitum 1684. in 22.

Hi Auctores sunt, quos lectu dignos & satis fidos inveni, ad doctrinam de actionibus vitalibus animalium, adeoque totum opus physiologicum. Nihil enim potest addisci nisi ex his scriptoribus.

Ne quis etiam miretur, quod physiologiam GALENI hic non recenseam, rationem antea dedi; cum nempe functiones tantum sint actiones circulantis liquidum, & cum ille vir ignoraverit lymphatica liquida horumque vasa; hinc hæcæ quæstioni-

tionibus satisfacere non potuit. Nunc functiones quædam in physiologia a nonnullis singulatim exponuntur, ut:

De Visu.

De objecto visus, radiorumque, & colorum proprietatibus, unus modo vir bene scripsit, ut nunc patet omnibus, princeps nempe ille philosophorum ISAACUS NEWTON in tractatu *de Coloribus*, & quidem in ultima editione, quæ lingua Latina prostat, in priore enim editione lingua Britannica edita non sunt ea, quæ ab Auctore superaddita sunt; ille solus in his sufficit, nam quæ alii dixerunt, ea demonstrat, non in re ipsa, sed in imaginatione tantum consistere.

Verum CHRISTOPHORI SCHEINERI *Oculus seu fundamentum* opticum editum Oenoponti (*Inspruck*) in 4. anno 1619. & Wittembergæ 1660. omnino infervit, si quis velit applicare hos radios oculo. Rarus est liber, sed satis egregie explicat phænomena visus, melius certe quam ab eo tempore expectaremus. Huc pertinet *Catoptrica* CARTESII & *Dioptrica* HUGENII. Illi pro hoc capite sufficiunt.

De Auditu seu de functione Auris.

De natura soni ejusque proprietatibus, si quis velit legere scriptores, legendus erit ATHANASIUS KIRCHERUS, in Libro qui in folio prodiit, titulo *Phonurgia*, & addendi duo egregii tractatus ejus de musicis. Omnia ejus Romæ edita sunt.

Postquam etiam sic natura auditus intellecta erit, nonnulla experimenta addenda sunt, quæ inveniuntur apud MERSENNUM.

Tum super hac re egit egregie NEWTONUS in philosophiæ suæ principiis mathematicis, quibus experimentis determinatur, quanto tempore sonus a puncto sonoro usque ad organum auditus perveniat.

Ubi attente jactum est hoc fundamentum ex mathematicis, ut applicetur, auris fabrica cognoscenda est. Legantur ergo hi quatuor.

1. LAMY *Dissertationes anatomicae*.
2. PERRAULT *Essais de Physique*.
3. Tum imprimis Illustris JOSEPHUS DUVERNEI.
4. Tandem Clar. VALSALVA, cujus Liber Libro DUVERNEI in eundem anteferri meretur, quod de theoria auditus accurate egerit, quo modo scilicet sonus laminæ spiralis applicetur.

De Gustu.

Legendi sunt in primis tres Auctores, nempe CAROLUS FRACASSATUS medicinæ Professor Italus in epistola *de Lingua ad MALPIGHIUM*. Habetur ea in operibus MALPIGHII. Continet naturam eorum corporum, quæ proprie sapida sunt, & nullus Auctor meliora experimenta super hac re habet.

Tunc, si hæc ad organum gustus applicare velimus, legatur MARCELLUS MALPIGHIUS *de Lingua*.

Supperaddantur istis BELLINI *Experimenta nova de gustu*, nunc Lugduni Batavorum nuper edita.

Ex hisce Auctoribus omnia intelligentur, sed addi potest illustrissimus ROBERTUS BOYLE in tractatu de saporum productionibus. Est ferè ultimum magni viri opus. In Libro etiam *de mechanicis qualitatibus productionibus* de saporum causis experimenta habentur.

ROBERTUS BOYLE in tractatu de saporum productionibus. Est ferè ultimum magni viri opus. In Libro etiam *de mechanicis qualitatibus productionibus* de saporum causis experimenta habentur.

De Olfactu.

Videatur le CLERC in *Osteologia*, ubi habetur id, quod illustrissimus DUVERNEI invenit, dat enim præsertim structuram ossium narium.

Post hunc virum pro intelligenda membrana super hanc osseam fabricam extensa, aptus est SCHNEIDERUS *de Catarrhis*.

Hiscæ addatur JOHANNES PALFYN in *Nova descriptione ossium*, quem ideo hic commendo, quia DUVERNEIANAM methodum ibi inveniemus.

De Tactu.

Qua ratione hic sensus exerceatur, legendus est solus MARCELLUS MALPIGHIUS in tractatu *de Cornubus*, de *Organo tactus*, de *Lingua*, de *Cate*.

Enumeravi Auctores, qui de functionibus physiologicis omnium optima tradiderunt, & caste disseruerunt, hoc est manserunt intra leges anatomie. Superest, ut enarrem, qui de generatione optime scripserint.

De historia Generationis.

Quomodo mirabilis illa propagatio fiat, per quæ instrumenta, per quas actiones, per quam materiam, quo modo mutetur illa, nostro seculo egregia multa dici possunt veteribus incognita.

Hinc, si accurate hoc negotium quis velit intelligere, legendi sunt citatissimi Auctores anatomici de Organis Generationis, v. gr. *de ovi in feminis origine, fabrica, materie, maturatione, discessione & decerptu, transitu in tubas Fallopianas, transitu per hasce tubas, ingressu in uterum, mutatione in utero, exclusione ex utero*; de hisce omnibus (quot capita singularia sunt) legi meretur maxime CAROLUS DRELINCOURTIUS in Libello in 12. Lugduni Batavorum apud Boutestein edito cum titulo *Conceptus de conceptu*, ille enim vir per totam vitam congestit, digessit, expolivit hunc Libellum, quem sub n. m. vitæ suæ edidit, eruditissimus certe, perspicax & candidus.

De feminis in viro ortu, secretionem, collectionem, maturationem, fecundationem, expulsum legi debent, (non ut anatomicum hic considero, sed ut physiologum) Clarissimus LEAL LEALIS.

Tum Clarissimus GUILIELMUS COWPERUS & FREDERICUS RUYSCHIIUS, atque tandem LEEUWENHOEKIUS, habet enim elegantissima super hac re experimenta, adeoque palmam præripuerunt fere omnibus.

De conjunctione, mutatione, maturatione seminis masculini cum ovo femineo legendi sunt clarissimus HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE in tractatu suo *de pulli ex ovo generatione*, Patavii edito in folio. Tum MARCELLUS MALPIGHIUS in egregio tractatu *de Bombyce*, idemque in duobus tractatibus, qui omnibus de hac re scriptis præferendi sunt, *epistolis* nempe *binis circa ovum incubatum*. Mihi certe visum fuit, cum has epistolas legerim, me vidisse ultimum terminum, quo constans observatio hominum pervenire potest; simplex tantum est narratio, ac si oculos videret, sed tædio nulli intelligenti erit: propria manu pinxerat figuras, ut per microscopium viderat, & tan-

& tantum laboris his inpendit, ut totus exhaustus emaruerit suis observationibus.

Sed addendus est GUILIELMUS HARVEIUS, de animalium generatione, quem Librum jam commendavi in anatomia: verum majorem longe laudem in physiologicis meruit. Vir iste, cui natura dederat sublime ingenium, & ardorem communicandi cum aliis, quæ invenerat, totum se dederat dissectioni eorum, damarum, &c. Ista animalia primo duobus post coitum diebus, deinde variis subinde dierum intervallis aperiebat, sicque absolvisset rem egregiam omnino, cum exorta calamitate regni omnia everfa fuerint, & chartæ combustæ, unde tantum parvum illud opus superest, sed maxime egregium & incomparabile. Nam ex HARVEJO unice novimus ovaria esse, quæ veteres testes appellare solebant. Hoc opus per experimenta tantum, non per ratiocinia philosophica rem tractat, ideoque est pretiosissimum.

Observationes etiam circa genituram, & omnia, quæ hætenus diximus, habentur congestæ in *Historia Academia Regia Parisina* ubi LEMERII, & DUVERNÉYI, & aliorum habentur observationes de fetibus hic & ibi repertis, modo adcretis ad testes seu ovaria, modo deprehensis in media tuba, denique in hernia facta uteri, ubi tuba FALLOPIANA ingreditur. Adeoque, quæ possunt circa hoc negotium requiri, antea incognita, ibi reperiuntur.

En schema Auctorum, quos, si physiologiam medicam intelligere vult tiro medicus emat & legat.

FINIS TOMI PRIMI.